This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

3 3433 08163291 5

Schwei

YAE

~~130~~

EPICTETEÆ
PHILOSOPHIÆ
MONVMENTA.

TOM. II. P. I.

PHILOSOPHIE

ÉLÉMENTAIRE

EPICTETI DISSERTATIONVM

AB ARRIANO DIGESTARVM LIBRI IV.

EIVSDEM ENCHIRIDION,

ET

EX DEPERDITIS SERMONIBVS

FRAGMENTA.

Post IO. VPTONI aliorumque curas, denuo ad Codicum Mstorum fidem recensuit, Latina Versione, Adnotationibus, Indicibus illustravit

IOHANNES SCHWEIGHÆVSER,
Argentoratensis,
Instituti Literarii Reip. Gallofrancorum Socius.

TOMVS SECVNDVS.

PARS PRIMA.

NOTÆ IN EPICTETI DISSERTATIONES.

LIB. I. ET LIB. II. CAP. I—XIV.

LIPSIÆ
IN LIBRARIA WEIDMANNIA.
MDCCXCIX.

ΕΠΙΤΟΜΟΝ

ΜΥΚΟΝΙΑΝΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

AD

EPICTETI DISSERTATIONES

AB ARRIANO DIGESTAS

NOTAE ET EMENDATIONES

HIERON. WOLFII, IO. VPTONI

ALIORVMQVE VIRORVM DOCTORVM,

QVIBVS SVAS ADIECIT

EDITOR

IOHANNES SCHWEIGHÆVSER.

STOR LIBRARY
NEW-YORK

NOTAE AD ARRIANI
EPISTOLAM AD L. GELLIVM.

Ἀρριανὸς Λουκίῳ Γελλίῳ εὖ πράττειν. „Plures passim sub Gelliorum nomine occurrunt: sed quisnam fuerit hic *L. Gellius*, Arriani æqualis atque amicus, nihil pro comperto habeo. Quod adtinet ad inscriptionem hujus epistolæ, alia est ab ea quæ in editis libris adhibetur; nam *εὖ πράττειν* repossui pro *χαίρειν*, idque ex auctoritate nostri codicis: (sic deinceps vocabo editionem Ven. cum Mss. collatam, quam mihi vir amicissimus dono dedit.) De inscriptionibus autem *εὖ πράττειν*, *χαίρειν*, earumque discrimine, vide Diogenem Laërt. in vita Platonis, lib. III. 61. & ibi Menagium." VPTON. — Platoni morem fuisse, epistolas ad familiares datas a salutandi formula *εὖ πράττειν* auspicari, non *χαίρειν*, profitetur ipse in Epist. 3. ad Dionysium. Arrjano liberum fuit, utralibet formula uti: facile autem credo, eam illum prætulisse, quæ gravior nonnihil quam altera videri poterat. In *εὖ πράττειν* cum Vptoni codice consentit ex codicibus nostris Parisiensibus is quem pb. insignivimus. *χαίρειν*, cum olim vulgatis, præferunt reliqui duo pac. In scribendo *Arriani* nomine, & hoc loco, & paulo post in Nota ad titulum horum librorum, nescio casu-ne, an consilio, a constanti librorum scriptura discesserat Vptonus, Ἀρρίανος & Ἀρριάνου scribens, antepenacute in recto casu. Veram scripturam, Ἀρριανὸς, Ἀρριανοῦ, restituimus. Generalem libri titulum, ΑΡΡΙΑΝΟΥ, ΕΠΙΚΤΗΤΟΥ ΔΙΑΤΡΙΒΑΙ, huic Epistolæ Arriani ad L. Gellium præfiximus cum nostro

ſtro cod. pb. Cæterum de Titulo ſive Inſcriptione horum librorum vide quæ notantur ad initium cap. 1. libri primi.

Verſ. 1. τοὺς Ἐπικτήτου λόγους. Sic pro τοῦ Ἐπικτ. λόγους, quod minus commode vulgo edebatur absque τοὺς, ex Vptoni codice reſtitui, probante ipſe Vptono. Nec vero aliter debuerat princeps editio, quæ non τοῦ habet, ſed τοὺ, voce in fine lineæ temere truncata; qui error in reliquas inde editiones eſt propagatus. In τοὺς recte conſentiunt tres noſtri Pariſienſes codices.

Ibid. ὅπως ἄν τις συγγράψειε τὰ τοιαῦτα. *quemadmodum talia conſcribere aliquis poſſet;* nempe, ſi vel fingere vellet ſermones ab Epicteto habitos, quemadmodum v. c. Plato multa dicentem induxit Socratem, de quibus numquam ille cogitaverat; ſive, ſicuti Xenophon, ſermones revera quidem a praeceptore habitos vellet ſcripto conſignare, ſed ita, ut argumenta ſententiasque disputationum & greſſum coloremque generatim ſervare contentus, ſuum tamen ſtylum cum libertate aliqua adhiberet, nec prorſus verbum de verbo repræſentare ſe profiteretur. Et Xenophontem quidem haud dubie nunc ſpectavit Arrianus; cujus ſcriptoris ſtudio ita ductum noſtrum novimus, ut eum non in ſtylo ſolum orationis, ſed & in ipſis diverſorum operum, quæ edidit, argumentis ſit imitatus, atque ipſe etiam *Xenophon junior*, νέος Ξενοφῶν, cognominari amarit. Vide Fabric. Bibl. Græc. lib. IV. c. 8. p. 270. not. g. & quem is ibi laudat Dodwellum in Diſſert. de Aetate Epicteti et Arriani, ſect. 6. T. I. Geograph. minor. p. 112 ſq.

Ibid. ὅς γε οὐδὲ συγγράψαι φημί. *qui quidem, nec a me conſcriptos eſſe, ultro profiteor.* Sic vertere malui, quam, ut eſt apud Vptonum, *ut qui me conſcripſiſſe negaturus ſim.* Hoc autem dicere videtur auctor epiſtolæ: ſi edere ipſe hos libros voluiſſet, curaturum ſe fuiſſe, ut nonnihil ſaltem limatiores comtioresque in publicum prodirent.

Verſ. 2. γραψάμενος. Verbum γράφεσθαι, in Medio genere, præter vulgatiſſimam *accuſandi* notionem, etiam hanc habet ut ſit *ſcribendum curare;* quemadmodum v. c. τῶν πραττομένων καὶ λεγομένων ὑπομνήματα γράφεσθαι apud Lucian. in Apolog. pro Mercede conductis, cap. 12. vertunt *eorum quæ aguntur dicunturque commentarios ſcribendos curare.* T. I. p. 721. ed. Hemſterh. Sed hoc quidem loco, ut perſæpe aliàs, vis medii verbi in reciproca quadam notione, ſive in relatione ad eum de quo agitur, quæ-

quærenda fuerit; ut fit γραψάμενος proprie, *mihi adnotatus, meum in usum scripto mandans.*

Ibid. ὑπομνήματα. „Sunt proprie ὑπομνήματα, *quæ causſâ memoriæ ſublevandæ ſcriptis demandantur.* Strabo lib. IV. p. 177. vocat Cæſaris *Commentarios* ὑπομνήματα. Hunc autem locum reſpexiſſe videtur M. Antonin. lib. I. ſ. 7. καὶ τὸ ἐντυχεῖν τοῖς Ἐπικτητείοις ὑπομνήμασιν, *ut ei ſuppeditaverit Epicteteos commentarios.* Ruſticus *debeo, quod Epicteti commentarios legerim, quorum is e domo ſua copiam mihi fecit.*" VPTON. — De uſu voc. ὑπομνήματα diximus ad Polyb. I. 1, 1. Adludere vero ſimul Arrianus quodammodo ad Xenophonteorum Memorabilium inſcriptionem videtur; quamquam Socratis ἀπομνημονεύματα Xenophon in aliorum conſcripſit memoriam, cum, Epicteteos hos ſermones ſuæ maxime memoriæ cauſſa ſcripto a ſe mandatos eſſe, junior Xenophon noſter profiteatur.

Ibid. εἰς ὕστερον. ἐς ὕστερον pa. Vna voce εἰσύστερον pb.

Verſ. 3. ἐποῖ' ἄν τις αὐτόθεν ὁρμηθεὶς ἕκαστα πρὸς ἕκαστον. „Αὐτόθεν ὁρμηθεὶς, id eſt, ἐκ τοῦ παραχρῆμα, *ex tempore*, non ſuſcepta cogitatione diligentiore, prout tempus tulit atque occaſio ſeſe dedit. Significat, ex tempore habitos fuiſſe hos ſermones, non de induſtria elucubratos." WOLFIUS. — „Αὐτόθεν ὁρμηθεὶς, *ſuo animi impulſu ductus;* a ſe ipſo ſcilicet, nec aliunde, animi ſenſa petens. M. Anton. lib. II. ſ. 7. ὁ δὲ αὐτόθεν πρὸς τὸ ἀδικεῖν ὥρμηται. *is ſponte ſua ad lædendum fertur.* Nec aliter Thucydides lib. II. ſ. 69. ſed in alia re: καὶ τὸ λῃστικὸν τῶν Πελοποννησίων μὴ ἐῶσιν αὐτόθεν ὁρμώμενον βλάπτειν τὸν πλοῦν. *neque navigiâ infeſtari ſinerent a Peloponneſiis latronibus, qui ex ipſa Peloponneſo venirent.* Eandem locutionem reſtitue Hierocli p. 208. edit. Needh. οὐκ ἄρα πᾶσι δείκνυσιν, ἀλλὰ μόνοις ἐκείνοις τοῖς πρὸς ἀπόλυσιν τῶν κακῶν οἴκοθεν (lego αὐτόθεν) ὁρμημένοις. *non igitur omnibus oſtendit, ſed iis tantum qui per ſe & ſponte ſua ad malorum liberationem feruntur.*" VPTON.

Commodior haud dubie h. l. Wolfii, quam Vptoni, interpretatio. αὐτόθεν ὁρμηθεὶς, *ex tempore* & quaſi *e veſtigio orſus;* id eſt, *e re nata, e re præſenti*, ſive *ſubito, non ex præparato* (ut Seneca ait Epiſt. XI.) *ad dicendum progreſſus.* Quo pertinet quod ipſe Epictetus ad moroſum auditorem ait: κἀθήμενος κρίνεις, πῶς ποτ' ἐφλυάρησα τὰ ἐπελθόντα μοι. Eodem modo paſſim Hermogenes voce iſta αὐτόθεν uſus eſt, cujus verba Budæus citavit

in Comment. Ling. Græc. p. 885 ſq. veluti iſta ex lib. de Eloquentia vel Method. cap. 17. κἂν ἐσκευμένος ἥκῃς, προσποιοῦ αὐτόθεν λέγειν, ὅπερ ποιοῦσι πάντες οἱ παλαιογράφοντες γὰρ πάντες, ὑπομνήσονται σχεδιάζειν. ubi αὐτόθεν λέγειν idem valet ac σχεδιάζειν, *ex tempore & e re nata loqui*; cui opponitur ἐσκευμένον ἥκειν, *præparatum accedere*. Et mox ibid. καὶ προοίμια, ὡς αὐτόθεν εὑρίσκοντες λέγουσι, πάλαι σκεψάμενοι. *exordia, quaſi ex tempore inventa, proferunt oratores, quamvis multo ante præparata*. Cæterum eadem vox αὐτόθεν, idem proprie ſonans ac ἐξ αὐτοῦ vel ἐξ αὐτῆς, frequentiſſime quidem aliâs de *tempore* ita uſurpatur, ut denotet *ab eo inde tempore, e veſtigio, illico, ſtatim, protinus*: aliâs de *loco*, ut ſignificet *inde, indidem, eodem ex loco, eo ipſo ex loco*; veluti in Thucydidis verbis ab Vptono citatis: rurſus aliâs de *re*, partim ea ratione, qua in his Arriani verbis, in quibus verſamur, ut ſit *e re nata, e re præſente*; partim vero ita, ut *ea ipſa ex re, eo ipſo, ex eo uno, ob id unum*, rectiſſime vertas; velut apud Epict. noſtrum, II. 22, 24. ὅπου ἂν ἴδῃς ἀδελφοὺς ὁμονοεῖν δοκοῦντας, μὴ αὐτόθεν ἀποφαίνῃ &c. ubi poſſis quidem cum Wolf. & Vpt. vertere, *noli ſtatim pronunciare*, ſed magis proprie fortaſſe dixeris, *noli ex eo ipſo, noli ob id ipſum* (vel *ob id unum*) *pronunciare*; aut percommode coniunxeris utramque notionem, *noli eo ipſo ſtatim* &c. Denique vero utique ad *perſonam* etiam nonnumquam refertur eadem vocula, ut idem valeat αὐτόθεν, ac ἐξ ἑαυτοῦ vel ἀφ' ἑαυτοῦ, *a ſe ipſe, ipſe per ſe, ſponte ſua*; quemadmodum apud Antoninum, loco illo ad quem Vptonus provocavit; quem eumdem locum Suidas etiam, tacito quidem auctoris nomine, ſub voce αὐτόθεν citavit. Quo & Epicteti verba referenda. II. 16, 28. ἀποδιδόναι εὐλύτως καὶ αὐτόθεν. ubi αὐτόθεν poſſis quidem pariter *ſtatim*, vel *e veſtigio*, exponere; ſed rectius fortaſſe fuerit, *ſponte, proprio motu*. Quod vero apud Hieroclem αὐτόθεν pro οἴκοθεν reſtitutum Vptonus voluit, nil opus eſſe ea mutatione videtur; quum nihil impediat, quo minus, notione *ad animum* translata, οἴκοθεν pro αὐτόθεν uſurpaſſe ſcriptorem illum putemus; quemadmodum &, ubi de *loco* agitur, ſynonyma interdum ſunt οἴκοθεν & αὐτόθεν, ut Suidas etiam adnotavit. Apud eumdem Suidam (obiter monere liceat) in verbis e neſcio quo Hiſtorico ſub hac voce αὐτόθεν citatis, ἀλλὰ χρῆναι παρ' αὐτόθεν &c. pro παρ' haud dubie γὰρ corrigendum. Familiaris Polybio

ejus-

ejusdem vocis αὐτόθεν usus, variis notionibus, quas in Lexico nostro Polybiano adnotavimus.

Hoc loco de *universa harum Epicteti Dissertationum ratione* illud observari velim, quod & ex ipsarum inspectione facile intelligitur, & eodem hoc vocabulo αὐτόθεν ab Arriano significatur: scilicet, non contineri his disputationibus ipsam *Explicationem universæ Philosophiæ Stoicæ sive Epictetææ, justa via ac ratione institutam; sed Excursus* quosdam, horis subsecivis per legitimarum scholarum intervalla institutos, quibus loci nonnulli exstantiores Stoicæ disciplinæ latius exponuntur, ad particulares casus enucleatius adplicantur, animisque pressius inculcantur; tum *Paraneses* potissimum, quibus ad deducenda in vitæ universæ usum actumque ea, quæ didicerint, excitantur discipuli: denique sunt subinde *Disputationes* nonnullæ *prorsus ac verissime ex tempore & e re nata habitæ*, partim ad discipulos, qui dubia quædam & quæstiones quasdam proposuissent magistro; partim ad extraneos, qui per occasionem scholam Philosophi nostri intrassent, ut vel ab eo quærerent aliquid, vel disputantem ipsum de re quacumque audirent. Quod vero de oratione Epicteti, cum hic, tum paulo post, dicit Arrianus noster, idem fere de *Demetrio Cynico* Seneca prædicavit, de Benef. VII. 8. quem fuisse ait *eloquentiæ, quæ res fortissimas deceat, non concinnatæ, nec in verba solicitæ; sed ingenti animo, prout impetus tulit, res suas prosequentis.*

Ibid. ἐπὶ τῷ ὕστερον ἐντυγχάνειν τισὶν αὐτοῖς. — „*Ut post aliqui in eas orationes incidant:* hoc est, *ut legantur ab aliis.*“ WOLFIVS. „Sic mox οἱ ἐντυγχάνοντες, *lectores.* Apud Herodian. ἐντυγχάνειν ἐπιγράμμασι.“ VPTON. — Usu isto verbi ἐντυγχάνειν, *legendi* notione, nihil frequentius, cum, apud alios scriptores, tum apud Polybium præsertim. Apud Herodian. est ἐντυχεῖν τοῖς γράμμασι, non ἐπιγράμμασι, IV. 12, 12. IV. 10, 11. confer eumdem I. 1, 4. Eodem modo Antonimus, loco supra citato, lib. II. s. 7. ad quem vide quæ monuit Gatakerus. Adde Arrian. de Exped. Alex. in fine procemii.

Vers. 4. ἐξέπεσεν εἰς ἀνθρώπους. „Plato: εὐλαβοῦ μέντοι, μήποτε ἐκπέσῃ εἰς ἀνθρώπους ἀπαιδεύτους.“ VPTON. — Platonis verba leguntur in Epist. 2. ad Dionys. sub fin. ubi mox hæc subjicit: μεγίστη δὲ φυλακὴ (τοῦ μὴ ἐκπεσεῖν,) τὸ μὴ γράφειν, ἀλλ' ἐπομνήμονα εἶναι· οὐ γάρ ἐστι τὰ γραφέντα μὴ ἐκπεσεῖν.

Vers. 5. Ἀλλ' ἐμοί γε οὐ πολὺς λόγος, *at mihi non multus sermo Φανοῦμαι συγγράφειν. Sed mea quidem haud multum refert, si parum idoneus ad scribendum videar.* At idem Arrianus, lib. I. de Exped. Alex. c. 12. p. 27. Edit. Gronov. de se ita scribit: *οὐκ ἀπαξιῶ ἐμαυτὸν τῶν πρώτων τῶν ἐν τῇ Φωνῇ τῇ Ἑλλάδι. Non indignum me judicaverim, qui inter primos Graecae linguae scriptores collocer.* Quae respiciens et inter se conferens DODWELLVS, in Dissert. supra laudata de Aetate Epicteti et Arriani, sect. 7. p. 114. ait: „Produnt priora illa animum ab Epicteti nupera institutione modestum, & veræ Philosophiæ professione dignum: postrema, nimio gloriæ studio corruptum tandem atque degenerem.“ Cui observationi idem vir doctus, de aetate qua libros hosce ad L. Gellium misit Arrianus, judicium suum his verbis subjungit: „Edidit ergo has primitias suas Arrianus paulo post mortem præceptoris Epicteti, cum primo philosophiæ studio caleſceret.“ — De scriptura, parum refert, sed notabo tamen, Ἀλλ' ἐμοί γε esse consentientem superiorum editionum & msstorum scripturam, pro qua insolito & ingrato hiatu Ἀλλὰ ἐμοί γε in Vptonina scribitur. Pari modo infra, vs. 7. idem editor, nescio quo sive casu, sive consilio, ἀλλὰ ἐκεῖνο, invitis libris, pro ἀλλ' ἐκεῖνο scripserat.

Ibid. Ἐπικτήτῳ δ' οὐκ ὀλίγος, scil. λόγος. Vptonus, quum in versione verba ista his latinis reddidisset, *Epicteti autem haud parum interest;* in Notis monuit, vertendum fuisse, *ne parum quidem.* Recte: id enim & ratio flagitabat, & fert sermonis usus; *ne parum quidem, ne tantillum quidem, nihil quidquam.* Similiter certe apud Epict. IV. 13. 18. *οἱ οὐδέ τι ὀλίγον ἐγνωρισμένοι*, sunt *homines ne parum quidem noti*, id est, *minime noti.* Et apud M. Antonin. I. 8. *μηδ' ἐπ' ὀλίγον* est *ne minimum quidem, ne tantillum quidem.* Eodemque modo *οὐδὲ μικρὸν* Xenophon usurpavit, Memorab. IV. 3, 15. Et Polyb. I. 51, 10. *μηδὲ μικρὸν ἀπολείπεσθαι, ne minimum quidem spatii relictum.* Quamquam & contrario plane sensu idem Polyb. II. 38, 3. *οὐδὲ παρὰ μικρὸν ὑπερέχει* ait, *haud parum*, i. e. *longo intervallo superat.* Caeterum ex eo modo quo hic de Epicteto loquitur Arrianus, (*Epicteti nihil quidquam interest. Epictetus nihil quidquam curat, si quis orationem ejus contemserit,*) probabile fieri videtur, vivente etiam tum Epicteto scriptam esse hanc Epistolam, adeoque editas ab Arriano hasce praeceptoris sui Dissertationes. Sane, quod Dodwellus loco paulo ante a nobis citato contendit,

post

post mortem demum Epicteti esse eas editas, id quidem non firmissimis argumentis a docto illo viro evictum est.

Ibid. καὶ λέγων αὐτοὺς. καὶ λέγων αὐτὰς pb. quae lectio minime spernenda videtur: *quandóquidem & ipse, cum verba faceret*, (vel, *cum illos institueret sermones*, subintelligendo αὐτοὺς) *manifeste nihil aliud spectabat*, &c. Sic vers. 7. αὐτὸς ὁπότε ἔλεγεν αὐτούς.

Ibid. ὅτι μὴ κινῆσαι τὰς γνώμας τῶν ἀκουόντων πρὸς τὰ βέλτιστα. — „Simplicius in Procemio: Πολὺ δὲ τὸ ἐρεθιστήριον καὶ κινητικὸν ἔχουσιν οἱ λόγοι· εἰς τοὺς μὴ πάνυ νεναρκωμένους νύττεσθαι ἐξ αὐτῶν, καὶ συναισθάνεσθαι τῶν οἰκείων παθῶν, καὶ πρὸς διόρθωσιν αὐτῶν ἐπεγείρεσθαι, τοὺς μὲν μᾶλλον, τοὺς δὲ ἧττον· καὶ εἴ τις ὑπὸ τούτων μὴ πάσχῃ τῶν λόγων, ὑπὸ μόνων ἂν τῶν ἐν ᾅδου διικαστηρίων ὑπευθυνθείη. [ἀπευθυνθείη.] *Genus orationis est nervosum et acre; ut, qui omnino mortui non sunt, eo veluti stimulo quodam pungantur, & suas affectiones* [*suos morbos*] *tum intelligant, tum ad eas corrigendas excitentur, alii plus, alii minus. Qui vero his disputationibus non afficitur, is nonnisi apud inferorum tribunalia corrigetur.*“ VPTON.

Vers. 6. ἔχοιεν ἄν. „Sic noster codex, ms. Par. & cod. Salmant. Cæteri [nempe editi libri] perperam ἔχοι ἄν. Mox autem [*Vers.* 7.] τὸν ἀκροώμενον αὐτοῦ reposui, pro αὐτῶν, præeunte nostro codice.“ VPTON. — Ad vulgatam olim lectionem, ἔχοι ἄν, WOLFIVS jam monuerat, ἔχοιεν legendum, scil. οἱ λόγοι. Et MEIBOMIVS: „ἔχοιεν ἄν, vel simpliciter ἔχειν οἶμαι.“ Quas lectiones subinde e ms. Paris. laudat Vptonus, eas ex illo maxime membranaceo codice ductas videbimus, quem *pa.* nos insignivimus; at hoc quidem loco codex ille cum vett. edd. in pravam scripturam ἔχοι ἄν conspirat; contra ἔχοιεν ἄν habent reliqui duo pbc.

Ibid. τοὺς τῶν φιλοσόφων λόγους. Caret τοὺς pb.

Vers. 7. τὸν ἀκροώμενον αὐτοῦ. „αὐτοῦ reposui pro αὐτῶν, præeunte nostro codice.“ VPTON. In αὐτῶν cum editt. vett. consentiunt nostri pab. et quod αὐτῶ habet pc. id ex eodem αὐτῶν decurtatum videtur.

Vers. 8. εἰ δ' οἱ λόγοι αὐτοὶ ἐφ' αὑτῶν τοῦτο οὐ διαπράττονται. *si vero sermones hi per se ipsi illi non consequuntur.* Cum οἱ λόγοι αὐτοῦ ἐφ' αὑτῶν vulgo legeretur, ad ista verba WOLFIVS hæc adnotavit: „*Sermones ipsius per sese*, hoc est, sententiæ mandatæ literis; viva voce, cujus major vis esse dicitur, destitutæ: non accedente vultu, gestu, & actione, cui primæ, secundæ & tertiæ

in eloquentia tribuuntur a Demoſthene." — Tum MEIBOMIUS: „Ego ſcribo αὐτοῦ ἀΦ' αὑτῶν. Ita ſcribendum, quia verſ. [7.] dicit ὁπόσα ἔλεγεν αὐτοὺς, ſcil. λόγους. *Per ſe*, ſcil. *non effecerint.*" — Ad quae VPTONVS, qui temere adnotationem hanc, & multas alias, quae Meibomii ſunt, Salmaſio auctori tribuit: „Nihil muto, ait. Ἐφ' αὑτῶν, *per ſe:* recte ſic exponi, docebit H. Steph. in Lexico, & exempla ibi allata." — Merito vero iſtam Meibomii rationem Graeca mutandi improbavit doctus Britannus. ἀφ' ἑαυτοῦ eſt *per ſe*, quemadmodum aliquis *ipſe per ſe, ſolus per ſe*, vel *ſeorſim ab aliis* agere aliquid dicitur. Veluti, ἐν τῇ πόλει καθίσταλο ἅπαντα ἀφ' ἑαυτοῦ, *per ſe omnia in urbe conſtituit.* Appian. de Bell. Civ. I. 97. ἐπὶ σφῶν αὐτῶν οἰκεῖν, *ſeorſim per ſe civitatem incolere.* Thucyd. II. 63. ἀΦ' ἑαυτῶν στρατοπεδεύειν, *ſeorſim ab aliis caſtra habere.* Appian. Civ. I. 118. Sic igitur h. l. οἱ λόγοι ἀΦ' αὑτῶν ſunt *ſermones hi per ſe, ſeorſim*, nempe *ſejuncti a vultu & actione Epicteti;* quemadmodum perſpecte Wolfius interpretatus eſt. At vero pronomen αὐτοῦ, *illius*, utique non modo otioſum hoc loco, ſed prorſus importunum erat; quoniam de eisdem his ſermonibus non jam loquitur Arrianus, *quatenus ab Epicteto ſunt habiti*, ſed quatenus *ſcripto ſunt mandati.* Itaque, codicum licet auctoritate deſtitutus, αὐτοῦ in αὐτοὶ mutare non dubitavi; qua ſcilicet leviuſcula mutatione id ipſum, quod vult Arrianus, planius etiam & ſignificantius declaratur: *ſermones hi ipſi per ſe, ſoli, nudi per ſe.* Sic habes αὐτὸς ἀΦ' ἑαυτοῦ, I. 29, 36. II. 16, 2. αὐτὸς ἐπὶ ἑαυτοῦ, III. 26, 13. αὐτὸς ἐπ' ἐμαυτοῦ, III. 26, 30. Apud alios vero etiam ſcriptores paſſim latuit interpretes, atque ſubinde etiam librarios, uſus iſte pronominis αὐτὸς, & fraudi utrisque fuit. Vide Lexicon noſtrum Polybianum, hac voce, num. 1. Conf. infra, II. 22, 7. not.

Ibid. τυχὸν μὲν ἐγὼ αἴτιος, &c. „*Fortaſſe ego in culpa ſum:* qui ſcilicet memoria lapſus, non optima fide, quae audivi, conſcripſerim. *Fortaſſe vero neceſſe eſt rem ita ſe habere:* quia ſcilicet mutae literae non poſſunt ita permovere animos, ut viva vox, & actio oratoria." WOLFIVS.

NOTÆ

NOTAE AD EPICTETI DISSERTATIONES AB ARRIANO DIGESTAS.

LIB. I. CAP. I.

Ἀρριανοῦ τῶν Ἐπικ]ήτου Διατριβῶν. „Hoc modo Inscriptio esse habere debet, quam quidem mutavi non solum nostri Codicis, sed Simplicii, Photii atque A. Gellii auctoritate. In editis hactenus libris Titulus est, Ἀρριανοῦ Ἐπικ]ήτος. Photius de Arriano: [cod. LVIII. p. 25. edit. Hœschel.] Ἔγραψε δὲ βιβλία καὶ ἕτερα· τῶν μὲν Διατριβῶν Ἐπικ]ήτου τοῦ διδασκάλου, ὅσα ἴσμεν, βιβλία ὀκτώ· τῶν δὲ Ὁμιλιῶν τοῦ αὐτοῦ Ἐπικ]ήτου βιβλία δώδεκα. Simplicius in initio Commentariorum: Περὶ μὲν τοῦ βίου τοῦ Ἐπικ]ήτου καὶ τῆς αὐτοῦ τελευτῆς Ἀρριανὸς ἔγραψεν, ἐ τὰς Ἐπικ]ήτου Διατριβὰς ἐν πολυστίχοις συντάξας βιβλίοις. Et mox eidem auctori attribuit τὸ Ἐπικ]ήτου Ἐγχειρίδιον, quod Messalino inscripsit Arrianus, delectis iis, quæ maxime opportuna atque necessaria in philosophia esse videbantur, ἐκ τῶν Ἐπικ]ήτου λόγων. Marcus Antoninus lib. I. sect. 7. memorat, se a Rustico dono accepisse Ἐπικ]ήτου ὑπομνήματα. Atque A. Gellius lib. XIX. cap. 1. citat quintum Διαλέξεων Ἐπικ]ήτου librum.“

„Ex hisce locis credas prima facie plurimos extitisse libros, quos de Epicteto composuit Arrianus. I. Περὶ τῶν Ἐπικ]ήτου Διατριβῶν. βιβ. ἡ. II. Περὶ τῶν Ἐπικ]ήτου Ὁμιλιῶν. βιβ. ιβ'. III. Περὶ τοῦ βίου Ἐπικ]ήτου καὶ τῆς αὐτοῦ τελευτῆς. IV. Ἐπικ]ήτου Λόγοι. V. Ἐπικ]ήτου Ἐγχειρίδιον. VI. Ἐπικ]ήτου Ὑπομνήματα. VII. Περὶ τῶν Ἐπικ]ήτου Διαλέξεων.“

„De hisce libris quid sentiam, palam profiteri nullus dubito, licet in aliam a doctis viris iverim sententiam; nempe, esse a manu Arriani duo tantum inter tot memorata volumina: scil. Περὶ τῶν Ἐπικ]ήτου Διατριβῶν, cujus operis nonnulli interciderunt libri; & Ἐπικ]ήτου Ἐγ-

χειρι-

χειρίδιον, cujus quoque ad Meſſalinum præfatio ſeu dedicatio deperiit.“

„Nam ſi diligenter rem attenderis, non poſſis non videre, Ἐπικτήτου διατριβὰς, διαλέξεις, ὁμιλίας, λόγους, ὑπομνήματα, eadem fere ſonare. Ipſe etiam Arrianus in Præfat. vocat Λόγους Ἐπικτήτου, & Ὑπομνήματα; forſan ad Xenophontis imitationem, qui Σωκράτους ἀπομνημονεύματα ſcripſit. Immo credo, quemadmodum Xenophon Socratis Apologiam ſcripſit, & nonnulla hinc inde de vita atque obitu viri ſapientiſſimi interſperſit, ſic Arrianum hisce Diſſertationibus nonnulla attexuiſſe *de Epicteti vita atque obitu*, quæ temporis injuria vetuſtate abſumpta deſiderantur.“

„Διατριβὴ non modo eſt *locus in quo* διατρίβουσι, *ſe exercent*; ut σχολὴ *locus ἐν ᾧ* σχολάζουσι; (A. Gellius lib. I. c. 26. *Interrogavi in* diatriba *Taurum, an ſapiens iraſceretur.* Meminit I. Pollux lib. IX. c. 5. [ſect. 42.] legis Atticæ, μὴ ἐξεῖναι μηδενὶ τῶν σοφιστῶν διατριβὴν κατασκευάσασθαι. Aelianus lib. IV. c. 9. de Ariſtotele locutus, qui ſe Platoni ſubduxerat, ait, ἀνῳκοδόμησεν αὐτῷ διατριβήν.) ſed etiam *philoſophorum congreſſus, diſſertationes, diſputationes* dicuntur διατριβαί. Suidas: Διατριβή. τόπος ἐν ᾧ τινες μανθάνουσιν· ἢ καιρὸς καθ' ὃν ἀναστρεφόμεθα περί τι· ἢ διάλεξις Φιλόσοφος. In Platonis Charmide Socrates inquit, ἄσμενος ἦα ἐπὶ τὰς συνήθεις διατριβάς; *libenter me ad conſuetas diſputationes (ſeu congreſſus) contuli.* Aelian. lib. X. c. 16. ubi Diogenes Antiſthenem alloquitur, οὐκ ἂν οὕτως ἐξεύροις βακτηρίαν σκληράν, ὥστε με ἀπαλάσαι τῶν διατριβῶν τῶν σῶν. Dio Pruſ. ſcripta ſua vocat διατριβὰς, & Φιλοσόφους διατριβὰς, et ſæpe λόγους, et λόγους Φιλοσόφους, uti obſervabat Caſaubonus. Nec diſſimili ſenſu ſunt vocabula iſta, διαλέξεις, ὁμιλίαι. Suidas: διατριβή, διάλεξις Φιλόσοφος. Heſychius: Διάλεξις, ὁμιλία. et Ὁμιλέομεν, διαλεγόμεθα. Sunt autem ὁμιλίαι non modo *conſuetudines;* ſed pecul. *illæ conſuetudines quæ ſunt præceptori cum diſcipulo.* Apud Xenoph. ἀπομν. lib. IV. c. 5. Ἔφη δὲ καὶ τὸ Διαλέγεσθαι ὀνομάζεσθαι ἐκ τοῦ συνάγειν [ὀνομάσθαι ἐκ τοῦ συνιέναι] κοινῇ βουλεύεσθαι, διαλέγοντας κατὰ γένη τὰ πράγματα. Cum itaque A. Gellius lib. XIX. c. 1. hæc habet verba: *ex ſarcinula ſua librum protulit Epicteti philoſophi quintum* Διαλέξεων, *quas ab Arriano digeſtas congruere ſcriptis Zenonis et Chryſippi* [*non dubium eſt;*] nullus dubito, quin διαλέξεων ſit gloſſema vocis διατριβῶν, aut uſurpatas eſſe quaſi voces ejusdem ſignifi-

quintionis. Ipse Gellius lib. I. c. 2. *Dissertationum Epicteti digestarum ab Arriano secundum librum* [commemorat;] et lib. XVII. c. 19. [ait:] *Arrianus in libris quos de Dissertationibus ejus* [Epicteti] *composuit.*[a]

„Si qua fides interea Photii testimonio adhibenda, quippe qui adeo particulariter numerat τῶν Διατριβῶν Ἐπικ]ήτου, ὅσα ἴσμεν, βιβλία ἐκτὸς· τῶν δὲ ὁμιλιῶν τοῦ αὐτοῦ Ἐπικ]ήτου βιβλία δύοδεκα; tres libros extitisse olim credamus, quos de Epicteto composuit Arrianus: I. περὶ τῶν Ἐπικ]ήτου Διατριβῶν. βιβ. ἡ. II. περὶ τῶν Ἐπικ]ήτου Ὁμιλιῶν. βιβ. ιβ. III. Ἐπικ]ήτου Ἐγχειρίδιον. Verumenimvero non adeo me movet Photii testimonium, ut priorem mutem sententiam. Sed suo lector fruatur judicio.[a] VPTON.

Ex brevi mentione, quam Epicteteorum Arriani librorum facit Photius, intelligitur, libros ipsos non fuisse ab hoc Critico inspectos; quo facilius fieri potuit, ut idem opus, quod ab aliis Διατριβῶν Ἐπικ]ήτου, ab aliis Ὁμιλιῶν titulo insigniebatur, pro duobus diversis operibus ab eo haberetur. Ἀρριανός cum accentu in ultima scribi, non Ἀρρίανος, Ἀρριάνου, ut Vptonus fecit, monui supra ad inscript. epistolæ ad L. Gellium. In fronte totius operis, rursusque in fronte cujusque ex quatuor libris, denique in cujusque paginæ inscriptione, τῶν τοῦ Ἐπικ]ήτου Διατριβῶν scripserat Vptonus, adjecto articulo τοῦ ad Ἐπικ]ήτου, quem articulum in Notis recte prætermisit. Et sic plane, quemadmodum in Notis Vptonus refert, Ἀρριανοῦ τῶν Ἐπικ]ήτου Διατριβῶν, inscribuntur iidem hi libri in codice Bibliothecæ Florentinæ, cujus meminit Bandinius in Catal. Biblioth. Laurent. Tom. II. col. 589. In nostro codice Paris. pb. ante Epistolam dedicatoriam Arriani ad L. Gellium Titulus universi operis (ut supra notavimus) sic scribitur: Ἀρριανοῦ, Ἐπικ]ήτου διατριβαί. In pa. et pc. generalis titulus non alibi legitur, nisi in fronte Tabulæ capitum, libro primo comprehensorum. Ibi pa. sic habet: Πίναξ τοῦ πρώτου βιβλίου τοῦ Ἀρριανοῦ τῶν Ἐπικ]ήτου διατριβῶν. Qui titulus totidem etiam verbis in pb. legitur. Contra pc. ita habet: Τὰ κεφάλαια τοῦ πρώτου βιβλίου τῶν Ἐπικ]ήτου διατριβῶν, συγγραφουσῶν (συγγραφεισῶν debuerat) παρ' Ἀρριανοῦ. quæ inscriptio prorsus cum illo titulo convenit, quo A. Gellium usum vidimus, *Epicteti Dissertationes ab Arriano digestæ*. Conf. quæ notamus ad Simplicii Comment. in Enchir. extr. pag. 1. edit.

edit. Lugd. In principe editione Veneta libri hi proprium titulum nullum habent; sed quum in eodem volumine et Enchiridion Epicteti & Dissertationes hæ contineantur, integro volumini generalis titulus, ΑΡΡΙΑΝΟΥ ΕΠΙΚΤΗΤΟΣ, ARRIANI EPICTETUS, præfixus est: inde mos obtinuit, ut in sequentibus deinde editionibus, quoniam *Enchiridion* proprium sibi titulum habebat, *Dissertationes* hæ isto titulo, *Arriani Epictetus*, insignirentur.

Vers. 1. Τῶν ἄλλων δυνάμεων. — „*Aliarum facultatum.* δυνάμεις, *vires* seu *facultates*, appellat non tantum naturales animi corporisve potentias, sed etiam artes & scientias; ut exempla, quibus utitur, declarant." WOLFIUS. — „Docet Epictetus, *logicam* seu *rationalem facultatem* cæteris omnibus tum animi tum corporis facultatibus non modo superiorem esse, sed etiam imperium habere; utpote quæ usum earum facultatum & pretium dijudicet, *quo modo*, *quando*, & *quatenus* utendum, doceat; sese interea contempletur, sese formet, fingatque ut lubet. Confer autem hujus libri cap. 17. & 20. init. & II. 23. [vs. 7 sqq.] Vide etiam Plat. Alcib. I. vol. 2. p. 131. ed. H. Steph. Sic M. Antonin. lib. II. [immo lib. XI.] 1. Τὰ ἴδια τῆς λογικῆς ψυχῆς· ἑαυτὴν ὁρᾷ, ἑαυτὴν διαρθροῖ, ἑαυτὴν ὁποίαν ἂν βούληται ποιεῖ· τὸν καρπὸν, ὃν φέρει, αὐτὴ καρποῦται. *Hæ sunt animæ ratione præditæ proprietates: se cernit, fingit artatque ut lubet,* [διαρθροῖ, *explicat, evolvit, particulatim discernit.* vide Epict. Dissert. I. 17, 1. & ibi not.] *qualemque vult ipsa facit: fructum, quem profert, ipsa carpit.* Et [apud eumdem Antonin.] lib. III. 1. mens dicitur *vis ea, quæ se uti novit;* τὸ ἑαυτῷ χρῆσθαι. Et lib. V. 21. de universa Mente, τὸ πᾶσι χρώμενον καὶ πάντα διέπον. Mox [ibid.] mentem humanam vocat τὸ ἐκείνῳ ὁμογενές. καὶ γὰρ ἐπὶ σου τὸ τοῖς ἄλλοις χρώμενον τοῦτό ἐστι, καὶ ὁ σὸς βίος ὑπὸ τούτου διοικεῖται. Et lib. VII. 55. ἡ νοερὰ [κίνησις] ἐθέλει πρωτιστεύειν καὶ μὴ καθαιρετεῖσθαι ὑπ' ἐκείνων· (scil. τῶν αἰσθητικῶν καὶ ὁρμητικῶν κινήσεων.) δικαίως γε· πέφυκε γὰρ χρηστικὴ πᾶσιν ἐκείνοις." VPTON.

Ibid. αὐτὴν αὐτῆς θεωρ. αὐτὴν αὐτῆς pa. non male. Vide mox Adnot. ad vs. 4.

Vers. 2. μέχρι τοῦ διαγνῶναι τὰ γράμματα, *ad dignoscendas* vel *pernoscendas literas.* τὰ συγγράμματα, pro τὰ γράμματα maluerat Meibomius, *scripta* intelligens *poëtarum aliorumque celebriorum auctorum*, quæ a Grammaticis

maticis tractabantur; ex Ammonii definitione in principio Comment. in V. voces: Γραμματική ἐστιν ἐμπειρία τῶν παρὰ ποιηταῖς τε καὶ συγγραφεῦσιν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ λεγομένων. At, si vel maxime id dicere voluisset Epictetus, ne sic quidem solicitanda erat vulgata scriptura; quoniam eodem sensu etiam τὰ γράμματα atque τὰ συγγράμματα dicuntur; quod et diserte, ubi de Grammaticæ ratione agebatur, monuit Sextus Empir. adv. Math. I. 47 sq. Sed τὰ γράμματα, *literæ*, magis generatim h. l. intelligi debebunt *recte loquendi scribendique ratio*. conf. mox vers. 3. Alibi, ubi idem argumentum tractat, ait, *Grammaticum* versari περὶ τὴν ἐγγράμματον φωνήν. I. 20, 4. ubi vide Not.

Vers. 3. ὅταν μὲν ἄν τι γράφειν τῷ ἑταίρῳ δέῃ, *ubi amico aliquid scribendum est*. „Cod. Ven. Basil. et Salmant. pro ἄν τι γράφειν habent ἀνθιγράφειν: & in versione Schegkii & Wolfii, *rescribere*." VPTON. Quos *codices*, *Venetum*, *Basileensem*, *Salmanticum*, & hic & passim aliis in suis Notis laudavit Vptonus, non sunt alii, nisi typis expressi in istis urbibus libri. Nec vero male per se haberet ἀνθιγράφειν, nisi sic desiderari videretur accusativus casus nominis vel pronominis; quem suppleturus Genevensis editor, perspecte verbum ἀνθιγράφειν in tres voces partitus est. Inde in ceteras editiones propagata ea scriptura: quam ipsam rursus improbans MEIBOMIVS, omissa ἄν particula, ὅταν μέν τι scriptum voluit; non recordatus, puto, nihil impedire, quo minus particula ἄν, licet in præcedenti ὅταν jam comprehensa, repeti potuerit; quod ipsum non modo sermonis extemporalis ratio facile ferebat, sed & in elaboratissimis scriptis clarissimorum auctorum græcorum persæpe factum constat. Conf. mox ad vers. 10. notata ab Vptono. Mire vero corruptus hic locus est in Parisinis codd. in quibus omnibus sic legitur, ὅταν μὲν ἀντιγράφῃς τῷ ἑταίρῳ, δεῖ τούτων. In uno pa. inter lineas indicatur scriptura ἀντιγράφειν. Porro, pro τί γραπτέον' novo errore pc. τῶν γραπτέων habet.

Ibid. τί γραπτέον. *quid scribendum*; nempe, *quibus verbis utendum*, atque etiam *quomodo illa verba literis sint mandanda*.

Vers. 4. Ἢ καὶ αὐτὴν θεωροῦσι. Tacite αὐτὴν correxit Vptonus, pro αὐτὴν, quod erat in superioribus editionibus, ac teneri utique poterat: nam idem valet αὐτὴν ac ἑαυτὴν vel αὑτὴν; & omnes omnino obliquos

(qui

(qui dicuntur) casus pronominis *demonstrativi* αὐτὸς pro *reciproco* pronomine apud optimos quosque scriptores frequentissime usurpatos videmus, ita ut αὑτοῦ valeat ἑαυτοῦ vel ἀὐτοῦ, αὐτὸν valeat ἑαυτὸν vel αὐτὸν, & sic de ceteris. Qua de re sæpe ad Appianum & ad Polybium diximus, & ipse etiam Vptonus monuit ad Noſtr. II. 12, 11. & ad I. 2, 9. & passim alibi. Idem tamen Epicteti editor, ubi ista scriptura in superioribus editionibus occurrebat, plerumque tenuem spiritum aspero mutavit; idque suo arbitratu, non codicis mali auctoritate nisus, quem nullum ipse oculis suis usurpaverat. Nam quem *suum codicem mstum* vocare Vptonus consuevit, meminisse semper lector debebit nihil aliud fuisse, nisi exemplum Venetae editionis, in cujus ora adnotatae erant discrepantes a vulgata lectiones, e duobus codicibus msstis excerptae. Atqui ex ejusdem illius libri sui ora non nisi semel, quod quidem observaverim, discessionem in hoc pronomine msstorum a lectione typis vulgata adnotavit, nempe ad II. 14, 16. Aliis locis, ubi in sua editione scripturam olim vulgatam pari modo mutavit, ne mentionem quidem usquam in Notis mutationis istius fecit. Nos, quoniam & ante hunc locum in quo versamur, (vs. 1. & 3.) & paulo post rursus eodem hoc versu, in αὐτὴν & αὐτῆς cum aspero spiritu consentiant libri, eumdem hoc loco ab Vptono invectum tenuimus; quamquam fortasse, variandae saltem nonnihil orationis caussa, αὐτὴν ex libris revocatum haud absurde maluerit aliquis. Sed minuta utique res est, de qua semel pluribus quibusdam verbis monuisse licuerit: posthac, sive Vptoni in eodem genere mutationem pariter subinde sequar, sive scripturam olim vulgatam (quam eamdem cum msstis libris consentientem puto) revocare commodum duxero, uno verbulo ea de re monebo. Haec scripseram, quum intellexi, hoc quidem loco tres nostros codices Parisinos in αὐτὴν, quod Vptonus habet, consentire: & sic mox rursus iidem, αὕτη καὶ αὐτὴν καταναγκ. ubi tamen in posterius αὐτὴν fuerat scriptum. Omnino vero nullam quidem certam rationem codices hi sequuntur; sed utplurimum tamen lenem spiritum praeferunt, ubi asperum Vptonus posuit.

Ibid. Ἡ Δύναμις ἡ Λογικὴ. Non est hoc nomine nunc sola intelligenda *ratiocinandi ac disserendi facultas*, ut Wolfius vertit; sed omnino *Facultas Rationalis*, ut Vptonus; nempe universa ea *facultas*, quae τοῦ λόγου, id est,

est, *Rationis* nomine cumprehendi solet; qua mutis animantibus praestant homines, & a qua λογικὸν ζῶον homo definitur. I. 6, 12. II. 9, 2. & alibi. Ea facultas, cujus & praestantiam hac disputatione laudat Epictetus, & diligentem culturam usumque commendat, cum intelligendi vim omnem continet, tum voluntatis libertatem. Quare eamdem mox vs. 5. rursusque v. 12. τὴν χρηστικὴν δύναμιν τῶν φαντασίας, tum τὴν προαίρεσιν vs. 23. adpellat.

Ibid. παρέλιπτεν, et mox ἐλήλυθε. Confer I. 26, 5 sq. & Adnot. ad I. 7, 12.

Vers. 5. ὅτι χρυσίον καλόν ἐστι, rem praestantem (vel, rem bonam) esse aurum. χρυσίον e suo cod. & Paris. & ex edit. Salmant. restituit Vptonus, consentientibus Parisiis omnibus; cum χρυσίου dedissent superiores editiones, typothetae (ut videtur) errore, e principe edit. Ven. in caeteras derivato. Eum errorem jam in suo exemplo correxerat Meibomius. Vocabulum καλὸν pulcrum interpretatus erat Vpt. cum Wolf. quod hoc quidem loco cum mente auctoris minus convenire mihi visum est. Nam, verum si quaerimus, pulcritudo ipso sensu cognoscitur; ita quidem, ut aurum ipsum quodammodo intuentibus dicat, pulcrum se esse: at praestantia, excellentia, bonitas rei, ex collatione rationis judicatur, qui est usus aliquis nostrorum visorum. Eodem modo vocab. καλὸν in Stoicorum illa definitione Avaritiae accipitur, quam Laërt. VII. 111. refert: ἡ Φιλαργυρία ὑπόληψίς ἐστι τοῦ τὸ ἀργύριον καλὸν εἶναι. ubi ridicule interpres, *avaritiam opinionem esse de pecunia quod honesta sit:* debebat, *quod res praestans*, vel *res bona sit;* quam sententiam his verbis Cicero Tusc. IV. 11. expressit: *est Avaritia, opinatio vehemens de pecunia, quasi valde expetenda sit.* In eamdem fere, quam exposui, sententiam MEIBOMIUS ad verba illa quae proxime sequuntur, ἡ χρηστικὴ δύναμις τῶν φαντασίας, haec adnotavit: „quae potentia expendit singulorum v. gr. metallorum virtutes; adeoque omnibus consideratis colligit, *aurum esse praestantissimum.*"

Ibid. ἡ χρηστικὴ δύναμις τῶν φαντασίας. *facultas visis utendi.* Hoc nomine eamdem nunc indigitat, quam modo τὴν δύναμιν τὴν λογικὴν dixerat. conf. v. 12. et ibi not. De vi vocis φαντασία Indicem consule: notum est autem, Stoicis sic dici *quamlibet speciem sensibus acceptam*, quamlibet *impulsionem animis nostris a rebus externis oblatam.*

Verſ. 7. *τὴν χρῆσιν τὴν ὀρθὴν τοῖς Φαντασίαις.* „Notanda eſt ſtructura *τὴν χρῆσιν τοῖς Φαντασίαις*, cum alibi dicat *τὴν χρῆσιν τῶν Φαντασιῶν*; ſic II. 8, 6. II. 19, 32. II. 22, 29. III. 22, 20. Sed nihil temere mutare velim: nam nomina verbalia eundem caſum ac ipſa verba regunt. Cic. de Leg. I. 15. *Juſtitia eſt obtemperatio ſcriptis legibus, inſtitutisque populorum.* Cæſar lib. I. [de Bell. Gall. c. 5.] *domum reditionis ſpe ſublata.* Eadem quoque conſtructio apud Stobæum Ecl. Eth. p. 171. eaque ab ipſis Stoicis: *εὐτεκνία, χρῆσις τέκνοις &c. εὐγηρία, χρῆσις σπουδαία γήρᾳ κατὰ Φύσιν ἔχουσι.* Sic II. 8, 6. *ἀλλὰ παρακολούθησίν γε τῇ χρήσει τῶν Φαντασιῶν οὐκ ἔχει.*“ VPTON. — De eadem ſtructura, Polybio etiam familiari, diximus ad Polyb. I. 11, 1. Pari vero ratione rurſus Noſter I. 6, 42. *τὰ ἐγκλήματα τῷ θεῷ* dicit, pro *τοῦ θεοῦ*. Et *ἐφαρμογὴ τῶν προλήψεων τοῖς ἐπὶ μέρους οὐσίαις.* I. 22, 3.

Verſ. 8. *Ἀρά γε* ex ed. Ven. reſtitui, ut & ratio poſtulabat, & Salmaſius etiam adnotaverat. Sic vero & codd. noſtri omnes. Mendoſe aliæ editiones *ἀρά γε*.

Ibid. εἰ ἠδύνατο, ἐκεῖνα ἂν ἡμῖν ἐπέτρεψαν. „*Artifex* (inquit Seneca de Provid. c. 5.) *materiam mutare non potuit.* *Πρόσεστι δὲ τὸ ἀναγκαῖον, καὶ τὸ τῷ ὅλῳ κόσμῳ συμφέρον, οὗ μέρος εἶ.* M. Antonin. lib. II. ſ. 3.“ VPTON. — Corrupte *ἐπέγραψαν* pc. pro *ἐπέτρεψαν*.

Verſ. 9. *σώματι συνδεδεμένους. σώματι δεδεμ.* pb. *Ibid. κοινωνοῖς τοιούτοις, adligatos hujusmodi ſociis.* „Quorum poſtea mentionem facit, [verſ. 13.] ſcil. *ἀδελφῷ, φίλῳ, τέκνῳ*. Vide quoque infra, I. 12, 16. Quod ideo monendum duxi, ne quis cum Salmaſio *κοινωνοὺς* velit, accuſandi caſu. conf. II. 5, 28.“ VPTON. — Quam conjecturam ad Salmaſium auctorem refert Vptonus, continetur ea in *Acceſſionibus ad Emendationes Meibomianas in Diſſertationes Epicteteas Arriani*, quas Acceſſiones poſt Emendationes Meibomianas, Salmaſianis mixtas, edidit Relandus cum Enchiridio, p. 143 ſeqq. Atqui eas acceſſiones, cum ipſa inſcriptione, tum & in præmiſſa præfatione, haud obſcure MEIBOMIO, non SALMASIO, tribuit Relandus.

Verſ. 10. *Ἐκλίπητε.* Recte hoc nomen a ſuperioribus verbis ſejunxit Vptonus, & ad ſequentia traxit, quemadmodum jufſerant Salmaſ. & Gatak. ad Anton. V. 33. Prius ita edebatur, *Ἀλλὰ τί λέγει ὁ Ζεὺς Ἐκλίπητε;*

Ibid.

Ibid. σμικρίων — πτωχαλίων. „Notandum est, Epictetum & M. Antoninum, id quod Stoicis familiare esse videbatur, ut rerum indifferentium (*τῶν μέσων, τῶν ἀδιαφόρων*, quae *οἱ πολλοὶ* magni faciunt) contemptum indicarent, eas vilioribus appellationibus extennasse. Hinc illa diminutiva vocabula, *σμικρίων, πτωχαλίων, ἀγρίδιον, δοξάριον, ψυχάριον*, & id genus plurima. Quod quidem semel monuisse satis esto.“ VPTON. — In *πτωχαλίων* consentiunt pub. *πτωχίων* pc.

Ibid. ἐνοίησα ἐλεύθερον. „Vulgo *ἐνοίησα ἂν ἐλεύθερον*. Sed abest haec particula a nostro codice; quam quidem geminatam habes frequenter apud Platonem, Euripidem, & Atticos scriptores.“ VPTON. — Alterutro, loco, sive hic, sive post *σμικρίων* redundare istam particulam, delendamque, adnotaverat MEIBOMIVS. Rursus tamen: „Quod *ἄν* semel abundet, ait, excusandum est; quia extemporanei sermones non sunt ita accurati, ut qui cum cura scribuntur.“ — Et ego lubens gratiam fecerim repetitae particulae; non modo quod extemporalis fit oratio, sed quod nihil omnino insueti repetitio illa habet. (conf. not. ad vs. 3.) Et habet eam particulam h. l. repetitam codex noster pc. cum editis ante Vptonum; sed ignorant eandem codices pub.

Ibid. ἀκαρεμπόδιστον. Sic scripsi ex trium nostrorum codicum consensu. Vulgo *ἀκαρεμπόδιστον* edd. Vide Ind. & Not. ad II. 13, 22. & ad Enchir. I. 2.

Vers. 11. πηλὸς κεμψῶς τεθυραμένος. „Respicere videtur ad Promethei fabulam. Sic IV. 11, 27. *τὸ σμικρὸν δὲ φύσει πηλός ἐστι.* cf. IV. 1, 78. Scribit Suetonius, [in Tib. c. 57.] *Theodorum subinde in objurgando adpellare solitum Tiberium πηλὸν ἁλμυρὸν τεθυραμένον.*“ VPTON. — Pro *κεμψῶς*, est *κομψὸς* in pbc. Sed in pb. altera scriptura superne indicatur.

Vers. 12. Ἐπεὶ δὲ τοῦτο οὐκ ἠδυνάμην. „Senecae de Provid. c. 6. *At multa incidunt tristia, horrenda, dura tolerata. Quia non pateram vos istis subducere, animos vestros adversus omnia armavi.*“ VPTON.

Ibid. ἔδωκα μέν σοι. „Scribo *ἔδωκά μέν σοι*. Certe *μὲν* hic suum *ἀποδοτικὸν* non invenit.“ MEIBOMIVS. — Et ego prope absum ut probem Meibomii rationem. Ac fortasse etiam *ἠδυνάμην*, quod praecedit, in *ἠδυνάμεθα* fuerit notandum, quemadmodum idem suspicatus erat vir doctus. Certe quidem in terminationibus praesertim verborum frequentissimos ubique invenies librariorum. At id nunc quidem

dem non urgebo: neque enim insuetus est nostro subitus ejusmodi a singulari numero ad pluralem transitus, & vice versa a plurali ad singularem. vide I. 29, 59. IV. 13, 1 sq. I. 6, 42 sq. II. 14, 8. IV. 8, 34. Et in ipsis his verbis ἔδωκα μέν σοι μέρος τι ἡμέτερον similis quidam transitus inest. Quod si quem vero movet id, quod Meibomius etiam observavit, quod particula μὲν non habeat in sequenti oratione particulam sibi respondentem δὲ, aut aliam similem; scribat is cum nostro cod. pb. ἔδωκά σοι, deleta μὲν particula; & omnis levata fuerit difficultas.

Ibid. μέρος τι ἡμέτερον. „Legit Salmasius τι ὑμέτερον, quia infra (I. 6, 41.) ταῦτα ἔχουσας ὑμέτερα καὶ ἐλεύθερα, οὐ χρῆσθε αὐτοῖς. Sed frustra est. Jupiter dicit, se Epicteto tribuisse *sui quandam partem*; divinae scilicet particulam auraе." UPTON. — Mihi vero etiamnum videndum videbatur, an verum fortasse tetigerit Salmasius; quoniam non tam de eo nunc agitur, quod in nobis *divinae naturae* sit *simile*, quam de eo quod *in nostra positum sit potestate*. Ac sane nec in ὁρμητικῇ & ὁρεκτικῇ δυνάμει, quam mox nominat, nec in ipsa χρηστικῇ τῶν φαντασιῶν, per se spectata, inest naturae nostrae cum Deo præ cæteris animantibus similitudo. Sunt enim & mutarum animantium ὁρμαὶ & ὀρέξεις, & ipsae quoque *visis utuntur*, ταῖς φαντασίαις χρῶνται. I. 6, 12 sq. III. 1, 25. At nimirum hoc ipso brutis antecellimus, quod, cum illa cæco ac necessario quodam ferantur impetu, nec quid agant intelligant, in nobis contra ἡ χρῆσις τῶν φαντασιῶν, αἱ ὁρμαὶ, ἀφορμαὶ, ὀρέξεις, ἐκκλίσεις, sint *in nostra potestate posita*, ἀφ' ἡμῖν, ut ait vs. 7. & *nostra opera*, ἡμέτερα ἔργα, ut est in Enchirid. init. Quam in sententiam mox etiam hoc ipso versu adjicit, ἐν ᾗ τὰ σαυτοῦ τιθέμενος, *in qua* (*visis utendi facultate*) *si tua omnia reposueris*. Eas rationes spectanti mihi veri speciem habere visa erat Salmasii conjectura. At nihil utique urget, ut eam arripiamus. Facultatem istam visis utendi, qualis ea homini data est, (nempe liberae ipsius potestati permissa, & cum intelligentia conjuncta, cf. I. 6, 13 sqq. IV. 7, 32.) *partem esse* ait Epictetus *divinae naturae*. Pari modo loquitur I. 17, 27. II. 8, 11. Eodem pertinet Fragm. apud Stobæum, Ecl. Eth. p. 199. quod in ora libri dicitur esse Ῥούφου ἐκ τῶν Ἐπικτήτου περὶ Φίλιππος; ubi verba, leviter vulgo corrupta, ita legenda sunt: Τῶν ὄντων τὰ μὲν ἐφ' ἡμῖν ἔθετο ὁ Θεὸς, τὰ δ' οὔκ. ἐφ' ἡμῖν μέν, τὸ κάλλιστον καὶ σπουδαιότατον, ᾧ δὴ καὶ αὐτὸς εὐδαίμων ἐστὶ, τὴν χρῆσιν τῶν φαντασιῶν.

τυπῶν. τοῦτο γὰρ, ὀρθῶς γινόμενον, ἐλευθερίας ἐστὶ, σύμπνοια, εὐφυΐα &c.

Ibid. τὴν ὁρμητικὴν τε καὶ ἀφορμητικὴν &c. Vide Not. ad III. 2. init. & ad Enchir. cap. 1, 1.

Vers. 13. *ἀρκεῖ σὸν αὐτοῖς.* Sic quidem noster pe. cum edd. Sed *ἀρκῇ σὸν αὐτοῖς*; pab. cum interrogandi signo: id est, *tune ergo his contentus es?* Tum pro *εὔχου δὲ*, habent *εὐχόμεθα δὲ* pac. & *εὐχόμεθά γε* ph. quod speciem haberet, si quis hac dissertatione colloquens cum Epicteto induceretur, ut I. 11, 38. Nunc vero *εὐχου δὲ τοῖς Θεοῖς* dicit, *precare Deos*, nempe *ut id tibi contingat.*

Vers. 16. *παρακύπτομεν.* — „Παρακύπτειν est *capite inclinato & propenso colla follicite adspicere*: inde metaphorice *de eo qui accuratius rem intuetur.* Legit tamen Meibomius *προσκύπτομεν.“* VPTON. — De verbo *παρακύπτειν* videsis quæ ad Evang. Lucæ 24, 12. collegit Wetstenii diligentia. Perperam, & invitis nostris mssis, *παρακύπτομεν* (litera *ω* longa) dabant vett. edd. Paulo ante, in pb. absunt illa verba, *διὰ τοῦτο ἂν ἄτλους ἦ*, & a verbis *Καθήμεθα στένοντες* nova linea ac veluti novum caput incipitur, majuscula atque minio picta prima litera. Ante eadem autem verba, *Καθήμεθα στένοντες* &c. inseruntur hæc: *Ἐκ τῶν τοῦ Φιλοσόφου Πρόκλου εἰς Πλωτῖνον ὑπομνημάτων. Δοῦλος Ἐπίκτητος γενόμην· καὶ σῶμ' ἀνάπηρος· καὶ πενίην Ἶρος· καὶ Φίλος ἀθανάτοις.* Eadem verba, ex ora veteris alicujus codicis importune huc intrusa, eadem loco leguntur in pa. sed ante hæc, post illa *καὶ παθαλιόμεθα*, idem cod. pa. ista exhibet, *διὰ τοῦτο ἂν ἄτλους ἦ*. In pc. omnia sunt sicut in editis, nisi quod desit *ἂν* ante *ἄτλους*.

Ibid. ταμίαν τῶν ἀνέμων. — „Respicit Homeri versus Od. κ'. 21.

τοῖσιν γὰρ ταμίην ἀνέμων ποίησε Κρονίων,
ἠμὲν πνείμεναι, ἠδ' ὄρνυμεν, ὅν κ' ἐθέλῃσι.“
VPTON.

Ibid. Αἴολον. Αἰόλον pa. Vide ad III. 22, 78.

Vers. 17. *Τί οὖν; Δεῖ τὰ ἐφ' ἡμῖν* &c. Quum sic distingueretur vulgo, *Τί οὖν δεῖ; Τὰ ἐφ' ἡμῖν* &c. proxime post *Τί οὖν* interrogationis signum ponere jussit Salmasius; quam distinctionem sibi non placere ait Vptonus, ego vero amplectendam putavi. Nec enim commode nedum *δεῖ*, pro *δεῖ ποιεῖν* vel *δεῖ πράττειν* poni videtur; & nihil frequentius Epicteto istâ formulâ *Τί οὖν*; nude sic posita? Ac plerumque quidem adhibetur ea formula, ubi

continuo alia sequitur interrogatio, veluti vs. 13. & 18 &c. sed & nulla sequente interrogatione, ut I. 2, 17. Nec tamen debeo dissimulare, in tribus nostris Parisinis codd. verba ista Τί οὖν δεῖ; sic jungi, ut vulgo in edd. omnibus factum erat.

Vers. 18. Ἐμὲ οὖν νῦν τραχηλοκοπεῖσθαι μέναν; „Cum indignatione quadam. Supple χρὴ, δεῖ, καλόν ἐστιν, aut simile aliquid. Sic I, 12, 24. σπίλος οὖν μοι γενέσθαι πεπερωμένον;" VPTON.

Ibid. Ἵνα σὺ παραμυθῇν ἔχῃς. „Versus notissimus: *Solamen miseris, socios habuisse doloris.*" VPTON.

Vers. 19. Λατέρανός [τις] ἐν τῇ Ῥώμῃ. „Plautius *Laterauus*, consul designatus, jussu Neronis interfectus est: conjurationis Pisonianae conscius, ei sociatus *nulla* (ut ait Tacitus, Annal. XV. 49.) propria *injuria*, *sed amore reipublicae*. Vncis autem haec verba τις ἐν τῇ Ῥώμῃ inclusimus. Neque dubitabit lector, quin e margine, ut solet, in contextum irrepserint; cum recenti adhuc hominum memoria Laterani caedes contigisset." VPTON. — De supplicio *Laterani* Tacitum confer Annal. XV. 60, cujus verba Schegkius ad h. l. citavit. Verba ἐν τῇ Ῥώμῃ in contextu teneri posse putavimus. Una vocula τις suspecta, quae haud dubie e margine irrepsit; sed qui eam suo codici primus adleverat, non τις scripsit absque accentu, *aliquis*; sed τίς; interrogative, nempe sibi ignotum illum significans, & quaerens, *quisnam* ille esset. Mox simillimo modo τίς ante Ἐπαφρόδ. inserunt codices nostri pac. Confer vero notata ad III. 1, 31. & ad III. 2, 15.

Ibid. ἐκτείνας γὰρ τὸν τράχηλον. Articulum, quem h. l. ignorabant caeterae editiones, tacite adjecit Vptonus, praeeunte (puto) ipsius codice; nostri certe Parisini omnes τὸν hoc loco non minus, quam paulo ante, eumdem agnoscunt.

Vers. 20. Ἐπαφρόδιτῳ τῷ ἀπελευθέρῳ τοῦ Νέρωνος. „*Epaphroditus*, *libertus Neronis* & a libellis, Epicteti dominus; de quo Suetonius in vita Neronis, c. 49. & Domit. c. 14. Tacitus Annal. lib. XV. 55. Suidas in voce Ἐπίκτητος. Alius videtur apud illa quem Josephus laudat. [in Procem. Antiq. Jud. & contra Appion. I. 1. & in Vita sua, in ipso fine.] Neque adeo credendum est, has voces τῷ ἀπελευθέρῳ τοῦ Νέρωνος e margine desumptas esse, uti istas supra, τις ἐν τῇ Ῥώμῃ: sed cum ea aetate plures essent ejusdem nominis, ad distinctionem,

ut

at pabo, adhibentur.“ VPTON. — De *Epaphroditis* videsis Cariſtoph. Wolfium, Wetſtenium aliosque Criticos ad Pauli Epiſt. ad Philippenſ. 2, 25. & quos illi laudarunt auctores. Mire vero tres noſtri codices Par. pro τῷ ἀκαλουθήρῳ τοῦ Νερ. dant τῷ κυρίῳ τοῦ Νέρωνος. Debuerant forſan τῷ κυρίῳ μου καὶ ἀκελευθήρῳ τοῦ Νερ. Paulo ante, in pa. ſic ſcribitur προσελθόντι, τίς Ἐπαφρ. Magis vero etiam corrupte in pc. ἀκελθόντα τίς ἐπ' ἀφροδίτῃ. De inſertione quidem pronominis τις, vide modo adnotata ad vſ. præced.

Ibid. ὑπὲρ τοῦ συγκρουσθῆναι. „Schegk. & Wolf. *de conjuratione.* Forſan, *de læſa majeſtate.* vide H. Steph. in voce συγκρούσεις.“ VPTON. — In contextu Vptonus interpretatus erat *de inimicitia atque offenſione:* mihi in eamdem ſententiam paulo planius videbatur, *de offenſionis cauſſa.* Eadem tamen notione multo frequentior eſt uſus alterius verbi compoſiti, προσκρούεσθαι. Pro ὑπὲρ, perperam ὑπὸ habet pb. ἐπὶ pc.

Verſ. 22. μή τις οὖν κωλύει. *num quis ergo prohibet.* μή τις ex principe edit. Ven. & Baſ. reſtitui, pro quo μή τι (neſcio, conſilio-ne, an caſu) in ed. Genev. receptum, et ex ea in reliquas transiit: quod ipſum in contextu quidem tenens VPTONVS, in Notis ait: „Fortaſſe melius cum ed. Ven. & Baſ. μή τις.“ — Nempe cum eadem editione Ven. conſentiebant codices mſſti, quorum collatione uſus eſt editor Britannus, e quibus nulla discrepantia a ſcriptura editionis Ven. adnotata erat. Et conſentiunt noſtri pabc. Recte: nam quamquam per ſe non improbandum foret μή τι, *num impedit aliquid;* tamen, quoniam paulo ante, quemadmodum frequentiſſime aliàs, μή τι pro nuda particula μή redundante pronomine τι ponitur, perſpicuitatis cauſſa nunc μή τις, *num quis,* dixit. Conf. II. 17, 22. Enchir. I. 3.

Verſ. 23. Ἀλλὰ δήσω σε. „Confer I. 18, 17. I. 29, 5. Hæc autem deſumta ſunt ex Euripidis Bacchis, vſ. 492 ſqq. Vnde Horatius lib. I. Epiſt. 16. [ſub finem:]

Vir bonus & ſapiens audebit dicere: Pentheu,
rector Thebarum, quid me perferre patique
indignum coges? Adimam bona. Nempe pecus, rem,
lectos, argentum. Tollas licet. In manicis & compedibus ſævo te ſub cuſtode tenebo.
Ipſe Deus, ſimul atque volam, me ſolvet.“

VPTON.

Ibid. Ἀνδρωνα, τί λέγεις; ἐμέ; „Cum Salmasio potius distinguendum: Ἀνδρωνα, τί λέγεις ἐμέ; Sic I. 25, 30.“ VPTON. — At eadem sententia significantius etiam expressa fuerit, si vulgatam servemus distinguendi rationem. Eodemque modo I. 25, 30. percommode distingui poterit: Τί λέγεις; αὐτόν;

Ibid. τὴν προαίρεσιν δὲ οὐδ' ὁ Ζεὺς νικῆσαι δύναται. Cur non? Respondet ipse Epictetus, III. 3, 10. οὐδὲ γὰρ ἐθέλησεν. conf. I. 6, 40.

Vers. 24. Εἰς φυλακήν σε βαλῶ. Τὸ σωμάτιον. Ἀπο-πνιξαλίσω σε. Πότε οὖν &c. Sic cum codice suo legendum distinguendumque monuit Vptonus in Notis, cum in contextu lectionem olim vulgatam servasset, quae sic habebat: Εἰς φυλακήν σε βαλῶ· τὸ σωμάτιον ἀποπνιξαλίσω σου. Πότε οὖν &c. Cum Vptoni cod. consentiunt nostri pub.

Vers. 26. Θρασέας. „*Thrasea Paetus*, philosophus Stoicus, vixit temporibus Neronis. Tacitus Annal. XVI. 21. *Trucidatis tot insignibus viris, ad postremum Nero virtutem ipsam exscindere concupivit, interfecto Thraseae Paeto, & Barea Sorano.* Martial. lib. I. Epig. 8. *Magni Thraseae.* & IV. 54. *Thrasea constantior ipso.* Plinius lib. VIII. Epist. 22. *Mandemus memoriae quod vir mitissimus & ob hoc quoque maximus, Thrasea, crebro dicere solebat, Qui vitia odit, homines odit.* Vide etiam Xiphilin. in vita Neronis, ubi inter alia haec sunt: [p. 995. ed. Reimar.] Τοιοῦτος μὲν ὁ Θρασέας ἐγένετο, καὶ τοῦτο ἀεὶ πρὸς ἑαυτὸν ἔλεγεν· ὁ ἐμὲ (lege ὅτι ἐμὲ) Νέρων ἀποκτεῖναι μὲν δύναται, βλάψαι δὲ οὔ. Quae verba sunt Socratis apud Platonem, ab Epicteto laudata.“ VPTON.

Vers. 27. Ῥοῦφος. „C. Musonius Rufus, *Tusci generis, equestris ordinis, studium philosophiae & placita Stoicorum aemulatus est:* verba sunt Taciti Histor. lib. III. 81. vide Annal. XIV. 59. & XV. 71. Scribit Xiphilinus, [p. 1087. ed. Reim.] Vespasianum philosophos omnes, excepto Musonio, Roma expulisse. Vide A. Gell. lib. XVI. c. 1. Extant ejus plurimae apud Stobaeum sententiae.“ VPTON.

Vers. 28. Ἀγριππῖνος τί ἔλεγεν; „Noster codex: Διὰ τοῦτο γὰρ Ἀγριππῖνος ἔλεγεν, ὅτι ἐγὼ ἁμαρτῇ ἁμπόδιον οὐ γίνομαι. Neque displicet haec lectio. Caeterum de *Paconio Agrippino* (cujus pater, laesae majestatis reus, sub Tiberio perlit; Sueton. Tib. c. 61.) consule Tacit. Annal. lib. XVI. 28 sq. & ibi Lipsium.“ VPTON. — ἁμπόδιον

τόδε etiam, pro vulgato ἰκετήσιος, scribere ex conject. jusserat Meibomius. Sed ἑρκτήσιος agnoscunt nostri codices omnes; τί vero, ante ἤλεγες, cum codice Vptoni ignorat noster pb. non male. Mox ἀπηγγέλη pbc. pro ἀπηγγέλθη.

Ibid. Ἀγαθῇ τύχῃ. „Hæc verba, ἀγαθῇ τύχῃ, solennia, in psephismatis præsertim occurrunt: eaque loquendi formula veteres utebantur, quoties successum precati sunt lætum aut magistratum ineuntibus, aut provinciam aliquam suscipientibus; vel etiam boni ominis causa. Sic Plato in Symp. Ἀλλ' ἀγαθῇ τύχῃ καλῶμεν Φαίδρον. & in Critone, ἀλλ', ὦ Κρίτων, τύχῃ ἀγαθῇ, &c. Eodem modo Romani, *Quod felix faustumque sit.*" VPTON.

Vers. 29. ἦλθον ἡ πέμπτη. *Quintam* diei *horam* intellige, non quintum diem, ut interpretes. Hora quinta lavatum ivit Agrippinus. Hoc credo Romanis fuisse solemne circiter id tempus." VPTON. — Schegkii & Wolfii errorem, *quintum diem* intelligentium, jam notaverat Meibomius, conferre jubens vs. 32.

Ibid. γυμνασάμενος ψυχρολουσῆναι. „Petron. c. 28. *Itaque intravimus balneum, & sudore calefacti, momento temporis ad frigidam eximus.* Ubi Gloss. *Antiqui, postquam se exercuissent, ad balnea, a balneis ad coenam, ibant.*" VPTON. — ψυχολουτεῖν scribunt pab. quod vulgato non deterius.

Vers. 30. ἤλθον. „Hanc optimam lectionem nostro codici debemus. Editi omnes, λέγει τις αὐτῷ, ἦλθ' ἔτι." VPTON. — In ed. Ven. operarum errore sic erat expressum ἦλθ' ἔτι, ex quo cæteri editores ἦλθ' ὅτι fecerunt, cum quibus faciunt tres nostri codices. *Ibid.* εἰσ ἀφιγμένη. ὧδε ἀφιγμένην pa.

Ibid. εἰς Ἀρίκειαν. „Hodie *La Riccia* dicitur. Strabo: [lib. V. p. 239. ed. Casaub.] ἐπὶ τῇ ὁδῷ τῇ Ἀππίᾳ· σταδίοις δ' εἰσὶν ἀπὸ τῆς Ῥώμης ρξ'. *in via Appia, 160 stadiis a Roma.* Horat. lib. I. sat. 5. [vs. 1.]

Egressum magnâ me excepit Aricia Roma."
VPTON. — Ex Horatii versu intelligitur, rectius apud Strabonem Ἀρεικία vel Ἀρίκια scribi, simplici vocali in penultima. Quamquam parum refert: & apud Stephanum quoque Byzant. Ἀρίκεια editur. Rursus vero in Fragm. Epicteti apud Stobæum, Serm. VII. p. m. 87. sic scribitur, ἐν Ἀρικίᾳ ἀριστήσομεν.

Ibid. ἀριστήσωμεν. „Editio Salmant. ἀριστήσομεν, quae lectio praeponi [praeponenda] videtur, cum celeritatem exprimat majorem. conf. p. 761.“ VPTON. Locus, quem conferre jubet Vptonus, est idem illud fragmentum Epicteti apud Stobaeum, quod modo citavimus. In vulgatam scripturam consentiunt nostri libri.

Vers. 32. νῦν ἀριστῶ τῆς ὥρας ἐλθούσης, εἶτα τότε τεθνήξομαι. Sic orationem cum mss. nostris distinguunt editi omnes ante Vptonum. Is verba νῦν ἀριστῷ minori puncto, quod vocant, a sequentibus separavit, Wolfii versionem secutus, quae sic habet: *nunc prandeo; cum hora aderit, tum statim moriar.* Sed eam rationem ipse rursus Editor improbans in Notis: „Distingue potius, ait, cum Schegkio, νῦν ἀριστῶ τῆς ὥρας ἐλθούσης· εἶτα &c. *Nunc prandeo, hora adventante: ac deinde moriar.*“ — Paulo ante, pro εἰ μετ' ὀλίγον, perperam καὶ μετ' ὀλίγον scribunt nostri pabc. Et superiori versu, παρεσκευάκει μοι pab. pro παρεσκεύακέν μοι.

Ibid. τὸν τὰ ἀλλότρια ἀποδιδόντα. „Qui vitam restituit ut naturae debitum. Sic Phaedrus:

Et mors vicina flagitabit debitum.

Cicero Tusc. Quaest. I. 39. *Pellantur ergo istae ineptiae paene aniles, ante tempus mori miserum esse. Quod tandem tempus? Naturae-ne? At ea quidem dedit usuram vitae, tanquam pecuniae, nulla praestituta die.* In Elegia de morte Drusi:

Vita data est utenda, data est sine foenore nobis
mutua, nec certa persolvenda die.

Enchirid. cap. XI. Μηδέποτε ἐπὶ μηδενὸς εἴπῃς, ὅτι ἀπώλεσα αὐτό, ἀλλ' ὅτι ἀπέδωκα. Τὸ παιδίον ἀπέθανεν; ἀπεδόθη. ἡ γυνὴ &c. Ex quo loco emendandi sunt Hieroclis codices, qui hunc respexit p. 84. edit. Needhami.“ VPTON.

CAPVT II.

Argumentum hujus capitis in ed. Ven. & Bas. sic legebatur, Πῶς ἄν τις σώζοιτο κατὰ &c. Recte ed. Gen. & seqq. σώζοι τό, divisis vocibus; in quo consentientes habent codices pab. Consentit etiam pc. in Indice Capitum libri primi, nisi quod ibi perperam σώζει pro σώζοι scribitur. Praeter rem MEIBOMIVS, superiorem probans scripturam: „Deesse puto, ait, τὸ πρέπον, ut fit, Πῶς ἄν τις τὸ πρέπον σώζοιτο &c.“ — Verbum σώζειν eodem modo usurpatur atque τηρεῖν, quod vide

in

in Indice. Dictionem τὸ κατὰ πρόσωπον habes hoc cap. vſ. 28 & 30. *Argumenta Capitum*, quæ omnes exhibent codices, perapte plerumque adpoſita, non ab aliquo ſequioris ætatis auctore adjecta videntur, ſed ab ipſo Arriano profecta. In pb. hoc loco ſcribitur, Περὶ τοῦ, πῶς ἄν τις &c. Et ſic in Indice Capitum ſcribunt omnes pabc.

Verſ. 2. Ὅρα τὴν Λακεδαιμόνιον μαστιγοῦσθαι. „De Spartanorum patientia, & de more pueros ad aram Dianæ Orthiæ flagris cædendi, multi multa dixere. Vide Horat. lib. I. Od. 7. *Patiens Lacedæmon.* Cicero Tuſc. II. 13. [14.] *Spartæ vero pueri ad aram ſic verberibus accipiuntur, ut multus e viſceribus ſanguis exeat; nonnunquam etiam, ut cum ibi eſſem audiebam, ad necem: quorum non modo vena exclamavit umquam, ſed ne ingemuit quidem.* Et lib. V. 28. [al. 27.] *Pueri Spartiatæ non ingemiſcunt verberum dolore laniati: adoleſcentium greges Lacedæmone vidimus ipſi, incredibili contentione certantes pugnis, calcibus, unguibus, morſu denique; cum examinarentur prius, quam victos ſe faterentur.* Vide quoque Seneç. de Provid. c. 4. & Simplic. in Epict. c. 10.“ VPTON. — Plura in eam rem aliorum ſcriptorum loca collegit Daviſ. ad Cicer.

Verſ. 3. Τὸ ἀπάγξασθαι. „Libri cæteri τὸ δ' ἀπαγξ. Sequimur noſtrum codicem; ut [mox *eodem vſ.*] ubi πάθῃ poſuimus, pro μάθῃ, [quod erat editum.] Recte πάθῃ, ut I. 18, 1. I. 28, 3 & 13. & alibi. Τὸ παθεῖν eſt *levi quadam opinione affici*, ſi ita loquar. *Si animo ita affectus ſim ab opinionibus, hoc ipſo tempore rationi eſſe conſentaneum ſuſpendio vitam finire, nec mora abeo, ſuſpendio vitam finiturus.* Male itaque μάθῃ: nemo enim ex doctrina, ſed mera ab opinione, ita agit. Conſer autem II. 23, 17.“ VPTON. Particulam δὲ cum Vptoni codice ignorat noſter pb. In πάθῃ eidem adſtipulatur noſter pc. Verbum πάσχειν, vel παθεῖν, iſto uſu, Stoicis (ut videtur) proprio, quem hic ſequitur Epictetus, non denotat ſigillatim *levi quadam opinione adfici*, ut vult Vptonus, ſed omnino *opinione quacunque.* Simili quadam ratione συμπάσχειν δόγματι, I. 3, 1. eſt, *dogma* vel *decretum aliquod intimo animi adſenſu amplecti.* De eodem uſu verbi παθεῖν, in Indice hæc adnotavit VPTONVS: „Dicitur autem mens πάσχειν, quoties ſeſe inferunt φαντασίαι: cujus quidem mentis officium eſt, ſpatium ſibi dare ad conſiderandum, ne temere

mere abripiatur, & sibi persuadeat id verum esse, quod primo impulsu suggeritur. Chrysippus apud Plut. lib. IV. de Placit. Philos. [c. 12,] *Φαντασία ἐστὶ πάθος ἐν τῇ ψυχῇ γινόμενον, ἐνδεικνύμενον ἑαυτῆς* [ἑαυτό τε lege] *καὶ τὸ ποιοῦν.* Laërt. VII. 49. *προηγεῖται γὰρ ἡ Φαντασία· εἶθ' ἡ διάνοια, ἐκλαλητικὴ ὑπάρχουσα, ἃ πάσχει ὑπὸ τῆς Φαντασίας, τοῦτο ἐκφέρει λόγῳ. Praecedit namque visio: deinde mens, cujus officium sit enunciare quod a visione accipit, exprimit verbo.* Vide ibi Aldrobaud. Recte ergo I. 2, 3. *ὅταν πάθῃ* pro *μάθῃ* reposui."

Ibid. *ἐκελθὼν ἀπήγξατο.* „Eadem occurrunt verba apud Matth. c. 27, 5." VPTON. — „Forsan *ἂν ἀπήγξατο, se vel suspenderit.*" MEIBOM. — Non solicitanda vulgata.

Vers. 4. *τὸ ζῷον.* Intellige *τοῦτο τὸ ζῷον* nempe *λογικόν*, ut sit initio capitis. Ac fortasse librariorum culpa intercidit h. l. vocabulum *λογικὸν*, aut pronomen *τοῦτο*. Sed conf. I. 10, 7.

Ibid. *ἑλκόμενον.* „Ducunt volentem fata, nolentem trahunt. Sic II. 20, 15. de Epicuro: *τὸ πάντων τῶν ἐν ἀνθρώποις ἰσχυρότατον, ἡ Φύσις, ἕλκουσα ἐπὶ τὸ αὐτῆς βούλημα ἔκαντα καὶ στένοντα.*" VPTON.

Vers. 5. *Ἄλλῳ δ' ἄλλο προσπίπτει τὸ εὔλογον.* „*Fit ut alia aliis vel probabilia vel improbabilia sint.* Quod suapte natura verum, honestum, bonum, probabile est, in genere omnibus est tale: sed speciatim aliquod discrimen admittit, ob varias animorum, corporum, fortunarum conditiones: ut vinum febricitanti, mel bilioso adversatur, caeteris non item. Vide Ciceronem lib. I. de Offic. ubi de cujusque Personae decoro disputat." WOLFIVS. Verba ista, ad quae haec adnotaverat Wolfius, in eamdem fere sententiam in lat. versione interpretatus est Vptonus: *verumtamen evenit, ut aliud alii sit rationi consentaneum & non consentaneum.* Rursusque in Indice verba illa, *ἄλλῳ ἄλλο προσπίπτει*, sic vertit, *aliud alii evenit.* At nunc quidem non agitur de eo quod *est*, sed de eo quod *videtur* cuique, de *opinionum* diversitate, de erroribus quos in judicando eo, quod sit rationi consentaneum aut contra, admittere solent homines. Itaque verbum *προσπίπτειν* eodem fere modo hic accipiendum, quo in illa phrasi, cum *Φαντάσματι*, id est *visu* vel *specie rerum*, *προσπίπτειν ἡμῖν* dicuntur, nempe *occurrere nobis, offerri, objici, accidere;* sicut passim apud Nostrum, II. 16, 20. II. 18, 10. II. 23, 42. &c. & apud Laërt. VII. 118.

προσπα-

προσπαίζεσθαι τοῖς αὐτῷ (τῷ σοφῷ) φαντασίας ἀλλοκότους. Itaque veram auctoris sententiam his verbis exprimendam esse duxi, *alii aliud videtur rationi consentaneum*. Propius ad verbum dicere posses, *aliis aliud* (id est, *aliis alia species, aliis alia*) *occurrit*. Conf. I. 20, 11.

Vers. 6. ὅστε μαθεῖν τὴν τοῦ εὐλόγου καὶ ἀλόγου πρόληψιν ταῖς ἐπὶ μέρους οὐσίαις ἐφαρμόζειν. „Hunc locum emendavimus auctoritate noſtri codicis. Cæteri libri [editi,] ὅστε μαθεῖν τοῦ εὐλόγου καὶ ἀλόγου χρῖσιν ταῖς ἐπὶ μέρος οὐσίαις. Vbi duo occurrunt errores: χρῖσιν, contra ſenſum; & μέρος, contra conſtructionem; male quoque omittitur τήν. Conſule Indicem in voce πρόληψις." VPTON. — Adde Ind. in μέρος & in ἐφαρμόζειν. Articulum τὴν habet etiam noſter pb. πρόληψιν vero pab. qui quidem in mendoſam ſcripturam ἐπὶ μέρος h. l. cum olim vulgatis conſentiunt. In pc. vero, poſt εὐλόγου, duæ fere lineæ prætermiſſæ ſunt a librario, quem eorumdem verborum paucis interjectis repetitio decepit.

Vers. 7. ἀλλὰ καὶ τῷ κατὰ πρόσωπον. Vulgo omnes ἀλλὰ καὶ τῶν κατὰ πρόσ. Qui genitivus videri poterat a ταῖς ἀξίαις pendere; nec tamen ſatis commodus erat: oportebat enim καὶ ταῖς τῶν; neque aliter τὰ κατὰ πρόσωπον dicit Noſter, in plurali numero, ſed τὸ κατὰ πρόσωπον, in ſing. ut vſ. 28 & 30. Itaque prætuli καὶ τῷ κατὰ πρ. quod in pb. inter lineas notatum a prima manu inveni.

Vers. 8. ἀμέλει παραπρατεῖν. „Ita ex noſtro cod. pro παραπρατεῖν; & mox παραπρατήσας, pro παπραγήσας, quæ lectio priores occupavit editiones. Monente etiam Meibomio. Cæterum vide Eraſmi Adag. *Indignus qui illi matellam porrigat*. Erat autem inter ſordidiſſima, miſcturienti matulam ſupponere. Vnde illud Martialis, lib. X. Epigr. 11.

Diſperiam, ſi tu Pyladi præſtare matellam
dignus es, aut porcos paſcere Pirithoi.

Hi dicebantur *Laſanophori*. Horat. lib. I. Sat. 6. 109.

— — — *Quinque ſequuntur*
te pueri, laſanum portantes.

Sic I. 19, 17. ὅταν Καίσαρ αὐτὸν ἐπὶ τοῦ λαβάνου ποιήσῃ." VPTON. In veram ſcripturam παραπραγ. conſentiunt fere noſtri mſcti, quam eamdem vſ. 9 & ſeq. editi etiam omnes ſanebant. Pro ἀμέλει autem cum h. l. tum vſ. 10. ἀμέλειν dant pac. inſolita forma.

Vers.

Verſ. 9. ἄλλῳ δέ τινι &c. „Plutarchus in Apophthegm. Lacon. refert, *puerum quendam Spartanum, ab Antigono captum ac venditum, parumſe quidem emptori in omnibus, quæ non eſſent indecora ingenuis. Cæterum juſſus afferre matulam, detrectavit obſequium, addens: Non ſerviam. Surgente domino, puer, Sexties, inquit, quem emeris; ſimulque conſcenſo tecto, ſe præcipitem dedit.*“ SCHWEIGHÄUSER.

Ibid. τὸ αὐτὸν παραχαράττεσθαι. „Vſitatiſſimum eſt, αὐτοῦ pro αὑτοῦ ſeu ἑαυτοῦ uſurpari: idque præſertim apud ſcriptores ſequioris ævi. Quare non temere mutandum.“ UPTON. — At non ſemper promiſſo ſtetit vir doctus. vide Not. ad I. 1, 4.

Verſ. 10. Ἂν οὖν μὲν τυνθάνῃ. „*Quod ſi me percontaris.* Ea quæ ſequuntur, docent, ſi quis talia roget, eum a vulgo non differre, ac vivere populariter ei licere; ſecus ac viro honeſto, erudito, & gravi.“ WOLFIUS.

Ibid. μείζονα ἀξίαν ἔχει — — μείζονα ἀνταξίαν. Solennes hæ ſunt formulæ Stoicorum, cum de rebus agunt, quæ nec in bonis (ſenſu eminenti ſic dictis) nec in malis debent numerari, ſed per ſe hactenus quidem ſunt indifferentes. Earum rerum aliæ, cum aliis comparatæ, μείζονα ἀξίαν habent, id eſt, *majore æſtimatione dignandæ ſunt*, adeoque *præ aliis eligendæ & ſumendæ:* aliæ μείζονα ἀνταξίαν habent, id eſt, quaſi *majorem indignitatem*, ut Wolfius vertit, vel *minorem æſtimationem*, ut Cicero dicere maluit; adeoque, ſi cum prioribus comparentur, *rejiciendæ* ſunt. Vide Cic. Acad. I. 10. de Finib. III. 6, & 15 ſq. IV. 21 & 25. & Gatak. ad Anton. III. 11. quos laudavit Heynius ad Enchir. c. 36. Apud Laërtium quidem, VII. 105. habes ἀνταξίαν ἔχουσα, non ἀνταξίαν; ſed apud Epictetum in ἀνταξίας non hic ſolum, verum etiam in Enchir. l. c. conſentiunt libri, excepto ibi uno.

Ibid. τοῦ μὴ δαρῆναι. „Abſunt hæc verba, τοῦ μὴ δαρῆναι, a cæteris codicibus, quæ huc ex noſtro codice ad locum ſuum revocavimus.“ UPTON. — Pariſini codices illa verba non magis agnoſcunt, quam olim editi.

Verſ. 11. Ἀλλ' οὐκ ἂν κατ' ἐμέ. Τοῦτο δὲ δεῖ συναφέρειν. „*But this is not agreeable to my Rank or Character.* [hoc eſt: *At hoc meæ non convenit perſonæ.*] Monent Lexicographi, κατὰ *convenientiam* ſignificare. Demoſth.

Demoſth. περὶ στεφ. p. 189. edit. Par. 1570. τῶν κατ' ἀμαθίαν ἀνθρώπων. Vbi Schol. τῶν κατὰ τὴν ἡμῶν τάξιν." VPTON. — Nihil iſto uſu frequentius. Cæterum verba iſta, Ἀλλ' οὐκ ἂν κατ' ἐμὲ, intelligi poſſunt ab eodem dicta, a quo ea quæ proxime præcedunt. At, quæ ſequuntur, indicare utique videntur, eſſe hanc objectionem ab eo factam, qui quæſtionem propoſuerat: cui objectioni deinde proximis verbis, Τοῦτο σὲ δεῖ, reſponderetur. Pronomen vero hoc, τοῦτο, ſuperiores editiones ad præcedentia referebant, Ἀλλ' οὐκ ἂν κατ' ἐμὲ τοῦτο. Commodius Vptonus ad ſequentia traxit, quia ad σὲ, δεῖ συναφέρειν utique deſiderabatur τοῦτο, quod ad ſuperiora quidem verba facile intelligitur.

Verſ. 12. Ἀγριππῖνος. „De Paconio *Agrippino* vide ſupra ad I. 1, 28." VPTON.

Ibid. Φλώρου. Quærenti mihi de *Floro* nihil memoratu dignum occurrebat." VPTON. — Nempe paſſim quidem mentio fit virorum hujus nominis; ſed nihil occurrit, e quo conjecturam facere liceat, quis fuerit hic, quem nunc Epictetus dicit.

Ibid. εἰς Νέρωνος θεωρίας. „Quam deditus fuerit ſcenicis ſpectaculis Nero, ſatis notum. Conſule Taciti Annal. XIV. 14 ſq. & Suetonium in vita Neronis, c. 21. Quod autem Epictetus dicit de Floro, id patet ex Xiphilino & Tacito: *Neronem* nempe *nobilium familiarium poſteros, egeſtate venales, in ſcenam deduxiſſe, ratum dedecus amoliri, ſi plures foedaſſet.*" VPTON. — Xiphilinum vide cap. 17 ſq. ex Dionis Caſſii Hiſt. lib. LXI. p. 996 ſqq. edit. Reimari.

Verſ. 14. συγκαθεὶς. συντιθεὶς pab. male. Vide Ind. in συγκαθίημι, & in καθίημι.

Verſ. 15. Τί γάρ μου τυνθάνῃ; Forſan Εἰ γάρ μου τυνθάνῃ, &c. ut apodoſis deinde orationis ſit, λέγω, ζωή. Sed temere nil muto; & in vulgata adquieſco.

Ibid. αἱρετώτερον. αἱρετώτερος pc. quod quamquam ſpeciem habet, vulgatæ ſcripturæ non præferendum.

Verſ. 16. τραχηλοκοπηθήσομαι. τραχηλοκοπηθήσομαι pa. quod videri poſſit ex τραχηλοκοπισθήσομαι corruptum, a τραχηλοκοπίζω, quæ tamen forma non uſitata.

Verſ. 17. Τί οὖν; Σὲ ἔδει &c. Sic orationem diſtinxit Vpton. Non minus vero commode, ac fortaſſe etiam commodius olim conjungebant illa, Τί οὖν σὲ ἔδει φροντίζειν; *Quid ergo te oportebat curare?* &c. Aliam diſtinguendi totius hujus loci rationem propoſuit Gatak-

ad

ad Anton. XI. 18. quae mihi non incommoda ſolum, ſed & prorſus aliena viſa eſt.

Verſ. 18. *ἐγὼ δὲ πορφύρα εἶναι βούλομαι.* „Prorſus πορφύρα hic, quod in Senecae verbis *praetextum*, pro *purpura quae praetexitur*; uti obſervabat Caſaub. in Notis ad Sueton. Jul. Caeſ. c. 30. Locus Senecae eſt Epiſt. 91. *Sed Cn. Pompejus amittit exercitum: ſed illud pulcherrimum reip. praetextum, optimates, suo praelio profligabuntur.* Vocat *optimates*, honeſta translatione, *praetextum reip.* Conf. III. 1, 23.“ VPTON. Adde mox hoc cap. vſ. 22.

Ibid. ὅτι ἐξομοιωθῆναι τοῖς πολλοῖς. „Notanda eſt ſtructura, ὅτι cum verbo modi imperativi; uti I. 6, 27. *ἀλλ' εἶπαι, ὅτι ταῦτα πάντα — — φέρετε.* [Vide ibi not.] I. 7, 6. *ἄρατε τοῦτο ἀπόδειξιν, ὅτι — — παραδέχεσθε.* Sic Xiphilin. p. 352. *εἶπε τῷ Ἀδριανῷ παραλαλήσαντί τι, ὅτι ἔπελθε, καὶ τὰς πολεμίνθας γράφε.* Et p. 389. *εἰπὼν, ὅτι λέγετε τοῖς οἴκοι, Περσίνανα ἔρχειν.* Et p. 430. *ἀπεκρίνατο, τὸ ξίφος δείξας, ὅτι θέρετε μῦτερ.*“ VPTON. — Nihil familiarius Noſtro, quam pleonaſticus ille particulae ὅτι uſus; ſed is nec cuiquam fere alii Graeco ſcriptori alienus. E Polybio exempla nonnulla in Lexico Polyb. collegi. Caeterum, quae verba ex Epiſt. noſtro I. 6, 27. citavit Vptonus, ea huc non fuiſſe referenda, ipſa loci inſpectio docebit. Aliud exemplum, vere huc ſpectans, in Ind. citavit Vpton. ex Aeliani Var. Hiſt. XIV. 16. *ἀπεκρίνασθαι τὸν ζωγράφον, ὅτι στρέφον τὸ πινάκιον.*

Verſ. 19. Πρίσκος Ἑλουίδιος. „Innocentia & ſanctitate vitae facile omnibus aetatis ſuae ſuperiorem fuiſſe *Helvidium*, produnt hiſtoriae. Hunc a Veſpaſiano occiſum, miſſis percuſſoribus, ſcribit Suetonius. Plura de ipſius moribus atque ingenio reperies apud Tacitum, libro XX. hiſtoriae Auguſtae; [Hiſt. IV. 5.] ubi ſic ſcribit: *Ingenium illuſtre altioribus ſtudiis juvenis admodum dedit: non, ut plerique, ut nomine magnifico ſegne otium velaret, ſed quo firmior adverſus fortuita remp. capeſſeret. Doctores ſapientiae ſecutus eſt, qui ſola bona quae honeſta, mala tantum quae turpia; potentiam, nobilitatem, caeteraque extra animum, neque bonis, neque malis annumerant.* Plura apud Tacitum, & ſparſim quaedam reperies apud Plinium in Epiſtolis.“ SCHEGKIVS.

Ibid. „Helvidii meminit inter alios reip. & libertatis amatores M. Antonin. I. 14. Conſule autem Sueton. in Veſpaſ. c. 15. qui has ipſas altercationes ab Epicteto memoratas

moratus respexisse videtur. Et Tacit. Hist. lib. IV. c. 4. *Vbi ad Helvidium Priscum, praetorem designatum, ventum, prompsit sententiam, ut honorificam in bonum principem, [ita] falsa aberant, & studiis senatus attolleban-tur. Isque praecipuus illi dies magnae offensae initium & magnae gloriae fuit.* His adde Juvenal. Sat. V. 36. & ibi vet. scholiasten.[a] VPTON.

Ibid. Οὐσπασιανοῦ. Οὐεσπασιανοῦ vulgo dabant omnes. Nil necesse equidem putavi, errorem librariorum religiose tenere. Itaque veram scripturam restitui, quemadmodum & Reimarus apud Dionem facere non dubitavit, ubi eumdem errorem subinde erraverant librarii; p. 915, & 958. Habet autem Οὐεσπασιανοῦ etiam noster pb.

Ibid. μέχρι δ' ἂν ᾖ. „Ita ex nostro codice, monente etiam Meibomio, reposui. Cæteri libri perperam μέχρι δ' ἂν εἰ." VPTON. — Cum Vptoni cod. facit noster pc. Et proxime accedunt pab. in quibus est μέχρι δ' ἐὰν ᾖ. Ad lectionem olim vulgatam, μέχρι δ' ἂν οὖ, sic commentatus erat WOLFIVS: „*Quoad autem*, scilicet ἐάσεις με συγκλήτιον εἶναι, *me senatu non moveris, est mihi frequentanda curia.* Interrogatio [quæ ponebatur post διέρχεσθαι] delenda est. Male distinctus est hic libellus, ut græci plerique. Ego vero, in convertendo, sententiæ auctoris servire soleo, non erratis & negligentiis librariorum."

Vers. 21. καὶ σὺ τὰ σὰν. Caret σὺ pa.

Vers. 22. τί γὰρ ἄλλο, ἢ διαπρέπει ἐν αὐτῷ ὡς πορφύρα, καὶ τοῖς ἄλλοις δὲ καλὸν παράδειγμα ἔκκειται. WOLFIVS: *Quid enim promovet in veste purpura? Quid enim aliud, nisi quod et in se eminet, ut purpura: & caeteris honestum exemplum praebet?* Ad quæ verba hæc adnotavit ipse interpres: „Lego ἐν ἑαυτῷ, vel αὑτῷ cum aspiratione: *excellit in se, ut praetexta purpura in veste.*" — In eamdem sententiam Vptonus vertit: *Quid prodest purpura vestimento? quid, nisi ut per se excellat, cum sit purpura, & aliis honestum praebeat exemplum?* At manifestum videtur, verba ἐν αὐτῷ referri ad ἱμάτιον, quod modo præcessit; ita ut responsio ad illam quæstionem, Τί δ' ὠφελεῖ ἡ πορφύρα τὸ ἱμάτιον; in eadem statim similitudine maneat. *Quid prodest purpura vestimento? Eminet, excellit in eo, ut purpura;* cujus nempe hæc ipsa vis est, ut præ cæteris late splendeat. Et hanc interpretationem ipsum etiam verbi thema, διαπρέπει, poscere videtur, quod in præsenti tempore positum est,

ſicut ἀφελεῖ; non in præterito, quemadmodum remotio verbum ἀφέλκυσε, quod cum Πρίσκος conjungitur. Adplicatio vero ſimilitudinis per ſe intelligitur, nec diſertis verbis adjicitur: ſcilicet, *ſicut purpura ſplendore ſuo emicuit in reliquo veſtimento, ſic Priſcus virtutis ſuæ ſplendore eminuit inter ſuos æquales.* Pro διατρέτε, habet διατρέτειν pa. In ἐν αὐτῷ vero conſentiunt libri omnes.

Verſ. 23. μὴ εἰσελθεῖν εἰς σύγκλητον. „Hæc lectio eſt noſtri codicis; aliorum ἐλθεῖν.“ VPTON. Noſtri libri ἐλθεῖν habent, ut olim edebatur.

Ibid. ἔχω σοι χάριν. Deeſt σοι pab. non male.

Verſ. 24. ἃ εἶδεν. Ex Ms. Par. habes εἶδεν, pro εἶδεν.“ VPTON. Ante hunc editorem in mendoſum εἶδεν conſentiebant impreſſi libri; quod in εἶδεν mutandum monuerat jam Salmaſius. In mastis libris nexus ſcripturæ, quo indicatur diphthongus ει, frequentiſſime ita pictus deprehenditur, ut ab οι vix diſcerni poſſit. Perſpicue vero εἶδεν ſcribunt h. l. pab.

Ibid. προσεκισωρεύσει, προσεκισωρεύει pbc. προσκισωρεύσῃ pa. Neutrum recte.

Verſ. 25. κινδυνεύων ἀποθανεῖν, &c. „Ad marginem noſtri codicis adſcripta ſunt hæc verba: ἤγουν διὰ τοῦ μὴ ἀτονοτῆναι τὸ αἰδοῖον, ἰσχὺς γάρ. Fortaſſe cauſſa erat ob vulnus in arena acceptum, & male poſtea a medicis tractatum. Sed iſtiusmodi exempla Epicteti temporibus notiſſima, & vulgari jactata ſermone, hodiernis lectoribus difficiliora non poſſunt non videri.“ VPTON.

Ibid. εἰ μὴ ἀτενὸτη. „Scribo ἀτονοτῇ.“ MEIBOM. Immo, ſi quid mutandum, ἀτονοτείῃ oportebat, in modo potentiali: & hoc quidem διορίβεια grammatica requirebat; ſed & ferendum vulgatum. Ad ἀτονοτείῃ autem accedit id quod in pb. inter lineas notatum eſt, leviter quidem corruptum, ἀτονοτοίῃ.

Ibid. ἦν δ' ἐκεῖνος φιλόσοφος. „*Erat autem ille philoſophus.* Ambiguum, pugil-ne, an frater pugilis.“ WOLFIVS. — „Certe frater pugilis, ſic enim conſtructio poſtulat: ſed ironice accipio; frater pugilis, ſi diis placet, philoſophiam profitebatur.“ VPTONVS. — Immo. vero conſtructio orationis perinde patitur, ut ad *athletam* referatur ἐκεῖνος, atque ad *ejus fratrem.* Suadent autem, immo poſcere videntur ſequentia, ut ad ipſum *athletam* referamus; non modo quoniam probat ejus conſilium Epictetus, ut viro dignum, improbatque adeo deliberationem a fratre propoſitam; ſed quæſtio iſta, quæ

verſ.

verſ. ſeq. movetur, *utrum conſilium illud ut athleta cepe-rit, an ut philoſophus*, evidenter eo pertinere videtur, ut intelligamus, ipſum athletam philoſophum eſſe habi-tum. Atque id quidem, ſi de vulgari pugile aut Roma-no aliquo *gladiatore* ageretur, mirum Vptono videri poterat; ab *Olympici athletæ* profeſſione non utique alie-num videri debebat. Pronomen ἐκεῖνος ad *athletam* pa-riter retulit Salmaſ.

Ibid. ἀπολύσ]ομεν, & mox deinde ἀπερχόμε-θα, in indicativo, ex Vptoni codice in contextum re-cipere non dubitavi; & interrogative interpretatus ſum, notione futuri; quemadmodum etiam Schegkius fecerat, qui ſic habet: *præcidemus - ne illam partem, ut iterum deinde in palæſtra verſari poſſimus?* Superiores editiones ἀπολύσ]ωμεν & ἀπερχώμεθα in ſubjunctivo ſcri-bunt; quæ tenens Vptonus, interrogandi ſignum, quod poſt ἀπερχώμεθα habebant editiones omnes, abjecit, mo-nente etiam Salmaſio; & *præcidamus* vertit, & *rever-tamur*, hortantis in modum. Pariter Wolfius: *rejece-mus hanc partem, & gymnaſium dintius frequentemus.* Vptoni codici ſuffragatur noſter pc.

Verſ. 26. Ὡς ἀνὴρ, ἔφη. „Iſtud ὡς eſt ex noſtro codice: deeſt in aliis. [Ex conject. jam adjicere juſſe-rat Salmaſius. Et habet etiam ὡς hoc loco codex noſter pb. inter lineas quidem, ſed a prima manu.] Nota in-terim, ἀνὴρ, *vir*, i. e. *Athleta*. Sic apud Gruterum p. CCCXVI. ἀνδρῶν, *Athletarum*.

ΟΛΥΜΠΙΑ
ΕΝ ΑΘΗΝΑΙC
ΑΝΔΡΩΝ
ΠΑΛΗΝ.

Et Marm. Græc. apud Sponium, p. 361. Ἀνδρῶν παγ-κράτιον, *virorum*, i. e. *Athletarum Pancratium*. Sic interpretare apud Diog. Laërt. VI. 43. Νικᾷ Διόξιππος ἀνδρας. Senſu fere Homerico, Ὦ φίλοι. ἄνερες ἐστέ. Iliad. ι. 529.[a] VPTON. — Opportune quidem a viro docto obſervatum, ἄνδρας ſigillatim dictos *Athletas*; ſed non idcirco a propria vocabuli vi hoc loco prorſus re-cedendum putem. Hoc dicit, ni fallor, Epictetus: *Philoſophiâ non magnopere opus fuit ad iſtud conſilium capiendum; ſatis erat*, virum *eſſe*. *Et erat ſane conſi-lium* viro *dignum*, *mortem prius oppetere*, *quam pati ut virilia ſibi exſecarentur*. *Sed nimirum ejus erat* viri, *qui virilium factorum ſibi conſcius eſſet*, *adeoque ſatis vi-*

assisset. Conf. Gatak. ad Antonin. IV. 3. Hanc fere esse hujus disputationis sententiam, ex falsa etiam ratione intelligi videtur, qua mox (vs. 27.) contrarium aliorum consilium irridet.

Ibid. ἀνὴρ δ' Ὀλύμπια κεκηρυγμένος. Nil opus est, ut ante ἀνὴρ diserte h. l. repetatur particula ὡς, quemadmodum Salmasius voluerat. Ὀλύμπια κεκηρυγμένος Yptonus in Indice vertit *in Olympicis certaminibus victor praeconis voce declaratus.* Id si voluisset Epictetus, ἀνακεκηρυγμένος dixisset, aut clarius etiam (ut alibi) στεφανωθεὶς vel νενικηκὼς, nec deinde demum verbum ἠγωνισμένος subjecisset. Nunc nihil aliud dicit, nisi quod *in Olympicis certaminibus in athletarum numero a praeconе proclamatus est,* (quod fieri solebat priusquam inirentur certamina) *atque etiam certavit.* Ibi vero etsi non victor discessisset, potuit tamen cum laude certare; ac vel ea jam laus erat, magnis excidisse ausis.

Ibid. οὐχὶ παρὰ τῷ Βάτωνι ἀλειφόμενος. Olim παρὰ τῷ βάτῳ legebatur, consentientibus manuscriptis; quod WOLFIVS vertit, *non ad ampullam ungi solitus,* hac adjecta Adnotatione: „Num βάτος hîc λήκυθον significet, an vero sit laniſtæ alicujus proprium, equidem dubito. Illud non dubito, significari, non umbratilem fuisse pugilem, sed germanum, & probe exercitatum." — Hæc ille; quem secuti sunt cæteri editores, donec τῷ Βάτωνι in græcum contextum recepit YPTONVS; qui in Notis: „Certissima, inquit, est emendatio, Βάτωνι, pro Βάτῳ, monente SCALIGERO, in Euseb. p. 179. cujus hæc sunt verba: „Fuerunt vero & alii *Batones,* in quibus Βάτων ὁ ἀλείπτης, qui florebat sub M. Aurelio Antonino & Severo: cujus præclara commendatio extat „in vetustissima stela: [apud Gruterum p. CCCXXVII.] „Ἔδοξε τοῖς ἀλειφομένοις· Ἐπειδὴ Βάτων Φίλωνος πρό„τερον μὲν ἐπ' ἔτη δύο προχειρισθεὶς γυμνασίαρχος προ„στάτησεν ἐνδόξως καὶ παραξίως αὐτοῦ τε καὶ τῆς τῶν „ἀλειφομένων προαιρέσεως &c. Arrianus in Epicteto, πα„ρὰ τῷ βάτῳ ἀλειφόμενος; ubi sine ulla dubitatione legen„dum, παρὰ τῷ Βάτωνι, qui est ille Βάτων Φίλωνος, σύγχρονος „Ἐπικτήτου. Nam Epictetus vixit usque ad tempora M. „Aurelii, hoc est, eo imperante floruit; auctor Suidas." — Βάτωνι scribendum monuit etiam SALMASIVS.

Vers. 27. ἄλλος δ' ἂν καὶ τὸν τραχ. „ἄλλος δ' ἂν est ex nostro codice, cum cæteri ἄλλος δὲ sine particula ἂν exhibent." YPTON. In ora pb. notatur ἂν adjiciendum ad ἀπεπέμψη.

Vers.

Vſſ. 28. παρὰ τοῖς αἰδημόνως αὐτὸ συνεισφέρειν ἐξ αὑτῶν ἐν ταῖς συνόψεσιν. *apud hos qui eam* (perſonæ rationem) *ex ſeſe ſimul* (ſcil. cum rebus externis) *adhibere in deliberationes conſueverunt.* ἐξ αὑτῶν e ſuperioribus edition. revocavi, quod Vptonus tacite & ſua auctoritate, ac ſane præter rem, in ἐξ αὐτῶν mutaverat. conf. Not. ad I. 2, 9. & ad I. 1, 4. συνεισφέρειν τι ἐν ταῖς συνόψεσι, *aliquid ſimul cum aliis rebus adhibere in deliberationibus;* vel *ſimul adferre in deliberationes*, ut ἐν idem valeat ac εἰς, ſicut paſſim alibi. ἐξ αὐτῶν autem, id eſt, *ex ſeſe*, & quaſi *de ſuo fundo*, *a ſua parte*, opponitur rebus externis, quarum ratio habetur in eisdem conſultationibus. ἐξ αὑτῶν cum Vptono habet noſter cod. pc. Præter rem Meibomius αὐτὸ in ἑαυτὸν mutandum cenſuit, quum manifeſte ad τὸ κατὰ πρόσωπον referatur. cf. vſ. 7.

Verſ. 29. Ἄγε οὖν, Ἐπίκτητε· διαξύρησαι. „Hæc refert Caſaubonus in Notis msstis „ad Domitiani tempora, qui juſſit in exilium ire philoſophos: tum ii, qui „diſſimulare voluerunt profeſſionem ſuam, ſoliti ſunt radere barbam, quod negat faciendum philoſopho Epicteto.“ Hæc CASAVBONVS. Adde quod, faciem muliebri modo tractare & barbam tondere, indignum viro Stoici putabant. vide I. 16, 9 ſqq. Finge aliquem Epicteto hæc diſſerenti de eo *quod deceat, quod cuique perſonæ conveniat*, ſubjicere, aut ipſum Epictetum, interrogatione ſuppoſita, dicere, Ἄγε οὖν &c. Cui Epictetus: *Si ſim philoſophus, ſi revera quod videar, nego me raſurum; nego, me profeſſionem diſſimulaturum; conſeruaturum decorum illud in omnibus factis & dictis, in corporis denique motu & ſtatu.*“ VPTON. — Ἄγε Ἐπικτ. habet pc. abſque οὖν.

Ibid. Ἀλλ᾽ ὦ φιλόσοφος. „Ita noſter codex & ms. Pariſ. Editi omnes, ἂν ᾖ φιλοσ.“ VPTON. — Nempe iſta verba ἂν ᾖ φιλ. uti par erat, cum præcedentibus junxerant ſuperiores editores; unde ἂν ᾖς ſuaſerat Meibom. ἂν ᾖ dant pab. ἂν ᾖ pc.

Verſ. 30. Πόθεν δ᾽ ὁ ταῦρος &c. „Idem exemplum vide infra, III. 1, 22. III. 22, 6. IV. 8, 44. Homer. Iliad. B. 480.

Ἥντε βοῦς ἀγέλῃφι μέγ᾽ ἔξοχος ἔπλετο πάντων
ταῦρος· ὁ γὰρ τε βόεσσι μεταπρέπει ἀγρομένῃσι.

M. Antonin. XI. 18. Προστησόμενος αὐτῶν γέγονα (ſcribe γέγωνας) ὡς κριὸς πολιήτης, ἢ ταῦρος ἀγέλης. Ciceso de

Fin. III. 20. *Atque ut Tauris natura datum eſt, ut pro vitulis contra leones ſumma vi impetuque contendant: ſic ii* &c. Dio Pruſ. Oſtat. II. p. 33. Ὁ δὲ ταῦρος φαῦλος (ἐμοὶ δοκεῖν) πρὸς βασιλέα καὶ βασιλέως αἰσθάνεται. — — Βασιλεύει δὲ καὶ ἄρχει τῶν ἀμοφύλων μετ' εὐνοίας, ὡς ἄν εἴποι τις, καὶ κηδεμονίας· τοῦτο μὲν ἐξηγούμενος νομῆς, τοῦτο δὲ θηρίου φανέντος οὐ φεύγων, ἀλλὰ πάσης τῆς ἀγέλης τραμαχόμενος, καὶ τοῖς ἀσθενέσι βοηθῶν, καὶ προμηθούμενος τοῦ ζῆν τὸ πλῆθος ἀπὸ τῶν χαλεπῶν καὶ ἀγρίων. ubi ſupple θηρίων, nam præceſſit θηρίου. " VPTON.

Ibid. τῆς αὐτοῦ παρασκευῆς. αὐτοῦ ſcripſi cum tribus codicibus noſtris. Vulgo αὑτοῦ edd.

Ibid. ὑπὲρ τῆς ἀγέλης πάσης. „πάσης inſerui ex noſtro codice." VPTON. — Ignorant iſtam vocem tres noſtri manuſcripti, cum editis ante Vptonum; ne ſic quidem male.

Ibid. ἦ δῆλον ὅτι. Fuit tempus cum putarem, ἦ cum circumflexo accentu eſſe ſcribendum, quemadmodum ἦ δή & ἦ δήπου ſcribi ſolet, ubi particulæ ἦ vim βεβαιωτικὴν tribuunt, & *profecto*, *ſane*, interpretantur. Sed in ἦ cum gravi accentu, cum hoc loco, tum in aliis huic ſimilibus, I. 6, 33. I. 9, 3. &c. pertinaciter non editi ſolum libri, ſed & ſcripti noſtri omnes conſentiunt. Et re diligentius expenſa intellexi, recte ſic ſcribi, particulamque ἦ in hujusmodi locis non tam *confirmandi* vim habere, (quæ vis in adjecta voce δῆλον ineſt) quam *excipiendi*, ut *niſi* valeat, ſitque elliptica locutio ex eo genere, quod infra ad I. 7, 16. explicamus. Alium ellipticum uſum ejusdem particulæ ἦ notamus ad I. 6, 11.

Verſ. 31. ὅστις ἂν ἔχῃ. Secutus ſum ſcripturam duorum noſtrorum codicum pab. cum ante ὅστις ἂν ἔχοι ederetur. ὅστις ἔχοι habet pc. omiſſa ἂν particula; nec hoc male.

Ibid. οὐκ ἀγυμάσει αὐτήν. Pro αὐτήν. in ph. inter lineas notatur alia lectio, αὐτόν.

Verſ. 32. χειμαδιῆται. vertunt *per hyemem exerceri*, *hybernis exercitiis incumbere*; recte id quidem: ſed, adjecto ad verbum ἀσκεῖν nomine χειμῶν, non habetur reſpectus ad hyemis rigorem aut ad aëris intemperiem, quæ Vptonus ſpectaſſe videtur, cum in Indice ait, verbum illud præſertim *de dura aliqua ac vehementi exercitatione* uſurpari. χειμασκεῖν (ut intelligitur ex Polyb. III. 70, 4.) proprie dicitur de *exercitiis tironum militum*, quæ

per

per hyemem, sive domi, sive in hybernis, *instituuntur*, ut adpetente tempore, quo in apertum campum adversus hostem prodeundum est, ad belli opera atque labores bene præparati sint. Hinc deinde (ut h. l. apud Epictetum nostrum, & IV. 8, 35.) transfertur ad alia *quavis exercitia, domi & privatim, aut etiam in scholarum gymnasiorumque umbra instituta, quibus ad res serio ac publice in vita gerendas præparamur.* Hanc notionem respiciens; voculam *intus* in versione adjeci.

Ibid. μὴ εἰκῇ προσιτέον ἐπὶ τὰ &c. *προσιτέον* SALMASIVS scribere jussit; non sine veri specie. Sic *προσκλίνειν* est *præcipitem se dare;* & ipsum verbum *προσιτέον* habes infra, IV. 10, 3. Sed, adjecto *εἰκῇ* adverbio, *εἰκῇ προσιτέον ἐπί τι* idem sonare videtur ac *προσιτέον*. Et in vulgatum consentiunt libri.

Vers. 33. *τόσου πωλεῖς τὴν σεαυτοῦ προαίρεσιν. „Quanti vendas tuum institutum;* hoc est, quanti facias atque æstimes tuam vitæ rationem.“ WOLFIVS. Quod *πωλεῖς* pro *πωλεῖς* habet editio Basil. proprius est illius editionis error. *προαίρεσις* plerumque aliàs apud Epictetum est *voluntas, voluntatis decretum, liberum animi propositum.* Sic I. 1, 23. I. 17, 21 & 26. Enchir. c. 4 & 9. &c. Sed recte, si quid video, hoc loco de *vitæ instituto* interpretantur; qui est aliàs satis vulgatus ejusdem nominis usus. Respicit proxime ad Philosophi professionem.

Ibid. ἔνθρυπτε. Vocabulum hoc, quod consentientibus nostris mssis ad præcedentia verba retulerant superiores editiones, ad sequentia retulit Vptonus, a Meibomio admonitus. Et sic fere solet aliàs Epictetus initio orationis vel periodi ponere istam compellationem; ut I. 1, 23. I. 19, 26. I. 21, 2. I. 25, 27. &c. Sed & in fine; veluti I. 4, 9. Hoc autem loco vere in media positum est hoc vocabulum; nam dictio illa, *μὴ ὀλίγου πωλήσῃς*, non per se stare videtur, ut sit imperative aut prohibitive intelligenda, sed ad superiora referenda; *vide, quomodo vendas, ne saltem parvi vendas.*

Ibid. Σωκράτει καὶ τοῖς τοιούτοις. Socrati nempe, & ejusmodi viris. Socrati sociare Epictetus præ cæteris Diogenem solet; ut qui post illum Philosophi nomen personamque dignissime cultus sit, I. 13, 24. II. 16, 35. III. 24, 3. IV. 7, 29. IV. 9, 6. &c. Nonnumquam Cleanthem adjicit, III. 26, 23. item Zenonem, III. 21, 18 sqq. quem postremum locum cum hac disputatione, in qua versamur, præcipue contulisse juvabit.

Vers. 34. *εἰ μὲν τοιοῦτοι πεφύκαμεν.* „Siquidem natura tales sumus; scil. qualis Socrates fuit. Proponit quæstionem, neque solvit: sed videtur innuere, quemvis, si in eo sedulo elaboret, ad similem animi constantiam posse pervenire.“ WOLFIVS. — Immo vero ad quæstionem propositam respondet propositis aliis quæstionibus, quæ proxime sequuntur.

Ibid. Διὰ τί οὖν, *εἰ μὲν τοιοῦτοι πεφύκαμεν, οὐ πάντες πολλοὶ γίνονται τοιοῦτοι.* Vulgo edirt. omnes, *οὐ πάντες ἢ πολλοί*, id est, *non omnes aut saltem plerique.* Vbi hæc adnotavit VPTONVS: „Hoc loco variæ sunt lectiones ad marginem nostri codicis: *εἰ μὲν τοῦτο πεφύκαμεν οὐ πάνυ πολλοί. ἄλλως· εἰ ὑπὲρ τοῦτο.* & *εἰ μὲν πρὸς τοῦτο.* Ms. quoque Par. *εἰ μὴ τοῦτο πεφύκαμεν, οὐ πάνυ πολλοὶ γίνονται τοιοῦτοι.* Verissima interea lectio videtur esse quam dedimus. Objectio est ab auditore: *Si verum est, Epictete, quod de natura disseruisti humana; cur non tales hodie apparent homines?* Cui Epictetus, *Anne*, inquit, *equi omnes celeres nascuntur? anne canes omnes ad indagandum sagaces?*“ — Quod ex Ms. Paris. citavit Vptonus, *εἰ μὴ τοῦτο πεφύκαμεν, οὐ πάνυ πολλοὶ &c.* id habent duo codices pub. In ora vero codicis pb. pro *εἰ μὴ τοῦτο*, notatur *εἰ εἰς τοῦτο.* Tertius codex pc. sic habet: *εἰ μὴ τοῦτο οὐ πεφύκαμεν, πάνυ ἢ πολλοὶ &c.* Lectio quam in contextu Vptonus expressit, eadem est quam inde a principe Veneta editiones exhibuerant omnes; a qua nec ego discessi, nisi quod ex Vptoniani codicis ora *πάνυ πολλοὶ* pro *πάνυ ἢ πολλοὶ* adscivi. Intelligo autem *οὐ πάνυ πολλοί*, *non sane multi, utique non multi*, id est, *admodum pauci.* Quod *πάνυ* pro *πάνυ* scribitur in duobus Parisinis, similem permutationem apud Polybium observavimus, IV. 58, 11. conf. ibid. IV. 40, 5. ibique notata. Tum quod alii *πάνυ* legunt, habes similiter *πάνυ* & *πάνυ* in libris nonnullis inter se permutata apud Xenoph. Cyrop. V. 3, 3. ut Zeunius ibi observavit. Possis vero etiam suspicari, utrumque fortasse, & *πάνυ* & *πάνυ*, tenendum esse, locum tamen vocabuli *πάνυ* mutato, in hunc modum, *εἰ μὲν τοιοῦτοι πεφύκαμεν πάνυ, οὐ πάνυ πολλοὶ γίνονται τοιοῦτοι.* Sed, ut dicam quod sentio, vereor ne in constituendo hoc loco frustra laborem, qui graviori vulnere laborare videtur, quod & scripturæ diversitas in præcedentibus verbis arguit; ubi *εἰ μὲν τοιοῦτοι*, quod est editum, nec Vptoni codex, nec ullus ex Parisinis agnoscit, sed hi ipsi rursus

sus inter se in diversa abeunt. De quorum varietate hoc unum observari velim, πρὸς τοῦτο, & ὑπὲρ τοῦτο, quæ suo e codice Vptonus protulit, videri virorum doctorum esse conjecturas: sed qui ὑπὲρ τοῦτο scripsit, ἐπὶ τοῦτο scribere aut voluit aut debuit, quod idem valet ac εἰς τοῦτο, quod noster pb. in ora habet. Leviusculum est, & vix adnotatu dignum, quod pro γίνεσθαι & hoc loco, & mox iterum, γίγνεσθαι scribitur in pc. qui codex quidem aliàs fere cum cæteris literam γ ante ν in isto verbo solet negligere.

Ibid. Ἵπποι γὰρ φύσεις ἅπασες γίνεσθαι; Verbum γίνεσθαι hoc loco *nascuntur* interpretatus est Vptonus cum Wolfio & Salmasio, contra manifestam (ut mihi quidem videbatur) mentem auctoris, qui membro orationis proxime præcedente idem verbum γίνεσθαι diserte ita distinxit a πεφυκέναι, ut illud nihil aliud significari hîc posse videatur, nisi *fiunt*, aut *fiunt* vel *evadunt*. Cæterum perspecte Vptonus, admonitus a Salmasio & Meibomio, post ἅπασες γίνεσθαι, & post τχνευτικοὶ πάντες, interrogandi signa posuit, quæ ignorabant superiores editiones & Wolfiana versio; agnoscunt vero ea signa eisdem in locis Parisini nostri codices. Continetur autem his quæstionibus responsum ad quæstionem præcedentem, & est sententia hæc fere: *Quamquam equi omnes naturalem aliquam habilitatem ad currendum, canes ad indagandum habent; tamen non equi omnes velocitate, nec canes omnes sagacitate excellunt;* puta, quoniam alii aliis sive a natura majorem habilitatem habent, sive usu magis sunt exercitati. Monuit Salmasius, posse Ἵπποι γὰρ φύσις &c. etiam sic verti, *quasi equi omnes celeres nascantur.* Schegkius verbum γίνεσθαι, ut nos, *fiunt* interpretatus est; sed totam phrasin in alienum sensum torsit, *præsertim quum equi fiant omnes celeres, & canes omnes sagaces.*

Vers. 35. Τί οὖν; ἐπειδὴ ἀφυὴς εἰμι. „*Quid ergo? cum sim hebes;* hoc est, deteriore ingenio quam Socrates; sicut etiam canes alii aliis sagaciores, & equi velociores sunt.“ WOLFIVS.

Vers. 36. Ἐκλήγετος κρείσσων Σωκράτους οὐκ ἔστιν. „Locus corruptus. Veram tamen ejus sententiam expressisse videtur Seneca in lib. de Vita beata, c. 17. *Exigo itaque a me, non ut optimis par sim, sed ut malis melior: hoc mihi satis est.*“ VPTON. — In ipsis verbis, ad quæ hæc adnotavit, nihil mendi inest. Inerat levis macula, quam absterst: Σωκράτου, pro Σωκράτους, ex

Cantabrigienſis errore in Londinenſem & in Vptonianam editionem irrepſerat. De verborum proxime ſequentium vera ratione utique dubitare licet.

Ibid. εἰ δὲ μὴ οὐ χείρων. „Lego ſine diſtinctione, ut geminata negatio acrius neget. Ex hoc dicto apparet, magno animo fuiſſe Epictetum, ut qui ne Socrati quidem cedendum ſibi exiſtimarit.“ WOLFIVS. — Nempe olim tota iſta ῥῆσις ſic diſtinguebatur: *εἰ δὲ μὴ, οὐ χείρων· τοῦτό μοι ἱκανόν ἐστιν.* id eſt: *ſin minus, non deterior: hoc mihi ſatis eſt.* Atque ita diſtinguit codex noſter pb. Wolfius autem ita voluit, quemadmodum nos cum pab. dedimus: *εἰ δὲ μὴ οὐ χείρων, τοῦτό μοι ἱκανόν ἐστιν.* Quam ſententiam in verſione his verbis expreſſit: *modo ne deterior: hoc mihi ſatis eſt.*

Ad eadem verba MERIC. CASAVBONVS *in Notis mſstis*, referente Vptono, ſic commentatus eſt: „Suo exemplo docet, non deſiſtendum a ſtudio virtutis, etiamſi non ſit ſpes perveniendi ad ſummum culmen. *Ego*, inquit, *non propterea ſtudeo philoſophiam, quod ſperem me aſſecuturum βίον τέλειον, & Sapientem fore; nam ne Socrates id quidem, quem nos miramur: ille tamen negavit ſe eſſe ſapientem: atqui ego illi non præſto; ſufficiat mihi, ſi illo non ſum deterior, & tamen non deſinam tendere ad virtutem.* — — — Hanc interpretationem [ſic idem CASAVBONVS deinde adſcripſit:] ferri poſſe non puto; quia video Socratis nomen paulo ante, & alibi, perferre philoſophum primi loci; &, quod ſubjicit mox de Milone & Crœſo, aliam ſententiam & lectionem ſuggerit; niſi ita accipias: *Nemo me, qui ſapientiam ſtudeo, ita putet inſipientem, ut ſperem poſſe a me ſuperari Socratem, & perveniri ad perfectam Sapientiam: mihi vero ſatis fuerit, ſi eo pervenero, ut Socrate ſim non deterior: & tamen non propterea deſino exercere me in ſtudiis ſapientiæ; non ſecus ac non propterea curam corporis negligo, quia Milonem me fore deſpero.* Quod ait, *εἰ δὲ μὴ οὐ χείρων*, non ſic accipio, quaſi talem ſe eſſe diceret; ſed ut ſummam voti ſui indicet. Si velit aliquis exigere hanc ſententiam ad eum modum quem ſequentia ſuadent & dictant, ſic ſcribendum eſſet: *Ἐκλήπτος Σωκράτης οὐκ ἔσται· εἰ δὲ μὴ . . . χείρων, τοῦτο &c.* In lacuna deeſt aliquid, puta vox *οὐδενός*, vel *τῶν νῦν οὐδενός*, vel nomen alicujus philoſophi, qui fuerit celebri ſapientia, ſed infra Socratem tamen.“ Hæc Caſaubonus.

„Judicet

„Judicet lector, an hanc interpretationem, an illam admiserit, deleta nempe distinctione post μὴ: *Epictetus Socrate melior non est: si non deterior, hoc mihi satis est.* Sciat interea, virtutem & rationem, si Stoicos audiamus, non suscipere (ut cum schola loquar) magis aut minus. Vide l. 12, 26. Ὡς κατά γε τὸν λόγον, οὐδὲ χείρων τῶν θεῶν, οὐδὲ μικρότερος. λόγου γὰρ μέγεθος οὐ μήκει. οὐδ' ὕψει κρίνεται, ἀλλὰ δόγμασιν. Recurrendum itaque ad ea quæ præcesserunt: Ἐπειδὴ ἀφυής εἰμι, inquit Epictetus, *Quamquam ingenio & animi dotibus non æque valeam ac Socrates, non ideo omnem ingenii abjicio curam; at virtute tamen non sum deterior; hoc mihi satis est.* Neque hanc interpretationem impediunt quæ sequuntur.“ VPTON.

Nos Wolfii rationem, Casaubono etiam & Vptono (in *Notis* quidem) probatam, in ipso contextu secuti sumus, ejusdemque versionem adoptavimus; cum vulgatam rationem Vptonus & in Græcis retinuisset, & in versione his verbis expressisset: *si non, haud tamen deterior; hoc mihi satis est.* Sed ea quidem differentia levis videri potest. Quidquid sit, haud obscure in istis Epicteti verbis præclara hæc sententia contineri videtur: *Veram hominis dignitatem, veram rationem ex qua meritum ejus ac veluti valor æstimetur, & in qua Virtus & Officium Hominis, denique in qua vera Sapientia insit, non naturalium facultatum eminentia aut splendidis ingenii dotibus censeri; sed fide ac diligentia, qua suas quisque vires dotesque excolit, exercet, & in vitæ usum actumque trahere firmo & constanti animi proposito conatur.*

Vers. 37. οὐδὲ γὰρ Μίλων. „Ex eodem, quo Horatius, fonte hæc videtur hausisse; vel forsan ab ipso Horatio: [Epist. I. 1, 28 sqq.]

Non possis oculo quantum contendere Lynceus;
non tamen idcirco contemnas lippus inungi:
nec, quia desperes invicti membra Glyconis,
nodosa corpus nolis prohibere chiragra.
Est quodam prodire tenus, si non datur ultra.“

VPTON. — Pro Μίλων corrupte Μίνων scribunt pab. Propius ad verum accedit pc. in quo est Μήλων.

CAPVT III.

TIT. Πῶς ἄν τις. Περὶ τοῦ, πῶς ἄν τις pb. Et sic in Indice Capitum scribunt tres codd. pabc.

Vers.

Vers. 1. *τῷ δόγματι τούτῳ συμπαθῆσαι.* „*decreto hoc affici:* hoc est, ex animo ita sentire.“ WOLFIVS. — Vertere possis, *intimo animi adfectu dogma* vel *decretum hoc amplecti.* De simili quodam usu simplicis verbi *παθεῖν* dictum est ad I. 2, 3.

Ibid. γεγόναμεν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. „*ἀπὸ τοῦ Θεοῦ. Γεγόναμεν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ* idem est ac *ἐγεννήθημεν.*“ SALMASIVS. — Sic I. 9, 29. *ὑπὸ τοῦ δεσπότου.*“ VPTON. — Praeter rem utique *ἀπὸ* pro *ὑπὸ* voluit Salmas. quamquam id ferri posset, si darent libri. *ἀπὸ τοῦ Θεοῦ* esset *ex Deo, de ejus natura, ita ut natura Illius simus participes. ὑπὸ τοῦ Θεοῦ γεγόναμεν* bene graece dicitur, pro *a Deo progeniti sumus.* Neque ad stabiliendum iſtum usum praepositionis *ὑπὸ* opus erat exemplo ab Vptono citato, quod ne ullo quidem modo huc spectabat. De vi vocab. *προηγουμένως* conf. I. 9, 4. & praesertim II. 8, 6 sq.

Ibid. ὁ Θεὸς πατήρ ἐστι ἐξ. „Vide I. 19, 12. Sic Homerus:

— — *πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.*

Virgilius:

— — *Divûm pater, atque hominum rex.*

Ennius apud Cic. de Nat. Deor. II. 2. *Patrem divûmque hominumque.* Plato in Timaeo: *τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντός.* Diogenes Laërt. in vita Zenonis, sect. 147. *Θεὸν δὲ — δημιουργὸν τῶν ὅλων, καὶ ὥσπερ πατέρα πάντων.*“ VPTON.

Ibid. ἀγεννὲς. *ἀγενὲς* h. l. pabc. rursusque vs. 4.

Vers. 2. *οὐδείς σου τὴν ὀρθὴν βαστάσει.* Forsan *βαστάσειε*, in potentiali modo; quamquam sic particulam *ἂν* desiderare quis posset, quae tamen & abesse nullo incommodo potest.

Ibid. τοῦ Διὸς υἱὲς εἶ. „Vide I. 19, 9.“ VPTON.

Vers. 3. *ἐν τῇ γενέσει ἡμῶν.* Bene Wolfius, *in ortu nostro.* Possis etiam, *in natura nostra;* quo fere sensu apud sequioris aetatis philosophos, & praesertim saepe apud Simplicium, *ἡ γένεσις* est *rerum omnium creatarum natura*, i. e. *mundus.* Nescio quid spectans Vptonus, *in corpore nostro*, h. l. interpretatus erat: puto imprudenti hoc excidisse viro docto.

Ibid. πολλοὶ μὲν. „Ita noster codex: alii libri, *ἄλλοι μὲν*, parum recte, monente etiam Salmasio, cum sequatur mox *ὀλίγοι δέ.*“ VPTON. — Conferre jusserat Salmasius II. 14, 23. Forsan vero, ut ibi *οἱ πολλοὶ* legitur,

gitur, ſic & h. l. articulus erat adjiciendus. In ἄλλοι vero cum vulgatis conſentiunt noſtri codd. pabc. Ac teneri hoc fortaſſe debebat. Sane πολλοὶ ex interpretatione ortum videri poteſt; nempe, ubi opponuntur ἄλλοι μὲν & ἄλλοι δὲ, ibi ἄλλοι ſunt πολλοὶ vel οἱ πολλοί.

Verſ. 4. ὡς ἂν περὶ αὐτοῦ. — „*Vt de eo*; ſine aſpiratione: non *de ſeſe*, ſed περὶ αὐτοῦ τοῦ πράγματος. Prout rem quamque vel magni vel parvi æſtimamus, ita ea uti ſolemus.“ WOLFIVS. — Nempe περὶ αὑτοῦ, cum aſpiratione, dederant ed. Ven. & Baſil. Recte vero περὶ αὐτοῦ ed. Genev. & ſeqq. & ſic codd. pabc.

Ibid. οἱ ἀλόγοι. Perperam οἱ λόγοι pa. & ſic prius pb. Sæpius iſta confunduntur a librariis.

Ibid. πρὸς ἀσφάλειαν τῆς χρήσεως τῶν φαντασιῶν. „Hanc formulam loquendi interpreteris πρὸς ἀσφαλῆ τὴν χρῆσιν. Sic Lucret. lib. IV. 339.

— — *Quia cum proprior caliginis aër*
Ater init oculos prior.

pro *aëre caliginoſo*. Et Plautus Mil. Glor. *formam amoenitatis*, pro *forma amoena*.“ VPTON.

Ibid. ἀθυμοῦντας. Perperam ἀθυμαίτους pa. & pb. *a* prima ſcriptura.

Ibid. περὶ αὐτῶν. περὶ αὑτῶν pa. & pbc. ex pr. ſcript. Neutrum male; nam αὐτῶν non minus quam αὑτῶν idem valet ac ἑαυτῶν. Vide Not. ad I. 1, 4.

Verſ. 5. καὶ, τὰ δύστηνά μου σαρκίδια. Verba iſta, τὰ δύστηνά μου σαρκίδια e neſcio quo poëta deſumta videntur: quo pertinet, quod mox repetit, τῷ μὲν ὄντι δύστηνα. Itaque poſt καὶ inciſum interpoſui.

Verſ. 6. τούτους προστίθησας. „Ita cod. Ven. & Salmant. [& ſcripti libri omnes.] pro quo edit. Baſil. cum aliis προστέθηκας. Vide H. Steph. in Προστίθημι. M. Antonin. lib. X. 24. Μήτι προστέθηκὸς (τὸ ἡγεμονικὸν) καὶ ἀναπεφυρμένον τῷ σαρκιδίῳ, ὥστε τούτῳ συμπάσχειν. *Numquid* (*mens mea*) *caruncula ita agglutinata & permixta, ut cum illa mutetur una.*“ VPTON. — De corrigendo mendo monuerat etiam Salmaſ. & Gatak. ad Anton. XII. 19. Meibomius contra, οὐ προστίθησας ſuſpicatus erat, ex I. 8, 14. Verbo προστίθημι eadem, qua Epictetus, notione uſus eſt Simplic. ad Enchir. cap. 46. p. 271. ed. Lugd. Paulo ſuperius ſic ſcribendum ſuſpicatus erat Meibomius, τῶν σαρκιδίων; Ἔχω. Τί οὖν ἀφαιῶ &c. Quæ mutatio nec neceſſaria eſt, nec ullius libri auctoritate firmatur.

Verſ.

Verſ. 7. *Διὰ ταύτην τὴν συγγένειαν &c.* „*Ob hanc cognationem cui nimium adſtricti ſumus, declinata naturæ melioris via, quidam e nobis lupis ſimiles efficimur.* Vertit Schegkius: *Ob hujus* (carnis) *ſocietatem declinantes a meliore natura, quidam lupis ſimiles efficimur.* Wolfius: *Ob hanc deflexionem fit, ut alii lupis ſimiles ſimus.* Legit Meibomius: *Διὸ, ταύτην τὴν συγγένειαν οἱ μὲν ἀποκλινάντες.* Quod ſi harum explicationum nulla placeat; (neque enim credo absque ope meliorum codicum locum reſtitui poſſe;) forſan hoc modo excudendum oportebat: *Διὰ ταύτην τὴν συγγένειαν * * * οἱ μὲν ἀποκλινάντες κ. τ. λ.* Explico, & lacunam aliquo modo ſuppleo, ex Virgil. Aeneid. VI, [730 ſqq.]

Igneus eſt ollis vigor &c.

Διὰ ταύτην τὴν συγγ. metuimus, cupimus, dolemus, gaudemus: propter coeleſtem vero illam originem, ὅτι γεγέναμεν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πάντες προγ. generoſum quiddam atque altum ſpiramus. At quidam ab ea coeleſti origine declinantes, &c.“ VPTON.

Vtique impedita nonnihil oratio videri poteſt, prouti vulgatam conſentientibus libris habemus; neque vero deſperata, ac ne ita quidem adfecta mihi viſa eſt, ut quæ medica manu neceſſario indigeret. *Διὰ ταύτην τὴν συγγένειαν* cum omnibus interpretibus intelligo *propter hanc cognationem cum carne & cum brutis animantibus;* coll. verſ. 3. Ad *ἀποκλινάντες* vero ex eod. verſ. 3. intelligo *ἐπ' αὐτὴν, ad eam deflectentes, eam ſequentes.* Denique poſt *οἱ μὲν* leviter incidere orationem commodum duxi, quia non ſic cohærent iſta verba, *οἱ μὲν ἀποκλινάντες,* ut ab his, ad quos illa pertinent, diſtinguantur deinde alii *non ἀποκλινάντες:* ſed verbum iſtud *ἀποκλινάντες* perinde & ad hos pertinet, qui nunc *οἱ μὲν* dicuntur, & ad illos qui deinde *οἱ δὲ*, & *οἱ πλείους δέ.* Sic toti orationi & ſua integritas & apta ſententia conſtare mihi viſa erat.

Ibid. οἱ πλείους δ' ἡμῶν ἀλώπεκας. „Forſan *ἀλώπηξι,* ut *λέουσι, λύκοις.* [Commodum id quidem foret: nec tamen neceſſarium debet videri.] Cic. de Off. I. 13. *Cum autem duobus modis, id eſt, aut vi aut fraude fiat injuria; fraus quaſi vulpeculae, vis leonis videtur: utrumque alieniſſimum ab homine, ſed fraus odio digna majore.* Confer [Epictet. noſtrum] II. 9, 5 ſq. Homines quoque doloſi, ſimulata virtute, *vulpem ſub pectore geſtare* dicuntur. Perſius Sat. V. 116.

— — *& fronte polita* (sic Heinsius legit)
ofitem vapido servas sub pectore vulpem."

VPTON.

Ibid. καὶ ὅσα ἐν ζώοις ἀτυχήμαλα. Superiores editt. omnes dabant *καὶ ὡς ἐν ζώοις ἀτυχ.* Vbi hæc adnotavit WOLFIVS: *Vt inter bestias infortunia seu monstra quædam.* Quasi dicat: tantum abest, ut lupini, leonini & vulpini isti mores hominem deceant, ut & inter bestias *monstrosi* & *errata quædam naturæ* esse videantur. *ἀτύχημα* enim dicit opinor, cum natura & ratio propositum sibi scopum non assequitur, efferato animali, quod cicur & mansuetum esse debebat, & innoxium." Sic ille. VPTONVS vero: „Potius cum nostro codice legendum *καὶ ὅσ' ἐν ζώοις ἀτυχ. & si quid aliud vel inter animalia magis monstrosum. Ἀτυχὲς, quicquid finem suum minime consequitur;* qualia sunt *monstra.* Cicero de Fin. I. 18. *Ecce autem alii -- aut malevoli -- maledici, monstrosi.*" — Haud cunctanter codicis sui scripturam in contextum recipere Vptonus debebat. Pari modo in vett. edd. peccatum erat, II. 22, 28. ut pro *ὅσ' ἄλλα, ὡς ἄλλα* darent. Alibi vero omnes in *ὅσ'*, per elisionem vocalis *α* pro *ὅσα* posito, consentiunt; I. 6, 14. Ego vero h. l. ipsum *ὅσα* absque elisione prætuli, quod perspicue dabat noster cod. pb. atque etiam pa. ex emendatione quidem hîc, sed ab antiqua manu. A mendosa scriptura *ὡς ἄλλα* h. l. non recedit codex pc. Quod autem ad vocab. *ἀτύχημα* adtinet; *monstri* notio, quam ei cum Wolfio Vptonus subjecit, mera conjectura nititur, in reliquo sermonis usu. nihil invenit præsidii. Monuimus nos, præeunte Reiskio, ad Polyb. V. 67, 4. vocabulum illud, sicut cognatum *ἀτυχία*, interdum ita usurpari, ut *scelus* vel *flagitium* denotet. cf. infra, II. 20, 21. Jam quemadmodum latine, per metonymiam abstracti (quod ajunt) pro concreto, *flagitium, scelus*, pro *flagitioso, sceleste homine* dici solet; in eumdem prorsus modum græcum *ἀτύχημα* de homine usurpatum apud Epictetum nostrum, II. 16, 18. habemus; & nunc hoc loco, moxque rursus vers. 9. de *nociva & pestifera bestia.* Parique ratione adjectivum *ἀτυχὴς* vs. 8. *flagitiosum, nocivum, perniciosum* significat.

Vers. 9. *Ὁρᾶτε οὖν, καὶ προσέχετε.* „Quod observatu dignum: Multa in hisce libris non ita longe a stilo Evangelii abludunt; eodem autem seculo scripta sunt Evange-

Evangelia, quo haec ab Epicteto diſterebantur. Ὁρᾶτε οὖν καὶ προσέχετε. Matth. 16, 6." YPTON. — In eam partem plurima adnotata ſunt a Raphelio, in Annotationibus Philologicis in Novum Teſtamentum ex Polybio & Arriano collectis; & a Jo. Jac. Wetſtenio, in Commentar. ad Nov. Teſt.

CAPVT IV.

Verſ. 1. Ὁ προκόπτων. Sic Stoicis (quemadmodum HEYNIVS monuit, ad Enchir. c. 12, 1. & ex hac ipſa Epicteti diſputatione confirmavit) non tam dicitur is, *qui in addiſcendis Stoicae diſciplinae placitis profecit*, quam *qui in virtute;* hoc eſt, *qui, cum praecepta diſciplinae jam teneat, in iis ad vitae uſum adhibendis, & ſe ad ea componendo, aliquantum progreſſus eſt; inchoatus quaſi & jam vicinus ſapienti.* Scilicet, quoad veram Hominis formationem inſtitutionemque, qui finis omnis Philoſophiae eſſe debet, diſtinguere Stoici conſueverant tria hominum genera; quorum alios ἰδιώτας, alios προκόπτοντας, alios σοφοὺς vocabant, aut modeſtiore nomine *philoſophos*, φιλοσόφους. Quibus de nominibus confer loca in Indice laudata, & praeſertim Enchir. c. 48. (Wolf. c. 71.) & ad id caput Commentarium Simplicii. Et *Sapientem* quidem quod attinet, de quo tanta tamque mirabilia jactare ſolent qui ex iſta ſchola prodierunt, tam alienus fuit Epictetus ab horum exaggeratione adfectatione neque, ut vix umquam vel ipſo nomine iſto uteretur; *philoſophum* formare contentus, id eſt, hominem qui in virtutis omnis ſtudio uſuque probabiliter ſit confirmatus. Interdum tria iſta genera aliis hisce nominibus inſignit, ὁ ἀπαίδευτος, ὁ ἠργμένος παιδεύεσθαι, ὁ πεπαιδευμένος, ut Enchir. c. 5. ſignificans id quod ſupra dixi, ad veram atque unice hoc nomine dignam *inſtitutionem formationemque hominis* pertinere illam, partitionem. Denique, quoniam in hoc ſumus, illud etiam obſervemus, nonnumquam duas tantum hominum claſſes diſtingui ab eodem noſtro Epicteto: alteram τῶν ἰδιωτῶν, alteram τῶν φιλοσόφων, quos eosdem & τελείους & προκόπτοντας vocat, velut Diſſ. III. 19, 1. Enchir. c. 50. 3. ſignificans puto & ſubinnuens duas res maximi momenti. Primum: Qui vere προκόπτων ſit, qui ſincerum ſtudium in eo ponat, optimaque fide in eo elaboret, ut continuos faciat in virtute progreſſus, ut facultates ſuas omnes diligenter excolat, eisque quam rectiſſime utatur, eum,

eum, quamvis & ingenii dotibus sit minus splendidis, & in harum ipsarum recto usu nondum sit satis exercitatus confirmatusque, tamen, verum hominis valorem, veram dignitatem si spectes, non esse minoris æstimandum, quam illum, qui & splendidissimo sit ingenio, & in virtutis usu jam diu multumque sit confirmatus. conf. dicta ad I. 2, 36. Alterum: Optimum etiam hominem & sapientissimum continuo progredi in virtutis via debere; in excolendis suis viribus, & in usu earum quam fieri possit optimo continuos facere profectus, debere, neque unquam sibi persuadere, ad summum se perveniisse metamque attigisse.

Ibid. τὸ εὔρουν καὶ ἀταθὲς. „*Prosperitatem & animi tranquillitatem.* Τὸ εὔρουν, ἡ εὔροια, τὸ εὐρεῖν, crebro in hoc opusculo occurrunt. Deducuntur autem παρὰ τὸ εὖ ῥεῖν, a *bene fluendo;* cum *res ad voluntatem nostram fluunt*, cum *secundo flumine & secundo vento provehimur.* Ego *prosperitatem* verto, aut *felicem successum rerum.*" WOLFIVS. — Τὸ εὔρουν & τὴν εὔροιαν Vptonus *tranquillitatem animi* interpretari consuevit; non incommode, quamquam latino hoc vocabulo græcum εὐθυμίαν exprimere, Senecæ placuit, de Tranq. c. 2. Rectissime fortasse τὴν εὔροιαν *vitam beatam* interpretabimur. Sic enim τὴν εὐδαιμονίαν Zeno definiebat, ut eam esse diceret εὔροιαν βίου, ut docet Stobæus Ecl. Mor. lib. II. p. 172. & Sextus Emp. Pyrrh. III. 172. quæ ex Senecæ interpretatione Epist. 120. est *beata vita*, *secundo defluens cursu.* Conf. Laërt. VII. 88. & ibi Menag.

Ibid. „τὴν μὲν ὄρεξιν ὅλην ἐξ ἑαυτοῦ εἰς ἅπαν, καὶ ὑπερτέθειται. *Appetitum a se omnino sustulit, & distulit.* Significat opinor id, quod in Enchiridio dictum est: philosophiæ tironem non nimium sibi tribuere, sed quasi addubitantem exspectare dum judicium confirmetur." WOLFIVS. — „Omnino confer Enchir. c. 2, 2. & Diss. III. 12, 8. III. 13, 20. IV. 4, 15 sq. & vs. 33. Qui adhuc in philosophia inter proficientes versatur, appetitionem in præsentia omnino amovere debet, & in longum differre: (sic ὑπερτέθειται interpretandum:) imprimis avertatione utendum, non appetitione. Hinc præceptum illud tironibus, μηδὲν θαυμάζειν, *nil admirari.*" VPTON. — ὅλην ἐξ αὐτοῦ dant vett. edd. & sic a pr. manu hic scriptum in pb. Id in ἐξ αὐτοῦ mutavit editor Cant. quod tenuit Vptonus cum anon. Lond. sic vero & scribunt hoc loco pac. & pb. ex correct. Conf.

Not. ad I. 4. εἰς ἅπαν conjunctim etiam scribi poterat εἰσάπαν, ut II. 18, 10. & alibi: idem valet ac παντελῶς IV. 4, 33. & III. 22, 13.

Vers. 2. τὴν ἐκκλισιν τὴν αὐτοῦ. „αὐτοῦ pro αὐτοῖ seu ἑαυτοῦ.“ VPTON. Nempe tenuit h. l. Vptonus αὐτοῦ cum superioribus omnibus editis & pa. pr. manu. Sed αὐτοῦ rursus hic habent pbc. & pa. ex correct. ἔκκλησιν, & ἐκκλήσει vs. 1. perperam & invitis nostris mssis dederant edd. Ven. & Bas.

Vers. 3. εἰ δ' ἡ ἀρετὴ ταύτην ἔχει τὴν ἐπαγγελίαν. „Si virtus hanc habet pollicitationem; hoc est, si virtus hoc fine colitur: si virtutis hoc munus, hic fructus & effectus, ut sui cultores beet.“ WOLFIVS. Familiare nostro hoc vocab. ἐπαγγελία, de quo vide Indicem. Possis vertere, *virtutis esse hanc professionem.* Mox pro illa phrasi ait, τί ἔργον ἀρετῆς; vers. 6. & τὴν ἀρετὴν τοιοῦτόν τι ὁμολογοῦμεν, vs. 5. Conf. ad vs. 8. Ad ἀρετὴ articulum ἡ restituimus ex ed. Ven. & Bas. qui, cum per errorem omissus esset in ed. Genev. in sequentibus etiam & in ipsa Vptoniana desiderabatur. Eumdem dant mssti omnes.

Ibid. ἀπάθειαν. εὐπάθειαν pb. Quod, quamquam speciosum videri possit, morari tamen nos non debet. Vide Not. ad III. 24, 24.

Vers. 6. πολλὰς Χρυσίππου συντάξεις. „πολλὰς dicit, quippe septingenta quinque volumina scripsit Chrysippus, auctore Laërt. in ejus vita, Lib. VII. 180. Vide [Epict. nostrum] II. 17, 40. κἂν πάσας τὰς συναγωγὰς καὶ τὰς συντάξεις τὰς Χρυσίππου διέλθωμεν. Vide etiam III. 24, 71. Memoratur adeo apud Laërt. VII. 190. σύνταξις πρώτη, σύνταξις δευτέρα. Cæterum confer Enchir. c. 49.“ VPTON.

Vers. 7. Χρύσιππον γενοηκέναι. Vulgo omnes ἀναγνωκέναι, quod ex superiori ἀναγνωκὼς per librarii incogitantiam facile irrepere potuit. γενοηκέναι dabant cod. Vpt. & ms. Paris. ipso Vptono teste; (nempe sic codd. pab.) quod mihi in contextum recipiendum visum est. Eodem refertur, quod mox ait Epictetus, τὰ πολλὰ Χρυσίππου νοεῖν. Conf. I. 17, 13.

Ibid. ἢ τὸ πολλά. Caret τὸ pb.

Vers. 8. ἄλλο δὲ τὸν συνεγ. ἄλλον δὲ pa. & pb. in contextu, sed hic ἄλλο inter lineas habet, quod unice agnoscit pc.

Vers.

Vers. 9. Οὗτος, *Φησὶν, ἤδη καὶ δι' αὐτοῦ δύναμαι Χρύσιππον ἀναγινώσκειν.* „Puto legendum *δύνασθαι*, infinitivo modo. *Hic profitetur, se jam suo Marte Chrysippum posse legere.* Quod ad sententiam adtinet: præcepta Philosophorum intelligere; parvum quiddam censet Epictetus, & Grammatici potius quam Philosophi id esse munus. Sed philosophorum præceptis parere, hoc est, naturæ congruenter vivere, id demum esse philosophi. Potest hoc, & fortasse debeş ad Theologiam quoque transferri. Eos enim audit Deus, & inter suos numerat, qui adorant spiritu & vere: eamque fidem probat, quæ per charitatem est efficax: & eam laudat arborem, quæ bonorum fructuum proventu suam bonitatem testatur. Dolendum profecto est, & religioni Christianæ (ut de philosophia taceam) perniciosum, eos officio minime fungi, qui officium rectissime intelligunt." WOLFIVS.

Ibid. „*Φησὶ* indefinite sumitur in hoc loco, & centies alibi in hisce dissertationibus. Perpetua est loquendi formula, quum sibi quidquam opponi fingunt. Livius XXXIV. 3. *Ut auro & purpura fulgeamus, inquit.* Vide ibi Gronovium. Horat. Serm. I. 4. vs. 78.

— — — — *lædere gaudes,*
inquit.

Vbi Bentleius: „*Inquit;* rectissime. Quippe *inquit* perpetua formula est, ubi aliquid ex adverso nobis objici & opponi fingimus; sive id ab uno, seu pluribus; sive ab absente, seu præsente fiat. — — Ita centies sexcentiesque apud Senecas & Quintilianum. Et eodem modo *Φησὶ*, *inquit*, usurpat Arrianus in Epicteteis." Phædrus lib. III. Prol. *Verum, inquit, tanti non est ingenium tuum.* Vide ibi Burmannum: retinuit *inquis* Bentlejus. Cicero Tusc. Disp. I. 39. *Nondum gustaverat, inquit, vitæ suavitatem.* Hanc loquendi formulam Davisius ibi notavit." VPTONVS. — Ad quæ in Indice hæc adjecit idem vir doctus: „Obiter notandum, sæpe errasse librarios in hac voce, tum apud Senecam, tum apud Ciceronem; quem corrige in Paradoxis; nam male *inquis* ibi legitur."

Recte vero utique per se habet Vptoni ista observatio, de *usu indefinito verbi Φησὶν*, cujus frequentia apud Epictetum exempla in Indice collecta habes. A qua tamen ratione ipse doctus interpres discessit in versione latina hujus loci; ubi, Wolfium fere secutus, sic scripsit: *Iste ait, sua ipsius ope se jam posse Chrysippum legere.*

Quae ſi eſt ſententia graecorum verborum, non jam indefinite poſitum eſt verbum *φησί*, ſed adeſt nominativus caſus *οὗτος*. Et tunc commodius fuerat, *δύνασθαι* in infinitivo ſcribi, ut Wolfius maluit: quamquam vel ſic teneri utcumque finitum verbum *δύναται* poſſet, *φησὶν* ita intelligendo, ac ſi eſſet, *ὡς αὐτός φησιν: hic, at quidem ipſe dicit, per ſe jam Chryſippum legere poteſt.* Enimvero quae paulo poſt ſequuntur verba, indicant, revera ad alium hominem referri verbum *φησὶν*, & rurſus ad alium pronomen *οὗτος*. Nempe ex verſ. 10. intelligi par eſt, *φησὶν* hoc loco referri ad aliquem e vulgaribus philoſophiae magiſtris, qui laudaverat profectus, quos aliquis e ſuis diſcipulis feciſſet. Et quemadmodum omnes fere hae Epicteti diſputationes ex tempore, e re praeſente, oblata tali aut tali aliqua occaſione natae ſunt; (conf. Arriani Epiſt. Dedic. vſ. 3. & ad eum locum notata.) ſic haec ipſa res toti huic diſputationi occaſionem dediſſe videtur, quod aliquis philoſophiae magiſter cum quodam e ſuis diſcipulis Epictetum convenerit, & apud eum laudaverit profectus, quos in Stoicorum diſciplina ſuus ille diſcipulus feciſſet. Itaque in ea, quae nunc ſequitur, oratione modo ad diſcipulum, modo ad ipſum magiſtrum ſe convertit Epictetus. Fortaſſe vero ille Logicae artis praeceptor intelligendus eſt collaborator & collega, quem ſibi adjunxerat Epictetus, ut ſuis ſub auſpiciis Logicae diſciplinae praecepta auditoribus ſuis traderet. Conf. quae notamus ad I. 26, 1.

Ibid. δι' αὑτοῦ, per ſe; vel, ut bene Wolfius, *ſuo Marte.* Nempe obſcura erant Chryſippi ſcripta, & interprete fere indigebant. cf. I. 17, 16. III. 21, 7. Ench. c. 49. Rurſus vero *αὑτοῦ* ex ed. Ven. & Baſ. revocavi, cum a poſterioribus editoribus in *αὐτοῦ* fuiſſet mutatum. Conſentiunt tamen in *αὑτοῦ* pbc. Sed *αὐτοῦ* nunc habet pa.

Ibid. Ἐᾶ, *μὴ τοὺς Θεοὺς, προκόπτειν, ἄνθρωπε. προκόπτειν* pc. quod vide ne verum ſit; ut ad diſcipulum quidem hoc referatur, cujus profectus laudavit magiſter, oratio autem convertatur ad ipſum magiſtrum, quem hoc nomine *ἄνθρωπε* compellat. Quod ſi *προκόπτειν* tenemus, ad ipſum diſcipulum convertitur oratio, ut paulo ante dictum.

Verſ. 10. *Τί ἐμπαίζεις αὐτῷ; „Quid illudis ipſi?* Haec quae tertia perſona proferuntur, omnia puto ſecunda eſſe proferenda, ut & ſententia poſtulat, & ipſa

verba

verba patiuntur. Vſitata corruptela & proclivis eſt, αὐτὸν pro αὐτὴν; & uſitata enallage, (ſi modo enallage, ac non corruptela potius,) αὐτὸν pro σαυτὸν vel ἑμαυτὸν ſcribere. Sed non impedio, ſi quis tertiam perſonam mavult: nam & ſcriptura ſic habet, & ſententia non admodum adverſatur. Proclives tamen ſunt hujusmodi lapſus." WOLFIVS. — Eadem me diu dubitatio, quae Wolfium, hoc loco torſerat. Levatam puto difficultatem ea ratione, quam ad ſuperiorem verſum, ubi de verbo φησὶν agebatur, expoſui.

Ibid. τῶν αὐτοῦ κακῶν. Sua unius auctoritate αὐτῷ h. l. ediderat Vptonus. αὐτοῦ h. l. noſtri omnes pabc. In ſolo pb. praeter lenem ſpiritum ſuperne etiam aſper notatus eſt.

Ibid. ἵνα μάθῃ παρ' ἐμοῦ τὴν προκοπὴν ζητεῖ. *ut diſcat, abinam profectum quaerat.* „ζητῇ. Ita ſcribendum videtur." VPTON. — Indicativum modum in iſta connexione fert graeci ſermonis uſus: & nil mutant libri.

Verſ. 11. Ἐν ὀρέξει καὶ ἐκκλίσει &c. Conf. III. 2, 1 ſq.

Ibid. ἐν προσθέσει καὶ ἐποχῇ. „*In aſſenſu & ſuſtinendo aſſenſu.* Πρόσθεσιν intelligo τὴν συγκατάθεσιν, *aſſenſum.* πρόθεσις, *propoſitum* eſt." WOLFIVS. — Miror nihil ad h. l. adnotatum ab Vptono; in cujus edit. προθέσει hic legitur, ex ed. Gen. & Col. propagatum, contra quam dabant Ven. & Baſ. e quibus προσθέσει utique fuit reſtituendum. Sane πρόθεσις vocab. prorſus ab hoc loco alienum erat. τῇ ἐποχῇ, id eſt, *retentioni aſſenſionis*, oppoſita eſt *aſſenſio;* quae aliâs συγκατάθεσις graece dicitur. Ac περὶ τὰς συγκαταθέσεις verſatur tertius philoſophiae locus; ſicut primus περὶ τὰς ὀρέξεις καὶ ἐκκλίσεις, & ſecundus περὶ τὰς ὁρμὰς καὶ ἀφορμάς. III. 2, 1 ſq. II. 17, 15. III. 12, 13 ſq. &c. Quemadmodum autem verbum προστίθεσθαι, cum apud alios auctores, tum praeſertim apud Epictetum noſtrum perſaepe idem ac συγκατατίθεσθαι ſonat; ſic & nomen πρόσθεσις, quamquam iſta notione minus uſitatum, idem atque συγκατάθεσις valere conſentaneum eſt. In mendoſum vero προθέσει conſentiunt h. l. libri noſtri pabc. quam confuſionem, in raro praeſertim ea quam dixi notione vocabulo, minus mirabuntur ii qui meminerint, quo ſcripturae compendio in veteribus libris efferri vocula πρὸς conſueverit. Viciſſim vero προσθέσει olim pe-

peram pro προδόσει a plerisque ſcriptum videbimus I. 21, 2. Conf. mox ad vſ. 14.

Verſ. 12. Πρῶτοι δ' *εἰσὶν οἱ πρῶτοι τόποι.* „*Principes autem ſunt primi loci.* Obſcurum eſt quid velit. Sed ego principem locum intelligo, diviſionem illam rerum noſtrarum & alienarum, unde reliqui loci pendent.“ WOLFIVS. Illud quid ſit, quod obſcurum ſibi eſſe queſtus eſt Wolfius, intelligetur ex lib. III. c. 2. Conf. III. 26, 14 ſqq. & Not. ad I. 17, 6.

Ibid. ἆρα τῶς προκόπτεις; „Hæc lectio eſt noſtri codicis; alii ἆρα οὕτω προκόπτεις.“ VPTON. — In τῶς conſentiunt noſtri codd. omnes, & in ἆρα etiam pac. ſed ἆρα circumflexo accentu ſcribit pb.

Verſ. 13. Δεῖξόν *μοι τοὺς ὤμους. oſtende mihi humeros. Validos humeros, καρτεροὺς ὤμους,* pro *totius corporis inſigni robore* dicere amant græci. Sic ſæpe apud Lucian. veluti in Somnio, c. 7. *τοὺς ὤμους ἔξεις καρτερούς.* Dial. Mort. I. 3. *νεῦρα εὖ ἔχοντα ἢ ὦμοι καρτεροί.* Hinc in athletis præſertim *οἱ ὦμοι* laudantur. Vide Noſtrum III. 21, 3. & eum locum cum hoc conſer. Lucianus Gymn. c. 27. *ὁ πόνος οὗτος ὤμους τε αὐτῶν κρατύνει, καὶ τόνον τοῖς ἄκροις ἐντίθησιν. Lacertos* Romani dixerunt. Quintil. VIII. 3, 10. *Pulcher adſpectu ſit athleta; cujus lacertos exercitatio expreſſit, idem certamini paratior.* Adde eumdem lib. VIII. procem. ſect. 19.

Ibid. Ὄψει *σὺ, καὶ οἱ ἁλτῆρες.* „*Tu videbis & halteres tui.* Ἁλτῆρες, *παρὰ τὸ ἅλλεσθαι,* dicuntur *plumbeæ pilæ, quibus in ſaltando rectius ſe librabant.* Martialis:

Halteres agili rotant lacerto. —

WOLFIVS. — Bene Salmaſius: *tu videris cum tuis halteribus.*

Ibid. „*Videris tu, & viderint tui halteres.* Nota interea hanc loquendi formulam, ſæpius ab Epicteto uſurpatam, ὄψει *σὺ,* ὄψεται *ἐκεῖνος,* ὄψονται *οἱ ἄλλοι:* quaſi dicat, *quid hoc ad me?* Sic Cic. de Nat. Deor. I. 7. *Quid didicerimus, Cotta viderit.* Ovidius, de Remed. Amor. *Viderit Atrides.* Et ſæpiſſime M. Antonin. ut lib. V. 25. Ἄλλος ἁμαρτάνει *τι εἰς ἐμέ;* Ὄψεται. Certiſſima eſt correctio: Ἄλλος ἁμαρτάνει. *τί εἰς ἐμέ;* ὄψεται. *Alius peccat: quid ad me? viderit ipſe.*“ VPTON. — „Cic. Acad. lib. IV. [c. 7.] *Epicurus hoc viderit.* & Epiſt. 4. ad Attic. lib. VI. *hæc fortuna viderit.* Sic apud M. Anton. VIII. 41. & alibi. Act. Apoſt.

Apoſt. 18, 15. ὄψεσθε αὐτοί, *ipſi videritis.*" IDEM in Indice.

Verſ. 14. τὴν περὶ Ὁρμῆς σύνταξιν. Inter Chryſippi libros, quos magno numero Laërtius recenſet VII. 189 ſqq. nullum iſto titulo reperio: ac fere nonniſi in dialecticis ſubtilitatibus verſabantur hujus ſcripta. Cleanthis duo libros περὶ Ὁρμῆς Laërtius laudat VII. 174. At videtur tamen Chryſippi librum nunc dicere Epictetus: neque magnopere impedit quidquam, quo minus credamus, exſtitiſſe etiam Chryſippi de eo argumento libellum. Perbrevem illum fuiſſe oportet, quem non niſi *quinque drachmarum* pretio vulgo conſtitiſſe nox ait. Erat vero etiam Zenonis liber, περὶ Ὁρμῆς, ἢ περὶ ἀνθρώπου Φύσεως, memoratus Laërtio, VII. 4. Item Sphæri, Zenonis diſcipuli; referente eodem Laërt. VII. 178. Sed ſive Chryſippi fuerit libellus ille, de quo hic agitur, ſive alicujus e cæteris Stoæ luminibus; videtur auditor, quicum hæc diſſerit Epictetus, hoc velle ſignificare, ſe non ſolum dialecticos libros legere, (quo e genere fere erant Chryſippi ſcripta) verum etiam ad morum formationem pertinentes.

Ibid. πῶς αὐτὴν ἀνάγνωσιν. Vide ad II. 14, 1.

Ibid. οὐ τοῦτο ζητῶ, ἀλλὰ πῶς ὁρμῇς &c. De re contuliſſe juvabit IV. 4, 16 ſqq.

Ibid. προτίθεσθαι. „πῶς ἐπιβάλλεις καὶ προτίθεσαι. *quomodo res aggrediaris, quomodo aſſentiaris.* τὸ ἐπιβάλλειν refero ad doctrinæ methodum, quam aſſenſio ſequitur: aſſenſionem præparatio diligens gerendæ rei. Sunt hæc brevia, arguta, non pervulgata, nec ſine animi attentione intelliguntur." WOLFIVS. — „προτίθεσαι ex noſtro codice, monente quoque Salmaſio, repoſuimus pro προστίθεσαι. De hisce autem vocibus, conſule Indicem." VPTON. — In olim vulgatum προστίθεσαι conſentiunt noſtri mssti. Nempe plurima pars earum obſcuritatum, quæ in his Diſputationibus & Wolfium olim offenderant, & nobis etiamnum ſubinde moleſtiam creant, offuſæ his libris ſunt a librariorum incuria, quæ genuinam Arriani ſcripturam paſſim alteravit, truncavit, variisque modis fœdavit; quam ſi ſinceram ubique haberemus, ſatis plana pleraque omnia forent. Quamquam paulo ante (vſ. 11.) vocabulum πρόσθεσις e primis editt. fuit reſtituendum; hic tamen verbo προστίθεσθαι ſane non erat locus. Non agitur hic, ut ſupra, de tertio illo philoſophiæ loco, qui in *aſſenſione*

ineſt; ſed de *agendi conſiliis*, ac de ipſo *vitae inſtituto actuque*. Quare recte omnino προτίθεσαι e ſuo codice adoptavit Vptonus; quemadmodum & I. 21, 2. pro προσθέσει, quod ibi vulgatum erat, προθέσει ſcripſit; paria que ratione II. 17, 36. vel invitis libris omnibus προτίθεσθε pro προστίθεσθε fuit reponendum. De verbo ἐπιβάλλεις dubitari non nihil poterat, ſit-ne ἐπιβάλλῃ corrigendum. Certe iſta notione, quae hic obtinet, *moliri*, *cenari*, *inſtituere*, *agendi conſilium capere*, &c. (qua notione vulgatiſſimum etiam nomen eſt ἡ ἐπιβολή) paene conſtanter aliâs ἐπιβάλλεσθαι & ἐπιβαλέσθαι, in paſſivo & in medio genere, in uſu ſunt; neque aliter Epictetus noſter ſolet uſurpare. vide II. 17, 36. II. 24, 19. IV. 1, 74. IV. 11, 6. &c. Conf. Lexic. noſtrum Polyb. in Ἐπιβάλλειν, num. 7. Itaque ſi vera ſcriptura ἐπιβάλλεις, erit hoc per ellipſin pronominis σεαυτόν, aut nominis τὸν νοῦν, reciproca intelligendum: quam in partem H. Stephanus in Theſ. Gr. Ling. T. I. col. 683. non modo illud ex Euſtathio citavit, ἐπιβάλλει τοῦν τις νοήματι ἢ ἔργῳ, ἤγουν ἐπιβαμένος ἐγχειρεῖ καὶ ἐπιτυχῶς νοεῖ; ſed & alia nonnulla e Plutarcho & aliis ſcriptoribus exempla collegit.

Verſ. 16. δοκεῖ ὅτι πλαίονας ἕξεις ἔστι. „δοκεῖς legendum puto.“ MEIBOM. — Nil mutant libri: & ſatis bene habet δοκεῖ, intelligendo σοί, aut τινί, aut ἡμῖν.

Verſ. 17. μηδέποτε οὖν ἀλλαχοῦ τὸ ἔργον ζητεῖτε. τὸ ἔργον, *rem ipſam*, ſum interpretatus. Wolfius, *officium*. Vptonus cum Schegkio, *opus*.

Verſ. 18. ποῦ οὖν ἡ προκοπή; „Articulum ἡ habes ex noſtro codice.“ VPTON. — Eumdem agnoſcit noſter pb. Ignorant eum pac. cum vett. edd. Sed in pa. eſt πῶς οὖν προκοπή;

Ibid. ἐπὶ τὴν προαίρεσιν ἐπίστραπται τὴν ἑαυτοῦ. „Vide III. 23, 16 & 37. III. 24, 96.“ VPTON.

Verſ. 19. μεταβρίπτεσθαι. „Μεταπρίπτεσθαι. Baſileenſis codex μεταριπτίζεσθαι, παρὰ τὴν ῥιπήν, unde ῥιπίζω. Sed quid ſi μεταρυθμίζεσθαι legatur? niſi forte τὸ μεταπρίπτεσθαι ſit vehementius. μεταπρηπτίζεσθαι, παρὰ τὴν πρηστῆδα, haud ſcio quam ſit uſitatum. Vtcunque ſit, de ſententia conſtat.“ WOLFIVS. „μεταβρίπτεσθαι. Sic noſter codex. At edit. Ven. & Salmant. μεταπρίπτεσθαι. Baſil. μεταριπτίζεσθαι, vertente Schegkio, *modo his, modo aliis affectibus agitatum exardeſcere*. Wolfius, *transferri*. Videtur interea vera lectio μεταβριπτίζεσθαι,

ξεσθαι, a ῥιπίζω, eodem sensu ac apud Jacob. c. 1, 6. ἀνεμιζομένῳ καὶ ῥιπιζομένῳ. Tamen Lexica non agnoscunt μεταῤῥιπίζεσθαι." VPTON. — Analogiæ utique consentanea est hujus verbi compositio, *veluti ventis in aliam atque aliam partem agitari, huc illuc iactari;* ac notari debebit ab interpretibus Novi Testamenti ad Iac. 1, 6. locus hic Arriani, qui præterierat Raphelium & alios. Editionis Venetæ lectio videndum an ex μετεκρεμίζεσθαι sit corrupta. μεταφερις habet pa. & pb. sed in hoc adjecta superne altera litera ρ. In pc. verbum hoc, cum aliis nonnullis præcedentibus & seqq. prætermissum est. De verbo μετακρίνειν conf. quæ ab Vptono & a nobis ad I. 7, 1. notantur.

Eod. & seq. „ἢ κωλύειν δυνάμενος. καὶ λοιπὰ ἕωθεν &c. Videtur deesse prius membrum, quo describatur ejus animus, cui in se ipsa posita sint omnia." WOLFIVS.

Ibid. „καὶ λοιπὰ refer ad Εἴ τις, quod præcesserat. Εἴ τις ὑμῶν ἀπιστεῖ — — μεμάθηκέ τε — — καὶ λοιπὰ — — οὗτός ἐστιν κ. τ. λ. Hæc est constructio." VPTON.

Vers. 20. ὡς ἀλόγων ἐσθίει. „Vide hujus libri cap. 13. in initio." VPTON.

Ibid. ἀπὸ τῆς καὶ παραπιπτούσης ὕλης τὰ προηγούμενα ἐκτυποῦν. „Τὰ προηγούμενα intelligo τὸ τὴν προαίρεσιν κατὰ φύσιν τηρῆσαι, ut habet Enchiridion; hoc est, ut omnia dicta & facta cum natura congruant. Philosophus naturam, cursor curriculum, phonascus vocem curat." WOLFIVS. — Enchiridii locus, ad quem perspecte Wolfius provocavit, est cap. 4. conf. Dissert. harum lib. III. 7, 25 sq. Quemadmodum cursor Olympicus, quemadmodum phonascus omnia, quæ agunt atque suscipiunt, quæcunque in vita incidunt eisque sese offerunt, ad artem referunt suam, ut, quidquid ad eam perficiendam valeat, diligenter observent, quidquid perfectioni artis obstare videatur, sedulo caveant: sic, qui in veræ sapientiæ, id est, in virtutis studio proficere cupit, id sibi in omnibus rebus, quæ in vita incidunt, ob oculos ponit, id tenere studet, in eoque elaborat, quod ipsi est omnium præcipuum, quo universi instituti sui ratio atque summa continetur; nempe (quemadmodum bene Wolfius monuit) ut voluntatem suam, animique propositum, omnia denique sua consilia teneat naturæ congruentia

tia & consentientia. Non differt hoc præceptum, quod ad caput caussæ, ab illo quod suo exemplo Paulus Apostolus Corinthiis suis inculcat Epist. I. cap. 9, 24. Conf. Enchirid. c. 29, 2 sq. De *Phonascis* Vptonus in Ind. consulere jussit Sueton. in Ner. c. 25. & Quintil. lib. XI. c. 3. Cæterum, ne quid dissimulem, valde vereor, ne in hac regione non satis integra, nec omni ex parte emendata sit oratio.

Vers. 21. οὗτός ἐστιν ὁ προκόπτων. Sic edd. & mssti omnes. οὕτως, pro οὗτος, adnotatum est in ora edit. Basil. quam conjecturam qui proposuit vir doctus, accommodavit illam ad eam rationem, qua vulgo in præcedentibus verbis distincta erat usque ad Vptonum oratio; ubi scilicet post ἐκτενῶν majus punctum interferebatur, ut nova periodus inciperetur ab illis verbis, ὡς ἄρρωστος &c. Ad illud ὡς criticus hic referebat suum οὕτως. Totius orationis connexionem constructionemque melius docuit Vptonus ad vers. 19.

Ibid. ὁ μὲν εἰκῇ ἀποδημικός. „Peregrinatio in usu olim fuit apud philosophos. Tangit hunc morem Epictetus III. 15, 11. III. 16, 11. III. 23, 32. III. 24, 69. Refert Socrates in Platonis Critone tanquam rem inusitatam, se nunquam, nisi militandi gratia, ex Attica decessisse. VPTON. — Agitur hic, & in plerisque ex locis citatis, non de philosophis, sed de juvenibus, qui studiorum caussa ex Italia & aliis regionibus Nicopolim ad Epictetum, sive Athenas ad alios audiendos philosophos se contulerant. Conf. ad I. 9, 9.

Vers. 22. Εἰ δ' ἐπὶ τὴν ἐν τοῖς βιβλίοις ἕξιν τέτακται. „*Si quis vero lectitandorum librorum exercitationi est intentus.* Non reprehendit lectionem diligentem: sed eam sequi vult vitam præceptis consentaneam. Fieri autem vix potest, quin is qui optima quæque scripta non ad ostentationem aut gustum legit, mores etiam atque opiniones emendet." WOLFIVS. In latina versione ad illud verbum *intentus est* adverbium *unice* adjeci; cujus vim non solum ex universa sententia intelligi debere, sed etiam ipsis græcis verbis inesse putavi. Mendose τέτακται pab. pro τέτακται, quo in verbo sæpe peccarunt librarii.

Vers. 23. ἀλλ' ἐκεῖνο, scil. οὐκ οὐδέν ἐστι, vel ἔστί τι, *sed hoc non est nihil, hoc est aliquid;* (indicat, hoc esse τὸ προηγούμενον, *præcipuum*, sine quo cætera nihil sunt;) nempe *meditari, operam dare ut e vita tua lamentationes tollas &c.* Sic conjungenda hæc verba μελετᾶν

τῶν ἐξελεῖν putavi, & a superioribus interserto commate distinguenda, cum antea sic ederetur: ἀλλ' ἐκεῖνο μελετᾷν, ἐξελεῖν τοῦ αὐτοῦ βίου &c. In eamdem fere sententiam, pro ἀλλ' ἐκεῖνο μελετᾷν, Meibomius sic scriptum voluerat, ἕλλον ἐκεῖνο, τὸ μελετᾷν &c. Scripturam αὐτοῦ, cum leni spiritu, recte hic servaverat VPTONVS, in Notis breviter sic monens: „αὐτεῦ pro αὐτοῦ, seu ἑαυτοῦ." In αὐτοῦ consentiunt nostri pbc. sed αὑτοῦ ps. Pro ἐξελεῖν vero corrupte ἐξελθεῖν pac.

Ibid. καὶ Οἶμοι. καὶ τὸ Οἴμοι scripsisse Arrianum putem, sicut mox καὶ τὸ Τάλας ἐγώ.

Vers. 24. τί κώνειον. „Cæteri τί τὸ κώνειον. Articulum vero ejicimus auctoritate nostri codicis. [cum quo facit noster pb.] Ita cum sequentibus [*cum præcedentibus* scribere voluit] quadrat; τί θάνατος, τί Φυγή, sic dici debet τί κώνειον. Hæc, quamquam leviora, tamen omittenda non duco." VPTON.

Ibid. Ὦ Φίλε Κρίτων. „Verba Socratis apud Platonem in Critone, alibi ab Epicteto laudata. I. 29, 18. IV. 4, 21." VPTON. — Adde Enchir. c. 53, 3. Pro τοῖς θεοῖς Φίλον, perperam pb. τοῖς θεοῖς κρεῖττον.

Ibid. ἐν τῇ Φυλακῇ. „Inserendum forsan καὶ. καὶ ἐν τῇ Φυλ. *ut etiam in carcere.*" VPTON.

Ibid. ἐπὶ ταῦτά μου τὰς τολμὰς ἐτήρησα. „Apertissima Tragicorum ejulatio. Haud absimile illud apud Virg. Aen. XI. 159.

Felix morte tua, neque in hunc servata dolorem."

VPTON. — Sunt utique verba ista, Τάλας ἐγὼ &c. disjecta membra nescio cujus tragici poëtæ; immo vero in pluribus tragœdiis occurrentia, ut mox ipse Epictetus significat.

Vers. 25. „Πρίαμος αὐτὰ οὐ λέγει, ἀλλ' ἑτέροι βασιλῆς λέγουσι. Dubium, an hæc cum interrogatione legenda sint. Etsi intelligi sic quoque potest: Quamvis Priamus in aliqua tragœdia hæc non dicat, tamen tyrannicam vitam talium querelarum haud fere esse expertem. Quod si falso talia tribuantur regibus; tamen id tragicorum mendacium lectoribus esse utile, &c." WOLFIVS. — Nempe in Veneta edit. nullum adest interrogandi signum, in Basileensi vero post λέγει, rursusque post λέγουσι indicatur interrogatio. Vtriusque autem editionis exemplo usus est Wolfius, cum Epictetum latine converteret. Basileensis editoris rationem tenuere posteriores editores. Sive vero interrogationem probes, sive minus;

minus; parum per se commoda videbitur interpretatio, quam nunc dedit Wolfius. Commodius idem in ipsa versione: *Nonne Priamus ea dicit? Immo reges omnes dicunt.* Vide quæ mox Vptonus monet.

Ibid. Οἰδίπους οὐ λέγει; „Hæc verba, Οἰδίπους οὐ λέγει, nostro codici debemus: in aliis desunt. [Eadem in margine quidem, sed ab antiqua manu, habet noster pb.] Alio autem modo construi possunt, deleta interrogatione: *Non solum Priamus hæc dicit, non Oedipus solum; sed etiam [quotquot sunt] reges eadem dicunt.* In hujusmodi locutionibus μόνον, idque eleganter, supprimitur. Sic Theocr. Id. X. 19.

— — Τυφλὸς δ' οὐκ αὐτὸς ὁ Πλοῦτος,
ἀλλὰ καὶ ὁ Φρενίτιστος Ἔρως.

Οὐκ, id est, οὐ μόνον: *Non* modo *ipse Plutus cæcus est, verum etiam* &c. Longinus: [cap. 9, περὶ Ὕψους.] Τῶν θεῶν οὐ τὴν φύσιν, ἀλλὰ τὴν ἀτυχίαν ἀπολιπὼν αἰώνιον. *Homerus non solum Deorum naturam, sed & miseriam æternam fecit.* Atque ita Latini:* VPTON. — Percommoda vero & perapta huic loco Vptoni ista interpretatio, per ellipsin adverbii μόνον; cujus ellipseos apud nullum non scriptorem græcum, passim & apud latinos, obvia exempla. Confer nostrum IV. 1, 159. Sed in transcursu monendum, minus feliciter selectum esse quod e Theocrito vir doctus protulit exemplum; nam quod ibi legitur, αὐτὸς ὁ Πλοῦτος, id ipsum est *solus Plutus*, (non *ipse Plutus*;) ut minime ibi quidem necesse sit, μόνος adverbium subintelligere.

Ibid. ἀλλ' ὁπόσοι. Sic libri omnes; sed id in pb. ab alia manu in ἄλλοι πόσοι mutatum.

Vers. 26. Τί γὰρ ἄλλο ἐστὶ Τραγῳδία; *Quid enim est aliud Tragoedia?* &c. „Vide I. 24, 15 sqq. I. 28, 31 sq. & Aristot. Poët. cap. 6. & M. Antonin. lib. XI. 6." VPTON.

Vers. 27. τῶν ἐκτὸς ἀπροαιρέτων. „τῶν ἀπροαιρέτων, id est, τῶν ἐκτός. Quæri potest, an hoc loco deleatur [delendum sit, voluerat scribere] ἐκτὸς, tamquam glossema; an legendum potius, τῶν ἐκτὸς καὶ ἀπροαιρέτων." VPTON. — Posteriorem Vptoni rationem haud cunctabundus equidem probarem, si vel minimum in libris copulativæ particulæ vestigium adpareret: ac vel invitis libris ea placet. cf. III. 24, 56. Quod si vero vocabulorum,

rum, τῶν ἐπ᾽ὀξὺς & ἀπροσπέτων, alterum alterius gloſſema eſſe ſtatuamus, quod ex interpretatione in contextum irrepſerit; me judice, τῶν ἐπ᾽ὀξὺς contextui vindicandum fuerit, ἀπροσπέτων ad oram relegandum, ubi aliquis hoc verbum adnotaverat ex verſ. 2. Cæterum utriusque vocabuli uſum, Epicteto familiarem, Index docebit. Confer interim III. 2, 13. ubi, cum dixiſſet ἴξω βλέπεις, (i. e. εἰς τὰ ἐπ᾽ὀξὺς,) velut interpretationis cauſſa adjicit εἰς τὰ ἀπροσπέτα.

Ibid. τὴν ἀνάγην ταύτην. „Ita a natura comparatum eſt, ut aliqua ſaltem ſpecies Recti, Pulcri, Decori, in animis noſtris neceſſario inhæreat, & ad ſeſe rapiat. Finge, exempli gratia, in iſtiusmodi rebus, ubi fortuna dominatur, ut illud Pulcrum quæratur; nonne hoc eſt *cum ratione inſanire, cum quis mobilia & cæca fluitantia ſorte laborat reddere certa ſibi?* At Pulcrum illud & Rectum ab externis ad vitam & mores, ut par eſt, transferatur; hinc proprium aliquid, quod alios penes non eſt, exoritur. Quod ſi hinc decipimur, ἐγὼ μὲν ἔθελον τὴν ἀνάγην ταύτην κ. τ. λ. equidem errorem hunc (ſi error ſit) extorqueri mihi nolim, ex quo vitam jucundiſſimam imperturbatamque ducturus ſim." VPTON.

Iſta viri docti diſputatio quid ad illuſtrandam Epicteti faciat ſententiam, difficile dictu fuerit. Plane hoc dicere mihi viſus erat Philoſophus noſter: Quod ſi etiam deceperint nos poëtæ, & ingenio ſuo indulſerint, non hiſtoriæ veritatem ſpectaverint, in exaggerandis regum miſeriis & lamentationibus; exoptata nobis fraus ea eſſe debebit, ſi hunc effectum habeat, ut nos permoveat, ut a rerum externarum & in noſtra poteſtate non poſitarum admiratione deſiſtamus, & bonorum noſtrorum malorumque ſummam in nobis, atque in eis rebus quæ noſtri ſint arbitrii, unice quæramus. At, non luxuriantis ingenii commenta, ſed vera atque certa eſſe virorum ſapientium præcepta de iis rebus, in quibus Boni & Mali vim rationemque ponere homo debeat, ipſa ratio docet atque evincit; ut mox vſ. 28. ſignificat.

Verſ. 28. Τί οὖν ἡμῖν παρέχει Χρύσιππος; „Hæc eſt objectio auditoris: cui reſpondet Epictetus, Ἵνα γνῷς &c. Haud recte itaque ad oram cod. Baſil. ſcribitur ὑμῖν." VPTON. — In ἡμῖν conſentiunt mſti omnes. Potuit autem iſta quæſtio ſive objectio a præſente quodam auditore hoc ipſo tempore moveri; potuit vero etiam ipſe ſibi eam proponere Epictetus, veluti nomine audito-

auditoris. Atque id quidem hoc loco, & plerumque aliis in hujusmodi quæstionibus vel objectionibus, quæ frequentissimæ in his disputationibus occurrunt, perinde est utro modo accipere volueris. Sed quoniam in eisdem disputationibus diversas loquentium vices, adpositis præceptoris & auditoris nominibus, aut aliis adhibitis indiciis, non nisi raro distinguere consuevit Arrianus, qui scripto eas consignavit; nascitur subinde dubitatio aliqua difficultasque ex eo, quod non satis adpareat, auditoris-ne, an præceptoris sint quædam verba; aut suo-ne nomine, an auditoris, dixisse ea intelligendus sit Epictetus.

Eod. vs. 28. *& seq.* *ἵνα γνῷς, φησίν, ὅτι οὐ ψευδῆ ταῦτά ἐστιν, — — — Λάβε μου τὰ βιβλία.* Verbum *φησίν*, quæri potest, sit-ne indefinite nunc accipiendum, ea ratione, de qua Vptonus dixit ad I. 4, 9. an ad Epictetum pertineat, ad propositam quæstionem respondentem. Ego neutrum puto: sed *φησὶ* nunc ad ipsum Chrysippum referendum mihi videtur. *Quid nobis præstat Chrysippus? Vt cognoscas, inquit;* nempe *ipse Chrysippus* in suis libris hoc *dicit*, hunc esse eorum usum. Ea ratione ni intelligamus verbum *φησὶ*, haud video quo pacto *vers.* 29. dicere Epictetus potuerit: *λάβε μου τὰ βιβλία*, ubi manifeste de Chrysippi libris agitur. Verbum *φησὶ* an eodem modo VPTONVS acceperit, nescio; nec enim ex versione ejus adparet, & de isto verbo in Notis ad h. l. nihil monet; sed ad illa *λάβε μου* &c. hæc adnotavit: „Hæc dicuntur ab Epicteto quasi ex Chrysippi persona. Aliter, pro *μοῦ*, *μοι* reponendum videtur.“ — Nil mutant libri, nisi quod, pro *ἀπαν]ᾷ*, *ἀπατᾷ* habet pc. quæ verba sæpe confunduntur a librariis. Cæterum suspicatus eram, aut *καὶ ἡ ἀπάθεια* scribendum adjecto articulo, aut delendum verbum *ἐστὶ*, ut ex interpretatione verbi *ἀπαν]ᾷ* intrusum, ut legamus *ἐξ ὧν ἡ εὔροια καὶ ἀπάθεια ἀπαν]ᾷ*.

Vers. 29. *ὡς ἄληθῆ.* „Ad oram nostri codicis scribitur: *ὥστε· ἄλλως ὅτι.*“ VPTON. — In tribus nostris codd. sic scribitur: *καὶ γνώσῃ, ὥστε καὶ σύμφωνα &c.* & abest vox *ἀλη]ῆ*.

Ibid. *τὰ ἀπαθῆ μὲ ποιοῦν]α.* Intellige, præcepta hæc, quæ eo pertinent, ut perturbationibus immunem me reddant. *ποιεῖν* nunc idem est, quod mox ait *δεικνύειν τὴν ὁδόν*. Articulus *τὰ* ante *ἀπαθῆ* perperam omissus in pc.

Eodem

Eodem verſ. 29. *& ſeqq.* *Ὦ μεγάλης εὐτυχίας, ὦ μεγάλου εὐεργέτου &c.* Quum Epicteti ætate permulti eſſent & doctores philoſophiæ & diſcipuli, qui in dialecticis potiſſimum ſubtilitatibus, quarum ſummus artifex Chryſippus fuerat, ſtudium omne ponerent, & gloriam unice quærerent; quorum hominum vanitatem ſæpe caſtigat & explodit philoſophus noſter; indicat idem viciſſim egregio ejusdem Chryſippi elogio, ſe, quod eorum improbet rationem, qui, Chryſippi libros legiſſe intelexiſſeque contenti, id quod præcipuum eſt negligunt, non idcirco de meritis illius viri in philoſophiam quidquam detractum velle, neque improbare ſtudium, quod in legendos illius libros conferatur, in eos præſertim libros, qui hominis naturam ejusque habitum ad naturam univerſi exponunt, adeoque viam veræ felicitatis homini monſtrant; (conf. I. 10, 10. I. 17, 13 ſqq. Ench. c. 49.) nempe ſtudium eo conſilio in libros iſtos collatum, ut viam veritatis non diſcas ſolum, ſed etiam ingrediaris. I. 17, 17 ſq. II. 17, 26 ſqq. & vſ. 34 ſqq. &c.

Eodem. *τὴν ὁδὸν.* „Ὁδὸς eſt *certa ratio atque methodus.* Vide infra, I. 16, 18. Sic uſurpat Theognis, verſ. 381.

Οὐδέ τι κεκριμένον πρὸς Δαίμονός ἐστι βροτοῖσιν,
οὐδ' ὁδὸς, ἥν τιν' ἰὼν ἀθανάτοισιν ἄδοι.

Vbi pro ἄδοι legendum ἄδοις, *placeas*, id eſt, *aliquis placeat.*

Neque quicquam decretum eſt ex numine mortalibus,
Neque via (id eſt, vitæ ratio) *quam ingreſſus diis placeas.*“

VPTON. — *τὴν ὁδὸν* ſimpliciter h. l. intelligo *τῆς εὐτυχίας*, vel *τῆς εὐροίας καὶ ἀταραξίας*, ex vſ. 28. cf. vſ. 32.

Verſ. 30. Εἶτα. „Indignabundus loquitur; quod patet ex voce εἶτα in initio ſententiæ poſita. Sic enim εἶτα uſurpatur; præcipue apud Atticos. Vide Schol. ad Ariſtoph. Plut. vſ. 79.“ VPTON. — Εἶτα, ita poſitum, non neceſſario *indignantis* eſt; ſed nude *abſurditatem* vel *pugnantiam* indicat (ſive eam veram, ſive adparentem) *ejus rei, quæ ſequitur, cum ea quæ præceſſit;* reſpondetque latinorum *& tamen*, vel *nihilo minus.*

Ibid. *ἀνεστάκασιν.* „Ita omnes codices, non *ἀνεαρήκασιν.*“ VPTON. — Atqui ex vulgato grammaticorum placito perinde ἕστακα & ἕστηκα græci dicunt, eodemque modo in compoſitis. Quarè non hoc mirum videri debebat, quod in α pro η conſentiant libri; illud inſolens

lens videri poterat, quod verbum istud in praeterito usurpatum sit notione activa. At rariora quidem, sed occurrunt tamen apud optimos quosque scriptores, quamquam fortasse non apud graecae puritatis studiosissimos, usus istius exempla. De qua re monuimus ad Polyb. III. 94, 7. Et in isto usu praesertim eam formam amari, quae α ante ε habent, docebunt exempla & a nobis & a Reiskio ad Polybii locum modo citatum collecta: quod ipsum etiam post Guil. Budaeum Sylburgius monuerat ad Clenardi Institt. in Ling. Graec. p. 505. conf. infra ad III. 22, 64. Pro ἀνεστέκασιν, corrupte ἀνιστήκασιν est in pc.

Ibid. τὰς ἡμέρους τροφάς. „Ovid. Metam. V. 655. Triptolemus loquitur:

Dona fero Cereris, latos quae sparsa per agros
frugiferas messes alimentaque mitia *reddunt.*"

VPTON.

Vers. 31. τῷ δὲ τὴν ἀλήθειαν εὑρόντι. „Similiter a suis Epicurus dicitur *Pater veri; veri inventor.* Petron. c. 132.

Ipse Pater veri *doctis Epicurus in hortis.*

Cic. de Fin. I. 10. *Eaque ipsa, quae ab illo* inventore veritatis, *& quasi architecto beatae vitae dicta sunt, explicabo.* Atque ita Lucretius, emendante Davisio, [III. 9.]

Tu pater & veri inventor, *tu patria nobis*
suppeditas praecepta.

non, ut vulgo; *rerum inventor.*" VPTON.

Ibid. ἐξανευρόντι. Sic in suo cod. & ms. Pasit. legi monuit Vptonus. Fuit igitur eo confidentius hoc adoptandum, quod non modo usus ferebat, ac paene flagitabat; sed quod etiam mendosa scriptura, ἐξανευκόντι, quae e prima editione in caeteras omnes religiose propagata est, (cum accentu in penultima) ejusdem lectionis vestigia prodebat. In ἐξανευρόντι consentiunt pabc.

Ibid. οὐ τὴν περὶ τοῦ ζῆν. περὶ τὸ ζῆν pb.

Ibid. τίς ὑμῶν ἐπὶ τούτῳ βαμὸν ἱδρύσατο. „Τίς ἡμῶν. Ita pro ὑμῶν repositi. Modo dixit ἡμῖν ἔδοκα, & paulo post ἐπιθύομεν & εὐχαριστήσομεν. Hoc vidit & Wolfius; nam vertit, *quis nostrum.* Sed Lucretium audiamus, eadem fere de Epicuro loquentem: [V. 50.]

Haec igitur qui cuncta subegerit, ex animoque
expulerit dictis, non armis: nonne decebit,
hunc hominem numero Divûm dignarier esse?"

VPTON.

At

At nil opus erat, invitis libris omnibus ἡμῶν nunc in ὑμῶν mutare. Nil frequentius in his disputationibus, quam transitus iste a prima persona ad secundam, & vice versa. Quae variatio, & quasi variegatio sermonis, nec incommodi quidquam, nec ingrati habet; sed perapte etiam convenit subito sermoni, & ex intimo animi adfectu pronunciato. Ac saepe etiam consulto facere hoc videtur Epictetus, ut, ubi reprehendere & castigare vult discipulos, in secunda quidem persona eos adloquatur, sed & ante & mox post rursus prima utatur verbi persona, quo molliat nempe castigationem, seque ipsum quodammodo in eorum simul numero ponat, qui reprehensione ista admonitioneque indigeant. Quare revocandam h. l. putavi constantem librorum omnium lectionem ἡμᾶν. Quod autem ἐπὶ τούτῳ dicit, ad viam verae felicitatis, quam monstravit Chrysippus, & ad ea praecepta hujus philosophi refertur, quae ad vitam hominis regendam pertinent. Et significanter mox eadem verba ἐπὶ τούτῳ repetit Epictetus, ἢ τὸν Θεὸν ἐπὶ τούτῳ προσκυνεῖ, quo innuat, qui Chrysippi admiratione studioque tenentur, non ad subtilitates dialecticas & ad difficiles nugas, quarum magnus praesertim artifex fuerat Chrysippus, admirationem suam studiumque debere referre; (cf. II. 19, 10. II. 17, 34 & 40. II. 23, 44. III. 2, 13. &c.) sed ad eam doctrinae partem, quae in hoc versatur quod praecipuum est, nempe in moribus formandis. Quum vero persaepe aliàs studium istud difficilium nugarum, & eorum levitatem, qui Chrysippum aliosque Stoae doctores ob dialecticas subtilitates unice admirabantur, satis aperte atque directe & graviter etiam admodum reprehendat Epictetus, eoque nomine castiget suos auditores; consulto nunc paulo tectius atque mitius & veluti ex obliquo eadem de re loquitur, ne ex invidia & e livore quodam profecta videretur ipsius disputatio, praesente homine instituta, qui scholam ipse apertam & discipulis frequentem habebat, qua in schola ex Chrysipporum praecipue libellorum lectione interpretationeque gloriam quaesitumque & captabat & invenerat. conf. Not. ad vers. 9. Consuluisse vero etiam juvabit quae de eodem hoc Epicteti loco Baylius monuit, in Lexico histor. & critico, artic. *Chrysippe*, not. *M.* p. m. 948 sq.

Vers. 32. Ἀλλ' ὅτι μὲν ἄμεινον ἔδωκαν. — „ἔδωκαν ex nostro codice reposui; alii omnes ἔδωκεν: cum mox sequitur ἐξήνεγκαν & ἄμεινον. Notanda interea est

numerorum mutatio; nam θεὸς præceſſit. Ita apud Cicer. de Nat. Deor. [I. 38.] *Hoc idem fieri in* Deo, — — *ex quo eſſe* beati *atque* æterni *intelligantur*. vide ibi Davisium. Et Terent. Eunuch. Act. II. Sc. 1. *Dii boni quid hoc morbi eſt? adeone* homines *immutarier ex amore, ut non cognoſcas* eundem *eſſe?* Vbi Donatus: More ſuo a plurali numero ad ſingularem ſe convertit. VPTON. — Optimis & diligentiſſimis ſcriptoribus iſta variatio uſitata; (conf. ad IV. 1, 91.) ſed præſertim ubi de Deo agitur. Sic paſſim apud Xenoph. in Memorab. Socr. in eadem oratione a ſingulari ad pluralem, & vice verſa, ſubitum obſervabis tranſitum. Quare ne hoc quidem loco mutato numero verbi fuerat opus; quamquam non improbo factum, ſcripto præeunte codice: ſi modo certum ſit, omnes lectiones, in ora illa Libri Vptoniani adnotatas, e manuſcripto codice fuiſſe depromtas, non ſubinde unam aut alteram ex ingenio docti viri profectam, cujus fuerat olim illud Venetæ editionis exemplum. Noſtri quidem codices in ἔδωκαν conſentiunt; mox vero etiam, pro ἐξήνεγκαν, dant ἐξήνεγκε pbc. ſed deinde rurſus, mira fluctuatione, ἤμελλον omnes. In ſolo pb. inter lineas indicatur ἤμελλεν.

Ibid. τούτου δ' ἕνεκα. De particula δὲ, ex initio periodi ſub finem repetita, vide ad I. 6, 24.

CAPVT V.

De *Argumento* conferre juſſit Vptonus infra lib. II. c. 20. In codice pc. continua linea cum ſuperioribus verbis ſcribitur initium hujus capitis, nec adeſt vel titulus vel numerus capitis: quare deinde ſextum hujus libri caput in illo codice quintum numeratur, & ſic porro. Sed in tabula capitum, quæ in eodem cod. præmittitur, omnia eadem ſunt ut in aliis codicibus.

Verſ. 1. Ἄν τις, φησὶν. Solet plerumque Arrianus mediam in Epicteti diſputationem, ac velut in ipſam actionem, recta rapere lectorem, ne verbulum quidem de ſuo adjiciens. Interdum rem breviter exponit, quæ occaſionem diſputationi præbuit; ut cap. 11. hujus libri: & tunc quidem, ut conſentaneum erat, ubi ad ipſam diſputationem accedit, verbis ἦφη, καὶ ὅς, & ſimilibus utitur. Hoc loco, de re, unde orationis anſam cepit Epictetus, tacens Arrianus, verbum φησὶν tamen poſt prima

prima verba inferuit, ad Epictetum referendum, secus ac infra, vs. 6. & supra, cap. 4, 9 & 28. ubi vide notata.

Ibid. πρὸς τοῦτον. πρὸς τοῦτο pc. male.

Vers. 2. ὅταν ἀπαχθεὶς ἀπολιθωθῇ. — „Ἀπολιθοῦσθαι, *in lapidem transire.* Vtitur Aristot. in Problem. [XXIV. 11.] monente Gatakero ad M. Antonin. VI. 30. Ἀπολιθωθέντα Virgilius depingit Aen. VI. 470.

Nec magis incepto vultum sermone movetur,
quam si dura silex aut stet Marpesia cautes.

Sed quisnam horum verborum sensus, ἀλλ' ὅταν ἀπαχθεὶς ἀπολιθωθῇ? Nullus sane. Equidem credo, verba quædam librariorum incuria excidisse; quæ quidem supplenda sunt ex I, 7, 25. ἐπ' ἀδύνατον ἀπαχθῆναι, vel ex III. 2, 17. εἰς οὐδὲν ἄτοπον ἀπαχθήσεσθαι. Ex alterutro horum locorum legendum arbitror, aut ἀλλ' ὅταν ἐπ' ἀδύνατον (aut εἰς ἄτοπον) ἀπαχθεὶς ἀπολιθωθῇ. *cum vero ad impossibile* (vel ad absurdum) *adductus, in lapidem quasi conversus fuerit.*" VPTON. — Istius locutionis, ἐπὶ vel εἰς τὸ ἀδύνατον & εἰς τὸ ἄτοπον ἀπάγειν, quæ vel e scholis etiam satis nota est, alia exempla nonnulla collegit Guil. Budæus in Comment. Ling. Gr. p. 314 sq. Etiam εἰς τὸ ἐναντιούμενον ἀπάγεσθαι dixere Stoici, id est, *in oppositam sententiam abduci;* Laërt. VII. 47. Cæterum nihil vetat, quin putemus, nude etiam ἀπάγειν τινὰ (subintellecta illa adjectione εἰς τὸ ἀδύνατον vel ἄτοπον) dici potuerit, pro *confutare, refellere aliquem, falsi* vel *absurdi arguere.* Verbum ἀπολιθοῦσθαι habes etiam in græca versione Exod. 15, 16. nonnihil diversa quidem notione. Quod vero ἀπολιθοῦσθαι nunc Epictetus dicit, non differt ab eo quod ἀποσκληρύνεσθαι vel σκληρύνεσθαι τὴν καρδίαν sacræ literæ adpellant. Mox significantius etiam, & propius nonnihil ad divinarum paginarum usum, ἀπονάρκωσιν dicit noster; vers. 4 sq.

Ibid. τῶς ἔτι χρήσεταί τις αὐτῷ διὰ λόγου; Vptonus: *quonam deinceps pacto cum ratione tractabis?* Mihi visum erat, χρᾶσθαί τινι διὰ λόγου idem fere sonare ac διαλέγεσθαί τινι, vers. 7. Itaque verti: *quamnam porro disputandi rationem cum hoc homine inibis?* In eamdem sententiam Wolfius: *quonam ille pacto deinceps orationem tractabitur?*

Vers. 3. τῷ ἀνθρωπαρίῳ. „Articulum τῷ habes ex nostro cod. & Ms. Paris. qui male in cæteris deest." VPTON. — Agnoscunt τῷ pabc.

Ibid. ὅταν τις παρατ]αγμένος ᾖ, μὴ ἐπιτρέπειν. *&c.* παρατ]αγμένος recte legebatur in ed. Ven. & seqq. exceptа Basileensi, in qua est παρατ]αμμένος, quod quum levi facta mutatione, simplici μ pro μμ substituta, in contextum suum adoptasset Vptonus, rursus damnavit in Notis; ubi „Παρατ]αγμένος, inquit, legi oportebat, non παρατ]αμένος, quæ lectio est codicis Basil. Παρατάττεσθαι, inquit Budæus, est *opponere se ut repugnaturum.* M. Anton. VIII. 48. κἂν ἀλόγως παρατάξηται, *tametsi non ratione, sed obstinatione mera instructa sit.* Consulendus Gatakerus ad M. Anton. lib. XI. 3. μὴ κατὰ ψιλὴν παράταξιν, ὡς οἱ χριστιανοὶ. *Non ab obstinatione mera, pro Christianorum more.*" Hæc VPTONVS. — Recte vero; & in hanc scripturam consentiunt mssti. Nempe e re militari translatum illud verbum; ubi παρατάττεσθαι τοῖς πολεμίοις, & ἐκ παρατάξεως pugnare, denotat, *instructa acie, ex deliberato & præparato* prælium committere; distinguiturque a pugna quæ *ex occasione, de improviso, subita incursione* committitur.

Vers. 4. πάνυ ἂν μηχανησαίμεθα. „Ita noster codex: alius verborum ordo in cæteris, πάντα μηχανησαίμεθ' ἄν." VPTON. — In pb. statim omissa prorsus erat ἂν particula, deinde vero inter lineas post πάντα adjecta. Cum vett. editt. consentiunt pac.

Ibid. οὐδὲν ἡμῖν μέλει. μέλλει dabant veterés edd. ex frequenti librariorum errore. Correctum video in Cantab. Lond. & Vptoniana. Et recte μέλλει dant pab.

Vers. 5. ἂν μὲν ᾖ οὕτω διακείμενος. „διακειμένη, scil. ἡ ψυχή, aut τις διακείμενος." MEIBOM. — Lubens equidem acciperem τις, si codices darent: interim intelligi hoc pronomen poterit ex vers. 3. & ex pronomine οὗτος, quod sequitur hoc ipso versu. Pro οὕτω, quamquam ante consonam, οὕτως scribit noster pa. Sic constanter per totum codicem nulla exceptione; quod semel monuisse sufficiat.

Ibid. μηδενὶ παρακολουθεῖν. *nihil mente assequi.* Vulgo omnes μηδὲν, contra legitimum regimen verbi παρακολουθεῖν, & contra constantem usum Epicteti nostri, cui admodum familiare illud verbum est. Quare, quamvis in μηδὲν cum edd. consentiant mssti nostri, tamen obsecutus sum SALMASIO, μηδενὶ scribere jubenti. In terminationibus præsertim vocum plurimum peccatum esse

esse vel ab editoribus vel ab imperitis librariis constat; quod in paulo vetustioribus libris aliæ terminationes, utpote intricatis nexibus scriptæ, ambiguæ fuissent; aliæ vero, præsertim postremæ vocales, cum superne scribi debuerint, sæpe per festinationem omissæ essent, subinde etiam vetustate evanuissent; sæpe etiam consulto, compendii causa, omissæ.

Ibid. Ad eadem verba VPTONVS, μηδὲν quidem in contextu retinens, hæc adnotavit: „Potius μηδενὶ cum Salmasio legendum. Seneca Ep. 88. *Audi, quantum mali faciat nimia subtilitas, & quam infesta veritati sit. Protagoras ait, de omni re in utramque partem disputari posse ex æquo. Parmenides ait, ex his quæ videntur, nihil esse in universum.* (Lego, *nihil esse præter unum.* Ita esse legendum patet ex iis quæ mox sequuntur, *si Parmenidæ, nihil est præter unum.*) *Zeno Eleates omnia negotia de negotio dejecit; ait, nihil esse. Circa eadem fere Pyrrhonii versantur, & Megarici, & Eretrici, & Academici, qui novam induxerunt scientiam,* NIHIL SCIRE. Cicero de Nat. Deor. I. 7. *Ambo enim, inquit arridens, ab eodem Phileno* NIHIL SCIRE *didicistis.*" — Hæc Vptonus: qui, Senecæ & Ciceronis effata ista ad Epicteti verba supra scripta referens, μηδενὶ παρακολουθεῖν, videtur his sententiam subjecisse longe diversam ab ea, quam ego quidem satis apertam in eis deprehendere mihi visus sum. Scilicet non agitur istis verbis de Academicorum *inscientia*, quam Cicero dixit, aut *nihil sciendi arte*; sed hoc plane dicit Philosophus noster, quod etiam a Teutonico interprete præclare perspectum fuisse video: *Si cujus corpus, aut quodcunque membrum corporis, emortuum sit; grave id ducimus, & magnam calamitatem esse existimamus: in animis non item. Quod si quidem intelligentia mentis emortua est, si quis ita est mente alienatus aut hebetatus, ut nihil animo persequi complectique, nihil intelligere valeat; etiam hoc quidem in malis numeramus: at voluntas hominis si prorsus obdurata, si pudor ejus, si verecundia omnis intermortua est; (quod iis accidit, qui contra evidentiam disputare non erubescunt;) id tantum abest ut in malis ponamus, ut etiam eximiam aliquam ingenii vim in eo inesse putemus.* Nempe non ii erant Academici, qui *nihil perciperent*; sed qui, *nihil se percipere fingerent*; &, nihil percipi posse, obstinate impudenterque contenderent.

Ibid. *αἴδημον.* Sic h. l. & rursus vs. 9. cum circumfl. in penult. scribunt editiones omnes inde a Genev. & sic utrobique codex pb. Corrupte hic ed. Ven. & Bas. *ἀδοῖμον.* Sed eaedem *αἴδημον* vs. 9. antepenacute; & sic utrobique pc. Pariter *αἴδημον* vs. 9. scribit pa. qui h. l. utramque scripturam habet, *ἀδῆμον* in contextu, alteram superne inter lineas indicatam. Conf. Adn. ad I. 25, 4.

Ibid. *τοῦτο ἔτι καὶ δύναμιν καλοῦμεν.* „Haec *εἰρωνικῶς* Epictetus. Aut cum interrogatione scribendum.“ VPTON. Vide quae paulo superius adnotavimus.

Vers. 6. *Καταλαμβάνεις, ἔτι ἐγρήγορας.* „Verba Epicteti ad Academicum. *Καταλαμβάνεις*, id est, *ἔχεις καταληπτικὴν δύναμιν.* Notat Academicorum *ἀκαταληψίαν*, qui veri & falsi, atque adeo decori atque indecori, boni & mali, distinctionem tollebant.“ VPTON.

Eod. vs. 6. *& seq.* *Οὐδὲν οὖν διαφέρει &c.* Olim sic haec distinguebantur: *Οὐδὲν οὖν διαφέρει αὕτη ἡ Φαντασία ἐκείνης. οὐδὲν ἔτι τούτῳ διαλέγομαι.* Vbi MEIBOMIVS haec notavit: „Interrogationem pono post *ἐκείνης*; deinde distinctionem post *οὐδέν*· & pro *ἔτι* lego *τί*, hoc modo: *Οὐδὲν οὖν διαφέρει αὕτη ἡ Φαντασία ἐκείνης; οὐδέν. Τί τούτῳ διαλέγομαι;* vel, *Τί ἔτι τούτῳ διαλέγομαι;*“ — Ad quae VPTONVS (postquam sic edidit: *Οὐδὲν οὖν διαφέρει αὕτη ἡ Φαντασία ἐκείνης; — Οὐδὲν ἔτι τούτῳ διαλέγομαι.*) haec monuit: „Nihil certe hic ad rem Salmasius. [Salmasio enim istam Notam Vptonus tribuit, quam nos, cum Relando, ad Meibomium auctorem retulimus.] Fracta est sententia, cum indignatione quadam prolata. Negat Epictetus [se] amplius cum iis disputaturum: *οὐδὲν ἔτι τούτῳ διαλέγομαι.* Idque ex nonnullorum Stoicorum more. Cic. Academ. II. 6, *Sed quod nos facere nunc aggredimur, ut contra Academicos disseramus, id quidam e Philosophis, & ii quidem non mediocres, faciendum omnino non putabant; nec verum esse, ulla ratione disputare cum iis, qui nihil probarent: Antipatrumque Stoicum, qui multus in eo fuisset, reprehendebant.* Confer [infra] III. 20, 36.“ — Sic ille.

At praecipuam partem illius emendationis, quam nihil ad rem facere Editor hic ait, ipse tamen, & recte quidem, secutus est. Nempe verba illa, *οὐδὲν οὖν διαφέρει αὕτη ἡ Φαντασία ἐκείνης*, in superioribus omnibus editionibus interrogandi signo non erant notata, sed ita posita, tamquam partem facerent orationis Academici illius,

lius, cum quo disputare se cœpisse fingit Epictetus. Quam in sententiam Wolfius quoque eadem verba interpretatus est: *Percipis te vigilare? Negat; quod ne tum quidem percipiat, cum in somnis vigilare sibi videatur. Nihil ergo differre visum hoc ab illo.* Contra Vptonus perspecte, prout Meibomius voluerat, interrogandi signum post ἐκείνης posuit, ut istis verbis nova contineretur Epicteti quæstio, cujus hæc esset sententia: *Nihil ergo differt visum hoc* (quod per somnum tibi offertur) *ab illo* (quod vigilanti?) Quod quum ille adfirmasset, subjicit Epictetus: *Cum hoc homine* (qui nihil differre ait inter ea visa quæ vigilans ipse suo sensu percipit, & inter ea quæ per somnium ipsi offeruntur) *nihil amplius ego disputo.* Mihi vero alia etiam pars conjecturæ Meibomianæ pariter adoptanda videtur. Potest enim quidem cogitatione suppleri responsio Academici, *Οὐδέν. Nihil differt.* Sed quoniam tam gravibus verbis indignabundus pergit Epictetus, *cum hoc homine nihil amplius ego disputo;* videtur mihi is utique ipsam responsionem Academici, quam eamdem impudentissimam judicat, disserte retulisse. Quare post ἐκείνης; sic pergendum equidem putem: Οὐδέν. Οὐδὲν ἔτι τούτῳ διαλέγομαι. Nullus error librariorum, eorum præsertim per quorum manus Dissertationes hæ Epicteteæ ad nos propagatæ sunt, frequentior, quam ut, ubi bis deinceps (sive proxime, sive e modico intervallo) positum fuisset idem verbum, ab altero ad alterum aberrarint oculis, ita ut, quo loco prius positum erat, non solum ipsum verbum omiserint, verum etiam simul reliqua omnia, quæ forte sequebantur usque ad eum locum ubi rursus idem verbum occurrebat. Vide Vptoni Not. ad I. 18, 8. Quod si bis proxime deinceps positum erat idem vocabulum, in errorem hunc, quem dico, non modo per oscitantiam incidere potuit librarius, sed subinde etiam consilio & male sedula industria; ut qui nempe, cum mentem eorum quæ scribebat parum adsequeretur, putaret perperam repetitum esse id verbum a superiore librario, adeoque consulto illud semel prætermitteret. — Hæc scripseram, quum omnem dubitationem sublatam vidi lucidissima commodissimaque verborum distinctione, qua codex noster pb. usus est; quam ipsam & in Græco contextu secutus sum, & ejus vim in subjecta versione expressi. ἔτι τούτῳ διαλέγομαι; cum interrogatione, eamdem vim habet ac οὐδὲν ἔτι absque interrogatione.

Sed de re ipsa, de qua hoc loco disputat Philosophus noster, nonnihil etiam monuisse juvabit. Scilicet caput utique caussæ, in quo cardo præcipue omnis disputationis vertitur, quæ erat Academicis cum Dogmaticis, qui vocantur, philosophis, non solum tetigit hoc loco Epictetus, sed &, brevibus quidem verbis, perspecte explicavit. Nempe, si nullam vim haberet homo discernendi ea, quæ *sensu præsenti percipiuntur*, aut quæ a nobis sensu olim percepta nunc clara atque certa *reminiscentia* recolimus, ab iis visis quæ non nisi *phantasia* nostræ offeruntur; si vigilans homo ipsum hunc mentis statum, quem *vigilare* dicimus, discernere non posset a *somnio;* frustra utique omnis futura esset disputatio de eo quod *sit*, aut quod *non sit*, sed falso *esse videatur:* sive, rectius ut dicam, non *frustra*, sed *nulla prorsus* foret ejusmodi disputatio. Nam, quum *ESSE rem aliquam* dicimus, nihil aliud dicimus, nisi hoc ipsum, *rem istam sensu percipi ab iis hominibus, qui præsentes sunt & vigilantes, sensusque suos, quibus integris utuntur, in eam partem intendunt:* quum *rem NON ESSE* contendimus, nil aliud rursus nisi hoc dicimus, *cogitatione* quidem & *imaginatione* eam *fingi*, sed a nemine *sensibus percipi*. Academici igitur, negantes interesse quidquam inter sensuum perceptiones & phantasiæ fictiones, omnem quæstionem de eo quod *sit*, aut *non sit*, quod *tale sit*, aut *non tale*, prorsus utique tollebant. Qui si revera discrimen illud non intellexissent persensissentque, (quod mente captis furiosisque accidit, aut etiam ipsis somnientibus,) frustra cum eis is, qui id discrimen facit sentitque, disputaret. At illi hoc ipso, quod & de sensuum perceptionibus & de phantasia disputabant, & ad dogmaticorum respondebant argumenta, satis ipsi significabant, se illud discrimen perbene cognitum habere, neque minus atque alios homines illud persentiscere: adeoque lubentes volentes contra ipsam evidentiam (ut ait Epictetus) sese obfirmabant, & impudenter & ex mera obstinatione simulationeque negabant id, quod intimo sensu perceptum habebant. Quare cum his non modo frustra foret qui disputare vellet: sed prorsus indigni sunt (judice eodem nostro Philosopho) quibuscum verbum porro ullum misceas.

At nimirum rursus ab altera parte a Dogmaticis, qui dicuntur, non minus peccari ab omni tempore solitum erat; quibus idem fere, quod cani in fabula, usu venit;

nit; ut, quum amplius aliquid, quam quod capere hominis intelligentia posset, cupidius persequerentur, id ipsum etiam, quod tenuerant, ægre tuerentur. Etenim quum non contenti, eas res easque rerum proprietates qualitatesque cognitas habere, quæ sensu percipi possent, *essentiam* rerum (quam dicebant) a sensu remotam & *per se subsistentem* quærerent, latum campum aperuerunt & Academicis & cujusque generis Scepticis, non solum contendendi (id quod res erat) nullam nobis facultatem inesse, qua *absolutam rerum externarum essentiam existentiamque* cognoscere possimus, sed etiam ipsam pæne *sensuum evidentiam* hominibus eripiendi.

Veniam nobis concedat Lector, si e Grammaticorum dumetis nonnumquam in Philosophorum campum excurrere subierit: raro ea venia utemur; &, ne abutamur, cavebimus. Sed ne nunc quidem prorsus extra oleas vagatus mihi videor: quandoquidem, quæ dicta sunt, ad ea etiam quæ proxime sequuntur apud auctorem nostrum, illustranda nonnihil pertinere mox videbimus. Cæterum illud etiamnum adjicere liceat, (quod quidem facile per se intelliget quisquis vel a limine veram philosophandi viam rationemque salutavit) quam *sensus perceptionem* dico, non modo ad *externum*, quem vocant, *& corporeum sensum* esse referendam, sed peræque ad *interiorem* illum *animi sensum* pertinere, quo quisque ea, quæ in ipso geruntur, quæ vel agit ipse, vel *patitur*, non minus clare atque evidenter percipit & cognoscit, quam colores figurasque oculis subjectas, aut sonos in aurem incidentes.

Vers. 7. ἢ τοῖον αὐτῷ αἴδηρον προσύγω. Deest h. l. αὐτῷ in pac. non male.

Ibid. Τὸ αἰσθηται, ὅτι νενέκρωται. *ut sentiat, se esse emortuum.* Nempe, *ut sentire se fateatur;* nam sentit quidem, sed dissimulat, ut mox ait. Sive, *ut sentiat, emortuum se esse, si revera discrimen illud non intelligeret; esse autem revera alio modo emortuum*, nempe, *qui pudorem omnem & verecundiam deposuerit.* cf. vs. 5 & 9.

Vers. 8. αἰσθανόμενος οὐ προσποιεῖται· ὅτι χεῖρον ἐστὶ τοῦ νεκροῦ. Hæc ad verbum latine ita sonant, ut in versione posui: *Sentit, sed dissimulat; pejor etiam est mortuo.* οὐ προσποιεῖται sc. αἰσθάνεσθαι, id est, προσποιεῖται οὐκ αἰσθάνεσθαι, *simulat se non sentire.* Et plana ac perspicua sententia; quam eamdem VPTONVS

etiam, Wolfium fere secutus, his verbis expressit: *fi, cum sentiat, prae se fert, non sentire, vel mortuo est deterior.* Verumtamen in graecis verbis nescio quem nodum, veluti in scirpo quaerens idem vir doctus: „Fortan legendum, inquit, οὐ αἰσθανόμενος, εἰ γ' ἔτι προσποιεῖται, χείρων. vel, τούτου αἰσθανόμενος, εἰ ἔτι προσποιεῖται, χείρων." — Quae mihi verba, verum ut fatear, haud paulo obscuriora sunt eis, quibus illustrandis inservire debebant.

Ibid. μάχην οὗτος οὐ συνορᾷ· κακῶς ἔχει. συνορῶν οὗτος, οὐ πινεῖται, οὐδὲ προκόπτει· ἔτι ἀθλιώτερον ἔχει. In superioribus editionibus, ante Vptonum, ita haec verba legebantur distinguebanturque: μάχην οὗτος οὐ συνορᾷ. κακῶς ἔχει, μὴ συνορῶν. οὗτος οὐ πινεῖται, οὐδὲ προκόπτει, ἔτι ἀθλιώτερον ἔχει. Neque variabant exempla, nisi quod per operarum incuriam pro οὗτος utrobique τοῦτος irrepsit in edit. Colon. quod servarunt Cantab. & Lond. & quod pro ἔτι (quod recte expressum est in Bas.) mendose ἐπὶ habet Ven. & ὅτι Genev. Col. Cant. & Lond. Quam lectionem, tolerabili utcunque sensu, sic expressit Wolfius: *Pugnam iste non perspicit? male habet cum non perspiciat: hic non movetur, neque proficit? pejus etiam habet.* VPTONVS, eamdem verborum distinctionem tenens, particulam μὴ ad συνορῶν delevit; in Notis vero sic ad h. l. commentatur: „κακῶς ἔχει συνορῶν. Ita noster codex & ms. Par. [Nempe sic pab.] Caeteri οὐ [μὴ] volunerat scribere] συνορῶν. Quid vero si ita distinguas, οὐ συνορᾷ; — — — οὐδὲ προκόπτει; Sed adhuc haereo." — Haec doctus hic interpres; quem utique haesisse in hoc loco, versio etiam subjecta testatur, quae sic habet: *pugnam iste non percipit, male habet, etiam dum percipit; iste non movetur* &c. Ego, in graecis tenens emendationem quam ex mastis libris ipse jam adoptaverat Vptonus, distinctione verborum leviter mutata, locum ita restituisse mihi videor, ut loculentam & minime dubiam fundat sententiam eam, quam & in versione expressi, & in Adnot. ad vs. 6 sq. declaravi. ἔτι pro ὅτι legendum monuerat etiam Meibomius ad suum exemplum editionis Genev. In voce μάχην nonnihil haesisse WOLFIVM video, qui tamen recte monuit: „μάχην, *Pugnam*, non exercituum, sed rationum & propositionum intelligo." — Sane non exercituum! Et est satis familiare Epicteto nostro vocab. μάχη, de *pugna*, i. e. *repugnantia, dissensione, contra-*

contradictione, (ut in noſtris ſcholis loquuntur) duarum rerum, actionum, conſiliorum, pronunciatorum. vide I. 11, 18. II. 12, 6. II. 26, 1 & 3 & 7. Adde hoc cap. vſ. 3.

Ibid. ἔτι ἀθλιώτερον. Sic recte ed. Baſ. rurſusque anon. Lond. & Vpt. conſentientibus mſſtis. Temere ὅτι ἀθλ. ed. Gen. Col. & Cant. ἔτι ἀθλιωτ. ed. Ven. operarum errore.

Verſ. 9. καὶ τὸ λογικὸν οὐκ ἀποτέμνεται. Verba καὶ τὸ λογικὸν cum prioribus juncta maluerat Salmaſius, & interrogandi ſignum poſitum poſt λογικόν; Quam diſtinctionem ſibi haud displicere ait Vptonus. Equidem in vulgata verborum diſtinctione lubens adquieſco.

Verſ. 10. τὴν τῶν κυναίδων. Iſtorum hominum impudentiam, qui non ſolum contra ſenſuum evidentiam declamare non erubeſcunt, ſed & quasvis maximi momenti veritates ex hominum animis eripere conantur, cum cinædorum & ejus generis ſpurcorum hominum laſcivia comparat, quibus pudoris omnis & verecundiæ ſenſus emortuus eſt. Sic rurſus II. 29, 37.

Ibid. ἐν μέσῳ καὶ ποιοῦσι &c. Salmaſius ſic diſtinguere juſſit, πᾶν τὸ ἐπελθὸν ἐν μέσῳ, καὶ &c. quæ diſtinctio quo nomine commendare ſe viro docto potuerit, non video.

CAPVT VI.

Verſ. 1. Ἀφ' ἑκάστου τῶν ἐν τῷ κόσμῳ γινομένων. Initium hujus capitis usque ad verba ἀπὸ ταὐτομάτου γίνεσθαι vſ. 11. ſuis Eclogis Phyſicis inſeruit Stobæus, c. 4. p. 6. edit. Canteri, adjecto auctoris nomine in hunc modum: Ἀββιανοῦ Ἐπικτήτου (vel Ἐπικτητείου) ἐκ τῶν περὶ Προνοίας. Ibi pro ἀφ' ἑκάστου legitur ἀφ' ἑκά, στου, id eſt, *in re quaque, quoad rem quamque*; quo uſu præpoſitionis ἐπὶ nihil eſt frequentius. vide v. c. hoc ipſo cap. vſ. 12 & 21. Eam vero lectionem, a Canterо vulgatam, vir doctus ARN. LVD. HERM. HEEREN, qui abhinc aliquot annis, inſigni literarum commode Stobæi Eclogas Phyſicas & Ethicas, ad cod. mſſtorum fidem caſtigatas, Gœttingæ edere cœpit, ne referre quidem dignatus, ἀφ' ἑκάστου edidit, puto codicum ſuorum auctoritatem ſecutus, quamquam eorum ad hunc quidem locum mentionem nullam fecit. Et perapte quidem ſe legitime dicitur ἐγκαμιάσαι τινὶ ἐπί τινι πράγματι, quem-

admodum

admodum *εὐχαριστεῖν ἐπί τινι*, vers. 2. & sexcenta id genus alia. Perspecte vero idem judicavit doctissimus Stobæi editor, non minus probam esse scripturam in Arriani editionibus vulgatam, *ἀΦ' ἑκάστου*. Scilicet præpositionis *ἀπὸ* nunc ea vis est, quasi dicas *ab aliqua re materiam vel argumentum sumere prædicandi providentiam*, aut veluti si esset *ἀΦ' ἑκάστου ὁρμώμενον ἔργου ἐγκωμιάσαι* &c. Cæterum quum paulo rarior sit hic usus præpositionis *ἀπὸ*, eo facilius fieri potuit, ut *ἐΦ'* pro *ἀΦ'* substitueretur ab aliquo librario; præsertim quoniam passim etiam prorsus omissæ sunt in codicibus mss. tis literæ initiales capitum, quæ nimirum minio deinde pingi debuerant. Ex *ἐΦ' ἑκάστου* alii deinde *ἐΦ' ἑκάστῳ* facere potuerunt. Ante *κόσμῳ* verba *ἐν τῷ* per errorem omissa in ed. Genev. & seqq. restituit Vptonus ex ed. Ven. & Bas. Denique pro *γινομένων*, *γιγνομένων* scribitur apud Stobæum; & sic vs. 11. *γίγνεσθαι*, pro *γίνεσθαι*. Mox vero, . pro *ἂν δύο τις ἔχῃ*, apud eumdem est *ἐὰν δύο ἔχῃ τις*.

Ibid. ἂν δύο τις ἔχῃ ταῦτα ἐν ἑαυτῷ. Deest *ταῦτα* pb. Pro *ἐν ἑαυτῷ* in pa. prius fuerat *ἐν αὐτῷ*, eadem sententia.

Ibid. τῶν γεγονότων ἑκάστῳ. Vptonus, *eorum quæ unicuique obtigerunt;* & eodem fere modo Heeren, *eorum quæ cuique eveniunt:* ut videatur uterque vocem *ἑκάστῳ* in masculino genere accepisse, de *homine* laudes providentiæ prædicante. Mihi in neutro genere accipiendum visum erat, & ad *res* eas referendum, de quibus initio dixit, *ἀΦ' ἑκάστου τῶν ἐν τῷ κόσμῳ γινομένων*. Igitur *τὰ γεγονότα ἑκάστῳ* interpretor, *quæ cuique rei accidunt, accidentia, qualitates, proprietates cujusque rei*, vel, ut Wolfius, *naturam cujusque rei*. Nempe ut ab eis rebus, quæ sunt vel fiunt hoc in mundo, argumentum capere possimus divinam laudandi Providentiam, cognitæ nobis esse debent rerum istarum proprietates atque usus. cf. vs. 1.

Vers. 2. *οὐκ ὄψεται τὴν εὐχαριστίαν τῶν γεγονότων*. „Ita optime noster codex; nullo sensu alii libri [sic & nostri pabc.] *τὴν εὐχαριστίαν* exhibent. Apud Stobæum corrupte scribitur *εὐχρηστίαν*, Ecl. Phys. lib. I. Occurrit hæc vox infra, II. 23, 2. Apud Porphyrium quoque de Abstin. lib. III, c. 20. ubi Carneadis sententia citatur: *Ἕκαστον τῶν Φύσει γεγονότων, ὅταν τοῦ πρὸς ὃ πέφυκε καὶ γέγονε τυγχάνει τέλους, ὠΦέλιμόν*

ἐστιν

pro ὠφελείας, ἣν εὐχρηστίαν οὗτοι λέγουσιν, ἀκου-στέον." VPTON. Οὗτοι isti, quos, apud Porphyrium Carneades ait, vocabulo εὐχρηστία uti consueviſſe, pro vulgatiore ὠφέλεια, ipſi *Stoici* ſunt; contra quos, & præſertim contra Chryſippum, qui res omnes in hic terris, & ſigillatim ceteras animantes, in hominum uſus natas & a Deo procreatas docuerat, disputantem Carneadem inducit Porphyrius. Eamdem ſententiam, *res omnes hominum cauſſa natas eſſe*, eidem Chryſippo auctori nominatim tribuit Cicero de Fin. III. 20. conf. eumdem de Nat. Deor. lib. II. cap. 61 extr. & ſeqq. & de Leg. I. 8. Neque vero Stoicis illa propria fuit ſententia, quam multo jam ante Chryſippum, eodem etiam conſilio, quo nunc ab Epicteto noſtro, adſerendæ divinæ Providentiæ gratia, explicatam a Socrate legimus apud Xenoph. Memor. I. 4. & IV. 3. quæ Socraticæ disputationes haud dubie menti obverſabantur Epicteti, cum hæc diſſereret, adeoque cum Epicteteæ hac disputatione non ſine fructu conferentur. Conſer vero & ipſum Noſtrum, lib. I. c. 14. Verba quod adtinet hujus loci, in quo verſamur: quum τὴν εὐχρηστίαν mendoſe vulgo ſuiſſet editum, verum perſpecte jam viderat WOLFIVS: „Lego εὐχρηστίαν, (inquit) *uſum & commoditatem.* Sic etiam ſub finem capitis, [vſ. 36.] εὔχρηστα ἦν πρὸς τὸ ζῆν, non εὐχάριστα." — Apud Stobæum codices Heerenii in mendoſum ἀχρηστίαν conſenſiſſe videntur; ſed id ipſum veræ ſcripturæ veſtigia ſatis perſpicue prodebat.

Verſ. 2 & 3. ὁ δ' οὐκ εὐχαριστήσει ἐπ' αὐτοῖς, οὐδ' ἂν εἰδῇ. Χρύσιππε ὁ Θεὸς εἰ ποιοῦσι &. Contrarium fere hic mihi faciendum putavi ejus rei, quam in eodem loco apud Stobæum HEERENIVS fecit. Is ex Arrianeis codicibus corrigendam Stobæi lectionem cenſuerat; ego, in tota Stobæi ſcriptura paratiſſimam corruptis Arriani codicibus ineſſe medicinam, mihi perſuaſi. Sed nimirum codicum noſtrorum ſcriptura docto Stobæi Editori, quamquam ab Vptono ex parte prolata, tamen non adcurate cognita eſſe potuerat. Arriani editiones omnes ſic dabant: ὁ δ' οὐκ εὐχαριστήσει ἐπ' αὐτοῖς οὐδέν. εἰ χρήσιμα ὁ Θεὸς ποιοῦσι &c. At vocem quidem οὐδὲν (quæ nec deſiderabatur ullo modo, & quæ ad verbum εὐχαριστήσει incommode etiam adjecta videri debebat) nec Vptoni codex, nec ullus e noſtris agnoſcit. En codicum ſcripturam: ὁ δ' οὐκ, εὐχ. ἐπ' αὐτοῖς. οὐδ' ἂν χρή-

χρώματα ὁ Θεὸς πεποίηκε pa. ἐπ' αὐτοῖς. εἰ δὲ χρωμ. ὁ Θεὸς πεπ. cod. Vpt. cum pb. ἐπ' αὐτοῖς. τὸ δ' εἰ χρωμ. ὁ Θεὸς πεπ. pc. Vbi, quum vitio non carere duas priores lectiones satis adpareat; tertia, absque ulla mutatione, ferenda utcumque videri poterat, hac sententia: *Ecce, si colores Deus non feciſſet &c.* Sed en Stobaei lectionem, qualis a Cantero quidem repraesentata est; (nam in suis codicibus quid invenerit, non declaravit Heerenius:) ὁ δ' οὐκ αὐτ. ἐπ' αὐτοῖς· οὐκ ἂν εἶδῃ χρώματα ὁ Θεὸς εἰ πεποιήκει. Quae lectio nullo alio mendo laborat, nisi quod contra manifestam sententiam distincta verba sunt. Quod si, ut nos fecimus, illa, οὐδ' ἂν εἶδῃ, a sequentibus abstracta ad superiora referas, lucida fiunt omnia: sententia prodit commodissima; perapte fluit oratio; &, unde originem ceperint variae illae lectiones, quas exhibent codices nostri, intelligitur; quorum alii unam partem veteris scripturae, alii alteram (licet hanc varie detortam) conservarunt, praetermissa altera. Vptonus ad emendandum hunc locum nihil contulit, nisi quod sui codicis & Parisini nostri primi lectionem depromsit, nulla alia adjecta adnotatione. HEERENIVS ex vulgata apud Arrianum scriptura vocem οὐδὲν Stobaeo restituendam ratus, sic ibi edidit εὐχαριστήσει ἐπ' αὐτοῖς οὐδέν. Deinde vero voce εἶδῃ, quae erat in Stobaei libris, in duas divisa, Εἰ δὲ χρώματα scripsit, vocemque εἰ, quae ibidem post ὁ Θεὸς sequebatur, delevit.

Vers. 3. εἰ πεποιήκει. „Legit Salmasius, [immo vero Meibomius,] ἐπεποιήκει vel πεποιήκοι. Eundem cum Salmasio errant errorem plurimi viri docti, qui non notaverunt, augmentum ε apud prosaicos scriptores saepe in hoc tempore abjici. Sic IV. 3, 10. Et I. 19, 22. πεπράκει. Et I. 29, 51. ἐπιτετρίκει. Apud Marc. [Evang.] 14, 44. δεδώκει. 15, 7. πεποιήκεσαν. 16, 9. ἐκβεβλήκει. Joann. 11, 57. δεδώκεσαν. Actor. 14, 23. πεπιστεύκεσαν. & alibi. Apud Josephum vero in hoc tempore ε adeo frequenter aufertur, ut mirer Hudsonum ab emendationibus hac in parte non abstinuisse." VPTON. Est id quidem satis etiam vulgatum Grammaticorum monitum. Et vix unum aut alterum puto esse graecum scriptorem, apud quem non occurrant ejus usus exempla, apud alios quidem rariora, apud alios frequentiora. Hoc loco, post ὁ Θεὸς εἰ πεποιήκει sequuntur apud Stobaeum haec verba, καὶ καθόλου πάντα ὁρατὰ, (forte πάντα

τοῦτα τὰ ὁρατὰ debuerat librarius) quæ Arriano restituenda HEERENIVS judicavit; mihi vero, ut dicam quod sentio, inutile & frigidum visum adsumentum est. Nam quod idem Vir doctus ait, ex sequentibus intelligi, immerito hæc verba apud Arrianum excidisse, quoniam eadem ibi vocentur τὰ ὄντα, quod in editione Arriani nihil habere ait quo referatur; id mihi secus visum erat: nam, εἰ δὲ τὰ ὄντα μὴ τοιαῦτα πεποιήκει οἷα ὑποπίπτειν τῇ δυνάμει τῇ ὁρατικῇ, idem valet ac si dixisset εἰ τὰ χρώματα μὴ πεποιήκει, & ad superiorem illam phrasin, χρώματα ὁ Θεὸς πεποιήκει haud dubie refertur.

Ibid. δύναμιν δὲ θεατικὴν αὐτῶν. Sic recte Stob. cum Arriani editt. & cum nostris msstis. Perperam αὐτοῖς pro αὐτῶν est in cod. Vpt.

Ibid. μὴ πεποιηκ. οὐ πεπ. pb.

Ibid. οὐδ' ὁτιοῦν. Partiri in duas voces malui, quam junctim scribere οὐδοτιοῦν, ut vulgo edd. omnes & Stobæus Heerenii, nostrique msstt. Apud Canterum quidem οὐδ' ὅτι ἂν οἶν scribitur: ne sic quidem male.

Vers. 4. Ἀλλ' ἀνάπαλιν. Rectius sic, quam, ut apud Stobæum, οὐδ' ἀνάπαλιν. Mox, quod τὴν μὲν δύναμιν πεποιήκει hoc loco editio Basil. scribit, verbo in optativo posito, id proprium illi editioni est: cæteræ omnes πεποιήκει, consentientibus msstis, quemadmodum & ante & paulo post.

Ibid. τὰ ὄντα δὲ μὴ τοιαῦτα &c. „Res sensiles, non intellectuales, quo sensu τὰ ὄντα utuntur Platonici. Hinc adeo locus emendandus apud Max. Tyrium cap. 1. in ipso statim initio, ὁ σοφώτατος τῶν ὄντων Πλάτων. Pro ὄντων lego ἄνων, i. e. ἀνθρώπων." VPTON. — τὰ ὄντα hic sunt *res ipsæ*, quatenus distinguuntur a nostra *facultate eas percipiendi; objecta* quæ dicuntur in scholis. Et clara & perspicua sententia; ut non videam, cur Heerenius dicat, non habere illud vocab. τὰ ὄντα quo referatur. Neque probare possum ejusdem docti viri conjecturam, τὰ ὁρατὰ legendum suspicantis pro τὰ ὄντα: nam quum τοιαῦτα οἷα ὑποπίπτειν τῇ δυνάμει τῇ ὁρατικῇ idem prorsus valeat ac ὁρατά, si τὰ ὁρατὰ ibi legeres, perinde foret ac si dixisset Epictetus εἰ τὰ ὁρατὰ μὴ πεποιήκει ὁρατά: quod, utut ferri posset, frigidum tamen fuerit, & minus aptum quam id quod dicentem eum inducunt libri Arrianei.

Ibid.

Ibid. οἷα ὑποπίπτειν. „Fortasse οἷα δ' ὑποπίπτειν." VPTON. — Immo vero & apud Xenophontem, & probatissimos quosque scriptores, perinde οἷος & οἷός τε ista notione usurpantur.

Ibid. Pro οὐδ' ὁτιοῦν (vel οὐδοτιοῦν, ut vulgo scriptum) hoc loco οὐδὲν habet Stobæus, quod probat Heeren; istud, quod apud Arrianum vulgatum est, per librariorum errorem e superiori versu repetitum suspicans. In vulgatum vero Arrianei libri.

Vers. 5. Verba Φῶς δὲ μὴ παντοίως desiderantur in Stobæi codd. & in edit. Canteri.

Ibid. οὐδ' οὕτω τι. οὐδ' οὕτως τι Stob. cum pa. Sic & vs. 4. καὶ οὕτως τι iidem. Conf. ad cap. 5, 5.

Vers. 6. πρὸς τὸν κολεὸν, καὶ τὸν κολεὸν. Vtrobique τὸ κολεὸν pa. & sic posteriori loco fuerat etiam in pb. sed ibi in τὸν mutatum.

Vers. 9. καὶ ὄρασις, *& visio*, vel, ut Heerenius apud Stob. interpretatur, *ipsa videndi facultas*. ὄρασις in sing. num. recte dedit Stobæus, tam ex Canteri, quam ex Heerenii editione; quod haud cunctanter recipiendum putavi, pro eo quod apud Arrianum consentientibus libris vulgatum erat, ὁράσεις. In HEERENII ad h. l. adnotatione, sive per scribendi festinationem, sive operarum errore, contrarium ejus dicitur quod res est: „ὄρασις, ait, recte Arr. ed. — Cant. male ὁράσεις." — Voluerat: „ὄρασις recte Stobæus. Male ὁράσεις Arr. ed."

Ibid. καὶ προθυμία ἢ πρὸς τὴν &c. Praetuli hanc verborum seriem, quam Stobæus dedit, ei quæ vulgo apud Arrianum obtinebat, καὶ ἡ προθυμ. πρὸς τὴν. Pari modo mox omnes καὶ δύναμις ἡ χρηστικὴ. Mox ad τοῖς κατεσκευασμένοις intelligenda verba πρὸς αὐτὴν, sc. τὴν συνουσίαν.

Vers. 10. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὖν; Vulgo edd. omnes, consentientibus manuscriptis, Ἀλλὰ ταῦτα μέν. absque negante particula. Vbi SALMASIVS adnotavit: „Subaudi ἐμφαίνει." Idque ipsum Wolfius in versione supplevérat: *At haec quidem demonstrant*. Vptonus quidem, nudam in Notis suis adferre Salmasii adnotationem contentus, nihil nec adprobandi caussa, nec improbandi, adjecit: in versione vero brevia hæc verba posuit: *Haec quidem;* eamdem, puto, cum Wolfio ac Salmasio sententiam eis subjiciens. HEERENIVS vero, in sua ad Stobæum Adnotatione, idem Salmasii monitum de supplendo verbo ἐμφαίνει commemorans, perspecte subjecit: „quod

„quod nemo facile feret.“ Sane nec mihi probari illud potuit; & a tota ratione totoque colore hujus disputationis alienum visum erat. Sed pariter rursus vereor, ne non tam certum, quam eidem docto Eclogarum Editori visum erat, remedium huic loco Stobæus offerre putandus sit, Ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὕτω legens; quam unice veram lectionem Heerenius judicavit, &, *Sed hæc hactenus!* interpretatus est. Nec enim satis scio, an ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὕτω eodem modo dici potuerit, quo illa pervulgata formula ἀλλὰ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα, nec, quam bene huic loco conveniat illud, *Sed hæc hactenus!* video. Placeret: *sed mittamus hæc; sed omissis his;* vel, *sed, sint hæc sint, nonne saltem hoc certe* &c. Quæ sententia nescio, an pæne commodius abruptis illis verbis, Ἀλλὰ ταῦτα μὲν, quæ habent Arriani libri, quam insolita ista formula, ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὕτω, exprimatur. Leve est quidem, sed tamen in transcursu monendum, si Stobæi rationem probaveris, saltem οὕτως pro οὕτω scribendum, adjecta in fine litera sigma, ob sequentem vocalem. Sed, ut dicam quod sentio; Stobæi additamentum visum est mihi vestigium veri, non ipsum verum, continere; &, donec quidem certiora aliquis melioribus e libris produxerit, interim mihi persuasi, sic scripsisse Arrianum, quemadmodum edidi, Ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὔ; ἡ δὲ τοιαύτη — — οὐδὲ ταῦτα ἱκανὰ &c. *At non ista quidem? sed hæc intelligentiæ humanæ ratio — — — ne hæc quidem sufficiunt ad movendum hominem? &c.* id est: *Sed, si vel maxime ea, quæ dixi, nondum sufficere putas;* (aut, *non satis demonstrare artificem putas;*) *ne istud quidem satis erit?* Sic ad ταῦτα μὲν οὔ; vel e superioribus verbis intelligi debebit, ἐμφαίνει τὸν τεχνίτην; vel e sequentibus, ἱκανά ἐστι.

Ibid. ἡ δὲ τοιαύτη τῆς διανοίας κατασκευή. „*Talis autem mentis fabrica.*“ Quia Epicteti verba obscuriora sunt, clariora fient Ciceronianis adhibitis e lib. I. de Offic. [c. 4.] *Sed & inter hominem*, inquit, *& belluam hoc maxime interest, quod hæc tantum, quantum sensu movetur, ad id solum quod adest, quodque præsens est, se accommodat, paululum admodum sentiens præteritum aut futurum: homo autem, qui rationis est particeps, per quam consequentia cernit, principia & causas rerum videt, earumque progressus & quasi anteceſſiones non ignorat, similitudines comparat, rebusque præsentibus adjungit atque annectit futuras; facile totius vitæ cursum*

videt, ad eamque degendam præparat res neceſſarias. WOLFIVS. — Ad illuſtranda vero ea, quæ hic diſputat Epictetus, inprimis etiam valebit conſuluiſſe Diog. Laërt. VII. 52 ſq. & Sextum Empir. adv. Mathem. III. 40 ſqq. VIII. 58 ſq. IX. 393 ſqq. XI. 250 ſq. Sexti verba etiam a Menagio relata habes ad Laërt. l. c.

Ibid. ἐπιπίπτουσας τοῖς αἰσθητοῖς. Quod latine dicimus, *res nobis in ſenſum incidunt*, id Epictetus converſa phraſi exprimit, *nos in res ſenſibiles incidimus*, ἐπιπίπτομεν τοῖς αἰσθητοῖς. Qua in re aliàs verbo περιπίπτειν utuntur Philoſophi, & illam cognoſcendarum rerum rationem, quæ fit per ipſam præſentis ſenſus perceptionem, κατὰ περίπτωσιν vel περιπτωτικῶς fieri dicunt. Atque ita non ſolus Sextus Emp. uſurpavit, ſed & ipſi Stoici apud Laërt. l. c. Quare videndum, an περιπίπτουσας fortaſſe Arrianus ſcripſerit; quod eo etiam commodius foret, quod ἐπιπίπτειν non tam *incidere*, quam *irruere* ſignificat. Eamdem cognoſcendi viam etiam κατ' ἐμπέλασιν τῶν ἐναργῶν dixit idem Sextus IX. 393.

Ibid. συντίθεμεν τάδε τινὰ δι' αὐτῶν. *Ex illis* (proprie, *per illa, illorum ope*) *componimus alia, tali aut tali quodam modo ſe habentia.* Poterat ἐξ αὐτῶν vel ἀπ' αὐτῶν dicere, *ex illis;* ſed conſulto videtur δι' αὐτῶν prætuliſſe, id eſt, *per illa, illorum ope;* quo ſignificaret, nos notiones ſenſibus acceptas non ſolum tales quales illas accepimus, (multis nempe modis jam compoſitas,) denuo inter ſe componere, ut prodeant notiones magis compoſitæ; ſed etiam e varia compoſitione ſingularum partium, quas de notionibus ſenſu acceptis hinc inde abstraximus, (quam vim abstrahendi paulo ante commemoravit) novas formare varii generis notiones.

Ibid. μεταβαίνομεν ἀπ' ἄλλων εἰς ἄλλα τὰ οὕτω πως παραπλήσια. *transimus ab aliis ad alia, his quodammodo adfinia.* παραπλήσιος eſt *finitimus, adfinis, ſimilis;* qua de notione (quæ vocabulo huic cum cognato παραπλήσιος communis eſt) plura exempla, præeunte Gu. Budæo, congeſſit H. Stephanus in Theſauro. Sic & verti illud vocab. apud Diog. Laërt. debuit VII. 78. ubi memorantur λόγοι ἀσυλλόγιστοι, οἱ παραπλήσιοι μὲν πιθανῶς τοῖς συλλογιστικοῖς, *ratiocinationes non concludentes, quæ ſpeciè quidem* ſimiles *ſunt concludentibus:* ubi minus recte interpres *adjacent.* Et in eadem re, quæ hic agitur, eodem verbo utitur idem Laërt. VII. 52 ſq. notionum

num originem & varia genera exponens ex mente Stoicorum: *τῶν νοουμένων τὰ μὲν κατὰ περίπτωσιν ἐνοήθη, τὰ δὲ καθ' ὁμοιότητα. — — — καθ' ὁμοιότητα δὲ, τὰ ἀπό τινος παρακειμένου, ὡς Σωκράτης ἀπὸ τῆς εἰκόνος.* In Epicteti vero noſtri verbis quo pertineat particula *οὕτω*, aut quænam ejus h. l. vis ſit, cum dicit *τὰ οὕτω πως παρακείμενα*, fateor me non perſpicere; ita quidem, ut, ſi modo cæteroquin ſatis ſana & integra oratio eſt, plane ſuſpicer, *τοῦτοις* pro *οὕτω* ſcriptum reliquiſſe Arrianum; *τὰ τούτοις πως παρακείμενα, his quodammodo adfinia.* *τὰ* ante *οὕτω* ignorat Stobæus. Ceterum niſi librariorum incuria verba nonnulla h. l. interciderunt, intelligi debet, communi illo & generali *τῶν παρακειμένων* nomine Epictetum eas notiones comprehendiſſe, quæ ex analogia, quam dicunt, formantur, ut docent Laërt. & Sextus, locis ſupra laudatis: quamquam harum rationem etiam præcedentibus verbis, *ἀφαιροῦμεν, καὶ προστίθεμεν* indicare potuit. Particulam *πως*, poſtquam cum accentu ſcripta fuiſſet in edd. omnibus, enclitice absque accentu efferendam recte monuit Vptonus in Notis: & ſic ſcribunt noſtri codices, qui cæteroquin nihil hic mutant. VPTONVS, cum in Notis monuiſſet, *πως* enclitice ſcribendum, in *Addendis* hæc adjecit: „vel potius *τὰ οὐδαμῶς παρακείμενα, quæ nequaquam hisce finitima.* Magna enim vis eſt humanæ mentis in ideis formandis, comparandis, & componendis."

Ibid. ἀπολιπεῖν. *ἀπολείπειν* Stob. quod vulgato non præferendum, præcedentibus aliis aoriſtis, recte judicavit Eclogarum editor.

Verſ. 11. *Ἢ ἐξηγησάσθωσαν ἡμῖν. Sane exponant ſaltem nobis.* Proprie, *vel exponant nobis; aut exponant nobis.* Nempe elliptice dictum: *(aut fateantur eſſe id quod dico,) aut exponant nobis.* Sic infra vſ. 32. *ἢ τί οἶει*, ubi ſententia eſt, *aut fatere, recte hæc a me dici, aut dic mihi, quid putas* &c. Eodem pertinent I. 28, 17. III. 24, 39. IV. 10, 10 & 21. &c. Quæ in loca & horum ſimilia convenit ſimul id quod a Grammaticis monitum eſt, particulam *ἤ* nonnumquam idem valere ac *εἰ δὲ μή*, id eſt, *alioquin;* & interdum idem fere etiam, quod *γάρ, nam, etenim;* quo de uſu conſuli cum fructu poterit Hoogeveen in Doctrina Particular. Cap. XX. ſect. 1. reg. 4 ſeqq. Alium ellipticum uſum ejusdem particulæ *ἤ* notamus ad I. 7, 16.

Ibid. ἕκαστον τούτων. τούτων ἕκαστον Stob.

Ibid. οἷον τε. οἷονδ' αι apud Stob. frequenti librariorum errore. Pro ταὐτομάτου vero, τοῦ αὐτομάτου apud eumdem ſcribitur, quod perinde eſt.

Verſ. 12. ἐφ' ἡμῶν μόνων. „Recte μόνων habent codd. Ven. & Salmant. Male Baſil. μόνον.“ VPTON. μόνον ex ed. Baſ. repetierant omnes qui Vptonum praeſſerunt editores: ſic vero etiam communi conſenſu ſcribunt noſtri codices pabc. nec id tam male, quam Vptonus putavit. Vide infra, ad I. 9, 5. Nec invitus tamen h. l. tenui id quod ab hoc editore ex principibus editionibus repoſitum eſt, praeſertim quum mox rurſus ἐπὶ μόνων ſequatur.

Verſ. 13. ἄλλο γάρ ἐστι χρῆσις, καὶ ἄλλο παρακολούθησις. Perſpecte discrimen, quod eſt inter hominis naturam & brutorum animantium, uno verbo indicat. conf. II. 8, 3 ſqq. II. 14, 15. & vide Notam proxime ſeq. ſub finem.

Ibid. ἐκείνων χρείαν εἶχε ὁ Θεὸς &c. „Deo fuit opus illis, utentibus viſis. Τὸ χρείαν ἔχειν improprie de Deo dicitur, qui eſt ἀνενδεής, nec ulla re eget. Quare verbis omiſſis, ſententiam expreſſi.“ WOLFIVS. — „Haec improprie dici exiſtimat Wolfius: at ita tamen loquitur I. 29, 29. χρείαν γὰρ ἔχει κόσμου τοιούτου. & II. 1, 18. χρείαν γὰρ ἔχει &c. Cogita jugiter, (inquit M. Anton. IV. 40.) *Mundum eſſe animalis inſtar.* Vide reliqua. Ipſe Mundus, ut cum Stoicis loquar, quodammodo Deus eſt, uno corpore, una anima conſtans. Ἓν καὶ πολλά.

— — — *Cum Spiritus unus*
per cunctas habitet partes, atque irriget orbem,
omnia pervolitans.

Manil. lib. II. Conf. Virg. Aen. VI. 726.“ VPTON.

Citationes iſtae, a viro docto huc congeſtae, quid ad rem faciant quae nunc agitur, difficile dictu. Nam &, quod monuit, Stoicis ipſum Mundum quodammodo Deum eſſe, id ad Epicteti verba, quae vel hic habemus, vel aliis illis locis, ad quae Vptonus provocat, nihil ſpectabat. Etenim in iſtis quidem verbis, II. 1, 18. χρείαν γὰρ ἔχει τῶν μὲν ἐνιστα μένων &c. ſubjectum orationis, id quod opus habet, eſt utique ὁ κόσμος, vel potius ἡ περιοδος τοῦ κόσμου, *mundi circuitus, orbis & converſio rerum hoc deſiderat, &c.* Conf. III. 24, 84. At I. 29, 29. non dicentem, puto, Epictetum faciemus: *Mundus*

Deus opus habet tali mundo. — Certe quidem id ipſe non dicit, ſed hoc: *Deus opus habet tali mundo, & iis, qui in mundo verſantur, talibus:* prorſus ut hic: *Deus his opus habet talibus* &c. Neque vero offendere ea locutio Wolfium debebat: nam, licet utique impropria ſit nonnihil, tamen, quid valeat, ſatis eſt perſpicuum; nempe χρείαν ἔχει, de Deo uſurpatum, vel nude idem fere ſonat ac *vult hoc, deſiderat hoc;* (conf. IV. 1, 108.) vel, ſi propriæ poteſtatis verbi ratio habenda ſit, hoc ſonabit: *Dei propoſitum, Dei conſilium,* quum vellet mundum eſſe complexum rerum omnium, quæ fieri poſſent, perfectiſſimum, & omnibus numeris partibusque, quoad fieri poſſet, abſolutiſſimum; illud, inquam, Dei conſilium *hoc poposcit; pro illo conſilio neceſſarium fuit, ut res eſſent tales atque tales.* Vide quæ eodem loco I. 29, 29. proxime præcedunt; vide, quo pacto alibi conſtanter ſive de Deo, ſive de Mundo loquatur noſter Epictetus: & intelliges, nullam aliam ſententiam verbis iſtis, de quibus quærebamus, ſubjeciſſe admirabilem hunc & ſemper ſibi conſtantem Philoſophum. Cæterum ſententiæ vim recte Wolfius in verſione expreſſit: *Ac illa* (bruta animantia) *Deus ſic inſtruenda cenſuit, ut viſa ſequerentur.* Sed quod proxime poſuit idem interpres, *nos vero, ut rerum uſum intelligeremus;* in iis quidem verbis mentem Epicteti non eſt adſecutus. In quo miror, ejus veſtigia ſecutum eſſe Vptonum. Lege II. 8, 6. & intelliges, τὴν χρῆσιν, quam hic dicit, non eſſe *rerum uſum,* ſed *uſum viſorum noſtrorum:* idque ipſum ſatis etiam ex hoc ipſo loco & vſ. 17. adparebat. Mox vero etiam vſ. 18. prò παρακολουθεῖν τῇ χρήσει, παρακολουθεῖν ταῖς φαντασίαις dicit. Nempe muta animantia *viſis utuntur:* homo non modo *utitur viſis,* ſed & ipſa *viſa ſua intelligit; & uſum ſuorum viſorum* (id eſt, *ipſum modum rationemque quo utitur viſis*) *videt & cognoſcit;* videt, obſervat, cognoſcit, intelligit ſe, talia viſa accipientem, eisque talli aut tali modo utentem; verbo *conſcientiam ſui* habet. Bruta agunt, & homines agunt: ſed bruta, quid agant, neſciunt; homo ſuarum functionum actionumque ſibi eſt conſcius.

Verſ. 14. καὶ τὸ ἀναπαύεσθαι. Articulum τὸ adoptavi ex Vptoni codice, cui ſuffragatur noſter pc.

Ibid. τἄλλα ὅσα ἐπιτελεῖ τῶν αὐτῶν ἕκαστον. Reliqua quæ unumquodque eorum peragit. Articulum τῶν ad αὐτῶν

αὐτῶν e suo cod. & Par. adjecit Vptonus, (habent eumdem codd. pab.) ut τῶν αὐτῶν proprie *eorumdem* sonet. In quo quum non videam, quænam vis insit, prope absum ut rursus ejiciendum hunc articulum putem, & nude αὐτῶν ἕκαστον reponendum; nisi τῶν αὐτῶν ἕκαστον dixit *singula eorum quæ sunt ejusdem generis*, quod tamen parum probabile videtur. τἄλλα ὅρα scripsi cum pc. πάλλ' ὅσ' scribunt pab. τ' ἀλλ' ὁσ' edd. Conf. ad l. 3, 7.

Ibid. οὐκέτι ταῦτ' ἐπαρκεῖ. ἐπαρκεῖν est *impertire; ἐπαρκεῖν, sufficere.* Quare vide, ne ἐπαρκεῖ sit legendum, quo verbo constanter aliàs ista notione utitur Noster.

Vers. 15. πράττωμεν. πράττομεν operarum errore irrepserat in ed. Cant. unde in Lond. & Vpt. propagatum. Subjunctivum modum, quem poscebat præcedens particula ἵν, restituendum monuit Vptonus in Notis.

Vers. 18. Τί οὖν; ἐκλύειν ἕκαστον &c. Ante Vptonum Τί οὖν ἐκλύειν &c. continuo tenore scribebatur; & post κατασκευάζει punctum ponebant vetustiores editiones, consentientibus mss. interrogandi vero signum adposuerunt editores Cant. & Lond. scilicet Wolfium secuti, qui ea verba sic converterat, *Quæ est animantis cujusque ratio & quasi fabrica?* Commode Vptonus, a Salmasio admonitus, interrogationem post Τί οὖν indicavit; & ἐκλύειν ἕκαστον κατασκευάζει, nudo commate interposito, ad sequentia traxit.

Vers. 19. Τὸν δ' ἄνθρωπον θεατὴν εἰσήγαγεν αὐτοῦ τε, καὶ τῶν ἔργων τῶν αὐτοῦ. „Zeno apud Laërt. VII. 130. Γεγονέναι γὰρ ὑπὸ τῆς Φύσεως ἐπίτηδες τὸ λογικὸν ζῶον πρὸς θεωρίαν καὶ πρᾶξιν. Sic [noster Epict.] IV. 1, 104. Οὐχὶ ἐπαῖειός σε εἰσήγαγεν — — θεασόμενον τὴν διοίκησιν αὐτοῦ, καὶ συμπομπεύσοντα αὐτῷ; Vide ad II. 14, 23. ubi vita cum publica celebritate comparatur.“ VPTON. — αὐτοῦ, bis in verbis supra scriptis pro αὑτοῦ, positum, cautus nunc non mutavit Vptonus. Cæterum in eodem repetito pronomine ambiguitas quædam inest. Et posterius quidem, τῶν ἔργων τῶν αὐτοῦ, quin ad *Deum* sit referendum, nullum esse dubium potest. Sed prius αὐτοῦ, utrum ad *Deum*, an ad *hominem* referatur, ambigi poterit: & utrumque per se fert ratio grammatica. Ad Deum retulisse Vptonus videtur, latine sic vertens: *Hominem autem introduxit & sui & operum suorum spectatorem.* Wolfius in dubio quodammodo reliquit, sic scribens: *Hominem autem in vitam introduxit*

duxit Deus ut spectatorem tum sui, tum operum suorum: attamen duo hæc posteriora orationis membra, *sui*, & *operum suorum*, particulis *tum*, *tum*, a se invicem discernens, videtur *sui* ad hominem retulisse; quam in partem me quoque inclinare profiteor. Sane & in græca oratione, cum interfertis particulis τε, καὶ, tum præsertim repetito articulo τῶν post τῶν ἔργων, duo ista, αὐτοῦ, & τῶν ἔργων τῶν αὐτοῦ (quod breviter aliàs καὶ τῶν αὐτοῦ ἔργων efferri poterat) consulto a se invicem distingui videntur. Atque, si utrumque αὐτοῦ ad *Deum* referas, difficile dictu fuerit, quo pacto homo possit esse spectator *Dei*, nisi quatenus *opera ejus* contemplatur. Taceo, ipsum hoc per se etiam durius dictum videri, *spectatorem Dei* in hac vita esse debere hominem: neque enim mihi nunc rursus regerat aliquis, Deum, & mundum, cujus contemplator homo est, Stoicis eumdem esse; nam Epictetus quidem noster (ut jam paulo ante monui) quavis occasione satis diserte Deum, artificem & gubernatorem mundi, patremque hominum, ab ipso mundo distinguere solet. At vero *sui contemplator esse*, *se nosse* homo debet, vel secundum illud vulgatissimum Γνῶθι σεαυτόν; quam in partem cum sæpe aliàs disputat Philosophus noster, tum mox vers. 25. ait: οὐκ αἰσθήσασθε τοίνυν, οὗτε τίνες ἐστὲ, οὐτ' ἐπὶ τί γεγόνατε; Atque id ipsum est, quod proxime ante ea verba, de quibus nunc quærimus, dixerat, *instructum esse hominem facultate & visa sibi oblata & usum suarum virium cognoscendi;* id est, id quod ipse & patitur & agit, adeoque se ipsum, cognoscendi intelligendique. Sed ea, quam dico, sententia ut verbis his, de quibus quærimus, citra ambiguitatem significaretur, videndum puto, an in hunc modum fortasse Arrianus scripserit: θεατὴν εἰσήγαγεν αὐτοῦ τε, καὶ τῶν ἔργων τῶν ἑαυτοῦ, ut αὐτοῦ ad *hominem* referretur, ἑαυτοῦ ad *Deum*. At in τῶν ἔργων τῶν αὐτοῦ consentiunt codd. nostri; sed paulo ante, pro αὐτοῦ τε, quod cum edd. habet pa., αὐτοῦ τε est in pc. αὐτοῦ τε in contextu habet pb. at inter lineas indicatur altera scriptura αὐτοῦ τε.

Vers. 20. ἄρχεσθαι καὶ καταλήγειν. „Male noster codex & ms. Par. ἀρκεῖσθαι: mox enim, ἔνθεν μὲν ἄρχεσθαι.“ VPTON. — ἀρκεῖσθαι h. l. habent Parisini omnes. In solo pb. superscr. ἄρχεσθαι.

Ibid. ἔνθεν μὲν ἄρχεσθαι. „*Inde quidem auſpicandum*, ſcilicet, unde beluae auſpicantur, hoc eſt, à ſenſibus; & in contemplatione reſiſtendum.“ WOLFIVS.

Verſ. 23. ἴν' εἰδῆτε. Nihil, quod obſervaverim, mutant libri. Suſpicabar vero, ἵν' ἴδητε ſcribendum, ab εἶδω *video*.“ Nam εἰδῆτε ab εἰδέω eſt, quod *ſcio* ſignificat. Sed variis modis iſta verba & formas ſuas & ſignificatus inter ſe permutare & miſcere ſolent. Sic ἰδεῖν, eſt *videre*; & ἴδε, *vide*, familiaris forma Noſtro; contra ἵνα ἴδω, *ut ſciam*, I. 29, 24. Rurſus vero I. 29, 42. ἐὰν εἰδῶμεν pariter, *ut ſciamus*, & *ut videamus*, verti poteſt. Rurſus II. 13, 1 & 5. ὅταν ἴδω, *cum video*.

Ibid. τὸ ἔργον τοῦ Φειδίου. „De *Phidia* vide II. 8, 18 ſqq. [& ibi notata.] Plinius lib. XXXIV. c. 19. [cap. 8. ſect. 19.] p. 648. edit. Pariſ. *Ante omnes tamen Phidias Athenienſis, Jove Olympiæ facto, ex ebore quidem & auro. — — Floruit autem Olympiade LXXXIV. circiter CCC. noſtræ Vrbis anno.* Quinct. lib. XII. c. 10. *Phidias tamen diis quam hominibus efficiendis melior artifex traditur. In ebore vero longe citra æmulum, vel ſi nihil niſi Minervam Athenis, aut Olympium in Elide Jovem feciſſet: cujus pulcritudo adjeciſſe aliquid etiam receptæ religioni videtur; adeo majeſtas operis deum æquavit.* Vide autem Pauſan. lib. V. p. 303. &c. [cap. 10 ſeq. pag. 397 ſqq. ed. Kühnii;] ubi templum atque auguſtiſſima imago deſcribitur. Valerius Max. [III. 7.] & Euſtath. ad Iliad. *δ'*. 529. ad exemplar Jovis Homerici Olympicum Jovem tradunt Phidiam finxiſſe.“ VPTON.

Ibid. ἀτύχημα ἕκαστος ὑμῶν οἴεται τὸ ἀνιστόρητος τούτων ἀποθανεῖν. Pro ἀνιατόρητον, quod erat editum, ἀνιστόρητος ſcripſi cum noſtris codd. pabc, quòd ex Græci ſermonis uſu ad præcedentem nominativum ἕκαστος refertur.

Verſ. 24. ἀλλ' ἔστιν ἤδη, καὶ πάρεστι τοῖς ἔργοις. „Corruptus videtur hic locus, nec ſatis occurrit quomodo corrigendus: niſi forte ſignificet, non tantum præclarum opus adeſſe, ſed & ipſum mundi opificem præſto eſſe. D. Ioannes MOIBANVS, Auguſtanus phyſicus, in Græcis literis & Philoſophia non minus quam in re Medica verſatus, ἀλλ' ἔστιν ἤδη ad quemlibet privatum hominem refert, tanquam ad μικρόκοσμον: quod quisque non

non ob oculos modo constituta habeat Dei opera, sed & ipsemet eorum pars atque exemplum sit." WOLFIVS.

„Vertit Wolfius: *quæ jam adsunt, quæque præsto atque in promptu sunt.* Elegans sane interpretatio est Moibani illius, de quo supra Wolfius meminit. Verum enimvero corrupta mihi verba videntur, sic emendanda: ἀλλ' ἃ ἐστιν ἤδη καὶ πάρεστι τοῖς ἐργοῖς, *otiosis* nempe, quibus nullo peregrinandi labore opus est, ut talem comparent notitiam. Præsto est opus optimum maximum, præsto est opifex idem optimus maximus: magnus ille Phidias. Confer II. 8, 19." VPTON.

Nescio quem modum in scirpo quæsivere viri doctissimi. Nihil planius his verbis, in quibus illi se torserunt. Nempe ista verba, ὅταν δ' ἔστιν ἤδη, ad *opera* hi retulerunt, quum ad proxime præcedentia ἕκαστος ὑμῶν essent referenda, quod & connexio orationis, & verba proxime sequentia, καὶ πάρεστι τοῖς ἔργοις satis manifeste docebant. *Vbivis terrarum*, ait Epictetus, *spectari opera Dei possunt; neque ea quidem caussa magnopere opus est, ut peregre proficiscamur. Incipiat saltem unusquisque a contemplandis eis, quæ ibi sunt ubi ipse versatur, ab eis quibus ipse præsens adest.*

Ibid. ταῦτα δὲ θεάσασθαι &c. „δὲ pro δὲ legendum censeo." VPTON. — Immo perbene habet δὲ, repetitum sub finem ejusdem periodi, quæ ab eadem particula initium ceperat; de quo usu passim ad Polybium monui. Vide Lexic. Polyb. hac voce. Sic rursus Epict. noster I. 7, 33. II. 9, 44. & supra, I. 4, 32. sæpeque aliàs.

Vers. 25. Οὔτε τίνες ἐσμέν. Persius, Sat. V.

Quid sumus & quorsum victuri gignimur.

VPTON.

Ibid. οὔτε τί τοῦτ' ἔστιν. „οὔτε τί τοῦτό ἐστιν. Sic noster codex: additur etiam alia lectio, οὐτ' ἐπὶ τί τοῦτό ἐστιν ἐφ' οἷ. Atque ita ms. Par. At cod. Basil. οὐτ' ἔτι τί τοῦτό ἐστιν, ἐφ' ὃ." VPTON. — Quam codicis Basileensis, id est, Basileensis editionis scripturam esse Vptonus dicit, eamdem & Veneta jam habebat, & sequentes omnes tenuerunt, particulam ἔτι inserentes; quam particulam lubens ego cum Vptono delevi. Ceterum concinnius putavi, τοῦτ' ἐστιν cum pc. scribere, quam, ut alii vulgo dabant, τοῦτό ἐστιν. οὐτ' ἐπὶ τί habent Parisini omnes. Sed in pb. superne scriptum οὔτε τί. Nempe alterum scripturam, οὐτ' ἐπὶ τί, per

incogitantiam e ſuperiori membro repetierat librarius, qui primus ita ſcripſit. ἐφ' ᾧ, pro ἐφ' ὃ, habent pab. ἐφ' οὗ pc. Mox, pro παρειλήφατε, dant παρεσελληφθε iidem codd. pab. qui ἐφ' οὗ ſcribunt; ut ſit ἐφ' οὗ τὴν θέαν παρειλήφθε, *ad cujus ſpectaculum* (ſive, *ad quod ſpectandum*) *admiſſi eſtis.*

Verſ. 26. Ἀλλὰ γίνεσθαί τινα ἀηδῆ καὶ χαλεπὰ ἐν τῷ βίῳ. „Conf. M. Antonin. lib. VIII. ſect. 50. & VI. 36. ubi ea, quæ in mundo noxia & minus decora videantur, vocat ἐκείνων ἐπιγεννήματα τῶν εὐμιῶν καὶ καλῶν.“ VPTON.

Ibid. ἐν Ὀλυμπίᾳ δ' οὐ γίνεσθαι; „Vide lib. IV. cap. 4. ubi etiam de ſtrepitu, clamore ac tumultu in Olympicis agonibus. In eandem rem Dio, in Sermone XXXII. p. 375. Καὶ γὰρ ὑμεῖς, ὅταν συνέλθητε, πυκτεύετε, βοᾶτε, ῥιπτεῖτε, ὀρχεῖσθε, πολὺ χρησάμενοι (χρεσάμενοι legit Faber Agon. lib. II. c. 30. ut *inunctos* oleo vel medicamento ſignificet) φαρμάκῳ, ὀλονότι τῷ τῆς ἀνοίας. Et p. 384. Ἀλλ' ὅταν εἰς τὸ σταδίον ἔλθητε, τίς ἂν εἴποι ὑμᾶς τὰς ἐκεῖ κραυγὰς, καὶ θόρυβον, καὶ ἀγωνίαν. κ. τ. λ.“ VPTON.

Ibid. χαλεπῶν οὐκ ἀπολαύσεσθε; „Obſerva, in malam partem ἀπολαύειν uſurpari.“ VPTON. — Sic III. 16, 3. IV. 11, 16. Nec aliis ſcriptoribus infrequens is uſus. Quo minus cauſſæ fuerat, cur ἀπολαμβάνετε h. l. pro ἀπολαύετε legendum ſuſpicaretur Petr. Faber, in Agoniſt. lib. II. c. 30.

Verſ. 27. ἀλλ' οἶμαι, ὅτι ταῦτα πάντα ἀνῃτιθέντες — — — Φέρετε. „Videtur τὸ ὅτι παρέλκειν.“ SALMASIVS. — „Male. Vide ad I. 2, 18. ubi eadem ſtructura.“ VPTON. — Immo vero nec παρέλκει particula ὅτι, ut Salmaſius putavit; ſed legitime & ſuo jure locum illum occupat; quamquam & abeſſe per ellipſin poſſet: nec eadem ratio ſtructuræ eſt, quæ I. 2, 18. ut Vptonus contendit; nam ibi ſequitur verbum in imperativo modo, hic in indicativo.

Verſ. 28. „Poſt ἀνθρείαν οὐκ εἰλήφατε; in editis codicibus adduntur, καὶ ἃς εἴσατε. τῶν τὸ συμβαῖνον; quæ, cum ex oſcitantia librariorum præcedentia inaniter repetant, fidem ſecutus noſtri codicis, ejicere non dubitavi.“ VPTON. — Deſunt etiam in ph. In pc. vero perperam ſuperiora quoque, inde a vocab. μεγαλοψυχίαν, omiſſa ſunt. Omnia vero, cum ipſo etiam adſumento quod in edd. olim erat, habet pa. ſed is quidem pro

τὸ

τὸ συμβαῖνον, quod est ante μεγαλοψυχίαν, in contextu τὸ συμφέρον scribit, at in ora τὸ συμβαῖνον.

Vers. 29. Τί μ' ἐκστήσει, ἢ ταράξει; *Quid me percellet aut perturbabit?* Ego Ciceronis verbis verti liberius.[a] WOLFIVS. — Nempe in versione is posuerat, *Quid me tumultuantem de gradu dejicit?* — „M. Antonin. IX. 37. Τί σὲ ἐξίστησι; *quid te percellit?* sive, *de mentis statu dimovet?*" VPTON. — Idem verbum eodem modo usurpatum habes apud Nostrum, I. 18, 21, II. 16, 24. II. 22, 6. III. 2, 10. Neque tamen spernenda codicis pc. scriptura, Τί μ' ἐκστῆσαι. Quo de verbo vide notata ad I. 26, 10.

Vers. 30. αἱ μύξαι μου ῥέουσι. „Vide II. 16, 13. IV. 11, 9. Conf. M. Anton. VIII. 50. Forte ad Hesiodi versum respexit, Scut. Herc. vs. 267.

Τῆς ἐκ μὲν ῥινῶν μύξαι ῥέον. —

Hujus quidem ex naribus mucus manabat.[a]

VPTON. — Veteres Philosophos satis novimus non dedignari solitos, a rebus vulgatissimis, vilissimis, & in trivio positis, petere exempla, quibus sive ad docendos auditores, sive ad cohortandos, uterentur. Neque offendere hodie delicatulas nostras aures hæc talia debent. Facile autem credo, sicut pleraque alia, quibus Epictetus uti solet, sic & hoc, e poëtæ cujusdam verbis, Tragici forte alicujus, aut etiam Comici, esse depromtum.

Vers. 31. Τοῦτο οὖν σύλλογον, μύξας ῥύσασθαι; „*Estne consentaneum, mucares exsistere?* Objicitur hoc ad negandam providentiam; a qua videatur alienum, res contemnere molestas & noxias. Quod querelæ genus Plinio familiare est.[a] WOLFIVS.

Vers. 32. ἢ τί οἴει. De vi particulæ ἢ in hujusmodi connexione vide quæ supra notata sunt ad vs. 11.

Ibid. ὅτι ὁ Ἡρακλῆς ἂν ἐπέβη. Articulum ὁ, quem cum mendis nostris ignorabant superiores editiones, adjecit Vptonus; tacite quidem, recte vero; nam & opportunus erat huic loco, & præferunt eumdem Stobæi libri, Serm. CVI. p. m. 571. (ed. Basil. 1549.) ubi Fragmenta nonnulla ex hac parte hujus disputationis exhibentur.

Vers. 33. ἢ ὄψιν. Vide ad I. 2, 30. & ad I. 7, 16.

Ibid. οὐκοῦν una voce recte Vptonus edidit. Sic scripsere codd. nostri. Minus commode οὐκ οὖν olim erat editum.

Ibid.

Ibid. ἐν τροφῇ. ἐν τριβῇ pc. male.

Vers. 35. Αὐτῷ ταῦτά σε δεῖ κατασκευάζειν. Pro ταῦτα suspicabar τὰ τοιαῦτα legendum, id est, *talia*, vel minore etiam mutatione *ταὐτά*, *eadem*. Sed in vulgatam scripturam consentiunt libri, quæ & ipsa ferri poterat. Totam phrasin VPTONVS in latina versione, cum Wolfio, perperam sic erat interpretatus: *Hæc illi te parare oportet;* sed errorem retractans in Notis: „Alio modo, inquit, hæc interpretanda sunt: αὐτῷ pro ἑαυτῷ, & mox αὐτοῦ pro ἑαυτοῦ. [Hoc voluit, αὐτῷ idem valere ac αὑτῷ vel ἑαυτῷ, & αὐτοῦ idem ac αὑτοῦ vel ἑαυτοῦ.] Nota autem ἑαυτοῦ in omnibus personis usurpari. *Quid ergo? hæc tibi ipsi parare oportet, ac quærere, unde in tuam ipsius regionem leonem* &c.“ — Nempe utique hoc loco, ut passim aliàs, αὐτῷ i. q. σεαυτῷ valet; & αὐτοῦ i. q. σεαυτοῦ. conf. ad IV. 1, 110. In cod. pb. pro eo quod in contextu est, αὐτῷ ταῦτά σε δεῖ, in ora sic scribitur, αὐτὸν ταῦτά Γε δεῖ, nisi est ταῦτα με δεῖ, est enim scriptura minutissima & lynceis oculis vix discernenda. Et haud sane incommodum hoc foret: *Ipsum me oportet hæc talia parare?*

Ibid. ζητεῖν ποθεν. Enclitice ποθεν scripsi, pro πόθεν quod erat vulgatum. In eamdem nobiscum sententiam ζητεῖν ποθὲν scribunt pabc. *aliunde, undecunque.*

Vers. 36. εὔχεσθαι. „Ita noster codex, pro εὐχάριστα, quæ vox omnes inquinarat libros.“ VPTON. — In pb. pro εὐχάριστα, quod est in contextu, εὔχεσθαι ab eadem manu in ora adnotatum. Vide supra Adn. ad vs. 2. Mox pro ἦν, perperam οὖν habet pc.

Vers. 37. Φέρε νῦν, ὦ Ζεῦ, ἢν θέλεις περίστασιν. „Vide lib. I. c. 24.“ VPTON. εἰ θέλεις pab. sed in ἦν, quod est aptius, consentit pc.

Ibid. καὶ ἀφορμάς. „Aliud hoc in loco vult vox ἀφορμή, aliud cum opponitur τῇ ὁρμῇ. Consule Indicem. Hic significat *subsidia & adminicula a natura accepta*, uti recte Gataker interpretari videtur ad M. Anton. IX. 1. ἀφορμὰς γὰρ προειλήφαμεν παρὰ τῆς φύσεως.“ VPTON.

Ibid. πρὸς τὸ κοσμῆσαι διὰ τῶν ἀποβαινόντων ἐμαυτόν. „Sic III. 21, 9. ἀφ' οὗ ἠρξάμεσθε φέρειν δυσχεραίνοντα τὰ συμπίπτοντα καλῶς, καὶ κοσμεῖσθαι ὑπὸ αὐτῶν. Et III. 20, 13. [Τὸν θάνατον εἰ ποιήσεις;] Τί γὰρ ἄλλο, ἢ ἵνα σε κοσμήσῃ.“ VPTON. — At non modo *fese ornare* homo

homo probus debet per rectum virium ſuarum quavis occaſione uſum; ſed & Deum ornare, Illiusque laudes celebrare. Neque illud monitum neglexit Epictetus; ſed hunc animum omnes ſpirant ipſius disputationes, & ſæpe de profeſſo atque data opera inculcat præcepta huc facientia: *non oſtentandam virtutem*, nec in ea gloriandum, ſed opere eam demonſtrandam; III. 24, 108. & ſæpe aliàs; hominem variis incommodis, quæ mala vulgus cenſet, a Deo exerceri, ut, fortiter illa ferendo, *Deo apud alios homines teſtimonium exhibeat;* III. 24, 103. debere nos in omni vitæ actu *Deum laudibus celebrare*, I. 16, 15 ſqq. IV. 1, 108. & præſertim quemvis *progreſſum*, quem in virtutis ſtudio facimus, *Deo acceptum ferre*, *Ipſique eo nomine gratias perſolvere.* I. 19, 25. &c.

Verſ. 38. τῶν δὲ συμβαινόντων ἕνεκα ὀδυρόμενος. περὶ δὲ τῶν συμβαινόντων ὀδυρ. Stob. Et ἕνεκα deeſt etiam pab. nec tamen ii περὶ agnoſcunt; verba vero ſic diſtinguunt: τῶν δὲ, συμβαινόντων, ὀδυρόμενος.

Verſ. 39. εἶτα τοῖς θεοῖς ἐγκαλεῖτε. „Homer. Od. α, 32. & Plato in Alcib. II. p. 142. edit. Steph. Ἐγὼ μὲν οὖν ἄτοπῶ, μὴ ὡς ἀληθῶς μάτην θεοὺς ἄνθρωποι αἰτιῶνται, ἐξ ἐκείνων φάμενοι κακὰ σφίσιν εἶναι· οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ σφῆσιν εἶτε ἀταθαλίῃσιν, (lege, cum Homero ἀτασθαλίῃσιν, vel communi lingua ἀτασθαλίαις) εἶτε ἀφροσύνῃσι χρὴ εἰκεῖν,

— — — ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχουσιν."

VPTON.

Ibid. ἀγεννείᾳ. Operarum errore ἀγενείᾳ erat in ed. Vpt. quod & ipſe corrigere juſſit in Notis. Recte ἀγεννείας expreſſum erat vſ. 42. Attamen & h. l. ἀγενείᾳ ſcripſerunt pab. & vſ. 42. ἀγενείας iidem. Nec certam rationem in hoc tenent libri.

Ibid. ἀσέβεια correxi. Perperam ἀσεβείᾳ ed. Ven. Baſ. Gen. Col. Dein ἀσεβείᾳ Cant. Lond. & Vpt. Idem error in mſstis noſtris.

Verſ. 40. καὶ ὅλον αὐτὸ ἐφ' ἡμῖν ἐποίησεν. „καὶ ex Stobæo, hunc locum citante, inſerui." VPTON. — Sed duo præcedentia verba ἀναναγκ. & ἀπαραπτοδ. prætermiſit idem Stobæus. Locum indicavi ad vſ. 32. Verum ſi quæris, non magnopere deſiderabatur h. l. conjunctiva particula.

Ibid. οὐδ' αὐτῷ. αὐτῷ rurſus pro αὐτῷ poni monuit VPTON. — Scribunt autem etiam αὑτῷ pbc.

Ibid.

Ibid. πρὸς τοῦτο ἰσχὺν. ἰσχὺν πρὸς τοῦτο. pb.

Verſ. 42. καὶ τὰ ἐγκλήματα τῷ Θεῷ. Nomen verbale cum caſu, quem regit verbum, ut I. 1, 7. Articulum τὰ, punctis ſuperne notatis, delendum indicat pb.

Verſ. 43. ἐγὼ σοὶ δείξω. Verſu præc. plurali numero uſus erat, κάθησθε πενθοῦντες. Nunc ſubito ſingulari utitur. Vide ad I. 24, 14. I. 29, 26. I. 29, 59. &c.

Ibid. σὺ μοὶ δείκνυε. „Alii σὺ δέ μοι δείκνυε. Auctoritate noſtri codicis, δὲ ex contextu ejecimus, ut curſu celeriori procederet ſententia, nec minus venuſta.“ VPTON. — δὲ tenent omnes noſtri codices; non ita male: vide ſupra, vſ. 24. & ibi notata. Paulo ante, pro ἀνδρείαν, ἀνδρίαν dant pbc. minus recte.

CAPVT VII.

In *Titulo* nihil hic variant libri: ſed in Tabula Capitum, libro primo præfixa, particulam καὶ inter Μεταπιπτόντων & Ὑποθετικῶν omittunt pabc.

Verſ. 1. Ἡ περὶ τοὺς μεταπιπτονίας — — — λόγους πραγματεία. Quot interpretes, tot diverſæ horum verborum verſiones. Schegkius: *Doctrina præceptorum illorum quibus de noſtra ſententia depellimur.* Wolfius: *Tractatio orationum quæ mutationes habent.* Vptonus: „*Studium quod in migrantibus verſatur propoſitionibus.* De ipſo porro illo *ratiocinandi argumentandique genere*, (id enim λόγοι ſunt) quos μεταπίπτονίας λόγους Epictetus & h. l. dicit, & paſſim alibi commemorat, ſinguli eorum interpretum, quos nominavi, ſic commentati ſunt, ut hariolatos ſe magis, quam certam rationem ſecutos, ſatis prodiderint. Quum vero haud ſatis in liquido res ſit, ſingulos audire par eſt.

SCHEGKIVS: „*Syllogiſmos* (ait) μεταπίπτονίας interpretati ſumus, quibus aliquis ſentire aliud, quam antea ſenſerit, adducitur, & de priori opinione redarguitur, quam poſuerit. Id ut artificioſe poſſit præſtare quispiam, docent Dialectici; ut Ariſtoteles in octavo Topicorum. Epiſtemonicus enim, ut inquit Ariſtoteles, ἀμετάπτωτος καὶ ἀμετάπειστος eſt. In hoc genere ac ſtudio Dialecticæ, multum elaborarunt Stoici. In differentiis ἀξιωμάτων ſecundum Stoicos numerat inter alias μετάπτωσιν quoque Laërtius, in vita Zenonis, his verbis: καὶ ἄλλαι

λαι δέ εἰσιν διαφοραὶ ἀξιωμάτων, καὶ μεταπτώσεις αὐτῶν ἐξ ἀλλήλων εἰς ψεῦδη καὶ ἀντίστροφα. Cæterum, quoad ſustinere, & quemadmodum propoſitum ſuum debeat aliquis in diſputatione dialectica, docet Ariſtoteles in eo quo dixi libro Topicorum: & recentiores, ſed horridiores atque incultiores in loquendo Dialectici, accommodate ad Stoicorum rationem tractant hanc methodum in libellis quos inſcribunt de Obligationibus: ſic enim appellant, ὅτι πᾶσα ἡ τοιαύτη πραγματεία πρὸς ἕτερον ἐστίν. De his paucula quædam apud Gellium quoque reperies, & μεταπτώσεων dialecticarum quædam exempla.“

WOLFIVS: „Μεταπίπτειν eſt μεταβάλλεσθαι, *mutari, decedere de ſententia & conſuetudine ſua.* Hinc μετάπτωσις, *matatio & inconſtantia.* Μεταπίπτουσες λόγοι fortaſſe *inconſtans oratio* dici poteſt, cum dati pœnitet, cum repetimus id quod adverſario per imprudentiam conceſſeramus. Ἀμετάπτωτος λόγος, *oratio conſtans*, cum dictis & conventis ſtamus. Τιθέμενοι λόγοι hoc loco dicuntur ea, quæ ab adverſario conceſſa, disputando perſequimur. Quæ ſi adverſentur ei qui conceſſit, is μεταβάλλεται καὶ μεταπίπτει, *non ſtat promiſſis, mutat ſententiam, quod dederat eripit;* quod eſt imperitiæ ſignum. Sic apud Platonem Socrates plerosque ad ea neganda adigit, quæ ipſi parum caute affirmarant.“

VPTONVS, in Indice, de λόγοις, qui Μεταπίπτοντες dicuntur, e variis ſcriptoribus hæc congeſſit: „Μεταπίπτω, *recido*, vel potius μεταπίπτειν *dilabi*, vel *labi*, ut Cicero de offic. lib. I. [c. 6.] *Labi autem, errare, — — & malum & turpe putamus.* I. 4, 19. [At ibi rectius idem Vptonus id verbum *ex alio in aliud recidere* vertit; ac debuerat, potuerat certe, ſimplicius etiam cum Wolfio *mutari* ponere.] Hinc Μεταπίπτοντες λόγοι, de quibus ſcripſit Chryſippus; Laërt. VII. 195. περὶ τῶν μεταπιπτόντων λόγων, *de recidentibus orationibus;* & mox Λόγοι μεταπίπτοντες πρὸς τὴν μεσότητα, *orationes recidentes ad medium.* Idem VII. 76. Καὶ ἄλλαι δέ εἰσι διαφοραὶ ἀξιωμάτων, καὶ μεταπτώσεις αὐτῶν ἐξ ἀλλήλων εἰς ψεῦδη καὶ ἀντίστροφα. *Sunt item aliæ pronunciatorum differentiæ, ipſorumque ex ſe invicem in falſa & converſa incidentiæ.* Vide Sext. Emp. adv. Math. p. 101. Citat autem Simpl. ad Phyſ. Ariſtot. p. 365. ἀξιώματα μεταπίπτοντα. Mihi quidem λόγοι μεταπίπτοντες videntur eſſe aut eadem argumenta, aut iis valde ſimilia,

lia, quæ græce ἀντιστρόφους appellantur; de quibus omnino consule A. Gell. lib. V. c. 10. & cap. 11. —

Nunc si quis mihi dicat, *Schegkii* Adnotationem istam nil opus fuisse huc transscribere, ut cui nihil bonæ frugis, quod huc spectet, insit, nisi forte duæ citationes istæ, altera ex Laërtio, ex A. Gellio altera, quas in Vptoni Nota paulo etiam adcuratius prolatas reperimus; lubens equidem huic concedam, fateborque, eamdem fere esse rationem plerarumque Interpretis illius adnotationum, eademque caussa inductos nos parcius, quam Vptono visum erat, lectoribus Arriani adposuisse Schegkianas Adnotationes, & plerasque prætermisisse; in quæstione vero obscuriore haud abs hoc loco alienum nobis visum esse, omnes audire interpretes. Expositionem Schegkii quod adtinet, facile intelligitur, μεταπίπτουσας λόγους non inde nomen trahere potuisse, quod per eos *de nostra sententia depellamur;* quoniam si μεταπίπτειν h. l. interpreteris *de sententia depelli;* (quam notionem alibi nonnumquam huic verbo subjectam esse posse non negaverim;) tum quidem non οἱ λόγοι fuerint μεταπίπτουσες, sed nos, qui depellimur; οἱ λόγοι vero dicendi fuerint μεταβάλλουσες vel μεταβιβάζουσες, aut alio hujusmodi verbo, quod activam habeat significationem. Neque quidquam amplius in hac quæstione *Wolfius*, quam Schegkius, promovit; ne multum quidem ab illo discedens, & ita fluctuans in sua explicatione, ut ne ipsum quidem sibi satisfeciisse adpareat.

Sed priusquam quæ de Μεταπίπτουσι λόγῳ Vptonus collegit discutiamus, de ipsius vocabuli λόγος vi monendum est, in ea declaranda omnes tres interpretes, quos citavimus, perinde lapsos esse; cum unus *præceptum*, alter *orationem*, tertius *propositionem* verteret; quarum expositionum nulla huc spectabat. Nempe poterat λόγος hic *Ratio* verti, in eum modum quo τὸν ἀργὸν λόγον, qui dicebatur, *ignavam rationem* Cicero interpretatus est, de Fato cap. 12. Sed quoniam nimis ambiguum illud vocabulum est, debebat *argumentum, argumentatio, ratiocinium*, aut *ratiocinatio* exponi. Nam id ipsum est quod in hac Dialecticæ parte, de qua nunc agitur, λόγον Stoici dixere; quemadmodum & e perspicua definitione, quæ est apud Laërt. VII. 76. & ex omnibus exemplis variorum λόγων, in quibus Stoici se exercuisse perhibentur, quæ sive apud eumdem Laërtium, sive apud Sextum Empiricum, sive apud alios comme-

commemorantur, intelligitur; qua de notione vocabuli λόγος jam pridem perspecte docti viri monuerunt, H. Stephanus ad Sext. Empir. Pyrrhon. Hypotyp. lib. I. sect. 20. Stanleius in Histor. Philos. in Doctr. Stoicor. P. I. cap. 26. p. m. 583. Walchius, de Progressu & Fatis Logicæ, in Parergis Academ. p. 538. Denique idem fere est ὁ λόγος apud Stoicos, atque *Syllogismus*, ὁ συλλογισμός; conf. Gassend. de Logicæ Origine & Varietate, Tom. I. opp. p. 50. Nam quas differentias τοῦ λόγου a τῷ συλλογισμῷ, auctore Alexandro Aphrodisæo, Stanleius adfert, & ex hoc Walchius; eæ minutæ admodum sunt, & eo potissimum pertinent, quod ὁ λόγος latius nonnihil pateat, & non modo de perfecto, quem vocamus, syllogismo, sed & de imperfecto dicatur. Denique usus fere apud Stoicos obtinuisse videtur, ut *syllogismi* nomen de justa ac legitima ratiocinatione usurparent, λόγων vero nomine præsertim varia genera *captiosarum argumentationum*, ἀτόπων λόγων, quæ *sophismata* aliàs vocantur, indigitarint; qui quidem usus ex Laërtio, ex Sexto Empirico, aliisque scriptoribus qui Stoicorum Dialecticam tetigerunt, satis adparet. Quo etiam factum, ut Epictetus noster, quos hoc loco cum Chrysippo μεταπιπτούσας λόγους dicit, eosdem alibi quidem συλλογισμοὺς μεταπιπτούσας adpellet, II. 17, 27. & II. 21, 17. (ex vulgata quidem posteriore loco scriptura;) alibi vero rursus τοὺς συλλογισμοὺς; & τοὺς μεταπιπτούσας sc. λόγους distinguat, ut II. 13, 21. II. 23, 48. III. 21, 10. III. 24, 70. IV. 12, 12.

Iam de ipso Μεταπιπτούσι λόγῳ quæ verba ex *Laërtio* VII. 195. citavit Upmeus, ea ad declarandum, quodnam vel quale sit illud λόγων genus, quod isto nomine insignivit Chrysippus, parum conferunt; quoniam non nisi tituli librorum adferuntur, explicandi causa nihil adjicitur. Nam quod, ubi iterato memorantur tres libri, Λόγοι μεταπιπτούσαι inscripti, ibi quod adjicitur πρὸς τὴν μεσότητα, id ipsum quid sit, incertum est; ac videndum, satisne integra atque proba scriptura, aut satisne recte distincta ibi verba sint sicut vulgo leguntur: quæ verba cum interpres latinus ita reddiderit, ut Oedipo indigeat ipsa ejus interpretatio, sicco tamen pede eum locum transiere commentatores. Quod VII. 76. idem habet Laërtius, id ad ἀξιώματα, id est, ad enunciationes sive propositiones, non ad τοὺς λόγους s. ratiocinia pertinet; & quas ibi μεταπτώσεις dicit, quas re-

ciprocationes Stanleius loc. cit. cap. 24. interpretatus est, satis erat *mutationes* vel *conversiones* vertere; *varii*, inquit, *sunt modi, quibus propositiones e veris in falsas & in contrarias mutantur vel convertuntur.* Nam pro ἐξ ἀλλήλων videtur utique cum mato H. Stephani ἐξ ἀλη-θῶν legendum.

Superfunt ex aliis scriptoribus, qui Μεταπιπτόντων λόγων mentionem fecerunt, Sextus Empiricus & Simplicius; quorum e locis ab Vptono citatis viderint qui & ingenio & otio ad explicandas hujus generis subtilitates abundant, aliquidne lucis ad id quod quærimus declarandum inveniant. Ego me fateor, iis perlectis, quæ apud hos hanc in partem inveniuntur, non multo certiorem fuisse quam ante. *Sextus* in Pyrrhon. Hypotyp. lib. II. sect. 234. p. 120. ed. Fabric. (is ille locus est, ad quem Vptonus provocavit) ita scribit: ἡ δὲ ἐπὶ τὸ ἄδηλον ἀπαγωγὴ, φασὶν, ὅτι ἐκ τοῦ γένους τῶν μεταπιπτόντων ἐστί. Quæ verba Fabricius sic interpretatur: *In obscurum abductionem ajunt ex genere esse eorum quæ pro statu variant.* Et eodem fere modo Henr. Stephanus: *in incertum abductio ex genere est eorum quæ variant, ut ajunt.* Neque vero planius aut apertius, quid dixerint μεταπίπτουσας, nec ante, nec post ista verba, vel Sextus ipse docuit, vel interpretes ejus declarare conati sunt. Restat igitur videndum, an ex prolato apud Sextum in eam partem exemplo lucis aliquid accedat: sed id mihi quidem adeo & spinis & obscuritate horridum visum est, ut de eo, quod quæsiveram, inde illustrando desperaverim.

Vberius paulo *Simplicius* in Comment. ad Physic. Aristot. p. 305. non quidem de λόγοις μεταπίπτουσι, sed de ἀξιώμασι, id est, de enunciationibus, quæ μεταπίπτουσας dicuntur, verba fecit; cujus e disputatione (ex Alexandro Aphrodisæo, ut ipse docet Simplicius, repetita) ad ipsorum fortasse etiam Λόγων μεταπιπτόντων explicandam rationem lucis nonnihil accedere potuerit: quæ mihi quidem licet nonnisi perobscura affulserit, tamen ut aliis, qui ingenio plus valent, materiam submini-strem, in qua vires exerceant suas, videantque certiusne aliquid & clarius ex illa disputatione in medium nobis depromere possint, totum locum, quia rarior liber est, huc transscribere non gravabor. Refertur illa pars Commentarii Simplicii ad verba Aristotelis, quæ in Physicor. s. Natural. Auscult. lib. VIII. (cap. 8. ed. Ca-

saub.

saub. p. 324. H. & cap. 12. sect. 32. edit. Duval.) sic leguntur: *Φανερὸν δή, ὅτι εἰ ἐν τῷ α ἄλῳ χρόνῳ ἐγίγνετο, οὐκ ἔστι πλείων χρόνος ἐν ᾧ γέγονε καὶ ἐγίγνετο, ἢ ἐν ᾧ ἐγίγνετο μόνον παν⟨σ⟩ί.* id est: *Perspicuum est igitur, si in toto α tempore fiebat, non esse majus illud tempus quo fiebat & factum est, quam illud totum solum, in quo fiebat.* Quæ ad verba sic commentatur Simplicius, fol. 304. extr. & seq. *Δείξας ὅτι ἐν μὲν τῷ ᾱ χρόνῳ ἐγίνετο τὸ ᾱ, ἐν δὲ τῷ πέρατι τοῦ ᾱ γέγονεν, ὅτι οὐκ ἔστι χρόνος τοῦτο ἐν ᾧ γέγονεν, ἀλλὰ πέρας χρόνου, δείκνυσιν ἀγχινούστατα. εἰ γὰρ ἐν μὲν τῷ ᾱ ὅλῳ χρόνῳ φησὶν ἐγίνετο, ἐν δὲ τῷ πέρατι αὐτοῦ γέγονεν, δειχθείη δὲ ἴσος ὁ χρόνος ὁ ἐν ᾧ ἐγίνετο συναμφοτέρῳ τῷ ἐν ᾧ ἐγίνετο καὶ τῷ ἐν ᾧ γέγονε· δῆλον, ὅτι τὸ ἐν ᾧ γέγονε, προστεθὲν τῷ ἐν ᾧ ἐγίνετο χρόνῳ, οὐκ ἐποίησε μείζονα τὸν χρόνον ὥστε οὐκ ἦν χρόνος τὸ ἐν ᾧ γέγονε. χρόνος γὰρ χρόνῳ προστιθέμενος, μείζονα τὸν ὅλον ποιεῖ. ὅτι δὲ οὐκ ἐποίησε μείζονα, δῆλον· εἴπερ ἐν πέρατι τοῦ ᾱ χρόνου γέγονε, τὸ δὲ πέρας ἀμερές ἐστιν. Καὶ ἦν μὲν αὐτόθεν δῆλον, ὅτι τὸ πέρας τοῦ χρόνου οὐκ ἔστι χρόνος· πολλὴν δὲ ἐποίησεν ἐνάργειαν ἡ δοκοῦσα παράδοξολογία, τὸ μὴ εἶναι πλείονα τὸν χρόνον, τόν τε ἐν ᾧ ἐγίνετο καὶ τὸν ἐν ᾧ γέγονε, τοῦ ἐν ᾧ ἐγίνετο μόνου. δοκεῖ δέ μοι μὴ μάτην προστεθεικέναι τῷ, ἐν ᾧ ἐγίνετο μόνον, τὸ, παν⟨σ⟩ί· ἀλλ' εἰς ἔνδειξιν τοῦ δεῖν μεῖα τοῦ πέρατος αὐτὸν λαμβάνειν. Ἐκ δὴ* (forſ. Ἐκ δὲ) *τούτων τῶν λόγων, φησὶν ὁ Ἀλέξανδρος, δυνατὸν ὁρμώμενον δεικνύναι τὰ παρὰ τοῖς Στωϊκοῖς ἀξιώματα, ἃ Μεταπίπτοντά τινες λέγουσιν ἀπεριγράφως, μὴ ὄντα τοιαῦτα. Ἔστι δὲ ταῦτα τοιαῦτα· Εἰ ζῇ Δίων, ζήσεται Δίων. τοῦτο γὰρ εἰ καὶ ἀληθές ἐστι νῦν, ἀρχόμενον ἀπὸ ἀληθοῦς, τοῦ, ζῇ Δίων, καὶ λῆγον εἰς ἀληθές, τό, ζήσεται· ἀλλ' ἔσται ποτὲ, ὅτε, τῆς προσλήψεως ἀληθοῦς οὔσης, τῆς ἀλλὰ μὴν ζῇ Δίων, μεταπεσεῖται τὸ συνημμένον εἰς ψεῦδος, τῷ ἔσεταί ποτε, ὅτε, ἀληθοῦς ὄντος ἔτι τοῦ, ζῇ Δίων, οὐκ ἔσται ἀληθὲς τὸ καὶ ζήσεται. οὗ μὴ ὄντος ἀληθοῦς, τὸ ὅλον συνημμένον γίνοιτο ἂν ψεῦδος* (forſ. εἰς ψεῦδος, ut ſupra & infra) *μεταπίπτον. οὐ γὰρ ἀεὶ, ὅτε τὸ ζῇ ἀληθὲς, καὶ τὸ ζήσεται· ἐπεὶ οὕτως ἀθάνατος ἂν εἴη ὁ Δίων. οὐ μὴν ἔσται* (forſ. ἐστὶν) *ὁρίσαντας εἰπεῖν, ποτὲ οὐκ ἀληθὲς ἔσται, ζῶντος αὐτοῦ, τὸ ζήσεται. ὅτι δὲ καὶ ἐν ἀπεριγράφῳ καὶ ἀορίστῳ χρόνῳ λέγουσι γίνεσθαι τὴν τῶν τοιούτων ἀξιωμάτων μετάπτωσιν. Τοιοῦτον μὲν οὖν*

οὖν ἐστι τὸ ἀπεριτρέπτως μεταπίπτειν λεγόμενον ἀξίωμα. Ὅτι δὲ μὴ ὑγιῶς λέγεται τὸ μεταπίπτειν, ἐκ τῶν προσεχῶς ὑπὸ τοῦ Ἀριστοτέλους διορισθέντων ἔξεστι συνορᾶν. εἰ γὰρ πᾶν τὸ μεταβάλλον, ἐν τῷ τέρατι τοῦ ἐν ᾧ μεταβάλλει χρόνου μεταβέβληκεν· ἐν ᾧ τέρατι οὐκέτι ἐν τούτῳ ἐστὶν ἐξ οὗ μετέβαλλεν, ἀλλ' ἐν ἐκείνῳ λοιπὸν εἰς ὃ μετέβαλλε τε καὶ μεταβέβληκεν· εἴη ἂν καὶ τὸ ζῆν Δίωνα, εἰ μεταβάλλει, ἐν ἰσχάτῳ τινὶ χρόνου μεταβάλλειν τοῦ ἐν ᾧ ζῇ· ὃ τέρας ἐστὶ χρόνου, καὶ οὐ χρόνος, ἐν ᾧ οὐκέτι ἀληθὲς τὸ ζῆν Δίωνα τεθνηκὲ γὰρ ἤδη ἐν τούτῳ. τὸ οὖν, ζῇ Δίων, τὸ ἐν τῷ ἐνεστῶτι νῦν λεγόμενον, εἰ μὲν ἐν ᾧ μεταβέβληκεν ἀπὸ τοῦ ζῆν νῦν λέγοιτο, οὐκ ἀληθές· εἰ δὲ ἐν ἄλλῳ πρὸ τούτου ὄντι νῦν λέγοιτο, ἀληθὲς τὸ ζῇ Δίων, — — — Εἰ δὲ τὸ, ζῇ Δίων, μὴ ἐν τῷ νῦν λέγοιτο, ἀλλ' ἐν χρόνῳ οὗ τέρας ἔσται τὸ ἐν ᾧ πρώτῳ τέθνηκεν μεταβαλὸν ἀπὸ τοῦ ζῆν, μεταπεσεῖται τότε εἰς ψεῦδος τὸ ζήσεται Δίων.

Ego vero ex tota ista, sive Simplicii, sive Alexandri disputatione, quod ad nostram quidem quæstionem pertineat, nihil aliud intelligo, nisi, (quod ipsum fere jam supra ad Laërtii verba ex lib. VII. sect. 76. monui,) verbum *μεταπίπτειν* in Dialecticorum scholis de axiomatibus sive enunciationibus eadem notione, atque vulgo de rebus quibuscumque, dici solitum, ut idem valeret ac *μεταβάλλεσθαι*, nempe *mutari, variare, converti*; figillatim autem de *veræ propositionis in falsam mutatione* fuisse usurpatum. Et, ut dicam tandem quod sentio: de *Ratiocinio* etiam ubi usurpatur idem verbum, non aliter puto accipiendum. Quos Μεταπίπτοντας λόγους eum Chrysippo dicit Epictetus noster, videntur mihi plane illud esse *genus fallacium argumentationum* i. *sophismatum, cujus fallacia in eo inest, ut*, cum justi syllogismi speciem mentiatur argumentatio, *sententia propositionum præmissarum, aut terminorum quæ in illis occurrunt, ita mutetur, & in alium sensum detorqueatur, ut ex duabus præmissis, quarum utraque per se verâ sit, utraque recte sumta & recte concessa, legitime colligi videatur conclusio quæ manifeste falsa sit.* Quod genus late patet, & omnia illa sophismata complectitur, quæ e quolibet ambiguitatis genere, e compositione & divisione sermonis, e dicti secundum quid (quod ajunt) confusione cum simpliciter dicto, & quicumque sunt alii his similes, errorum in argumentando fontes, existunt. Esse vero

vero hoc fallaciarum genus eosdem quos Μεταπιπτούσας λόγους dicit Epictetus, non solum probabili conjectura ex ipso nomine colligere licebat; verum etiam certa ratione, ut mihi videtur, intelligi poterat ex his, quæ de eo genere idem Epictetus noster eodem hoc capite, in quo versamur, disputat. & ex his præsertim, quæ de μεταβολῇ καὶ μεταπτώσει τῶν λημμάτων, de *mutatione præmissarum propositionum* dicit. *quas postquam concessimus, mutat adversarius, & in aliam sententiam detorquet, ut in conclusione non amplius eædem maneant, quæ & quales fuerant a nobis concessa.* (vs. 17 — 20.) Eademque interpretatio perapte in reliqua omnia loca convenit, ubi eorumdem Μεταπιπτόντων mentionem facit Epictetus. II. 13, 21. II. 17, 27. II. 21, 17. III. 2, 6. &c. Omnino autem hoc vocabulum plerumque generaliori quadam notione usurpasse Epictetum pro *qualibet genere sophismatum*, probabile mihi fit ex variis locis, quibus illud occurrit, quum inter se collatis, tum cum II. 16, 13. Quod vero VPTONVS ait, *videri sibi λόγους μεταπιπτούσας esse aut eadem argumenta, aut iis valde similia, quæ græce ἀνταπόδοτα appellantur*; nihil dixit, quod in quoquam ex eis locis, ubi vel apud Epictetum vel apud alios mentio fit τῶν Μεταπιπτόντων, præsidium inveniat; quamquam non nego posse & hæc argumenta quodammodo ἀνταποδίδοσθαι, id est, in adversarium retorqueri. Sic, verbi caussa, ludicra illa & digna scilicet viris philosophis ratiuncula, cujus mentionem Seneca Epist. 48. facit: *Mus syllaba est; mus autem caseum rodit: syllaba ergo caseum rodit*: poterat illa, ut quam falso concluſa esset offenderetur, tali modo (quemadmodum ibidem idem Seneca docet) retorqueri: *Mus syllaba est: syllaba autem caseum non rodit; mus ergo caseum non rodit.*

Nescio quo pacto induci me passus sum, ut latius quam vel desiderare vel mereri res ipsa videri poterat, de hoc genere disputarem; sed & ipse diu, quid de Μεταπίπτοντι λόγῳ statuerem, incertus hæseram; & miratus eram, in diversa omnia discessisse interpretes, & apud alios ex recentioribus scriptoribus, qui de Stoicorum Dialectica commentati sunt, τοὺς Μεταπίπτοντας λόγους, quorum tam frequens apud Epictetum mentio occurrit, ne verbulo quidem esse commemoratos. De latino vocabulo, quo græcum redderem, cum diu dubitassem, quonam potissimum uterer, aut rectiusne ipsum

graecum tenerem; commodissimum visum est, si *Variantem rationem*, vel *Variantem argumentationem* τὸν Μεταπίπτοντα vertérem.

Eod. vs. 1. καὶ ὑποθετικούς. In torquendis *hypotheticis syllogismis*, & variis etiam potissimum fallaciis in eo genere & struendis & rursus resolvendis, multum versabatur Stoicorum subtilitas. Comprehendebant autem Stoici eo nomine tum hos, quos vulgo omnes Dialectici hypotheticos vocare consueverunt, quos illi sigillatim *connexos*, συνημμένους vel συμπεπλεγμένους adpellabant; tum eos quos alii & ipsi etiam Stoici *disjunctivos*, διεζευγμένους, adpellant. Vide Indicem in his vocibus; & consule Heynium ad Enchir. c. 36. & quos ille laudavit auctores.

Ibid. „Ἔτι δὲ τῷ ἐρωτᾶσθαι περαίνοντας. *Quae concludant interrogando*: hoc est, eo quod adversarius interrogatus fuerit, ex ejusque responsionibus conclusio petatur." WOLFIVS. — „Ἔτι δ' ἐκ τοῦ ἐρωτᾶσθαι περαίνοντας. Ita noster codex: alii Ἔτι δὲ τῷ ἐρ. περ. Περαίνοντας sunt *syllogismi qui aliquid ex praemissis concludant & conficiunt*. Scripsit Chrysippus περὶ τῶν περαινόντων λόγων, *de concludentibus orationibus*. [immo *rationibus*, vel *argumentationibus*.] Laërt. VII. 195. De syllogismis qui dicuntur ἀπέραντοι & περαντικοί, vide Laërt. VII. 77. & ibi Interpretes. Inter Sophismatum genera memorat Laërtius VII. 44. ἑλικτικὸς καὶ ἀπόρους καὶ περαίνοντας." VPTONVS, *partim in Notis, partim in Indice.*

Non improbo lectionem quam e suo codice adoptavit Vptonus; sed percommode pariter teneri olim vulgata poterat, τῷ ἐρωτᾶσθαι, in quam eamdem consentiunt omnes III. 21, 10. Hoc loco τῷ ἐρωτᾶσθαι cum olim editis dat pc. At nude Ἔτι δὲ ἐρωτᾶσθαι pab. absque articulo; sed in pb. superne scribitur ἐκ τοῦ, quod Vptoni codex habebat. conf. III. 2, 6. Quae vero de περαίνοντι λόγῳ vel συλλογισμῷ adtulit idem vir doctus, ea ad id quidem, quod hic apud Epictetum agitur, nihil spectabant. Nempe distinguere utique consueverant Stoici inter *syllogismum* περαίνοντα vel περαντικὸν, id est, *concludentem*, scil. quo ex regulis artis, justo modo, & legitima forma, colligitur aliqua conclusio; & ἀπέραντον, quo nihil legitime concludi potest, qui manifeste contra artis regulas de modis & figuris syllogismorum peccat; qua de distinctione, praeter Laërtium ab Vptono citatum, conferri Sextus potest in Pyrrh. Hypotyp. II.

146 sq. & adv. Math. VIII. 428 sqq. apud quem alterum genus etiam συναπτῶν, (quemadmodum mox apud ipsum Epictetum vs. 12. συνάγοντες λόγοι) alterum ἀσύναπτον nominatur. At nunc de argumentatione agitur, quæ περαίνει quidem, id est, *efficit & concludit aliquid;* sed id non per syllogisticas regulas & syllogistica forma, verum ἐκ τοῦ ἐρωτᾶσθαι vel τῷ ἐρωτᾶσθαι, id est, *interrogationum serie adversario proposita.* Neque vero *Sophismatis* alicujus, quod nude ὁ περαίνων, id est, ὁ περαίνων λόγος dicatur, (quod Vptonus nobis narrat) mentionem apud quemquam veterem scriptorem reperio. Nam quod est apud Laërt. VII. 44. si modo ibi sana & integra scriptura est, hoc dicit ille compilator: *sophismatum alia esse λόγους περαίνοντας*, id est, *syllogismos qui legitimo modo & figura concludunt, neque adeo in forma (quod ajunt) peccant, sed in materia; alia vero esse λόγους ἀλλοτρίας καὶ ἀπόρους, id est, ex genere τῶν ἀπερανόντων, quæ non legitime concludunt, adeoque contra justam formam syllogismorum peccant.* Potueratque ille Laërtii locus fortasse ex alio parallelo locis nonnihil accipere, VII. 82. nisi hic truncatus & mutilus ad nos perveniisset. Memorat quidem & Gassendus (de Logicæ Origine & Variet. cap. 7. T. I. Opp. p. 52.) *sophisma* quoddam Stoicorum, quod τὸν Περαίνοντα, i. e. *Conficientem* vocari ait apud Laërtium, Epictetum & alios: sed, quinam sint hi alii, non declaravit; ad Laërtii solum locum provocat, quem modo vidimus, & ad Epictet. III. 2, 6. At Epicteti iste locus non solum in eo corruptus est, quod ad verbum ἐρωτᾶσθαι articulus τῷ intercidit; verum in editionibus, quæ Vptonianam præcesserunt, prava etiam verborum distinctione magis erat corruptus, quum verbum ἐρωτᾶσθαι, quod cum περαίνοντας erat conjungendum, ab hoc separatum esset & cum præcedente verbo copulatum.

Igitur *Sophismati*, de quo hic apud Epictetum agitur, non nudum nomen erat ὁ περαίνων, sed ὁ τῷ ἐρωτᾶσθαι (vel ἐκ τοῦ ἐρωτᾶσθαι) περαίνων, scil. λόγος, *ratio vel argumentatio quæ interrogando concludit, & id quod vult efficit.* Quo nomine, si quid video, nihil aliud intelligitur, nisi famosus ille Stoicorum in scholis *Sorites*, in quo & struendo & solvendo mire illi suum exercebant ingenium: quod ipsum genus Cicero eisdem fere, quibus Epictetus, verbis designavit, cum in Procem. ad Paradoxa de Catone loquens, quem *perfectum Stoicum*

esse ait; *& in ea est hæresi*, inquit, *quæ — — minutis interrogatiunculis, & quasi punctis, quod proposuit, efficit.* Confer eumdem Cic. Acad. Quæst. lib. II. c. 18. & cap. 28 sq. Adde Sextum Emp. Pyrrh. II. 253. & adv. Math. VII. 416. & quæ ad utrumque locum Fabricius adnotavit; tum Menagium ad Laërt. II. 108. & e recentioribus in primis Baylium, in Dictionar. artic. *Chrysippe*, not. *O*.

Ibid. περὶ παθήκοντος ὅσου. Quo pacto & quatenus dicat, *ad officii rationem* (vel, *ut id, quod conveniat*) *pertinere* istarum subtilitatum dialecticarum tractationem, inox ipse satis perspicue perspecteque explicat: nempe non, quod laus sit, ista scire; sed quod sit dedecus, si ignoret, neque exercitatus in his sit is, qui non modo studiosum sapientiæ, verum etiam magistrum se profiteatur; cui adeo per ipsius personæ ridiculum, quam suscepit, sæpe usu venit, ut cum eis hominibus rei agendum sit, qui subtilissima disputandi arte, qua valent ipsi, abutentur cum ad præcepta veræ philosophiæ labefactanda, tum omnino ad ridendos cavillandosque eos, qui veritatem, quæ ipsis molesta est, tuentur. conf. vs. 25. & cap. 8, 3. Cæterum non sane nimium admiratorem fuisse Philosophum nostrum difficillium istarum nugarum, in quibus Stoæ alumni, Chrysippo præsertim præeunte, jactare sese consueverant, sbaude idem ipse quavis occasione declarat. Vide modo alia quælibet loca, quibus, excepto hoc nostro, earumdem argutiarum mentionem facit; quæ loca in Indice sub voce *Μεταπίπτων* collecta invenies. Conf. proxime sequens cap. 8. hujus libri, vs. 4 seqq. Adde II. 23, 44 sqq. Denique, quatenus omnino utilis sit universa ars disserendi, perspecte docentem vide Philosophum nostrum cap. 17. hujus libri.

Vers. 2. *πῶς ἂν εὕροι. εὑροοῖ* ed. Ven. Bas. & Salam. cum quibus facit cod. pa. *εὑροῖ* pc. *εὑροῖ* ed. Colon. *εὑροῇ* pb. & sic ed. Cantab. & Lond. nempe hæ ex WOLFII mente, cujus ad hunc locum hæc est Adnotatio: „*πῶς ἂν εὑροῇ τὴν διέξοδον καὶ ἀναστροφήν.* Pro, *κατὰ τὴν διέξοδον.* D. Moïbanus *ἀναστροφὴν* hic intelligit *τὴν ἀριστικὴν καὶ συνθετικὴν μέθοδον*; quod ea quæ per *ἀνάλυσιν* inventa sunt, *κατὰ διέξοδον* copiose, *κατὰ σύνοψιν* vero in definitionum metas contracta, succincte explicentur, atque inverso *ἀναλύσεως* ordine procedatur." — MEIBOMIVS ad *εὑροῖ* (quam scripturam Genevensis quoque

que editio, qua ille usus est, præferebat;) „Durum videtur εὑροεῖν τὴν διέξοδον, nisi subaudias κατά. Non inepte legetur εὕροι." — Quam adnotationem Salmasio auctori, pro suo more, tribuit Vptoni. Ipse VPTONVS εὑρῇ edidit, & in Notis: „Noster codex (inquit) εὑροῖ. Mihi certissima emendatio videtur εὑρῇ." — At εὑρῇ, nisi omnia me fallunt, ne græcum quidem est. Si conjunctivus placet, oportebat εὕρῃ. Sed optativi modi clara vestigia servasse codices videntur; quare haud cunctanter εὕροι cum Meibomio scribendum putavi. Errore huic adsini III. 14, 18. εὑροεῖν olim in εὑρεῖν erat detortum. ἀνωστροφὴ nil aliud significat nisi *rationem qua quis in aliqua re versatur*. conf. vs. 4. & vs. 27. Eademque fere vis vocabuli διέξοδος, quod alias *finem, exitum rei* denotat; nunc *rationem qua quis negotium exsequitur, persequitur, & ad finem perducit*.

Vers. 3. οὐ συγκαθήσει. „Sic legendum, a συγκαθίημι, unde συγκαθελὼν aor. β'. participii, *qui se demisit, qui descendit in arenam*." WOLFIVS. — Nempe mendose συγκαθήκει erat editum, quod & Salmasius corrigendum monuit; & ab Vptono demum vera scriptura συγκαθήσει, suffragante ipsius codice, (& nostro pc.) in contextum est receptum; quam in scripturam vs. 27. omnes consentiebant. Idem verbum supra eodem modo usurpatum vidimus, I. 2. 14. εἰς τὴν σκέψιν συγκαθελὼν. Initio hujus vs. pro ἢ τοῦτο, est εἰ τοῦτο in pc. qua parte persæpe peccarunt nostri librarii.

Vers. 4. μὴ τούτων δὲ μηδέτερον προσδεχομένοις. „Lego τοῖς δὲ τούτων μηδέτερον. Sententia est: esse bono viro disputandum, idque non temere & obiter; requiri ergo meditationem & artem." WOLFIVS. — „μὴ τούτων δὲ μηδέτερον." Ita noster codex & [edit.] Basil. [Eodem modo cod. pc. & editt. omnes post Basil.] Codex Ven. μὴ τοῦτον. Ms. Par. μὴ τοῦτον δὲ μηδ' ἕτερον. [Sic nempe pa. sed in eo super τοῦτον superne τούτων scriptum.] Ante μὴ τούτων Meibomius delet μή, aut scribit καὶ. Nihil muto. μὴ δὲ μηδέτερον τούτων προσδεχομένοις, *qui neutrum horum admiserint*. Acrius negat gemina negatio." VPTON. Pari modo geminatam negationem cum alibi habes, tum I. 12, 1. μὴ προνοεῖν μηδενός. In pb. hoc loco sic scribitur, μὴ τοῦτο δὲ μηδ' ἕτερον.

Ibid. στρέφεται ἡ ἐρώτησις. Articulum, quem ignorabant superiores editiones, tacite adjecit Vptonus,

ſuum (puto) codicem ſecutus. Adeſt is articulus in noſtro pb.

Verſ. 5. *Τί γὰρ ἐπαγγέλλεται ἐν λόγῳ;* In ſuperioribus editionibus in hunc modum diſtincta erant verba: *Τί γὰρ ἐπαγγέλλεται; ἐν λόγῳ τἀληθῆ τιθέναι* &c. quæ ſic interpretatus eſt Wolfius: *Nam quid profitetur? ſe in oratione vera poſiturum, falſa repudiaturum.* Pariterque verſ. 9. ſic diſtinguebant: *Ἐπὶ τούτοις τί παραγγέλλεται; ἐν λόγῳ τὸ ἀκόλουθον* &c. *Poſthæc quid præcipitur? In oratione id quod a te conceſſis* &c. Perſpecte vero verba *ἐν λόγῳ* utrobique (conſentientibus noſtris codd. pbc.) cum ſuperioribus conjunxit Vptonus; ſed totam ſententiam parum commode ſic vertit: *Quid enim in ratione profitetur?* & verſ. 9. *Poſthæc in ratione quid profitetur?* Dein vero in Notis ad h. l. ita monuit: „*Τί γὰρ ἐπαγγέλλεται ἐν λόγῳ; Quid enim in Logica promittitur?* Sic mox, *τί παραγγέλλεται ἐν λόγῳ; quid in Logica præcipitur? Te admiſſurum id, quod conſequens eſt propoſitionibus recte a te conceſſis.* Ita vertendum.“ — Vbi quod *τὸν λόγον Logicam* interpretatur, non eſt id quidem ab Epicteti uſu admodum alienum: ſimiliter enim & II. 21, 23. & III. 9, 19. *ὁ λόγος ars ratiocinandi* vel *ars ratiocinandi* commodiſſime verti videtur; pro quo alibi *τὰ λογικὰ* dicit, I. 27, 6. I. 17. *tit.* II. 25, 1. Sed ea notio nec huic loco, nec aliis, ubi in eodem hoc capite idem nomen eadem in connexione occurrit, (vſ. 8. 9. 11. 22. 26 ſq.) ſatis apta mihi viſa eſt. Itaque *disputationem* verti; quo vocabulo ipſum etiam Vptonum in verſione vſ. 11. uſum eſſe video. Intelligitur nempe *disputatio, quæ via quadam & ratione, ex artis præſcripto, inſtituitur;* ut mox ſatis aperte ipſe docet.

Ibid. τὸ ψευδῆ αἴρειν. Perperam *αἰρεῖν* pb.

Ibid. τὰ ἄδηλα ἐπέχειν. „πρὸς τὰ ἄδηλα“ MEIBOM. — „Cum Meibomio *πρὸς* inferendum, *πρὸς τὰ ἄδηλα.* Sic certe I. 28, 2. *πρὸς δὲ τὰ ἄδηλα ἐπέχειν.* & III. 3, 2. *πρὸς τὸ ἄδηλον ἐπέχειν.* Vide & II. 24, 19. Cicero Acad. II. 17. *ἐπέχειν* vertit *ſuſtinere adſenſionem.* Et cap. 18. *Ex his neceſſario nata eſt ἐποχή*, id eſt, *adſenſionis retentio.* Sextus Emp. lib. II. c. 22. [Pyrrh. Hyp. II. ſect. 253.] *Οἱ περὶ τὸν Χρύσιππον δογματικοὶ ἐν τῇ συνερωτήσει τοῦ σωρείτου, προιόντος τοῦ λόγου, φασί, δεῖν ἵστασθαι, καὶ ἐπέχειν, ἵνα μὴ ἐπὶ ἄπειρον εἰς ἀτοπίαν.* Hinc quoque M. Anton. lib. X. 12. *ἐπέχειν.* Qui quidem

dem locus perperam solicitatus est ab interpretibus: *Τίς ὑπονοίας χρεία, παρὸν σκοπεῖν τί δεῖ πραχθῆναι; κἂν μὲν συνορᾷς, εὐμενῶς, ἀμεταστρεπτεὶ ταύτῃ χωρεῖν ἐὰν δὲ μὴ συνορᾷς, ἐπέχειν, καὶ συμβούλοις τοῖς ἀρίστοις χρῆσθαι. Quid suspicione est opus, cum præsto sit* (vel, *cum liceat*, παρὸν) *considerare, quid fieri oporteat? Et, si perspexeris, placide, constanter eâ fac progrediaris:* (omissa copulativa, quod usitatissimum:) *si vero non perspexeris, sustineas adsensionem, & optimos quosque in consilium adhibeas.*" VPTON.

Quod si, quemadmodum I. 28, 2. & III. 3, 2. sic etiam hoc loco ante *τὰ ἄδηλα ἐπέχειν* præcederet *τοῖς ἀληθέσιν ἐπινεύειν*, & *τοῖς ψευδέσι δυσαρεστεῖν* vel *πρὸς τὸ ψεῦδος ἀνανεύειν, verum amplecti, respuere falsum;* confidenter & ego pronunciarem, *πρὸς τὰ ἄδηλα* h. l. scribendum, & sic scriptum reliquisse Arrianum, ut *πρὸς τὰ ἄδηλα ἐπέχειν* esset *ab incertis adsensionem suam retinere.* At quum jam de eo agatur, qui alterum docet, qui vera adserit, falsa tollit, incerta ostendit esse incerta; poterit fortasse ferri *τὰ ἄδηλα ἐπέχειν*, quasi dicat, *incerta inhibere*, ne scilicet vel pro certis sumantur, vel tamquam falsa tollantur, sed tamquam incerta in medio relinquantur. De M. Antonini verbis, quæ citavit Vptonus, in transcursu monere liceat, *παρὸν* ibi commodius pro *δέον* intelligi, *cum deberet;* de quâ notione illius verbi dixi ad Polyb. IV. 27, 4. Conf. Lexic. Polyb. v. *παρεῖναι*, num 2.

Vers. 6. *Ἀρκεῖ, Φησίν.* In ora edit. Bas. notatur *Φασίν*, nempe ex editoris conjectura, quæ minime necessaria erat. *Φησὶν* vel indefinite accipi potest, de quo usu Vptonus monuit ad I. 4, 9. vel refertur ad eum cum quo nunc hæc disputat Epictetus.

Ibid. διότι — — παράδεχου. „De constructione vide supra ad I. 2, 18. Reposui autem *ὅτι* auctoritate nostri codicis. *διότι* habent editi." VPTON. — Particulam *διότι* scriptoribus nonnullis, & Polybio præsertim, frequentatam pro *ὅτι*, sæpe vel a librariis nonnullis vel ab editoribus temere in *ὅτι* fuisse mutatam, passim ad Polybium monui. Eamdem licentiam in Epicteto subinde sibi sumsere partim librarii quidam, partim editores. Vide I, 11, 5. IV. 7, 8. & Enchir. c. 1, 5. & cap. 40. Quibus cunctis in locis *διότι* auctori suo restituendum putavi. Hoc loco (quemadmodum & IV. 7, 8.) cum Vptoni cod. consentit quidem noster pb. (& ex

conje-

conjectura etiam διότι hîc in ὅτι mutatum volverat Meibomius) at διότι cum vett. edd. agnoscit pa. & eodem modo dare debuerat pc. in quo est διὰ τί. Conf. varietatem Lect. ad I. 11, 5. & Not. ad I. 10, 7.

Vers. 7. Τί οὖν δεῖ τούτῳ προσλαβεῖν; τοῦτον suspicabar scribendum. τοῦτο habet pc.

Vers. 8. τοῦ ψευδοῦς. Magis placet ψεύδους, quod habet pc.

Vers. 9. τί παραγγέλλεται ἐν λόγῳ; Vide Not. ad vs. 5.

Ibid. Τὸ ἀκόλουθον. „Lego Ὅτι τὸ ἀκόλουθον. Sic supra vs. 6. Et hoc sensu ὅτι jungitur sæpe cum verbo modi imperativi." VPTON. — Adjici utique poterat ea particula, sed & absque illo incommodo prætermitti.

Ibid. τοῖς δοξείσιν ὑπὸ σοῦ καλῶς. Id infra, vs. 15. dicit ὑγιῶς παρακολουθεῖν τὰ ὁμολογημένα, & διδόναι ὑγιῶς τὰ λήμματα, vs. 13.

Vers. 10. τοῦτο γνῶναι. τούτῳ habet ora ed. Basil. temere.

Ibid. πῶς τί τισιν ἀκόλουθον. Deest τὶ pc.

Ibid. πότε μὲν ἓν ἑνὶ ἀκολουθεῖ, πότε δὲ πλείοσι πολλῷ. *Quando ex uno enunciato alind* per immediatam, quæ dicitur, consequentiam *colligatur; quando* contra *ex plurium rationum collatione.* Pro ἓν ἑνὶ, perperam ἐν ἑνὶ erat in ed. Ven. & Bas.

Vers. 11. καὶ αὐτόν τε ἀποδείξειν ἕκαστα ἀποδόντα. Vexatus locus, ac vereor ne non satis ad liquidum perductus. Ante Vptonum editiones omnes, excepta Salmanticensi, sic dabant, καὶ αὐτόν. τ' ἀπόδειξιν ἕκαστα ἀποδόντα. Quæ scriptura quum manifeste contra grammaticam rationem impingeret, Wolfius καὶ αὐτόν τε κατ' ἀπόδειξιν ἕκαστα ἀποδόντα legendum putavit; atque eodem modo, nisi quod particula τε omissa sit, in Salmant. edit. legi Vptonus ait. Meibomius, in ἕκαστα inesse errorem ratus, sic corrigere jussit, καὶ αὐτόν τ' ἀπόδειξιν ἑκάστων ἀποδόντα. Vtraque ratio per se commoda, & posterior præsertim speciosa; verum utraque hoc incommodi habet, quod, cætera si teneas, participio ἀποδόντα in ista connexione cum præcedentibus sequentibusque nullus locus esse possit, sed necessario infinitivus requiratur, (ἀποδιδόναι, sive rectius ἀποδώσειν in futuro) qui infinitivus cum sequente παρακολουθήσειν connectatur, & simul cum hoc & reliquis, qui adsunt, infinitivis a præcedente μέλλοντα pendeat. Quo magis miror, quo pacto VPTONVS, cum καὶ αὐτὸν ἀποδείξειν

δείξειν ἅπαντα ἀποδιδόντα edidiſſet, & in Notis docuiſſet, *eſſe eam codicis ſui ſcripturam*, in eadem Adnotatione improbans rurſus illam rationem, ſic præcipere potuerit: „Omnino autem lege cum Salmant. edit. καὶ αὐτὸν κατ' ἀπόδειξιν ἅπαντα ἀποδόντα.“ — Ego vero minime ſpernendum hoc, quod e codice ſuo Vptonus depromſerat, putavi. Nempe ἀποδείξειν, quod in ἀπόδειξιν erat detortum, eſt infinitivus ille qui deſiderabatur; & rectius αὐτὸν ſcribitur, quam αὐτόν: ſed particulam τε ex editis conſervandam putavi, quæ percommode duo illa membra orationis connectit, αὐτόν τε ἀποδείξειν ἅπαντα, καὶ τοῖς ἀποδεικνύουσι παρακολουθήσειν. Et in iſtam ſcripturam conſentiunt fere codices noſtri: αὐτόν τ' ἀποδείξειν &c. pbc. αὐτόν τ' ἀποδείξειν pa. Vna dubitatio videri poteſt ſupereſſe, de verbo ἀποδόντα, quænam ejus vis ſit nunc in iſta connexione: pro quo commodius quidem dictum videri poterat τὰ ἀποδιδόμενα, *ea quæ ab ipſo traduntur*; ſed temere mutare ſcriptum non auſim, & τὸν μέλλοντα — — αὐτὸν ἀποδόντα ἀποδείξειν ἅπαντα interpretor, *qui voluerit, quæ ipſe tradidit*, (*depromſit, perhibuit, propoſuit*,) *demonſtrare ſingula*. Cujus uſus verbi ἀποδιδόναι exempla nonnulla apud H. Stephanum in Theſ. & in Lexico noſtro Polybiano invenies: nec tamen diffiteor, me adhuc certiora quædam, & quæ cum hoc Epicteti loco majorem ſimilitudinem habeant, exempla deſiderare.

Verſ. 12. Οὐκοῦν ἐλήλυθεν ἡμῖν ἡ περὶ τῶν συναγόντων λόγων καὶ τρόπων πραγματεία καὶ γυμνασία, καὶ ἀναγκαία πέφυκεν. Ante Vptonum ſic vulgo dabant omnes: Οὐκοῦν ἐλήλυθεν ἡμῖν, ὡς ἡ περὶ &c. Quo referuntur duæ WOLFII Adnotationes; altera hujusmodi, ad verba Οὐκοῦν ἐλήλυθεν ἡμῖν. „*Ergo venit nobis*. Intelligi poteſt, *ergo deprehendimus*, vel *oſtendimus*. Sed quid ſi legas, οὐκοῦν ἐλαλήθη ἡμᾶς; *Ergo latuit nos? non animadvertimus*.“ — Altera, ad particulam καὶ quæ eſt ante ἀναγκαία. „Poteſt intelligi (inquit) καὶ πέφυκεν, *non modo non ſupervacanea, ſed etiam neceſſaria*. Quid vero ſi legatur χρησίμη καὶ ἀναγκαία, *utilis & neceſſaria*.“ —

VPTONVS, deleta particula ὡς, & reliquis verbis ſic conjunctis, ut nos fecimus, Οὐκοῦν ἐλήλυθεν ἡμῖν ἡ περὶ &c. „Ita noſter codex, ait, cum Ms. Par. [Sic nempe pab.] Sed iſta lectio [inquit rurſus] non placet. Repone itaque cum aliis codicibus, ὡς ἡ περὶ, & καὶ

ἀναγκαία

ἀναγκαία verte *etiam necessaria.* Οὐκοῦν ἐλήλυθεν ἡμῖν ὡς ἡ περὶ &c. *Ergo venit nobis* (vel, quod magis latinum, *Ergo res huc recidit*) *ut concludentium propositionum ac modorum tractatio, & exercitatio, etiam necessaria videatur.* Sic II. 16, 22. οὐκ ἐπέρχεταί μοι, *mihi in mentem non venit.* Apud Laërt. lib. VII. 21. ἃ ἐπέρχεταί μοι, *quæ occurrunt mihi.*[a] —

At nihil huc spectat phrasis ista, τοῦτο ἐπῆλθέ μοι, *hoc mihi in mentem venit.* Recte vero particulam ὡς ignorant scripti libri, a quorum fide descisscere Vptonus non debebat. Codex pc. quidem, qui ὡς servat, pro καὶ ἀναγκαία deinde εὖ ἀναγκαία habet. Ingeniosa Wolfius. ἐλήλυθεν ἡμῖν interpretatus erat *venit nobis* i. e. *deprehendimus* vel *ostendimus:* sed simplicius atque verius sic intelliguntur, *nata est nobis, ortum inter nos cepit.* Sic fere I. 1. 4. τόσου ἀξία ἐλήλυθε, ubi idem fere valet ac παρείληπται; & I. 20, 6. ἡ Φρόνησις, τίνα δεωρήσουσα παρελήλυθεν; ubi rursus idem est ac παρείληπται vs. 5. Et quod si cogitas, παρείληπται valere *datum nobis est, accepimus;* eadem fere notio hîc fortasse locum etiam quodammodo habebit, *advenit nobis ista tractatio,* id est, *inventa & tradita nobis est ars ista tractandi syllogismos, accepimus eam artem,* nempe a Philosophis qui in ea elaborarunt. οἱ συνάγοντες λόγοι, qui hîc memorantur, sunt *syllogismi rite concludentes,* ut supra ad vs. 1. monui; τρόποι sunt varii *modi, quibus legitime concluditur syllogismus.*

Vers. 13. ἔστιν ἐφ' ὧν δεδώκαμεν ὑγιῆ τὰ λήμματα: ἔστιν ἐφ' ὧν similiter dictum, ut illud vulgatissimum ἔστιν ἃ; ut ἔστιν ἐφ' ὧν idem valeat ac ἔστιν τινὰ ἐφ' ὧν, vel ἐσθ' ὅτε ἐπί τινων. Proprie autem dicere debebat εἰσὶν (scil. λόγοι καὶ τρόποι) ἐφ' ὧν, sunt *ratiocinationes, argumentationes, in quibus recte concessimus præmissas:* sed nihil impediebat, quo minus in neutro genere indefinite diceret ἔστιν ἐφ' ὧν, ut omne genus argumentandi & disputandi complecteretur.

Ibid. καὶ συμβαίνει τι ἐξ αὐτῶν. *& ex iis* (scil. λήμμασι, *præmissis quæ a nobis concessæ sunt*) *fit* vel *exsistit aliquid,* id est, *efficitur, concluditur,* συμπεραίνεται, unde τὸ συμπέρασμα *conclusionem* syllogismi dixere. Eadem notione verbum συμβαίνειν rursus habes vs. 14 & 19. Eodemque verbo jam in ipsa Syllogismi definitione sic usus est Aristoteles: Συλλογισμός ἐστι λόγος, ἐν ᾧ, τεθέν-

τεθέντων τινῶν, ἕτερόν τι τῶν κειμένων ἐξ ἀνάγκης συμβαίνει, τῷ ταῦτα εἶναι. Analyt. Prior. lib. I. cap. 1. eodemque modo ſexcenties aliàs idem in Dialecticis libris. conf. locum mox ad vſ. 14. proferendum. Monuit autem ad auctoris noſtri verba VETONVS: „Legit noſter codex, συμβαίνει τοῦτο ἐξ αὐτῶν. Ms. Par. τουτὶ ἐξ αὐτῶν. Ante συμβαίνει ſupple ἐφ' ἂν, ſic omnia plana.“ — τί cum edd. habet pc. τουτὶ pab. Vide vero, ne τοῦτο, τι ſcripſerit Arrianus, id eſt, *tale aliquid*, *hoc quoddam*, nempe ἀξίωμα, *pronunciatum*; *certum quoddam pronunciatum*. At iſto modo, non tam τοῦτό τι, quam τόδε τι, uſurpari putaverim; (quemadmodum τάδε τινα habes I. 6, 10.) quamquam fortaſſe & illud ferendum. Immo videndum, ne ipſum τουτὶ, quod dant duo Pariſini codices, eadem ſententia probum verumque ſit.

Verſ. 15. Ἀλλὰ λέγεν, ὅτι οὐχ ὑγιῶς παρεχώρησα τὰ ὁμολογημένα; *An dicam, ea quibus adſenſus eram, non recte fuiſſe a me conceſſa?* Locum hic demus eis, quæ ad hæc verba SCHEGKIVS adnotavit; „Ex conceſſis, inquit, disputatio concluditur. Quæ vero adhibentur ad disputandum, aut pro veris conceduntur, aut pro falſis negantur, aut pro incertis & dubiis ponuntur. Cæterum qui reſpondet in disputatione dialectica, & obligat ſeſe interroganti, cautus & circumſpectus ſit oportet, ne quid committat quo redargui poſſit: quod nimirum artis eſt, & exercitationis, & attentionis. Moleſte qui ferunt ſe capi disputando, ac redargui, appellantur græce δύσκολοι; de quibus Ariſtoteles ſic ſcribit: [Topic. lib. VIII. cap. 1. ſect. 20.] Οἱ γὰρ δύσκολοι τὰ πρῶτα μάλιστα συγχωροῦσιν, ἐὰν μὴ παντελῶς φανερὸν ᾖ τὸ συμβησόμενον· ἐπὶ τελευτῆς δὲ δυσκολαίνουσι. ὁμοίως δὲ καὶ ὅσοι οἴονται ὁριμοῖς εἶναι ἐν τῷ ἀποκρίνεσθαι. Στένας γὰρ τὰ πλεῖστα, ἐπὶ τέλους τερθρεύονται, ὡς οὐ συμβαίνοντος ἐκ τῶν κειμένων. τιθέασι δὲ προχείρως, πιστεύοντες τῇ ἕξει, καὶ ὑπολαμβάνοντες οὐδὲν πείσασθαι. Hanc dialecticam in disputando garrulitatem Plato, in Parmenide, ἀδολεσχίαν appellat. Laërtius vero [in Procem. ſegm. 17.] ſic definit Dialecticos, ut hi ſint ὅσοι περὶ τὴν τῶν λόγων τερθρείαν καταγίνονται.“

Ibid. Καὶ μὴν οὐδὲ τοῦτο δίδοται. „Atqui ne hoc quidem datur, ſcil. ab adverſario, qui ſibi ſemel conceſſa mordicus retinet,“ WOLFIVS. Potes τοῦτο οὐ δίδοται ſimpliciter etiam intelligere, *hoc non licet*, ſcil. per regulas legesque quibus Ars disputandi continetur.

Ibid.

Ibid. οὐ συμβαίνει διὰ τῶν προκεχωρημένων. *ex eis, quæ conceſſa fuerint, hæc non effici.* „Ad data & conceſſa ante concluſionem caute reſpondenti eſt reſpiciendum. Illud enim artis eſt, ut pœnitentiæ non ſit locus: ſed occurrendum omnibus ante concluſionem, ne redarguamur. Præcepta ſunt apud Ariſtotelem in Octavo Topicorum.“ SCHEGKIVS. — Eodem pertinent, quæ duobus libris περὶ τῶν Σοφιστικῶν Ἐλέγχων idem docuit Ariſtoteles.

Ibid. Ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο δίδοται. „*At ne hoc quidem datur;* hoc eſt, adverſarius & ea, quæ data ſunt, ſibi extorqueri non ſinit, & concluſionem ex iis factam defendit acriter.“ WOLFIVS.

Verſ. 16. Τί οὖν ἐπὶ τούτων ποιητέον; ἢ μὴ ποτε &c. *Quid igitur in his faciendum? Vide annon* &c. Difficultatis nonnihil videri poteſt in verbis ἢ μὴ ποτε ineſſe; quæ tamen haud ægre expeditur. Familiaris Epicteto eſt iſta formula μὴ ποτε, eadem ratione, quâ hic, uſurpata; quæ varie verti ſolet, *fortaſſe, an, annon, vide ne;* quorum nullum non rectum, ſed poſtremum maxime proprium. Nempe elliptica eſt formula, in qua intelligi debet ὅρα μὴ ποτε, *vide ne forte*, vel nude *vide ne*, ut quidem bene latine dicunt; pro quo minus quidem latine, ſed ad vernaculas aures magis accommodate, *vide annon*, dicere ſolemus. Neque vero, ſi ὅρα ſubintelligas, neceſſario requiritur verbum ſequens in ſubjunctivo; nam & indicativus recte ſequitur; quemadmodum & poſt ἰδοῦ, quod idem ac ὅρα ſonat: ἰδοὺ σοὶ τὴν ὁρμὴν, μὴ γυναικός ἐστιν, *ne ſit, annon ſit.* IV. 8, 35. Nempe aliud eſt, ſi dicis: *vide, ne hoc facias;* tunc enim ſubjunctivus requiritur. Aliud, ſi dicis: *vide, ne* (vel, *annon*) *hoc ita ſit;* ubi recte & ſuo jure ſequitur indicativus modus. Sed de particula ἢ hoc loco quid ſtatuemus? Nempe & hæc pariter, ſi quid video, elliptica quadam ratione eſt intelligenda. Τί οὖν ἐπὶ τούτων ποιητέον; (Intellige, Τί ἄλλο;) ἢ μὴ ποτε &c. *Quid igitur in his faciendum? (Quid aliud?) niſi videndum, ne forte* &c. Similiter IV. 7, 2. Διὰ τί οὖν — — οὐ φοβεῖται; ἢ ὅτι &c. Intellige διὰ τί ἄλλο, ἢ ὅτι. Pari ratione I. 17, 24. cum mendoſe vulgo ſcriptum eſſet: Καὶ τίς ὁρμὴν κινῆσαι δύναται; ἢ ἄλλη ὁρμή. Τίς δ' ὄρεξιν καὶ ἔκκλισιν; ἢ ἄλλη ὄρεξις καὶ ἔκκλισις. correxi ἢ ἄλλη ὁρμή. & ἢ ἄλλη ὄρεξις, intelligendo τίς ἄλλος; vel τί ἄλλο; Confer ibi notata. Plutarchi phraſin habes

habes I. 1, 21: *Τί οὖν δεῖ πρόχειρον ἔχειν ἐν τοῖς τοιούτοις; τί γὰρ ἄλλο, ἢ &c.* & I. 2, 22: *Τί δ' ἀφέλιμος ἡ πορφύρα τὸ ἰμάτιον; τί γὰρ ἄλλο, ἢ &c.* cf. I. 9, 22. Simillima vero ratione accipienda sunt ea loca, ubi ἢ ὅτι habes, priori particula non per circumflexum scripta, ut sit in ἦ ὅτι aut ἢ ὅτου, sed cum gravi accentu, veluti I. 2, 30. *πόθεν ὁ ταῦρος μόνος αἱσθάνεται — — ἢ ὅτι &c.* intellige *πόθεν ἄλλόθεν*. Sic I. 6, 33. *καὶ τί ἂν ἐνόει — —* (intellige *τί ἄλλο*;) *ἢ ὅτι &c.* I. 9, 2 sq. *διὰ τί γὰρ λέγεις Ἀθηναῖον εἶναι σεαυτόν, — — ἢ ὅτι &c.* Quibus in locis omnibus, & horum similibus, ἢ non tam *sane*, aut *profecto*, erat vertendum, quam *nisi; quanam alia de causa, nisi scilicet quod &c.* (conf. Annot. ad I. 2, 30.) Et inter ἢ ὅτι vel ἢ ὁτιοῦν, quod iisdem locis habes, atque ἢ μήτι, quod hîc legitur, hoc interest, quod ἢ ὅτι, *nisi nempe, nisi certe, nisi profecto*, significat; ἢ μήτι vero, *nisi fortasse*.

Ibid. ὡς οὖν ἀρχεῖ τὸ δανείσασθαι &c. Usus est hoc exemplo, quod Epictetus adfert, in re quidem diversa, Grotius de Jure Belli & Pacis, lib. I. cap. 1. sect. 6. quemadmodum Vptonus etiam monuit. Eodem exemplo rursus utitur Noster I. 8, 2. Et intelligi par est, vulgo uti solitos esse hoc exemplo in scholis suis Stoicos.

Ibid. παραχωρεῖν τὸ ἀντιφερόμενον. Articulum τό, quem ignorabant superiores editiones, e suo codice adjecisse se docet Vptonus. Eumdem habent nostri codices omnes.

Vers. 17. καὶ τὸ ἀκόλουθον αὐτοῖς. αὐτῆς, pro αὐτοῖς, pa.

Vers. 18. μὴ μενοῦν δὲ &c. „Ejusdem codicis auctoritate tres integras restituimus lineas, quæ in aliis desunt libris, a verbis μὴ μενοῦν, ad προσδέχεσθαι." VPTON. — Opportuna utique & necessaria accessio; cui prætermittendæ quid occasionem dederit oscitanti librario, in aprico est. Conf. Vptoni Not. ad I. 18, 8. Sed mendo non carere ista verba, qualia quidem ab Vptono sunt edita, facile patet. Nam sub finem periodi sic illa legebat: καὶ τὸ ἀκόλουθον αὐτοῖς λόγοις προσδέχεσθαι. Quibus verbis, siquidem cum superioribus conferantur, (quoad mihi quidem certere datum est) non magis sanus ullus sensus inest, quam latitibi, quibus græca idem Vptonus reddidit. Nempe totam periopen

ille sic convertit: *Quod si tales non permanserint, quales sunt concessæ, nos etiam omnino necessarium est à concessione discedere, & id quod est ipsis minime consequens rationibus amplecti.* Quid hoc loco dixerit Epictetus, ex tota orationis connexione minime obscurum est; nempe id ipsum, quod nos in latina versione expressimus. Quibus verbis id dixerit, ex eorum vestigiis, quæ Vptonus nobis exhibuit, conjiciendum. Si (quod mihi quidem videtur) verum est verbum ἀναχόλουθον, necessario ad προσδέχεσθαι negatio desiderabatur: quare statim οὐ προσδέχεσθαι suspicari licebat; mihi vero ad sententiam æque commodum, ad sermonis vero concinnitatem multo commodius visum est, si articulum τοῦ ante τὸ inserrem, qui facile transiliri a librario potuerat. Sic cohærent ἀφίστασθαι τῆς παραχωρήσεως & τοῦ προσδέχεσθαι τὸ ἀναχόλουθον. Si quis vero οὐ προσδέχεσθαι prætulerit, non impedio; & inveniet ille in vs. 24. præsidium, ubi habes, τὰ δ' ἀκόλουθα προσδεκτέον, καὶ τὰ μαχόμενα οὐ προσδεκτέον. Porro vero αὐτοῖς λόγοις vix & ne vix quidem ferri poterat. Ferri poterat τοῖς λόγοις. Commodius vero fuerat αὐτοῖς, absque λόγοις, ut ad λήμμασι referretur; quemadmodum & superiori versu dixit, τὸ ἀκόλουθον αὐτοῖς προσδέχεσθαι. Sed tenendo vocabulum λόγοις, quod per se nihil incommodi habet, nec temere deleri debuit, consultissimum putavi τοῖς αὐτῶν λόγοις scribere; quod valet idem ac τοῖς ἑαυτῶν, nempe ἡμῶν vel ὑμῶν αὐτῶν, λόγοις. Qua ratione eodem hoc cap. vs. 30. (alia quidem ibi notione vocabuli λόγος) dixit, ἐξεργαζόμενοι τὸν αὐτῶν λόγον. Nam ibi certissimam habeo istam emendationem αὐτῶν, pro αὐτὸν, quod dabant libri. Sic τὸ ἀναχόλουθον τοῖς αὐτῶν λόγοις erit conclusio, quæ adversarius colligit ex eis propositionibus, quæ videntur esse nostræ, & a nobis concessæ, sed non sunt; quoniam ab illo callide in aliam sententiam sunt detortæ: est ergo conclusio, quæ revera *ex nostris rationibus*, ex nostris sumtionibus, *non consequitur*. Confer quæ de Μεταπίπτουσι, seu *Variante Ratione*, ad vers. 1. monui. De eodem usu pronominis αὐτῶν, pro ἡμῶν, Polybio familiari, vide, si lubet, Lexicon nostrum Polybianum, in voce Αὐτὸς, num. 4.

Vers. 19. οὐδὲ κατ' ἡμᾶς συμβαίνει. Tacite hoc mutavit Vptonus; ac vereor, ne temere. συμβαίνοι dabant superiores editiones: videturque teneri potuisse, adeoque & debuisse, *potentialis modus*; nisi quis ad eam

eum faciendum opus fuisse putet adjecta particula ἄν, quam tamen & abesse haud incommode posse putaverim. — His scriptis intellexi, Vptonum, συμβάνει scribentem, adsentientes sibi habere tres nostros Parisinos codices.

Vers. 20. λαμβάνουσα τὰς μεταπτώσεις. „Pro λαμβάνουσα lego ὁ λαμβάνων. Nisi forte durissima sit ἀντίστασις, ac potius ἀναπλοῦσθαι, aut scriptura depravata.“ WOLFIVS. — „Scrib. λαμβάνουσα.“ MEINEK.

„Sententia est σολοικοφανὴς seu ἀναπλοῦς, ut Grammatici amant loqui; quod locutionis genus percrebro etiam apud probatissimos occurrit authores. Apud Homer. Iliad. β'. 350 sqq.

Φημὶ γὰρ οὐκ ἂν πατρίδος ἐπιμνησέμεν Κρονίωνα, &c.
ἐντροπάων ἐπιβάξ, ἀνάσιμα σήματα φάων.

Terent. Eunuch. Act. V.

Nos omnes, *quibus est alicunde objectus labor,*
omne quod est interea tempus, priusquam id rescitum
est, lucro est.

Objicit autem Stoicis Plutarchus καὶ σολοικισμοὺς ἀφ' ὧν ἄλλοι ἂν ἐσχυνθείημεν οὐκ ἄδηλοι.“ VPTON.

Vt videat Lector, quo pacto solœcismum & nescio quam ἀναπλοῦσθαν in Epicteti oratione hoc loco invenisse sibi visi sint viri docti; Wolfii versionem, quam religiose Vptonus tenuit, huc transscribam: *Est igitur & hujusmodi propositionum ratio, earumque mutatio & retractatio perquirenda: quæ is qui ejusmodi retractationes arripit, — — — occasionem præbet incogitantibus, &c.* Nempe λαμβάνουσα τὰς μεταπτώσεις, quæ manifesta ad λήμματα referuntur, ad hominem disputantem illi retulerunt. Lege versionem nostram; & omnia, puto, perspicua erunt. Sunt autem τὰ λήμματα λαμβάνουσα τὰς μεταπτώσεις *propositiones, quæ*, postquam a nobis concessæ sunt, subdole dein *in aliam sententiam detorquentur* ab adversario, ut aliud quid inde colligatur, quod ex eis, quæ nos concesseramus, minime consequitur. Conf. Not. ad vs. 1. de μεταπίπτουσι λόγοι. Quod ait ἢ τινι ἄλλῳ τοιούτῳ, sunt alia argumentandi genera, quibus præter legitimum & justum syllogismum utebantur sophistæ. Neque vero debeo dissimulare, illud λαμβάνουσα etiam doctum librarium codicis nostri pb. turbasse, qui superne inter lineas correctionem adnotavit hujusmodi λαμβάνων τις.

Vers. 21. ἐν τῷ τέλει τούτου μὴ παρὰ τὸ καθῆκον &c. „Dialecticam inprimis coluerunt Stoici. Ideoque Cicero de Divin. *Hoc vos Dialectici non facitis.*“ Adi Inſert. VII. 83. atque ibi vide Menagium. Perperam autem vir doctus: *Nonnulli tamen inter Stoicos Dialecticam contemſere; ut Seneca, Epictetus, Marcus Imperator.* Minime contempſere Dialecticam Epictetus & Marcus Imperator; (nam Senecam nihil moror;) ſed ad ſuos revocavere uſus. Vide infra cap. 17.“ VPTON. — Confer quæ ſupra ad verba περὶ καθήκοντος οὖσα. vers. 1. monita ſunt. Adde Baylium in Dict. art. *Chryſippe*, not. *M.*

Vers. 22. ἀναγναῖον γάρ ἐστιν ὅτε αἰτῆσαι. „ὁτὲ αἰτῆσαι, vel ἐνίοτε.“ Sic MEIBOMIVS; cujus Notam adferens Vptonus, probaſſe & ipſe videtur. Nempe vulgo ſic ſcribebant, γάρ ἐστιν, quaſi verbum ἐστὶν ad præcedens ἀναγναῖον pertineret; quod ſi ita ſtatuitur, itique ὅτε nude per ſe ſtare nequit, ſed ἐνίοτε requiritur. (Nam ὁτὲ, quod pariter propoſuit Meibomius, nil huc facit; nec enim aliter hoc, niſi duplicatum, ὁτὲ μὲν, ὁτὲ δὲ, uſurpatur.) Sed recte in ed. Ven. & in pac. ἔστιν penacute ſcribitur, ut cohæreant hæc duo ἔστιν ὅτε, vulgatiſſima formula, quæ *eſt quum*, i. e. *interdum*, *nonnunquam*, ſignificat; quam eamdem mox rurſus vſ. 24. habemus. Atque ita fit, ut, ex uſu ſermonis non minus pervulgato, verbum ſubſtantivum ad vocabulum ἀναγναῖον per ellipſin ſubintelligendum ſit.

Ibid. ὥσπερ ἐπιβάθραν τῷ ἐξῆς λόγῳ. „Hoc rectius intelligent ii, qui αἰτήματα γεωμετρικὰ apud Euclidem dixerunt.“ WOLFIVS.

Vers. 23. Πᾶσαν οὖν τὴν δοθεῖσαν παραχωρητέον. Nil variant libri; vide vero, ne τεθεῖσαν pro δοθεῖσαν ſit legendum.

Ibid. In fine hujus verſus, poſt verbum τίνα; vulgo hæc inſerebantur: περὶ τίνος ἡ συνήγορος; περὶ καθήκοντος, id eſt: *Qua de re deliberatur? de officio.* Quæ verba WOLFIVS in verſione uncis incluſit; in Notis vero monuit: „Videntur hæc verba aliunde irrepſiſſe nescio quomodo.“ — Vptonus, e codice quidem ſuo nihil monens, græca etiam in contextu uncis incluſit. Ego prorſus ejicere non dubitavi. Nempe in ora libri ſui aliquis iſta verba adſcripſerat ad vſ. 21. in memoriam ſimul revocans ea quæ initio hujus capitis vſ. 1. legun-

legantur. Agnoscunt tamen eadem verba tres nostri codices.

Vers. 24. *μενιτέον εἰς ἕξιν ἐπὶ τῆς τηρήσεως*; „*Permanendum in conservatione.* Fortasse *τήρησιν* appellat id quod concessum semel fuit. Sed quid si legatur *ἐπὶ τῆς ἕξεως*; *est-ne in eo perseverandum quod dixeris?*" WOLFIUS. — „*ἐπὶ τῆς τηρήσεως, in suppositione.* Vide Petavium ad Synesium. p. 23." VPTON. — *Pag.* 22. scribere voluit Vptonus; nempe ibi PETAVIUS (quod & in Notis commemoravit suoque calculo probavit idem Vpton.) sic scripserat; „Est autem *τηρεῖσθαι*, quod Dialectici dicere solent, *supponi*; & *τηρεῖν*, *supponere*, ac *in suppositione permanere.*" — Cujus significationis duo exempla adfulit idem Synesii interpres; alterum ex his ipsis Epicteti verbis, in quibus versamur; alterum ex Eusebii Præp. Evang. ex Procem. lib. XI. ubi de Platone loquens, quem plurima in Philosophia verissime pronunciasse ait, his verbis utitur: *τετηρῆσθαί μοι, τὸ μὴ πάνυ ἐπιτυχῶς εἰρῆσθαι τῷ ἀνδρὶ, εἰ καὶ τἀληθέστατα αὐτῷ σὺν ἀληθείᾳ ἐκπεφώνηται.* At in his quidem Eusebii verbis *τηρεῖν* non *supponere* significat; sed *observare ac retinere*, ut interpres vertit, vel nude, *tenere*, *tueri*. Et omnino: aliud est, *supponere*; aliud, *in suppositione manere*. *Supponere*, est *τιθέναι*, aut *λαβεῖν*; suppositionem (aut ea quæ ab alio posita concessimus) *tenere*, *tueri*, in suppositione *permanere*, denique omnino quamcumque enunciationem aut sententiam *tenere*, *tueri*, *defendere*, id vero est *τηρεῖν* & *ἡ τήρησις*." conf. II. 19, 2 & 4 sq. In Synesii vero verbis, ad quæ refertur illud Petavii monitum, *τηρεῖν* denotat *tueri* statum, gradum, dignitatem conditionem. Agitur enim de Præceptoris conditione & existimatione adversus æmulum *tuenda*. In *ἐπὶ τηρήσεως* nil mutant libri nostri. Pro *εἰς ἅπαν*, duabus vocibus, *εἰς ἅπαν* scribit pc. Pa. vero in textu quidem *εἰς πᾶσαν*, sed idem in ora *εἰς ἅπαν*.

Vers. 25. *ἀπαχθήναι*. *ἀπαχθῆναι* pc. minus recte.

Ibid. πρὸς τοῦτον οὐ συγκαθήσει ἔτι. Recte cum interrogatione hæc scripsit Vptonus, monente Salmasio, quemadmodum Wolfius jam fecerat in versione.

Vers. 26. *λόγῳ χρηστικὸς*. „Noster codex *λόγων*." VPTON. Nil mutant libri nostri. Ac recte sane *λόγῳ* scribitur. *λόγῳ χρηστικὸς*, *qui scit ratiocinatione uti, arte ratiocinandi valens, disputandi peritus.*" Paulo ante, pro *καὶ τὶς ἔτι ἄλλος*, habet *καί τὶς ἄλλος ἔτι* pc. *Ibid.*

Ibid. δεῖσθαι ἐρωτήσει. „Desideratur ἂν, ut sit δεῖσθαι ἂν ἐρωτήσει." MEIBOMIVS: cujus Notam *Salmasio* tribuit Vpton. Mihi nullo incommodo abesse posse praepositio visa est.

Ibid. καὶ νῦ Δία. Caret καὶ pc.

Vers. 27. τοῦ μὴ εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχεν ἀναστρέφεσθαι ἐν λόγῳ. Vulgo edebatur τοῦ μὴ εἰκῇ καὶ φιλόσοφον καὶ ὡς ἔτυχεν. Vnde: „Fortassis ἀφιλοσόφως, *inerudite.*" WOLFIVS. — „Dele καὶ φιλόσοφον. Vide supra [vs. 3.] τοῦ μὴ εἰκῇ, μηδ' ὡς ἔτυχεν, ἐν ἐρωτήσει καὶ ἀναστρέφεσθαι." SALMASIVS. — „Confirmat noster codex emendationem Salmasii, omissis voculis καὶ φιλόσοφον post εἰκῇ, quae constructionem & sensum perturbant." VPTON. — Iis auctoritatibus obsecutus Vptonus, verba illa e contextu eliminavit; in cujus ratione & nos adquievimus. Videndum tamen, ne satis futurum fuerit, mollius adhibere remedium, quod MEIBOMIVS suaserat, τὸν φιλόσοφον pro καὶ φιλόσοφον scribere jubens. Verba haec cum olim editis agnoscunt libri nostri omnes; sed in pb. inter lineas a prima manu adnotatur emendatio, καὶ ἀφιλόσοφον. Fortasse ἀφιλοσόφως voluit emendationis illius auctor; quod ipsum Wolfius conjectaverat. Mox, pro ὡς ἔτυχεν, in pc. est ὡς ἔοικεν, sed altera scriptura ibidem in marg.

Ibid. καὶ πῶς ἔτι ἔστι τοιοῦτος. „Noster codex ἔστιν." VPTON. — ἔστιν habet & noster pb. Quam lectionem prope absum ut unice probandam censeam; cujus etiam vestigium superesse in vulgata scriptura videtur, cum ἔστι penacute, pro ἐστὶ, scribitur. Nisi quis praesens tempus hoc ipso tenendum statuerit, quod nonnihil insolentius, quam futurum, videri. Ac versu seq. certe in οἷός τε ἐστὶ consentiunt omnes. Sic & supra, vs. 26. Conf. ad l. 17, 28.

Vers. 28. Φυλάττειν οἷός τε ἐστὶ τὸ ἑξῆς. *Tenere id, quod cuique consequens est, valet.* Sic fere interpretanda illa verba putavi, quae, quemadmodum ex connexione disputationis intelligitur, respondent illis quae vs. praec. leguntur, μὴ εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχεν ἀναστρέφεσθαι ἐν λόγῳ. Vptonus cum Wolfio verterat, *suum sueri locum poterit?* Rectius, me judice, Schegkius: *id custodire potest quod ordo rationum postulat.*

Vers. 29. Τοῦτο διανοήσασθαι, καὶ παρέλιπεν τὰ διανοήματα ταῦτα πάντα, ὅτε καὶ ἦν καὶ ἀνωμάλως τῇ προλήψει τοῦ σπουδαίου. „In codice [edit.] Bas. ἦν ita notatur,

tatur, & ad oram ſcribitur εἶναι. Meibomius pro καὶ παρέλκει — — ἄτοπα, legit ὅτι παρέλκει — — καὶ ἄτοπα. Quid ſi legamus: Τοῦτο δεικνύτωσαν, παρέλκειν τὰ θεωρήματα ταῦτα πάντα, καὶ ἄτοπα εἶναι, καὶ ἀναπείθουσι τῇ προλήψει τοῦ σπουδαίου." VPTON. — Immo vero præclare vulgata habet, nullo modo ſolicitanda. *Oſtendant hoc: & ſupervacuæ ſunt iſtæ ſpeculationes omnes;* id eſt: *& ultro largiar, eſſe ſupervacuas* &c. Θεωρήματα ſi cum Wolfio & Vptono *præcepta* interpretari placeat, nihil impedio; & ſcio, Ciceronis etiam eſſe eam interpretationem, apud quem tamen rectius *percepta* legi, pridem monuere viri docti. Mihi h. l. *ſpeculationes* commodum vocabulum viſum erat. Quod in ora editionis Baſ. notatum eſt, εἶναι, id non ex ſcripto aliquo libro ductum, ſed ex conjectura & ingenio eſt editoris; quemadmodum reliqua omnia, quæ ſubinde in eadem ora notata habes. In tribus noſtris codicibus, poſt θεωρήματα levi puncto diſtinguitur oratio, & verba ταῦτα πάντα cum ſequentibus connectuntur.

Verſ. 30. ἐξεργαζόμενοι τὸν αὐτῶν λόγον. Vulgo omnes τὸν αὐτὸν λόγον. Vbi: „Fortaſſe τὸν ἑαυτῶν λόγον. *Non lucubrabimus expoliendæ noſtræ orationis cauſſa?* ut participium τελικῶς exponatur, ἀγρυπνήσομεν ἐξεργαζόμενοι, pro ἵνα ἐξεργαζώμεθα. Si quis converterit maluerit, *Eadem oratione expolienda ignaviam noſtram defendimus;* non impedio. Vt ſententia ſit: in ea diſputatione ignavos eſſe occupatos, ut perſuadeant, Dialectica non eſſe opus." WOLFIVS. — In eamdem cum Wolfio ſententiam τὸν αὐτῶν λόγων ſcribere juſſit Salmaſius. Et ego fidenter αὐτῶν correxi, & in contextum recepi. Vide Not. ad vſ. 18. Vptonus, vulgatum tenens, interpretatus eſt, *ut ipſam expoliamus rationem;* quod nec per ſe admodum placere poteſt, nec græca verba reddit: nam τὸν αὐτὸν λόγον non eſt *ipſam rationem, ſed eamdem rationem.* Oportuerat ſaltem αὐτὸν τὸν λόγον. — His ſcriptis, ipſum αὐτῶν diſerte expreſſum vidi in noſtro cod. pc.

Verſ. 31. μή τι τὸν πατέρα ἀπέκτονα; „Proverbialiter dicitur de re maxime flagitioſa. Sic Horat. [Epod. 3.]

Parentis olim ſi quis impia manus
ſenile guttur fregerit."

VPTON.

Ibid. Τί οὖν ἐποίησας; *Quid ergo feci, rogas?* Potius, τί οὖν ἐποίουν; *Quid ergo faciebam?* VPTON. — Quidni Epictetus sic quærere potuit, *Quid ergo feci?*

Vers. 32. Ἐπεί τοι τοῦτ' αὐτὸ. ἐπεί τοι e suo cod. & ms. Par. adoptavit Vptonus, pro nudo ἐπεί, quod olim edebatur. Et habent ἐπεί τοι omnes pabc. Mox pro αὐτὸ καὶ ἐγὼ, est αὐτό τε καὶ ἐγὼ in pc. Forsan αὐτό γε debuerat.

Ibid. Ῥούφῳ. „De Musonio Rufo vide supra ad I. I, 27.“ VPTON.

Ibid. τὸ παραλειπόμενον ἓν ἐν συλλογισμῷ. Voculam ἓν ex ed. Ven. & Bas. restitui, cum in Colonienſi & ſequentibus temere eſſet omiſſa. τὰ παραλειπόμενον ἓν idem fere eſt, ſed paulo ſignificantius, atque τὶ παραλειπόμενον, *aliquid*, proprie *illud quoddam, quod omiſſum erat.* εἷς, ἓν, pro τὶς, τὶ, ſæpe apud Polybium obſervavimus. In cod. ph eadem vocula ἓν, punctis nonnullis ſuperne impoſitis, ut delenda notatur; temere, & præter rem.

Ibid. Μὴ γάρ, ἔφην, τὸ Καπιτώλιον ἐνέπρησα; „Ita optime reſtituit noſter codex; pro quo alii Οὐχ οἷον μὲν, φημὶ, τὸ Καπιτώλιον κατέσκαψα. Cæterum, *Capitolium incendere*, pro atrociſſimo facinore a Romanis vulgo dicebatur. Cicero de Amicit. [c. 11.] *Etiamne ſi te in Capitolium faces ferre vellet?*“ VPTON. — Scriptura olim vulgata, Οὐχ οἷον μὲν φημὶ, quam quidem & codices tenent noſtri, ex interpretatione alterius originem cepiſſe videtur. Pro κατέσκαψα, quod in Ven. & Bas. erat, κατέσκαψας habet ed. Genev. & Col. pro quo κατέσκαψα reſcribere juſſit Salmaſius; & ſic rurſus dederunt ed. Cant. & Lond. Habent etiam κατέσκαψα noſtri codd. pab. Sed pc. in contextu κατεσκεύασα ponens, in ora ad Vptoni ſcripturam accedit, hæc notans: ἴσως· μὴ γὰρ ἔφην τὸ Καπιτώλιον ἐνέπρησα.

Vers. 33. ταῖς φαυλοτέραις ταῖς αὐτοῦ. „Pro αὐτοῦ.“ VPTON. — In vulgatum αὐτοῦ conſentiunt noſtri libri; ſed in pb. uterque impoſitus eſt ſpiritus.

Ibid. βλέπειν τὸ καθ' αὐτὸν καὶ οὐ καθ' αὐτόν. „Neſcio an non legendum ſit τὸ κατ' αὐτὸν καὶ οὐ κατ' αὐτόν, ſcilicet λόγον, *ipſam logicam.* Sed ſuo fruatur lector judicio.“ VPTON. — Immo vero, quid ſit τὸ καθ' αὐτὸν καὶ οὐ καθ' αὐτόν, perſpicue intelligitur ex eis quæ vſ. 18 ſq. leguntur. Et vulgatum recte tenent libri omnes.

Ibid.

Ibid. τούτων δ' οὐδέν. De particula δὲ, a qua coeperat periodus, repetita in apodosi, dixi ad I. 6, 24.

CAPVT VIII.

Tit. Ὅτι αἱ δυνάμεις. „*Facultates*, artem disserendi & dicendi potissimum intelligo: quæ, ut hominis studiosi egregia & ornamenta & instrumenta sunt, ita sine solida eruditione & virtute arrogantes & negligentes efficiunt. ἡ γὰρ οἴησις ἀγωγὴ τῆς προκοπῆς ἐστιν, ut dicebat Bion. [apud Laërt. IV. 50.] Cum enim se tenere omnia falso persuasum habeant, addiscendi plura voluntatem abjiciunt; ut a plerisque novitiis magistellis & doctorculis fieri videmus." WOLFIVS. — Titulus iste ductus est ex vers. 8. hujus capitis.

Vers. 1. μεταλαμβάνειν ἐστὶ τὰ ἰσοδυναμοῦντα. τὰ ἰσοδυναμοῦντα sunt *quæ parem inter se vim habent*, ut Wolfius in versione posuit, vel *æquipollentia*, ut idem in Notis. Minus commode vero Vptonus *æquipollentes syllogismos* interpretatus est: nam aut ἀξιώματα nunc intelligi debent, id est, *enuncíata*, *propositiones*; aut ὀνόματα, *nomina*, *vocabula*, *termini*; aut rectius utrumque. Quam in partem Aristoteles, Analyt. Prior. lib. I. c. 42. ait: Δεῖ δὲ καὶ μεταλαμβάνειν ἃ τὸ αὐτὸ δύναται, ὀνόματα ἀντ' ὀνομάτων, καὶ λόγους ἀντὶ λόγων. (nam λόγοι ibi Aristoteli sunt quæ aliis ἀξιώματα, *propositiones*.) Verbum igitur μεταλαμβάνειν, quod *mutare* vel *variare* recte convertitur, de ea nunc mutatione intelligendum, quæ fit manente eadem sententia; non ut in μεταβολῇ illa & μεταπίπτει, de qua superiori cap. vs. 17 sqq. dictum est.

Ibid. τὰ εἴδη τῶν ἐπιχειρημάτων τε καὶ ἐνθυμημάτων. Ἐπιχείρημα est quodlibet genus *argumenti*, *quo adgredimur adversarium*; ut intelligitur ex Laërt. VII. 162. quem Vptonus in Ind. ad h. v. citavit. Præsertim vero rhetoribus usurpatum nomen, de *ratiocinationibus* vel *argumentationibus*, quibus oratores utuntur; de quibus vide Cic. de Invent. I. 34. Auct. ad Herenn. II. 2. Quinctil. V. 10. *Enthymema* est *imperfectus syllogismus*, ut mox vs. 3. ipse ait Epictetus. Sed & hoc pariter vocabulo rhetores magis, quam dialectici, utuntur; de quo Cicero consulendus, Topic. cap. 13 sq. & Quinctil. l. c. conf. Not. ad vs. 3. Ac mihi plane videtur Epictetus noster, cum ea disereret quæ hoc capite nobis Ar-

risanus conservavit, in eo fuisse occupatus, ut Rhetoricæ præcepta auditoribus suis traderet: quare hæc ipsa præcepta, de quibus dicere orsus est, mox vers. 3. a philosophorum & ab ipsorum dialecticorum disciplina distinguit, cum ait, philosophum, & eum qui in Dialecticis sit versatus, in his, de quibus nunc agitur, præcipuam quamdam facilitatem debere habere. Est autem probabile, atque ex ipsis his Dissertationibus, ab Arriano in nos propagatis, intelligitur, Epictetum pro more aliorum Philosophorum, qui scholam apertam habebant, non modo partes omnes Philosophiæ proprie dictæ, & in his Dialecticam, sed etiam Rhetoricæ præcepta auditoribus suis tradere solitum. Sed in Dialecticis quidem & Rhetoricis institutionibus brevis erat, & summa tantum capita rerum persequi consueverat, aut harum artium præcepta per alios tradenda suis auditoribus (sua tamen sub inspectione) curabat, ipse morum præcepta potissimum inculcare alumnis suis studens. conf. vs. 4 sqq. & adde quæ cum a nobis, tum a Wolfio notata sunt ad I. 26, 1. In Rhetoricis vero præceptis nunc fuisse occupatum, colligi videtur etiam ex his quæ vers. 7. leguntur; tum rursus ex Hippocratis & Platonis exemplo, quorum alter cum Philosophiæ studio, alter cum Medica arte eloquentiam conjunxerat.

Ibid. ἐν τοῖς λόγοις. ἐνθυμημάτων τῶν ἐν τοῖς λόγοις edd. cum nostro pe. Delevi articulum cum pab. & Vptoni codice. Verba ἐν τοῖς λόγοις incommode admodum in hac connexione Vptonus *in ratiocinationibus* interpretatus est: poteras *in disputationibus* intelligere, ut I. 7, 5. (ubi vide Not.) sed ob eam caussam, de qua proxime ante dixi, malui cum Wolfio magis generali verbo, *in disserendo*, convertere; quo & oratorum orationes, & philosophorum sermones disputationesque comprehenderentur.

Ibid. ἐκτοῖς μεταλαμβάνειν. Sic dare suum codicem & ms. Parisinum, docuit Vptonus. Quod cur non adoptarit vir doctus, pro vulgato ἕξεσι, quod ex editis ille tenuit, non video. Agnoscunt ἐκτοῖς duo Parisini pab. quod idem valet atque ἕξεσι: sed illud paulo rarius; quo minus credibile a librariis fuisse invectum, & in locum verbi usu triti substitutum. Verbo ἐκτοῖς eadem notione usus est Polybius II. 24, 17. XVII. 9, 8. cui scriptori, utpote & ipsi Stoicæ philosophiæ alumno, jam plures locutiones, paulo rariores aliàs, commu-

communes cum Epicteto vidimus, & complures dehinc observabimus. Neglexit pæne usum iustum verbi ἐπιτρέπει Henr. Stephanus in Thes. unum locum cum Budæo ex Laërt. V. 41. citans, ubi *suppetit* vulgo exponunt; sed & ibi commodissime *licet* interpretaberis.

Vers. 2. Εἰ ἐδανείσω &c. Eodem exemplo usus est I. 7, 16. & videtur fuisse unum ex eis, quibus vulgo uti consueverant in Stoicorum scholis.

Ibid. οὐχὶ ἐδανείσω μὲν. Exspectabam οὐχὶ δ' ἐδανείσω μὲν. Sed particulam illam ignorant libri.

Ibid. οὐκοῦν οὐ μὴν ἀφελεῖς μοι. — „Restituitur οὐκοῦν ex nostro codice." VPTON. — Nempe eam vocem, cum ignorarent superiores editiones, in contextum adscivit hic Editor. At, quod sequitur, οὐ μήν, non memini in conclusione ratiocinationis sic positum legere, nec ullo modo particulæ μὴν hic locum esse puto. Quare videndum, ne οὐ μὴ scriptum reliquerit Arrianus; quod, postquam per unius librarii incogitantiam omissa erat præcedens particula οὐκοῦν, ab alio scriba in οὐ μὴν temere sit mutatum. In pc. complura verba h. l. omissa sunt, nempe ab οὐχὶ ἐδανείσω usque τὸ ἀργύριον. Pb. cum edd. habet οὐ μήν, & ignorat οὐκοῦν. Pa. vero in contextu sic scribit, οὐκοῦν ὠφελεῖς μοι, in ora vero οὐ μὴν notavit, non ut adjiciendum ad οὐκοῦν, sed ut in illius locum substituendum. Ac fortasse simili ratione in Vptoni codice οὐκοῦν non ut jungendum cum οὐ μήν, sed ut huic scripturæ substituendum, notatum erat: quod quidem si constaret, ego ablegatis verbis οὐ μήν, levi mutatione οὐκ οὖν scribendum suspicarer.

Prolato iisto exemplo ratiocinationis, exspectasses dehinc monstrari, quo pacto salva sententia variis modis variari illa posset. Et haud dubie id ipsum hac eadem occasione ac disputatione ostendit demonstravitque suis auditoribus Epictetus. Sed eam partem sermonis Philosophi nostri (quæ nempe nihil memorabile, neque quidquam habebat, quod non in quavis schola eodem modo doceretur) literis nunc mandare noluit Arrianus, ad ea monita properans, quæ præceptis illis subjunxit Epictetus, & quorum præparandorum causa hunc introitum, qui illis occasionem dederat, brevi ac ipse Arrianus commemoravit.

Vers. 3. ἀναλὴς συλλογισμός ἐστι τὸ ἐνθύμημα. „Enthymema imperfectus est syllogismus;" quippe pars aliqua deest,

deeſt, facile ſupplenda. Ariſtot. in Prior. Analyt. [lib. II. cap. 27.] *Ἐνθύμημα μὲν οὖν ἐστι συλλογισμὸς ἐντελὴς ἐξ εἰκότων καὶ σημείων.* Et in Rhet. lib. I. c. 2. *enthymema* vocat *ῥητορικὸν συλλογισμόν.* Hinc apud Juvenalem, VI. 449. *curtum enthymema:* ſic mſſti; vulgo non ita recte, *curvum.*" VPTON. — Conf. Not. ad vſ. 1.

Ibid. γεγυμναμένος. Corrupte *γεγυμνασμένως* ed. Ven.

Verſ. 4. *Τί τοι οὖν οὐ γυμνάζομεν αὐτούς τε καὶ ἀλλήλους τὸν τρόπον τοῦτον; Cur ergo non & nosmet ipſos* (vel, *quisque ſe ipſum*) *& nos inter nos,* (vel, *alii alios mutuo*) *hoc modo* (vel, *in hoc genere*) *exercemus? „Αὐτούς τε καὶ ἀλλήλους. Et nos ipſos, & alii alios.* Fortaſſis ἄλλους. Videtur Epictetus ab aliquibus reprehenſus, quod ſuos auditores in Dialecticis minus exerceret. Reſpondet igitur: ſe, ob auditorum ignaviam, omiſſis minus neceſſariis, ea urgere potiſſimum, quæ non tam ad decus & ornamentum faciant, quam ea quæ ad verum judicium de rebus & [ad] animi tranquillitatem requirantur." WOLFIVS. — Pro *καὶ ἀλλήλους,* in quod edd. & mſſti conſentiebant, Wolfii conjecturam *καὶ ἄλλους* in contextum recepit Vptonus, & in Notis: „Ita repoſui, ait, monente Wolfio; & ſenſu poſtulante." — Idem Editor ſua auctoritate *αὐτούς τε* in *κἀυτοῦς τε* mutavit: ἄλλους, pro ἀλλήλους, cum Wolfio probaverat etiam Meibomius. Ego *αὐτούς τε,* quod idem ac *ἑαυτούς τε* valet, haud cunctanter e ſuperioribus edd. reſtitui, cum quibus conſentiunt pac. unus tamen pb. *αὐτοῦς τε* habet. De ἄλλους, tenerem ne hoc, e Wolfii conjectura ab Vptono editum, an ἀλλήλους reſtituerem, nonnihil dubitaveram, quum & de ſententia verborum perſpecte commentatus eſſe Wolfius mihi videretur, & intelligerem quam facile ἄλλους & ἀλλήλους permutare inter ſe potuerint librarii; cujus confuſionis exemplum apud Polyb. notavimus ad VI. 57, 3. conf. Adnot. ad eundem Polyb. IV. 53, 5. Mox vero plane perſpicere mihi viſus ſum, nihil opus fuiſſe iſta novatione, & reſtituta librorum omnium lectione ſalvam conſtare verbis ſententiam. Nempe verbum *γυμνάζομεν* interrogative in præſente indicativi, ſignificatione futuri vel ſubjunctivi, ſimili quadam ratione poſitum eſt, atque illa verba, *ἀντεκτησόμεθα* & *ἀπερχόμεθα,* I. 2, 25. Et intelligi debet iſta interrogatio ab auditoribus objecta; ſive, quod eadem redit, ab Epicteto ſibi nomine auditorum objecta. *Quidni ergo & nos*

non ipsos & mutuo nos inter nos exercemus in hoc genere? (sive *exercemur* malueris, aut *exercebimus?*) Id est: *cur tu, Epicrate, tam leviter hæc tractas, & a nobis etiam abiter vis tractari? Cur tu non vis, cur tu nobis non commendas, ut diligenter in hoc genere nos inter nos & se ipsum quisque exerceat.* De discipulorum mutua inter se in Dialecticis exercitatione confer quæ breviter monet II. 21, 19. hunc ipsum locum nonnihil illustrantia.

Vers. 5. Ὅμως δ' οὐδὲν ἐπιδίδομεν εἰς τελειοφρονέστερον. *nihil in virtute proficimus.* Amat hoc optimus æquissimusque Epictetus, ut, ubi gravius quodammodo accusat reprehenditque auditorum suorum in virtutis studio socordiam, verbo utatur in prima personæ pluralis, quæ partem veluti culpæ in se suscipiendo, molliat reprehensionis severitatem. Conf. II. 19, 33 sq. & I. 9, 19. I. 10, 8. &c. Particulam δὲ post ὅμως, quam ignorant alii, ex nostro pc. recepi. Initio hujus versus, μὴ ante γυμναζόμενοι perperam omittit pb.

Vers. 6. Τί οὖν χρὴ προσδοκᾶν &c. „Pendet oratio, usque ad ἐν αὐτῇ. [in fine vs. 8.] Nota καὶ μᾶλλον δ' ὅτε &c. ὅτε καὶ ἐν τῷ &c. Hæc autem inclusive: (μεγάλη &c. usque ad προσλάβοι·) Paulo supra, οὐχ ἡ τυχοῦσα; erotematice." VPTON. — Mihi vero nec pendere oratio videtur, sed satis bene procedere, prout vulgata distincta est. Neque in reliquis, quæ hic monuit Vptonus, satis perspicio, quid secutus sit vir doctus.

Ibid. ὅτε νῦ μόνον ἀσχολία τις ἐκ τῶν ἀναγκαιοτέρων αὐτῇ προσγένοιτ' ἄν. „Pro αὐτῇ προσγένοιτ' ἄν malim ταύτῃ, *hoc pacto*." VPTON. — Videri utique poterat incommodi nonnihil inesse in vulgata lectione: sed illud incommodum vereor ne non levetur emendatione ab Vptono proposita; & ne per se quidem satis nunc placet ταύτῃ, *hoc pacto*, in ista connexione. αὐτῇ si teneas, referetur hoc pronomen ad ταύτην τὴν ἀσχολίαν, de qua superius dictum; quod ipsum vocab. ἀσχολία, ubi iterum ponitur, paulo diversa notione accipi debebit ab ea quam priori loco habebat, ut hæc sit sententia: *& præsertim, quoniam cum illa occupatione commoda foret non solum abstractio quædam* (vel *impedimentum*) *a rebus magis necessariis, verum etiam aliqua materia.* Videndum vero, ne commodius αὐτῇ in nominativo scribatur, quod ipsum pariter ad ταύτην τὴν ἀσχολίαν referendum, hac sententia: *præsertim*

Ibid. Τί οὖν ἐποίησας; *Quid ergo feci, rogas?* Potius, τί οὖν ἐποίησα; *Quid ergo feci?*" VPTON. — Quidni Epictetus sic quærere potuit, *Quid ergo feciſti?*

Verſ. 32. Ἐπεί τοι τοῦτ' αὐτὸ. ἐπεί τοι e ſuo cod. & ms. Par. adoptavit Vptonus, pro nudo ἐπεί, quod olim edebatur. Et habent ἐπεί τοι omnes pabc. Mox pro αὐτὸ καὶ ἐγώ, eſt αὐτό τε καὶ ἐγὼ in pc. Forſam αὐτό γε debuerat.

Ibid. Ῥούφῳ. „De Muſonio Ruſo vide ſupra ad L. I, 27." VPTON.

Ibid. τὸ παραλειπόμενον ἓν ἐν συλλογισμῷ. Voculam ἓν ex ed. Ven. & Baſ. reſtitui, cum in Colonienſi & ſequentibus temere eſſet omiſſa. τὸ παραλειπόμενον ἓν idem fere eſt, ſed paulo ſignificantius, atque τὶ παραλειπόμενον, *aliquid*, proprie *illud quoddam, quod omiſſum erat.* εἷς ἓν, pro τὶς, τὶ, ſæpe apud Polybium obſervavimus. In cod. ph. eadem vocula ἓν, punctis nonnullis ſuperne impoſitis, ut delenda notatur; temere, & præter rem.

Ibid. Μὴ γὰρ, ἔφην, τὸ Καπιτώλιον ἐνέπρησα; „Ita optime reſtituit noſter codex; pro quo alii Οὐχ οἷον μὲν, Φημὶ, τὸ Καπιτώλιον κατέσκαψα. Cæterum, *Capitolium incendere*, pro atrociſſimo facinore a Romanis vulgo dicebatur. Cicero de Amicit. [c. 11.] *Etiamne ſi te in Capitolium faces ferre vellet?*" VPTON. — Scriptura olim vulgata, Οὐχ οἷον μὲν Φημὶ, quam quidem & codices tenent noſtri, ex interpretatione alterius originem cepiſſe videtur. Pro κατέσκαψα, quod in Ven. & Baſ. erat, κατέσκαψας habet ed. Genev. & Col. pro quo κατέσκαψα reſcribere juſſit Salmaſius; & ſic rurſus dederunt ed. Cant. & Lond. Habent etiam κατέσκαψα noſtri codd. pab. Sed pc, in contextu κατεσκεύασα ponens, in ora ad Vptoni ſcripturam accedit, hæc notans: ἴσως· μὴ γὰρ ἔφην τὸ Καπιτώλιον ἐνέπρησα.

Verſ. 33. ταῖς Φαυſτείναις ταῖς αὐτοῦ. „Pro αὐτοῦ." VPTON. — In vulgatum αὐτοῦ conſentiunt noſtri libri; ſed in pb. uterque impoſitus eſt ſpiritus.

Ibid. βλέπεις τὸ κατ' αὐτὸν καὶ οὐ κατ' αὐτόν. „Neſcio an non legendum ſit τὸ κατ' αὐτὸν καὶ οὐ κατ' αὐτόν, ſcilicet λόγον, *ipſam logicam.* Sed ſuo fruatur lector judicio." VPTON. — Immo vero, quid ſit τὸ κατ' αὐτὸν καὶ οὐ κατ' αὐτόν, perſpicue intelligitur ex eis quæ vſ. 18 ſq. leguntur. Et vulgatum recte tenent libri omnes.

Ibid.

Ibid. τούτων δ' οὐδὲν. De particula δὲ, a qua coeperat periodus, repetita in apodosi, dixi ad l. 6, 24.

CAPVT VIII.

Tit. Ὅτι αἱ δυνάμεις. „*Facultates*, artem disserendi & dicendi potissimum intelligo: quæ, ut hominis studiosi egregia & ornamenta & instrumenta sunt, ita sine solida eruditione & virtute arrogantes & negligentes efficiunt. ἡ γὰρ οἴησις ἐγκοπὴ τῆς προκοπῆς ἐστιν, ut dicebat Bion. [apud Laërt. IV. 50.] Cum enim se tenere omnia falso persuasum habeant, addiscendi plura voluntatem abjiciunt; ut a plerisque novitiis magistellis & doctorculis fieri videmus." WOLFIVS. — Titulus iste ductus est ex vers. 8. hujus capitis.

Vers. 1. *μεταλαμβάνειν ἐστὶ τὰ ἰσοδυναμοῦντα. τὰ ἰσοδυναμοῦντα* sunt *quæ parem inter se vim habent*, ut Wolfius in versione posuit, vel *æquipollentia*, ut idem in Notis. Minus commode vero Vptonus *æquipollentes syllogismos* interpretatus est: nam aut ἀξιώματα nunc intelligi debent, id est, *enunciata*, *propositiones*; aut ὀνόματα, *nomina*, *vocabula*, *termini*; aut rectius utrumque. Quam in partem Aristoteles, Analyt. Prior. lib. I. c. 42. ait: Δεῖ δὲ καὶ μεταλαμβάνειν ἃ τὸ αὐτὸ δύναται, ὀνόματα ἀντ' ὀνομάτων, καὶ λόγους ἀντὶ λόγων. (nam λόγοι ibi Aristoteli sunt quæ aliis ἀξιώματα, *propositiones*.) Verbum igitur *μεταλαμβάνειν*, quod *mutare* vel *variare* recte convertitur, de ea nunc mutatione intelligendum, quæ fit manente eadem sententia; non ut in *μεταβολῇ* illa & *μεταπτώσει*, de qua superiori cap. vs. 17 sqq. dictum est.

Ibid. τὰ εἴδη τῶν ἐπιχειρημάτων τε καὶ ἐνθυμημάτων. Ἐπιχείρημα est quodlibet genus *argumenti*, *quo adgredimur adversarium*; ut intelligitur ex Laërt. VII. 162. quem Vptonus in Ind. ad h. v. citavit. Præsertim vero rhetoribus usurpatum nomen, de *ratiocinationibus* vel *argumentationibus*, quibus oratores utuntur; de quibus vide Cic. de Invent. I. 34. Auct. ad Herenn. II. 2. Quinctil. V. 10. *Enthymema* est *imperfectus syllogismus*, ut mox vs. 3. ipse ait Epictetus. Sed & hoc pariter vocabulo rhetores magis, quam dialectici, utuntur; de quo Cicero consulendus, Topic. cap. 13 sq. & Quinctil. l. c. conf. Not. ad vs. 3. Ac mihi plane videtur Epictetus noster, cum ea disereret quæ hoc capite nobis Ar-

dicerent, *quotus quisque philosophus simul & pulcer & philosophus fuit?* ut vertit Schegkius.

Ibid. καὶ καλὸς ἦν καὶ φιλόσοφος. Ferri hoc utcunque potest, quamquam et inutiliter frigideque repetitum. sic est vocab. φιλόσοφος, & omissum ἰσχυρὸς, quod ex ratiocinationis connexione hoc loco exspectaveris. Quare videndum, ne vulgata scriptura oscitantiae librarii alicujus ortum debeat, & ἰσχυρὸς, non φιλόσοφος h. l. scripserit Arrianus. Nihil vero mutant libri nostri, nisi quod καὶ post καλὸς ἦν omittit pc.

Vers. 14. Ἄγε, εἰ δ' ἐγὼ φιλόσοφος ἦμην. Modeste expressum: si is ego essem, quem vos me perhibetis, & vulgo homines me perhibent. conf. cap. 9, 12. Scripturam quod attinet, Ἄγε εἰ δ' ἐγὼ recte dedit editor Genevensis, quod tenuere sequentes. ἄγε δ' ἐγὼ ed. Ven. & Bas. Quare post ἦμην asteriscum posuit editor Basileensis; Wolfius vero εἰ δὴ ἐγὼ suspicatus est. ἀν, εἰ δ' ἐγὼ dabat Vptoni codex; — & eodem modo pc. Sed pab. ut ed. Ven.

Ibid. ἔδει ὑμᾶς καὶ χωλοὺς γενέσθαι. Conf. I. 16, 20. & I. 12, 24. not. In ora codicis nostri pb. est h. l. Adnotatio haec: Ὅτι παλληγὸς ἦν τὸ χωλὸς καὶ ἐχώλαινεν ὁ Ἐπίκτητος. καὶ τοῦτο μέμνηται καὶ ὁ Θεολόγος. Theologus ille, Gregorius Nazianzenus est; cujus huc spectat Epist. 64. ad Philagr. & Oratio in Julian. p. 37. ut monuit Fabric. Bibl. Gr. T. III. p. 258.

Vers. 15. ἀναιρῶ τὰς δυνάμεις ταύτας; „Noster codex ἀναιρεῖς. Objectio, cui Epictetus [respondet,] Μὴ γένοιτο. Confer autem lib. II. c. 23. in fine." VPTON. — Minus utique placet ἀναιρεῖς. Nostri codices vulgatum tenent. Loquendi formula in memoriam revocabit Novi Testamenti lectoribus illud Pauli Apostoli, ad Roman. 3, 31. νόμον οὖν καταργοῦμεν διὰ τῆς πίστεως; μὴ γένοιτο.

Vers. 16. τί ἐστιν ἀγαθὸν τοῦ ἀνθρώπου. ἀγαθὸν per se, pro τὸ ἀγαθὸν, non improbo. Sed in ista connexione, ubi adjicitur genitivus τοῦ ἀνθρώπου, necessario praemittendum articulum putaverim, legendumque τί ἐστιν τἀγαθὸν τοῦ ἀνθρ.

Ibid. καὶ προαίρεσις φαντασιῶν. „Certum visorum institutum. Alias τὴν χρῆσιν τῶν φαντασιῶν appellat, usum visorum: ut quamque rem talem judicemus, qualis ipsa est. Facilius hoc intelligeretur, si verum judicium & aequanimitatem dixisset." WOLFIVS. — Commodius utique I. 20, 15, dixit: ὕλη δ' ἀγαθοῦ, χρῆσις εὐ τῶν φαντα-

φαντασιῶν. Rursusque II. 1, 4. ἡ οὐσία τῶν ἀγαθῶν ἐστιν ἐν χρήσει φαντασιῶν. Nec vero improbo quod ait τοῦ προαιρεσις. Nam eodem modo percommode I. 29, 1. ait οὐσία τοῦ ἀγαθοῦ, προαίρεσις ποιά· τοῦ κακοῦ, προαίρεσις ποιά. cf. I. 18, 8. Sed quo pacto *Bonum hominis* dicat τοιὰν προαίρεσιν φαντασιῶν, non satis me perspicere fateor: nisi simili ratione dictum sit atque illud, I. 20, 5. ubi τὸν λόγον ait esse σύστημα ἐκ τοιῶν φαντασιῶν. Sed id ipsum quale sit, haud satis liquet; & ibidem proxime ante dixerat, ὁ λόγος ὑπὸ τῆς φύσεως πρὸς εἴληπται πρὸς χρῆσιν φαντασιῶν οἵαν δεῖ. Itaque videndum putavi, ne hoc loco Arrianus scripserit, τοιᾷ προαιρεσις χρηστικῇ τῶν φαντασιῶν, aut τοιᾶ προαιρεσις τῆς χρηστικῆς δυνάμεως τῶν φαντασιῶν, aut denique τοιᾶ προαιρεσις καὶ χρῆσις τῶν φαντασιῶν. Neque vero definire quidquam ausim.

CAPVT IX.

De Argumento hujus Capitis conf. supra cap. 3.

Vers. 1. ὅτι Κόσμος. „Cicero Tusc. lib. V. [c. 37.] *Socrates cum rogaretur, cujatem se esse diceret; MVNDANVM, inquit. Totius enim mundi se incolam & civem arbitrabatur.* Vide & de Leg. I. 23. Plutarchus περὶ Φυγῆς, p. 600. Ὁ δὲ Σωκράτης βέλτιον, οὐκ Ἀθηναῖος, οὐδὲ Ἕλλην, ἀλλὰ Κόσμιος εἶναι φήσας. Sic de eo Diogenes; vide ad III. 24, 56. Vide quaque ad II. 5, 26." VPTON. — Paulo ante, pro αἰτεῖν, αἰτήσας maluerat Meibomius, nulla urgente necessitate. Idem κοσμικὸς, pro κόσμιος suspicatus erat; vidit tamen, mox vs. 6. rursus κόσμιος scribi.

Vers. 2. Διαφέρ γὰρ λόγες Ἀθηναῖων. Sic recte ed. Veu. & Bas. In Genevensi vero, cum ad scripturae propendium, quo particula γὰρ in ed. Bas. designabatur, animum non intenderent operae, nec editor ipse, δὲ pro γὰρ esse expressum, quod temere tenuit Colonienſis & sequentes editores, atque ipse etiam Vptonus. Nec semel is error admissus, qui recurrit hoc eodem cap. vs. 22. tum I. 20, 15. I. 24, 19. II. 4, 2. quibus duobus posterioribus locis adnotavit etiam Vptonus, δὲ pro γὰρ usurpari; quam facile se ipse docere potuisset, nonnisi per editorum incuriam loca ea illud invasisse: nonnumquam tamen & ipse, tacite quidem, correxit, & verum reposuit, ut I. 14, 13. II. 2, 24.

Vers. 3. ἢ ὅλων ὅτι. Vide not. ad I. 2, 30. & ad I. 7, 16. Possis ὅλον ὅτι etiam una voce efferre, ἢ ὁλοσότι, sed fere constanter in hac formula divisim scribunt omnes.

Vers. 4. τὸ σύστημα τὸ ἐξ ἀνθρώπων καὶ Θεοῦ. „Sic excudi oportebat. [Nempe in contextu Vptoni temere omissa erat præpositio ἐξ, errore ex edit. Cantab. & Londinensi anonyma propagato.] Laërt. in Zenone, lib. VII. 138. Κόσμος — — σύστημα ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ τῶν ἐν τούτοις φύσεων· ἢ σύστημα ἐκ Θεῶν καὶ ἀνθρώπων, καὶ τῶν ἕνεκα τούτων γεγονότων. Auctor libri περὶ Κόσμου, in initio: [cap. 2. ed. Batteux, p. 10.] Κόσμος ἐστὶ σύστημα ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ τῶν ἐν τούτοις περιεχομένων φύσεων. — — ἢ τῶν ὅλων τάξις τε καὶ διακόσμησις, ὑπὸ Θεοῦ τε καὶ διὰ Θεὸν φυλατ]ομένη.“ VPTON. — In illa definitione, quæ σύστημα ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς dicit *mundum*, σύστημα converti debebit *compositio*, *collectio*, *complexio*: in ea, quam Epictetus noster est secutus, commode *consociatio*, *communio*, *civitas* intelligetur id vocabulum; qua notione, de *societate civili*, passim apud Polybium usurpatum observavimus. Vide Lexic. Polyb. hac voce, num 2.

Vers. 5. μόνον ταῦτα. „Malim μόνα.“ WOLFIVS. — Nil necesse erat sollicitare vulgatam, in quam consentiunt libri. Frequenter apud quoslibet græcos scriptores adverbium illud sic positum invenies, ubi ad latini sermonis rationem adjectivum aliquis mallet. Vide Lexic. Polyb. h. v. & loca ibi citata. Conf. supra ad I. 6, 12. & infra, ad I. 12, 32.

Ibid. κοινωνεῖν — — τῷ Θεῷ τῆς συναναστροφῆς. „Pro τῆς συναναστροφῆς legit Salmasius τῇ συναναστροφῇ.“ VPTON. Latuit ergo Salmasium, eum illam Notam oræ sui libri inscriberet, usitatissima ac pene unice legitima constructio verbi κοινωνεῖν, cum dat. pers. & genitivo rei; cujus exempla ubivis occurrunt, & apud Polybium præsertim frequentia.

Ibid. κατὰ τὸν λόγον ἐπιπεπλεγμένα. „*Ratione implexa*, sive *implicita*, scilicet τῷ Θεῷ. Hoc est: *Mens & ratio societatem conciliat inter deos & homines.* Nam & Deus & homo a quibusdam ζῶον λογικὸν, hoc est, *anima* [*animal*, puto, scribere voluit] *rationis capax* definitur; & *Mundus*, *civitas atque communio Deorum & hominum.*“ WOLFIVS. — ἐπιπεπλεγμένος, *connexus*, *conjun-*

conjunctus, sociatus, cui commercium cum aliquo intercedit. Eadem notione nomen ἐπιτλοκὴ habes, II. 14, 28. quod ipsum & Polybio familiare. cf. Stobaei Ecl. Ethic. p. 182. ed. Canteri. De *rerum connexione* M. Anton. VI. 38. πάντα ἀλλήλοις ἐπιπέπλεκται, καὶ πάντα φίλα ἀλλήλοις ἐστί.

Vers. 7. ἱκανὴ παρέχειν ἐν ἀσφαλείᾳ διάγοντας εἶναι, καὶ ἀκαταφρονήτους. „Sic noster codex: ceteri διάγοντας καὶ ἀκαταφρονήτως." VPTON. — Nec vero deterior vulgata videtur: nam & carere possumus verbo εἶναι, & ἀκαταφρονήτως haud incommode cum ἐν ἀσφαλείᾳ connectitur. Vptoni codici adstipulatur noster pb.

Ibid. τὸ δὲ τὸν Θεὸν. Sic pb. cum edd. τὸν δὲ τὸν Θεὸν pa. τὸν δὲ Θεὸν pc.

Vers. 8. Καὶ πόθεν φάγω, φησί; „*At unde edam?* inquit. τὸ φησὶ referatur ad personam adversarii, qui præceptis Epicteti refragatur, aut certe non plane acquiescit." WOLFIVS. — „Vide ad I. 4, 9." VPTON. — Quis sit, quem nunc id *dicere* ait, intelligitur ex vs. 19. nempe unus & alter e suis auditoribus.

Ibid. μηδὲν ἔχων. μὴ ἔχων pc.

Ibid. πῶς οἱ δοῦλοι, πῶς οἱ ἐμπόροι. „Confer lib. III. c. 26. in initio." VPTON.

Ibid. οὐκ ἐπιλείπουσιν αὐτοὺς τροφαί. „Noster codex αὐτοῖς." VPTON. — Sic & pb. Nihil interest.

Vers. 9. τὸν δὲ φιλόσοφον ἡμῖν δεῖσαι ὅλους θαῤῥοῦντα καὶ ἐπανακαινούμενον ἀποδημεῖν. Incertus aliquando hæseram, quid esset quod de *peregrinatione philosophi* dicit. Primum cogitare cœperam de nescio qua peregrinatione Philosophorum, quam Vptonus memoravit ad I. 4, 41. Animum tunc advertit interpretis Teutonici ratio, qui de Philosopho interpretatur in exilium ejecto. Sed iterum iterumque relegens hanc disputationem intellexi, *philosophum*, quem nunc dicit Epictetus, esse *juvenem philosophum, philosophiæ studiosum*, qui *studiorum caussa peregrinatur;* (conf. Not. ad I, 4, 21.) denique eosdem e suis auditoribus hic designare Epictetum, quos *de vita sustentationis solicitos* modo dixerat, vs. 8. rursusque dicit vs. 22. nempe qui, ob rem angustam domi, non habent aliena in terra unde sumtus faciant; qui adeo, quum *ipsi sui curam gerere* possent deberentque, ut ait hoc ipso vs. 9. (i. e. cum honesto labore modicum victum, veluti olim Cleanthes, parare sibi possent,) *alios confidere, in aliorum gratia adquiescere* malunt; itaque

ad *humilia* & *abjecta consilia* se abjicientes, (vs. 10.) adulantur, invident, admirantur, expaveſcunt. vs. 20 ſq.

Ibid. αὐτὸν αὐτοῦ. Sic Vpt. cum anon. Lond. & codd. pabc. Minus *commode* αὐτὸν αὐτῷ editt. vett. In pa. primum fuerat αὐτὸν αὐτοῦ, non male. Paulo poſt, in αὐτὸ αὐτῷ conſentiunt omnes. Mox in pa. deeſt καὶ poſt καταλλήλων.

Verſ. 10. Ἐγὼ μὲν οἶμαι. „*Ego quidem cenſeo, ſi doctrinam hanc de cognatione, quae vobis cum Deo communis eſt, perſuaſam habuiſſetis, &c.*“ VPTON.

Ibid. ἔδει καθῆσθαι τὸν πρεσβύτερον. „*Oportebat ſedere ſeniorem.* Sic ſe ipſum appellat, modeſte praeceptoris nomen diſſimulans.“ WOLFIVS. — Mox rurſus Praeceptoris nomen declinat vſ. 12. Iſto vero nomine ὁ πρεσβύτερος vulgo in Stoicorum ſcholis videtur adpellari ſolitus praeceptor. Vide Laërt. VII. 182. Alibi. γεράσιον dicit Noſter, de ſe loquens. II. 6, 23. Et γέρων χυλὸς, I. 16, 20.

Ibid. ὅπως μὴ ταπεινοφρονήσητε. „Sic cod. Ven. Baſ. & Sal. Poſteriores editiones ταπεινοφρονήσετε, quod rectius videatur, uti mox διαλογιεῖσθε.“ VPTON. — Nempe ταπεινοφρονήσετε operarum errore dedit ed. Genev. & Colon. quod in ταπεινοφρονήσητε mutavit editor Cantabr. & tenuit anonymus Londinenſis; & ſic etiam legi voluit Salmaſius. At legitime conjunctivum regit particula ὅπως; nec obſtat, quod διαλογιεῖσθε in indicativo ponitur, quoniam in futuro Medio conjunctivus non eſt in uſu. Ad illud verbum ταπεινοφρονήσητε hoc eſt Scholion in pb. ἀντὶ τοῦ, χαμαιρεῖ καὶ ταπεινὰ ἐνθυμήσητε.

Ibid. ἀγενεῖς. ἀγενεῖς pabc.

Verſ. 11. τὴν πρὸς τοὺς θεοὺς. τὴν πρὸς τὴν θεοὺς ed. Baſ. operarum errore; indeque ed. Gen. & Col. Hinc τὴν ante θεοὺς deletum volui Salmaſ. ſed τοὺς ex edit. Ven. recte reſtituit editor Cantab. Lond. & Vpt. Paulo ante perperam omittunt οἱ, poſt νέοι, pab.

Ibid. δεσμά τινα ταῦτα προσηρτήμεθα. „Concinnior ſententia videatur, ſi ταῦτα transferatur ad ὡς βάρη, hoc modo: δεσμά τινα προσηρτήμεθα, &c. ταῦτα ὡς βάρη &c.“ VPTON. — Equidem in vulgata adquieſcendum putavi.

Ibid. τὸ σῶμα, καὶ τὴν κτῆσιν αὐτοῦ, καὶ ὅσα τούτων ἕνεκα ἀναγκαῖα. „*Corpus, & poſſeſſionem ejus, & quae nobis ob illius neceſſitatem ſunt. Poſſeſſionem corporis* appellat

lat res quibus corpus indiget ut domicilium, vestes, cibum & potum, jumenta, servos, operas artificum, &c." WOLFIUS. Ita, *quæ illorum caussa necessaria sunt*, intelligenda erant subsidia quibus illa parantur: ut opes, potentia, solertia, amicorum gratia, & similia. conf. mox vs. 12.

Ibid. εἰς οἰκονομίαν καὶ ἀναστροφὴν τὴν ἐν τῷ βίῳ. „Vide ad III. 14, 7." VPTON. Nil mutant libri. Sed in pb. οἰκονομίαν ex correctione est, cum a pr. manu ποιησιν fuisset scriptum. Wolfius vertit: *ad constituendam rem familiarem & vitæ consuetudinem.* Vptonus: *ad dispensationem quandam, vitæque consuetudinem.* Poffis: *ad rerum in hac vita procurationem administrationemque.*

Ibid. καὶ ἀβάστατα. Vulgo ἅπαντα καὶ ἔχεσθαι, quod infirmius videri poterat, quam h. l. desideraffes. Vptoni codex, ut refert ipse in Notis, καὶ ἄστατα dabat, quod ex ἄχρηστα certe corruptum non est. Ego id substituendum putavi, e quo illud decussatum esse non dubitaveram. Idem est, quod mox ait οὐκέτι ἀνεχόμεθα. His scriptis, ipsum vocab. ἀβάστατα, quod in contextu jam reposueram, plane expressum in cod. pd. reperi.

Vers. 12. τὸν διδάσκαλον ὑμῶν καὶ παιδευτὴν, εἴ τις ἄρα ἦν. *præceptorem vestrum & institutorem, si quis modo esset*: id est, *si essem modo ego is, quem me esse vellem, & qui esse debeham.* Partem culpæ in se ipse suscipit, ut mox vs. 19. of. II. 19, 33 sq. & Not. ad I. 8, 5. ad I. 8, 14. & ad I. 9, 10. Nisi tamen malueris pronomen τις ad ἐγῶνα referre, quod Vptonus fecit, verba ista εἴ τις ἄρα ἦν sic convertens: *si modo quod certamen fuerit.* At nobiscum Wolfius facit: *Hoc certamen magistro vestro & præceptori, si quis esset.* In eamdemque partem interpretatus est Teutonicus interpres. Pronomen τις sic accipiendum, ut IV. 8, 39. & Enchir. c. 13. c. 48, 2. nec ita raro alibi.

Ibid. μετὰ τοῦ σωματίου τούτου ἀφανισθῆναι. „Ita Socrates apud Platonem in Phædone, & alibi." VPTON.

Ibid. Ante ἀναπαύσεις deest καὶ in pa. Abest vero & omnia post ἀναπαύσεις, quod nec in vett. edd. adest.

Ibid. συμπεριφερόμενοι τοῖς καὶ τοῖσδε. „His & illis obsequentes, seu morem gerentes. Significat, ob necessitates corporis potentiorum gratiam obsequiis molestiis

de philosopho parum digna esse enarrandam." WOLFIVS. — „Vide ad III. 14, 7. τὸ δὲ κατὰ συμπεριφοράν." VPTON.

Vers. 13. οὐκ διαφορὰ ταῦτα. „*Annon indifferentia ista sunt?* hoc est: μέσα, & per se neque bona neque mala, sed pro animo & prudentia utentis. Vide Tabulam Cebetis." VPTON.

Ibid. καὶ ὁ θάνατος οὐ κακός; „Videtur deesse οὐχί, ut sit θάνατος οὐχὶ οὐ κακός;" MEIBOMIVS. — At percommode etiam particula negans οὐκ, superiori quaestionis praepositae, ad hanc pariter, & ad sequentem καὶ συγγενὴς referri posse videtur. Poterant vero etiam verba haec, καὶ ὁ θάνατος & quae sequuntur usque ad ἀληθῆ δόξαν, positive accipi absque interrogatione; quemadmodum consentientibus nostris mastis in ed. Ven. factum, & deinde rursus in Gen. Col. Cant. Lond. Basileensis editor post κακός interrogandi signum posuerat, non post ἀληθῆ δόξαν. Vptonus utrobique illud signum posuit, Wolfii verionem secutus: cujus rationem & nos secuti sumus. Pro κακός; maluerim equidem κακόν; sed vulgatum constanter tenent libri.

Vers. 15. δοκοῦσί τινα ἔχειν τινὰ ἐφ' ἡμῖν ἐξουσίαν. „Qui videntur *aliquam in nos habere potestatem.* Fortasis ἐφ' ἡμᾶς: vel εἰς ἡμᾶς." WOLFIVS. — „Nihil fine codicibus muta; exempla sunt ubi ἐπὶ usurpatur cum dativo pro κατά. vide apud H. Steph." VPTON. — Nempe illud Aeschyli, ἐπὶ Θήβαις, *adversus Thebas*, & ex Thucydide ἐπὶ Φίλοις, ἐφ' ἡμῖν, pro κατὰ Φίλων, καθ' ἡμῶν, citavit H. Steph. Thes. T. I. col. 1210. sub finem. Ejusdem videtur generis esse illud Nostri, IV. 1, 86. οὓς (τυράννους) ἐφ' ἁπάντων (intelligo ἡμῶν) καθ' ἡμέραν ἔχομεν. Quae tamen exempla in isti, de quo agitur, similia sint, dubitari poterit. Nec vero eo magis, quam Vptonus, vulgatam hoc loco scripturam temere damnare equidem ausim.

Ibid. ἔφες δοξάσειν. Tacite hoc correxit Vpt. ut est in pab. δοξάσειν in indic. olim edebatur, & sic habet pc.

Vers. 16. Ἐμὲ δὲ ἐν τούτῳ λέγειν. Cum ἐν τῷ λέγειν olim legeretur, haec notaverat WOLFIVS: „*Ille vero in dicendo.* Verba ἐν τῷ nihil ad sensum faciunt. Fortasse αὐτοῖς, *eis*; discipulis scilicet: *ego respondere deberem.*" — Ad quae *Comes* SHAFTESBVRIENSIS sic monuit: „αὐτοῖς λέγειν Wolf. non ut aliàs feliciter; quia supra

pro ὑμῖν, & ὑμᾶς μὲν ἄρχεσθαι λέγειν &c. — Vulgus sanavit VPTONVS, ἀν τῷδε scribens; mox ἐκ τῷδε λέγειν, interea dicendum. Ita noster codex. Dubitavi olim, an non vox excidisset, & legendum ἀν τῷ μέρει, vicissim. Haec autem respondent iis quae praecedunt, [vers. 12.] ὑμᾶς μὲν ἄρχεσθαι &c. — Ab olim vulgata scriptura non recedunt codices nostri. Mox vero ὅτι, ante ἀνθρωποι, deest pr.

Ibid. Ἀνθρωποι, ἐκβήκεσθε τοῦ θείου. ὅταν ἐκεῖνος σημήνῃ &c. — „Cicero Tusc. Quaest. I. 30. *Vetat dominans ille in nobis Deus, injussu hinc nos suo discedere.* [*demigrare.*] In Cat. Maj. [c. 20.] *Vitam Pythagoras injussu imperatoris, id est Dei, de praesidio & statione* [*vitae*] *discedere.* Idem de Repub. *Quid mortis in terris? quin huc ad nos venire propera? Non est ita. Nisi enim, cum Deus hic, cujus templum est omne quod conspicis, istis te corporis custodiis liberavit, huc tibi aditus patere non potest.* [Ex Somnio Scipionis ductus iste locus, c. 3. ubi mox his verbis pergit: *Quare tibi & pro omnibus retinendus est animus in custodia corporis: nec injussu ejus, a quo ille est vobis datus, ex hominum vita migrandum est: ne munus humanum, assignatum a Deo, defugisse videamini.*] Haec autem in loco ὅταν ἐκεῖνος σημήνῃ idem est ac dicit I. 29, 29. ἐὰν δὲ σημήνῃ τὸ ἀναλυτικὸν, si receptui canetur. [Immo caneret, nempe *Deus*; nam & ibi, & locis mox citandis, τὸ ἀναλυτικὸν est accusativus casus.] Confer & III. 13, 13. III. 24, 91. III. 26, 29. Sic Marc. Antonin. III. 5. Ἀναστρεπτέον ἑαυτὸν, οὐκ ἐν ᾧ τις παραμένων, τὸ ἀναλυτικὸν ἐν τῷ βίῳ [ἄκλητος.] Vbi vide Gatakerum. Idem quoque lib. II. 17. Ἐπὶ πᾶσι δὲ τὸν θάνατον ἕλεῳ τῇ γνώμῃ παραμένοντα, ὡς ἄλλο τι ἢ λύσιν τῶν στοιχείων. ἐξ ὧν ἕκαστον ζώου συγκέκριται. Et lib. V. 33. Τί οὖν σὺ παραμένεις ἔτι τὴν αὐτῆς σβέσιν, εἴτε μεταστασιν; Quid ergo non placidus expectas vel extinctionem tui, vel demigrationem. Sic locus iste legendus videtur. Sed haec ex Platone desumta sunt. Vide Phaedonem p. 62. ed. H. Steph. ᵃ VPTON.

Ibid. ἀνάσχεσθε. ἀνέχεσθε pr.

Vers. 17. ὀλίγης ἔτι καὶ μικρᾶς οὔσης ἀπὸ τῆς σήμερον. Quatuor verba οὔσης ὁ σὸς οἶκος. desunt codicibus pr.

Ibid. ποῖος γὰρ ἔτι τύραννος. „Quis enim adhuc tyrannus? Vt vitae jacturam contemnere non adeo difficile sit; (etsi difficile sit) tamen per exquisitas cruciatus

tus necari horribilius esse videatur, quam ut ab ullo philosopho contemni & æquo animo ferri possit, præterquam a Christianis; cujus martyres admirabili & plus quam humana constantia tyrannorum sævitiam vicerunt. Non dissimile est Anaxarchi exemplum, qui, cum in mortario contunderetur, dixisse tyranno fertur: *Anaxarchi fuscum contundis: Anaxarchum enim non contundis:* ac demum, ne conscios nominaret, linguam præmordum in os tyranni exspuisse. WOLRIVS.

Vers. 19. ἕως μὲν ἐ κωλύσῃ. Vide ad I. 8, 5. & ad I. 8, 14. & hoc cap. ad vs. 12. Incommode pro ἕως δ' ἐ κωλ.

Ibid. ὄνον χορτανδήτην. Autorkute nostri codicis reposui ὄνος pro ὄν. Eodem modo χορτανδήτης usurpatur apud Lucian. cap. 6, 21. VPTON. — Perperam ὄνος supersticiosa editiones; & alio insuper errore χορτανδήτης ad ὕλην. & Bas. In veram scripturam cum Vptoni cod. consentiunt nostri tres.

Ibid. κλίσῃς revocavi ex ed. Ven. & sic codd. pbc. qui tamen jota subscribendum neglexere. κλαύσῃς ed. Bas. & seqq. cum pa. Conf. ad II. 16, 28.

Vers. 20. ἔχεσθαι ἥνιαν ἢ ὕδρα. „Exibis, scil. e vita. *aperta enim est janua*; ab ἀνοίγω." WOLRIVS. — Nempe, pro ἥνιαν, corrupte ἥνιαι scriptum erat in ed. Ven. & Bas. Correxit editor Genev.

„Eandem allusionem vide I. 24, 20. τὸ δὲ κεφάλαιον μέμνησο, [Nos orationem sic distinximus: τὸ δὲ κεφάλαιον μέμνησο,] ὅτι ἡ ὕδρα ἥνιαται. I, 25, 18. Καιρὸν παρέλαβον ἐν τῷ ἀνθρώπῳ· Αὖ μέτριον, μανθ. ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ ἐξέρχομαι. τοῦτο γὰρ ἐστ μανθάνειν καὶ πρακτέον, ὅτι ἡ ὕδρα ἥνιαται. II, 1, 19. Ἀκριβῶ μὴ λοιπὸν ἡ ὕδρα ἥνιαται. III. 8, 6. ἐστ τὴν ὕδραν ἥνιαται (ὁ Ζεύς). III. 13, 13. τὸ ἀναλυτικὸν περιαιρῶ, τὴν ὕδραν ἥνιαται. III. 22, 34. ἐστ ἡ ὕδρα κεφάλαιον, ἐστ ἔξοδον ἐκ τοῦ σώματος. Ad eandem rem Seneca de Provid. c. 6. *Amputandia cavi, ne quis vos teneret invitos. Patet exitus.* [Ep. Epist. 17.] *Sed si necessitates ultimæ incident, jaculatum exibit e vita, & molestus sibi esse desinet.* Epist. 24. *Vir fortis ac sapiens cum fugere debet vitam, sed exire.* Epist. 91. *Non sum quando intrandum intraturus, in quas ille legibus vivam. Pinnet? pavo. Non placet? quamdiu vis, vi.* Nec absimile illud Virgilianum: [Georg. III. 127.]

Nullus enim metus est nobis, nec janua Ditis

Plenius

Plenius apud Laertium VII. 130. *Ἐλλόγιμος τέ φασιν ἐξέλθειν ἑαυτὸν τοῦ βίου τὸν Σοφόν, καὶ ὑπὲρ πατρίδος, καὶ ὑπὲρ φίλων, κἂν ἐν σκληροτέρᾳ γίγνηται ἀλγηδόνι, ἢ τυράννου, ἢ νόσου ἀνιάτου.* M. Anton. III. 1. *Καὶ τοῦτο αὐτοῦ τοῦ, εἰ ἦν ἐξακτέον αὐτὸν, ἐφιστάνειν.* Vbi conf. Gatakerum. Cato apud Ciceronem de Fin. III. [c. 18.] *Sed cum ab his (quae secundum naturam sunt) omnia proficiscantur officia; non sine causa dicitur, ad ea referri omnes nostras cogitationes; in his & extessum e vita; & in vita manscionem. In quo enim plura sunt, quae secundum naturam sunt, hujus officium est, in vita manere: in quo autem aut sunt plura contraria, aut fore videntur, hujus officium est, e vita excedere. Ex quo apparet, & Sapientis esse aliquando officium, excedere e vita, cum beatus sit; & stulti, manere in vita, cum sit miser.* VPTON. — De eodem argumento confer, si lubet, quae congessit Lipsius in Manud. ad Stoicam Philos. lib. III. disert. 22.

Ibid. τοῦ ἔτι τόκος ἀκμῶνος; „Sic noster codex; alii ἀκμῶσι. Vtrolibet modo recte.“ VPTON. — In ἀκμῶνος consentit ph. & sic fortasse primum etiam fuerat in pa. & pc. ubi, erasa eo quod statim fuerat in fine vocis, ex correctione demum ος scriptum est.

Ibid. ἢ τοὺς ἐν ἀνάγκαις τεταγμένους. Cum nullum aliud adsit verbum, intelligendum e proxime praecedenti orationis membro fuerit *δεινώσει*: quod per se quidem ferri possit, sed ad id quod nunc hic agitur, & ad id quod sequitur de *iracundia*, & quod *nocere hi nobis posse videntur*, nullo modo aptum est. Quare vide, ne intercideri verbum, *φοβηθήσεται*, *δείσει*, *ἐμπεσεῖται*, aut aliud in eam sententiam, *timebit*, *metuet*, *expavescet*. Et enumerantur variae animi perturbationes, quibus se abripi patiuntur isti homines, *tristitia*, *lacrymae*, *adulatio*, *invidia*, *admiratio*; quibus ad extremum *metus*, ut videtur, adjungi debuit; cujus adfectus etiam deinde rursus meminit vs. 26. *Φοβούμεθα*, *δεδοίκαμεν*. *Φόβον* etiam supra mentionem fecit vs. 7.

Vers. 21. *τοῦτων οὐκ ἐπιστρεψόμεθα.* Olim *ἐπιστρεψόμεθα* edebatur, quod Wolfius interpretatus est, *eis non permittemus*. *ἐπιστρεφόμεθα* conjecisse Shaftesburiensem refert VPTONVS; & „confirmat (inquit) hanc lectionem noster codex.“ — Voluit autem puto *ἐπιστρεψόμεθα* dicere vir doctus; nam & ipse sic in contextu edi-

dit, & sic (in futuro tempore) vertendum ait, *non curabimus*: & hoc ipsum, *ἐπιστρεψόμεθα*, exhibent tres nostri codices. Eodem modo scribendum etiam monuerat Meibomius. Est autem admodum familiare Epicteto verbum hoc *ἐπιστρέφεσθαι*, ista notione constructioneque. Vide I. 7, 27. I. 22, 15. aliisque locis, in Indice colligendis.

Vers. 22. *πῶς γὰρ ἄλλως*; Particulam *γὰρ* ex ed. Ven. & Bas. revocavi, postquam in posterioribus perperam in *δὲ* esset mutata. Vide notata ad vs. 2. hujus capitis.

Ibid. ὅτι ἐστί. Leve est, nec tamen prætereundum; *ὅτι ἔστι* scribebatur non modo in edd. omnibus, sed & in codd. nostris pab. accentu verbi ad penultimam syllabam retracto. Unus codex pc. *ὅτι ἐστὶ* dedit.

Vers. 23. *Ἂν μοι λέγῃς &c.* „Verba sunt Socratis ex Platonis Apologia. Eadem repetit III. 1, 20.“ VPTON. — Non verba, sed sententiam fere eamdem habes in Apol. Socr. cap. 17. ed. Forster. p. 88 sqq.

Vers. 24. *ταύτην δ' ἀγνατελικτεῖν δεῖ ἡμᾶς.* „Noster codex interrogative, *δεῖ ἡμᾶς*; Sed potius cum ironia quadam legendum. Hunc locum autem examinat Gatakerus in Notis ad M. Anton. lib. VII. sect. 45. ubi vult, aut *δεῖ* illud inducendum, ut *τὸ ἀγνατελικτεῖν* ad *ἀξιοῦτε* referatur; vel posterius membrum *ἀρνητικωτέρως* enunciandum: quanquam etiam sic (inquit) suspensa maneret sententia.“ VPTON. — In scirpo nodum quæsivit doctus Antonini interpres. Verbum *δεῖ*, quod ei importunum visum erat, pendet ab eodem *ὅτι*, a quo pendet præcedens *δόξει*. Ad connexionem orationis non adtendentes librarii, interrogandi signum post *ἡμᾶς* posuere. Sic certe & pab. ut Vptoni codex; pariterque pc. in quo quidem alio etiam errore *ὑμᾶς* pro *ἡμᾶς* scriptum. De repetita particula *δὲ* vide Not. ad I. 6, 24.

Vers. 26. *Ἡμεῖς οὖν ὡς κοιλίαν &c.* „Nos; scilicet qui adeo sumus solliciti de victu & de rebus corpori inservientibus. Vide supra [vs. 8.] *πόθεν φάγωμεν*, & [vs. 19.] *πόθεν φάγητε*. Mox cum Meibomio forsan legendum *οὕτω φοβούμεθα*. Nota interea, *φοβούμεθα* & *ἐπιθυμοῦμεν* conjungi, uti apud Virgil. VI. [733.] *Hinc metuunt cupiuntque.* Quid vero, si pro *ὅτι* legas *ἔτι*, & paulo infra colloces? hoc modo: *οὕτω φοβούμεθα, ἐπιθυμοῦμεν ἔτι τοὺς* &c. Vbi conjunctivæ quædam particulæ desiderantur: sed id non sine elegantia quadam,

dam, præsertim in familiari colloquio. VPTON. — Mihi quoque nata suspicio erat, pro ὅτι utroque loco οὗτοι fortasse legendum. Sed, utcumque sit, ferendam vulgatam putavi, donec emendatiores codices certiora dederint. Particulam ἔτι equidem non desideraveram. Nihil in his mutant nostri libri. Initio versus, post Ἡμεῖς, particulam οὖν omittit pb.

Ibid. περὶ αὐτῶν διανοούμεθα, *de nobis cogitamus.* Pro αὑτῶν, quod erat editum, αὐτῶν scripsi, consentientibus tribus nostris codicibus. Valet autem αὐτῶν idem ac ἡμῶν αὐτῶν, ut apud Polyb. I, 3, 5. & alibi. Confer supra ad I. 1, 4. & infra ad I. 10, 8. & ad I. 12, 18. Sed vide rursus apud Nostrum I. 12, 17. & ibi not.

Vers. 27 *& seqq.* Ἐμέ τις ἤξιωσεν &c. „Hæc videntur ad alium pertinere locum: neque enim cohærent cum præcedentibus." VPTON. — Fuit quum & ego suspicarer, a superioribus hæc prorsus separanda esse, & cum eis, quæ sequuntur usque ad finem capitis, ad peculiare caput debuisse referri, cujus Titulus intercidérit, quem Περὶ Ἔλεου, aut in aliquam ejusmodi sententiam fuisse inscribendum suspicabar. At nunc quidem mihi videntur haud absurde hæc eadem superioribus subjungi, tamquam exempla a contrario (ut ajunt) petita, quibus id ipsum, quod superioribus Cohortatione inculcavit discipulis suis Epictetus, de *Abjicienda anxia Cura rerum ad sustentandam vitam pertinentium, & de Abjicienda Humilitate animi ex aliorum hominum gratia pendentis*, confirmare voluerit.

Vers. 28. βοηθῆσαί τι. Correxi errorem (βοηθῆναι) qui ex edit. Cantab. in Londinensem anonymam & in ipsam Vptonianam irrepserat. Pronomen τι deest pb.

Ibid. οὐχὶ ἐλεηθῆναι. Est notum Stoicorum præceptum, Sapientem non misereri; de quo vide Laërt. VII. 123. Lipsium in Introd. ad Stoic. Philos. III. 19. & Vptonum ad Nostri lib. I. 18, 2. At de illo quidem præcepto hic non agitur; quamquam & hoc loco javabit meminisse eorum, quæ ibi a viris doctis monita sunt. Conqueritur homo ille, quem Epictetus dicit, ita de se in epistola illa commendatitia Romam data locutum esse Epictetum, tamquam *miser* esset, aut *miserum* certe se ipsum eo putaret, quod ea conditione esset, quæ *misera* vulgo videretur: quod ipse quidem minime voluit,

init, neque concedere paratus est; bene scilicet quarus, in rebus externis, sicut nec verum hominis bonum, sic nec malum aut miseriam inesse. Denique simillima est ejus querimonia ei, quam habes infra IV. 6, 2.

Ibid. οὐδέν ἐστιν. Sic vett. edd. cum pauc. quod posteriores editores praeter rationem in *οὐδὲν ἐστιν* mutarunt: quam licentiam & alibi sepius in eodem vocabulo sibi sumserunt.

Vers. 29. Ῥοῦφος. Rufo praeceptore Romae usum esse Epictetum, jam vidimus I. 7, 32.

Ibid. πειράζων με, tentandi mei caussa; nempe, quo cognosceret, quid sentiam, quid responsurus essem, quid profecerim in usu praeceptorum quae in ejus schola mihi inculcata erant.

Ibid. συμβήσεταί σοι τοῦτο καὶ τοῦτο. „Accidet tibi hoc & illud a domino. Ex iis, quae sequuntur, colligo, τὸ συμβήσεται in bonam accipi partem; quasi Rufus Epicteto spem fecisset, impetrandi alicujus beneficii ab Epaphrodito, hero ipsius.“ WOLFIVS. — Utrum de re trisi, an de re laeta accipienda sint ista verba, haud satis adparet. Conf. quae mox ad versum seq. notamus.

Vers. 30. ὅτι ἀνθρώπινα. „*Esse humana;* hoc est, res externas, & non nostri, sed alieni juris, caducas & mutabiles, sive bonae, sive malae esse videantur. Significavit Epictetus, se heri sui liberalitatem erga se parvi facere, eaque carere posse.“ WOLFIVS. — Ambigue quodammodo, & obscure responsum, ad nostrum quidem sensum. Quod si vocab. *ἀνθρώπινα* ea notione accipias, qua in Enchir. c. 26. usurpatur; intelligendum fuerit illud *συμβήσεταί σοι τοῦτο καὶ τοῦτο* vs. praeced. de *re trisi*, quae in *malis* vulgo habetur. Cui tamen repugnare videtur id, quod proxime Rufus ait, Τί σὺν ἐκείνου παρακαλῶ; παρὰ σοῦ αὐτὰ λαβεῖν δυνάμενος; ubi αὐτὰ λαβεῖν evidenter referri videtur ad illud ipsum, quod dixerat, *συμβήσεταί σοι τοῦτο καὶ τοῦτο.* Sed rursus in his ipsis etiam verbis, παρὰ σοῦ αὐτὰ λαβεῖν δυνάμενος, difficultas inest, de qua mox videbimus. Et jam Wolfium impeditum se sensisse in interpretando hoc loco, ex adnotatione ejus intelligitur; quae non satis expedire rem videatur. Tentavi alias notiones vocabuli ἀνθρώπινα. *Sunt haec homine digna; sunt ejus viri, qui hominem se esse cogitat, & ita agit ut homine dignum est;* aut, *sunt haec humana*, id est, *clementia*, ut ἀν-

ϑρώπινος

ἐφέστιος idem fere ac *φιλάνθρωπος* valent; cujus notionis exempla nonnulla H. Steph. in voce *ἀνθρωπινος* ex Demosthene citavit. Quæ omnia sic intelligi poterunt, ut Epictetus significaret, *se heri sui liberalitatem non omnino parvi facere*, (ut Wolfius ait,) *sed agnoscere quidem, at non nimium spe ista sibi facta exsultare, aut lætitia efferri, verum æquo animo exspectaturum id quod tempus tulerit.* At, nisi de vera scriptura verborum proxime sequentium constiterit, nihil ne de hujus quidem responsi sententia definiri posse videtur. Germanicus interpres, in alia omnia hic discedens, sic convertit quasi esset: *ego nihil aliud volo vel desidero, nisi id quod homini est necessarium.*

Ibid. Τί οὖν ἐκεῖνον παρακαλῶ, παρὰ σοῦ αὐτὰ λαβεῖν δυνάμενος. Ad παρακαλῶ adnotavit MEIBOMIVS: (non *Salmasius*, ut ait Vpton.) „παρακαλῶ fortasse. *Quid itaque ipsum deprecer?* Si τὸ παρακαλῶ ad Rufum referatur, etiam sequens δυνάμενος erit primæ personæ participium." — „Quid si, Τί οὖν ἔφη, ἐκεῖνον παρακαλῶ, σοῦ παρὰ ἐκείνου αὐτὰ λαβεῖν δυνάμενον;" VPTON.

Si id, quod Epicteto ab hero eventurum prædixerat Rufus, triste aliquid & incommodum fuerat; poterunt nunc hæc verba, absque mutatione, sic intelligi: *Quid ergo illum* (pro te) *deprecer? cum id ipsum* (quod ab illo petere pro te possem, sc. ne quid mali tibi accidat) *a te impetrare possim;* scilicet quum jam parum abesse te videam ab illa animi fortitudine & constantia, ut nihil, quod extrinsecus accidat, lædere te possit. Sed hæc quidem contorta nonnihil & coacta videtur interpretatio; & in eam sententiam saltem pro αὐτὰ videtur τὰ αὐτὰ vel ταὐτὰ fuisse dicendum. Sin faustum fuit quod prædixerat Rufus; (v. c. in libertatem mox ab hero manumissum iri Epictetum;) poterunt ea verba, de quibus nunc quæritimus, in hanc sententiam accipi: *Quid ergo porro ego Epaphroditum pro te orem? cum id quod ab illo pro te petere possim*, (scil. ut stet promisso, ut expleat spem mihi de te factam) *a te ipso impetrare possim;* nempe ut tu ipse te in libertatem, in eam quæ unica vera libertas est, vindices. Sed fateor, ne hanc quidem interpretationem omni ex parte mihi satisfacere. Et utique incommodat verbum δυνάμενος, ad Rufum relatum, quod videbatur ad Epictetum debere referri. Neque vero Vptoni emendatio, quam adoptavit Germanicus

cus interpres, satis liquido fluere, omnemque difficultatem tollere videtur. Equidem nihil definio; & e melioribus codicibus, si qui supersunt, lucem requiro: nostri quidem nihil hoc loco præsidii offerebant. Interim, rebus omnibus expensis, probabilior ratio videtur, ut illud συμβήσεται σοι τοῦτο de re tristi accipiamus, & vocabulum ἀνθρώπινα eodem sensu, quo in Enchir. c. 26. accipitur, *res humanæ*, id est, *quæ in hominem cadere possunt, quæ homini non inexspectata esse debent.*

Vers. 31. ὁ ἐξ αὐτοῦ τις ἔχει. αὐτοῦ e superioribus editt. revocavi, cum citra necessitatem in ἀὐτοῦ esset mutatum ab anon. editore Lond. a quo Vptonus accepit. In αὐτοῦ cum vett. edd. consentit pa. & id quoque primo fuerat in pbc. sed in his deinde in ἀὐτοῦ mutatum.

Vers. 32. ἀγρὸν παρὰ σοῦ λάβω. „*Agrum a te accipiam?* Non intelligo istam magnitudinem animi, non accipientis ea quæ offeruntur, nisi forte jam ante ita abundes, & nemini quicquam debere videri velis. Ego certe panem acciperem esuriens, & sitiens potum, & nudus vestem, & pauper prædium, si nulla turpitudo, nulla fraus cum ea liberalitate conjungeretur. Idem Epicteto non invideo laudem constantiæ, si emori fame, quam alieno beneficio emori voluit." WOLFIVS. — Atqui non ita morosus fuit Epictetus, ut ejus præcepta offendere Wolfium debuerint. Pertinet hoc præceptum ad hominem ignavum & humilem, (vers. 33. & vs. 10.) qui, cum sui ipsius curam gerere, & honesto labore vitam sustentare bono cum Deo possit, (vs. 9.) angitur, cupit, invidet, miratur, timet, & ex aliena spe & ex hominum gratia unice pendet. (vs. 20 sq.)

Vers. 33. γράφειν ἐπιστολὰς ὡς ὑπὲρ νεκροῦ; &c. Respicit vs. 27. Simul vero adludit, ni fallor, ad morem imperatorum, qui, post cladem prælio acceptam, ab hostili imperatore missis literis atque nunciis petunt, ut sibi copia fiat sepeliendorum mortuorum. Haud satis mihi liquere profiteor: sed eodem pertinere videtur, quod proxime ait, Τὸ πτῶμα ἡμῖν χάρισαι σοῦ δεῖνος. Hominem, qui bona sua extra se in rebus ad corpus pertinentibus, non in se ipse & in animo suo quærit; quique adeo a rebus externis & ex aliorum hominum gratia & arbitrio pendet; hunc hominem *cadaver, corpus mortuum, corpus anima destitutum*, adpellat; corpus quod non aliam animam habet, nisi *vitam animalem*,

dem, quæ in *sanguine* inest: quo & spectat quod addit, καὶ ξέστην αἱματίου. (Conf. mox vs. 34.) Quæ locutiones, ad hanc sententiam adaptatæ, nescio an ex poëta aliquo ductæ sunt. Illud video, ξέστην αἱματίου pro *vita* similiter usurpari in dicto illo, quod Cyrenaico Theodoro Seneca tribuit, de Tranq. Animi, c. 14. *Minabatur Theodoro philosopho tyrannus mortem, & quidem insepultam. Habes, inquit, cur tibi placeas: hemina sanguinis in tua potestate est.* &c. cujus tamen dicti nec apud Diog. Laërt. II. 102. nec apud Cicer. Tusc. I. 43. ubi ejusdem comminationis fit mentio, vestigium occurrit. Senecæ locum Vptonus in Indice ad voc. ξέστης indicavit.

Vers. 34. εἰ δ' ἦν πλέον. Putares particulam δὲ rursus hic, ut sæpe aliàs, operarum vel editorum errore pro γὰρ irrepsisse; de quo errore supra ad vs. 2. dictum. Sed nunc quidem in δὲ libri consentiunt omnes; neque id male: nam sic utique apud optimos scriptores Græcos nonnunquam illa particula usurpatur, ut idem fere ac γὰρ valeat.

Ibid. ὅτι ἄλλος δ' ἄλλον οὐ δύστυχεῖ. „*Alium per alium non esse in calamitate.* Intelligitur, deprecatore igitur nihil esse opus." WOLFIVS. — Corrupte δ' ἄλλον pro δ' ἄλλον erat in Ven. & Bas. Tacite correxit Wolf. in Notis, ubi hæc verba citavit; inde in seqq. editt. correctum. Verum tenent codices nostri. Est autem δ' ἄλλον, *propter alium, alterius culpa.* cf. II. 16, 40. I. 28, 23.

CAPVT X.

Vers. 1. συνεστάμεθα περὶ τὸ ἔργον. „συνεστήμεθα, [nempe sic olim ante Vptonum edebatur] *instructi essemus.* Malim συνεστάμεθα a συνίστημι potius, unde σύνοπτος, quam a συντάσσομαι." WOLFIVS. Sic etiam, corrigendam monuit Salmasius. In latina conversione utramque scripturam quodammodo conjunxit Wolfius: *si tanto nos contentione ad nostra officia compararemus.* At aliud est παρασκευαζόμενος, I. 5, 3.

„Recte συνεστάμεθα noster codex & ms. Par." VPTON. — Et in ipso quidem contextu Vptoni συνεστάμεθα expressum est, cum modo augmento perfecti præt. non plusquamperf. Sed & ex ejusdem Adnotatione, quam protulimus, intelligitur, συνεστημεθα eum voluisse.

voluisse. Recte; nam etsi nonnunquam in plusquamperf. activo omitti solet augmentum huic tempori proprium, ut ad I. 6, 3. vidimus; nescio tamen, an & in passivo perinde id fieri soleat; & hoc loco certe requireretur illud augmentum, quo plusquamperf. a perfecto distingueretur. Sic vero scriptum in pab. In pe. vero συντετέγμεθα.

Vers. 2. Οἶδα ἐγὼ πρεσβύτερον — — — εἴκ εἰπέ μοι &c. Haec quum ita convertisset WOLFIVS: *Novi ego hominem — — —. quaenam is mihi dixit? ut priorem suam vitam exegitavit?* monuit deinde in Notis: „Potest sine admiratione & interrogatione verti, hoc modo: *Novi quae mihi quidam me natu major — — dixerit.*" — Ego, perspicuitatis caussa, *Memini*, pro *Novi*, posui.

Ibid. τὸν νῦν ἐπὶ τοῦ σίτου ὄνλα ἐν τῇ Ῥώμῃ. „Sic noster codex. Alii καὶ νῦν ἐπὶ τοῦ σίτου ὄνλα ἐν Ῥώμῃ. Caeterum *Annonae Praefectus* magistratus Romae satis notus." VPTON. — Videndum, ne Vptoni codex hanc scripturam indicaverit, τὸν καὶ νῦν &c. Nostri libri hic nil mutant, nisi quod articulum τῇ, quo carent alii ante Ῥώμῃ, agnoscit noster pc. cum Vptoni codice. Est vero in ora pb. hoc loco Scholion: τὸν ὡριάρχην λέγει. Id nempe est, *horreis frumentariis praepositum.* Sunt enim Graecorum sequioris aetatis sermone ὡρία vel ὡρεῖα, *horrea frumentaria, granaria.*

Ibid. ἀναβάς. *In patriam reversus* interpretatus est Vpton: non male quidem hoc loco per se; sed id graece καταβὰς sonat. Nec vero idcirco solicitandum vulgatum. Qui e Graecia in Italiam adpulit, & deinde ab ora *Romam proficiscitur*, is ἀναβαίνειν dicitur. Sic rursus III. 7, 13. Eodem modo ἀνέρχεσθαι, I. 11, 32. II. 6, 23. III. 9, 3. & ἀνιέναι, III. 9, 1.

Ibid. σπουδάσει. „Noster codex habet σπουδάσειν. Alii σπουδάσειν." VPTON. — Ad vulgatam olim lecti. jam adnotaverat WOLFIVS: „Lege σπουδάσει, vel σπουδάσεις." — Et Meibomius σπουδάσει corrigere jusserat: neque aliter scriptum in nostris codicibus. In pa. videtur primum σπουδάσειν fuisse, sed & ibi σπουδάσει hodie legitur.

Ibid. Πόσον γὰρ ἔτι ἐστὶν ἐμοὶ τὸ λοιπόν; — Mendose Ποσὸν ed. Vpton. cum accentu in ultima, errore ex ed. Cant. propagato. In ed. Col. alio errore prorsus omissus erat accentus. Recte superiores edd. cum mastis.

Vers.

Verſ. 3. *Ἔτι χαίρων καὶ τῷ Θεῷ εὐχαριστῶν ἔσεται. εὐχαριστῶν ἔσεται* dabant editiones omnes. Vbi hæc notarunt interpretes: „*ἔσῃ* dubio procul ſcripſit Arrianus.“ MEIBOMIVS. — „Verumenimvero frequens eſt hæc perſonarum mutatio, præſertim in familiari colloquio. Nota autem *εὐχαριστῶν ἔσεται*, pro *εὐχαριστήσεις*. Phraſis eſt uſitatiſſima apud Græcos, quam & Latini imitati ſunt. Manil. V. 391. *erit capiens*, pro *capiet*.

Quisquis erit *tali* capiens *pro tempore vitam.*

VPTON. — Ego vero me fateor de veritate lectionis vulgatæ nondum ſatis eſſe certum. — Sic olim dubitabam, cum mihi non, ut Meibomio, tertia verbi perſona ſuſpecta eſſet; (quoniam percommode e ſuperioribus intelligi *ἔλεγον* poterat, *dicebam ei;*) ſed ipſum verbum *ἔσεται* importunum h. l. videretur, & tam languida atque frigida, quam inſolita, dictio illa, *εὐχαριστῶν ἔσεται*. Ecce vero opportuniſſimam laboranti loco medicinam, trium noſtrorum codicum conſenſu oblatam; *ὥσεται*, id eſt, *ingeret ſe, irrumpet, præcipitabit* ſe, *properabit*. Paulo ante, pro *δίδωται*, habet *διδῶται* pb. ſed & in hoc prius *δίδωται* fuerat. Perperam *δίδοται* pc.

Verſ. 4. *ὁ βούλει*. „Ita noſter codex & ms. Par. Cæteri codices [nempe ſuperiores editiones] *βούλοι* exhibent.“ VPTON. — In *βούλει* autem conſentiunt pabc.

Verſ. 5. *εἰς τὴν πόλιν*. „Sic *Vrbs*, pro Roma. Sed Πόλιν eſt lectio noſtri codicis; nam alii Ῥώμην habent, quæ marginis explicatio videtur.“ VPTON. — *πόλιν* habet etiam noſter pb.

Ibid. παρὰ Καίσαρος τιναλίας. „Syneſius p. 100, [de Provid. lib. I.] *τὸ τιναλίων πέμψας*. Vbi PETAVIVS: Πιναλίων, *codicillus* ſeu *literæ Principis*, quibus alicui aut abrogatur imperium aut mandatur, aut exilium imperatur, aut ab eo revocatur.“ VPTON, *in Ind. voc.* Πινακίς.

Ibid. ὁ δὲ λαβὼν, πάντων ἐκείνων ἐξελάθετο. „Idem fere exemplum humanæ inconſtantiæ, nec minore cum feſtivitate, videas licet apud Horatium, [Epod. 2. extr.] ubi, poſt longum ſermonem de ruris otio,

— — — — *Foenerator Alphius,*
jamjam futurus ruſticus,
omnem relegit Idibus pecuniam:
quærit Kalendis ponere.

VPTON. — Deeſt vocab. ἐκείνων pab. ſine damno ſententiæ. Nil vero cauſſæ erat, cur ſuſpectum eſſe verbum ἐξαλάθετο debuerit Meibomio, ἐπελάθετο ſcribendum ſuſpicanti.

Verſ. 6. ὅτι πόσῳ σοῦ ἐγώ. „Sic noſter codex; ms. Par. πόσου σου ἐγώ. Alii πόσου ἐγώ.“ VPTON. — Caret ὅτι pc. πόσῳ σου cum Vptoni cod. dat noſter pb. πόσου σου pac.

Ibid. μομψότερος μάντις εἰμί. Nempe

Μάντις γ' ἄριστος, ὅστις εἰκάζει καλῶς.

Verſ. 7. Τί οὖν; ἐγὼ λέγω, ὅτι &c. Cum ſic diſtinguerent editi libri omnes, Τί οὖν ἐγὼ λέγω; ὅτι &c. monuit VPT. in Addendis ad Notas: „Fortaſſis, Τί οὖν; ἐγὼ λέγω, &c.“ — Eam diſtinctionem adoptare placuit; qua & uſus eſt noſter cod. pb.

Ibid. ὅτι ἄπρακτόν ἐστι τὸ ζῶον. „*Quid ergo ego dico? Animal eſſe otioſum?* Occupatio eſt, in hanc ſententiam: Occupationes & negotia non improbo: ſed illud improbo, quod ventrem ita curamus, animum vero prorſus negligimus.“ WOLFIVS.

„Minime ζῶον ἄπρακτον, ſed *in actu*, ut verbis Senecæ utar, [Epiſt. 8. & de Otio Sapientis, init. & ſub fin.] debet eſſe Homo. Ita Stoici; quibus contraria Epicurei docebant. Cicero de Fin. lib. V. [cap. 20 ſq.] *Apparet, nos ad agendum eſſe natos. Itaque appetit animus ſemper aliquid agere.* M. Antonin. V. 1. Ὄρθροι ὅταν δυσκόλως ἐξεγείρῃ, πρόχειρον ἔστω, ὅτι ἐπὶ ἀνθρώπου ἔργον ἐγείρομαι. Τί οὖν; (ſic lego, pro ἔτι οὖν] δυσκολαίνω, εἰ πορεύομαι ἐπὶ τὸ ποιεῖν, ὧν ἕνεκεν γέγονα, καὶ ὧν χάριν προῆγμαι εἰς τὸν κόσμον; Mox Epicurea objectio: Ἀλλὰ τοῦτο ἥδιον. Cui Antoninus: Πρὸς τὸ ἡδέσθαι οὖν γέγονας; ὅλως δὲ οὐ πρὸς ποιεῖν; οὐ (ſic mallem pro ἤ) πρὸς ἐνέργειαν; οὐ βλέπεις τὰ φυτάρια &c. Καὶ σὺ οὐ θέλεις τὰ ἀνθρωπικὰ ποιεῖν; *Et tu nolis facere quæ hominis ſunt?* Καὶ σύ, ſic reſpondendum videtur. Idem VIII. 19. Ἕκαστον πρός τι γέγονεν, ἵππος, ἄμπελος. καὶ ὁ ἥλιος * ἐρεῖ, πρὸς τί ἔργον γέγονα, καὶ οἱ λοιποὶ θεοί. Σὺ οὖν πρὸς τί; τὸ ἡδέσθαι; ἴδε, εἰ ἀνέχεται ἡ ἔννοια. Qui locus non tantum corruptus, ſed e loco ſuo quædam verba moventur: ſic autem corrige: Ἕκαστον πρός τι γέγονεν· ἵππος, ἄμπελος. Τί θαυμάζεις; καὶ ὁ ἥλιος, καὶ οἱ λοιποὶ θεοί. Σὺ οὖν πρὸς τί γέγονας; πρὸς τὸ ἡδέσθαι; ἴδε, εἰ ἀνέχεται ἡ ἔννοια. *Ad opus aliquod natum eſt unumquodque: puta, equus, vitis. Quid miraris? ſol etiam ipſe, & dii*

dii cæteri. (scil. fidera.) *Tu itaque ad quid natus es? ad voluptatem? Vide, an sensus communis id ferat.*" VPTON. — Mirum videri possit, τὸ ζῶον absolute positum, pro *homine.* Nempe intelligendum τοῦτο τὸ ζῶον, fere ut I. 2, 4. Itaque sententia hæc est: *cum omne animal ad agendum sit natum;* (cf. Cic. de Fin. III. 15. & 20.) *hoccine genus solum ego dico natum esse ad vitam in otio transigendam?* Ad ἄπραχτόν ἐστι notaverat MEIBOMIVS: „Quid si ἔστιν?"

Ibid. Ἀλλὰ διατί ἡμεῖς &c. Nil mutant libri. Sed vide, ne sic scripserit Arrianus: μὴ γένοιτο· ἀλλὰ διότι ἡμεῖς &c. id est: *Absit: sed hoc dico, nos esse ignavos.* Sæpe & librariis & editoribus fraudi fuit particula διότι. Vide ad I. 7, 6. ad I. 11, 5.

Vers. 8. Εὐθὺς ἐγὼ πρῶτος. „*Statim ego primus:* sed quia hic græcismus durior est, a verbis nonnihil recessi. [Nempe sic vertens: *Nam ut alios tacram, ego, ubi dixerit, &c.*] Se nominat pro exemplo ignavi studentis. [cf. ad I. 8, 5.] Nam hac voce Fabius nostro more utitur: studiosus autem ignavus esse nequit." WOLFIVS.

Ibid. ἐμαυτῷ. ἐν αὐτῷ pc. quod non spernendum; potest enim esse pro ἐν ἐμαυτῷ, quemadmodum αὐτῶν I. 9, 26. pro ἡμῶν αὐτῶν positum.

Ibid. μικρὰ ὑπομιμνήσκομαι, τίνα ἀναγνῶναί με δεῖ. „*Nonnihil recordor quæ relegenda mihi sint.* τὸ ἀναγνῶναι ad repetitionem auditæ lectionis referri videtur; ut ἀναγνῷ præteriti, & non futuri temporis, significationem habeat. *Quid mea refert, quemadmodum ille legerit?* Si quis vero τὸ ἀναγνῶναι de *præmeditatione audiendæ lectionis*, quæ non minus & utilis & necessaria est, quam repetitio, intelligere maluerit, non impedio." WOLFIVS. — Haud dubie commodior veriorque posterior ratio. ἀναγνῶναι est *recitare, prælegere;* sic apud Lysiam, Orat. in Theomnestum, p. 360. ed. Reisk. & apud Synesium, de Insomniis, p. 139. Sigillatim vero etiam usurpatur, (sicuti hoc loco, & Enchir. cap. 49.) de *prælectione*, quæ fit a præceptore *docendi & explicandi caussa;* de qua conf. Quinctil. Instit. Orat. I. 8, 8 & 13. & II. 5, 23. Eam prælectionem Simplicius dicit, ἄλλῳ αἰτήσαντι παραναγνώσεσθαι, in Comment. ad Enchir. c. 73. ubi verbum hoc παραναγνῶ. e codicibus restituimus auctori, pro simpl. ἀναγνώσ. quod ibi vulgatum erat. Cum qua prælectione Præceptoris conjunctum

ctum sæpe & illud erat, ut præceptor pariter *discipulum audiret legentem* recitantemque & mentem auctoris pro suo captu exponentem; quo spectat quod mox ait, Τί δέ μοι καὶ μέλει πῶς ὁ δεῖνα ἀναγνῷ. conf. I, 4, 14. ubi ἀναγινώσκειν non modo pro *legere* accipi debet, sed & pro *intelligere*, & præceptori ostendere quo pacto intelligas. Quin & idem simplex verbum ἀναγινώσκειν nonnumquam & de *prælectione & expositione præceptoris* usurpatur: sic certe nomen ἀνάγνωσμα II. 14, 1. accipiendum videtur; quamquam & ibi de *lectione vel prælectione discipuli* intelligi potest, *cui lectioni præceptor suas observationes, suas quæstiones, suam explicationem, admonitionesque suas adjungebat.* Conf. ad I. 26, 1.

Vers. 9. Καί τοι τί ὅμοια τὰ ἐκείνων πράγματα τοῖς ἡμετέροις; „*Quid autem res nostræ atque illorum habent simile?* Sententia est: Philosophiam sordido quæstu longe præstantiorem esse: majore igitur studio colendam esse. Reprehenditur autem ignavia scholasticorum, qui avarorum hominum industria longe vincantur. Sic Demosthenes noster doluisse fertur, si quando antelucana opificum opera vinceretur, cum longe majora, quam illi, suorum laborum præmia proposita haberet. Ingens autem præmium est, non aura popularis, sed patriæ conservatio." WOLFIVS.

Ibid. περὶ τινων προκοπῶν τοιούτων. *de aliis id genus profectibus.* Consulto utitur vocabulo προκοπὴ de *incremento rei familiaris*, & de *profectu* quem quis hoc in genere facit, adludens ad illam προκοπὴν cui intentus est sapientiæ studiosus.

Vers. 10. παρὰ Χρυσίππου ἐπισκέψασθαι. WOLFIVS, *ut apud Chrysippum consideres.* Vptonus, *ut juxta Chrysippum consideres.* Rectius, & ad verbum, *ut a Chrysippo requiras.* De re confer I. 17, 20.

Ibid. ποίαν τινὰ χώραν ἐν αὐτῷ ἔχει. „ἐν αὐτῷ, scil. κόσμῳ. Sic reposui monente nostro codice. Editi omnes ἐν αὐτῇ, structura adversante." VPTON. — ἐν αὐτῇ habent pabc. nec hoc male; scil. ἐν τῇ διοικήσει τοῦ κόσμου.

Ibid. ἐπίσκεψαι δὲ. Possis suspicari ἐπισκέψασθαι δὲ, ut sic connectatur cum superioribus. Sed nil opus est: ferendus imperativus modus, in quem consentiunt libri.

Vers. 11. „Ταῦτα ἐκείνοις ὅμοιά ἐστιν; ἀλλ' ὁμοίας σπουδῆς. *Hæccine illis similia sunt? An simili studio?* Negative hæc accipienda sunt. *Nequaquam tanto studio*

digna

dignus eſt quæſtus, quanto ſapientia &c. Multo turpius eſt negligere animum, quam quæſtum.“ WOLFIVS. — „Deeſſe οὔ· ante ἀλλὰ videtur, hoc modo: Ταῦτα ἐκείνοις ὅμοιά ἐστιν; οὔ· ἀλλ' ὁμοίας σπουδῆς χρείαν ἔχοντα. *Hæccine illis ſimilia ſunt? Non: ſed ſimile ſtudium requirunt.*“ VPTON. — Nil variant libri. Vix autem credibile eſt, poſitive (ut ajunt) & recta hoc dicere voluiſſe Epictetum, *ſimile* vel *par ſtudium requirere* animi morumque curam, atque munus Præfecti annonæ, a quo petit is qui in frumento mercaturam facit, ut ſibi liceat certam frumenti quantitatem Roma exportare. Sape, ex philoſophi noſtri mente, prius illud negotium multo majus atque impenſius ſtudium requirebat: &, in illo neglectim verſari, multo turpius erat, quam in hoc. Quare non probare poſſum Vptoni rationem. Quæ ſi probanda eſſet, ne ſic quidem opus admodum foret inferta particula οὔ· quæ ſimili in connexione frequenter ſolet omitti; de quo uſu vide Adn. ad I. 29, 66. II. 8, 26. II. 24, 17. &c. Placet vero Wolfii ratio, quæ fere clarius etiam e Verſione ejus, quam e Nota adparet: *Hæccine illis ſimilia ſunt? hæc ſimile ſtudium requirunt? Num æque Turpe eſt, hæc atque illa negligere?* Quam in ſententiam non ſolum poſt ὅμοιά ἐστιν; interrogandi ſignum poſui, quod & Vptonus cum editore Cantab. & Londinenſi anonymo fecit; verum etiam poſt ἔχοντα cum Londinenſi, & poſt κέκτηνται cum Cant. & Lond. quibus duobus poſterioribus locis ſignum illud conſulto rurſus delevit Vptonus. Turbaverat fortaſſe hunc interpretem ἀλλὰ particula adverſativa. Sed hujus particulæ, ſi quid video, hic ea vis eſt, ut intelligatur, *at res quidem non ſunt ſimiles, ſed ſtudium tamen ſimile atque æquale requirunt?*

Verſ. 13. ἀναί τοι καὶ ἡμεῖς. Caret καὶ pa.

Ibid. προσθυμούμην. „Abeſt hæc vox προσθυμούμην ab editis codicibus, quam ope noſtri codicis & ms. Par. reſtitui. Sed tamen adhuc male ſe habet hic locus, qui parva mutatione ita legendus: εἰ ἑώρων διεγηγερμένους καὶ προθυμουμένους, προσθυμούμην &c.“ VPTON. — Puto ſic ſcribere voluiſſe virum doctum; εἰ ἑωρ. διεγ. καὶ προθυμουμένους, συμπροσθυμούμην ἂν συσπουδάζειν. Sic adcuratius hæc reſponderent illis, quæ ſuperius dixit, συμπροθυμούμεθα καὶ αὐτοὶ συμπαίζειν. Et ſic h. l. ſcriptum equidem malim; quamquam nec

vulgatam fperno. προσθυμούμην habent Parifini duo pab. idque pariter debuerat pc. in quo mendofe προθυμεῦμαι.

Ibid. συσπουδάζειν correxit Vpton. cum anon. Lond. Et fic mafti pbc. συνσπουδάζειν fuperiores editt. cum pa.

CAPVT XI.

Verf. 2. Πῶς τι οὖν χρῇ τῷ πράγματι; „Fortaffe Πῶς σὺ οὖν &c. vel Τί οὖν; πῶς χρῇ &c.“ VPTON. — Sæpe quidem in his Difertationibus πλεοναστικῶς ponitur pronomen τι. Sed hoc loco utique malim, Τί οὖν; πῶς χρῇ &c. Recte vero χρῇ fcripfit Vptonus, ut eft in pab. pro χρῆ, quod dabant fuperiores editt. cum pc.

Verf. 3. ὅπως εὐδαίμονες. Caret h. l. ὅπως pc.

Verf. 5. διότι φυσικῶς. Mendofe διό τι Ven. Inde διάτι (fic) Baf. Tum διὰ τί Gen. Col. Cant. Lond. Denique ὅτι VPTON. in contextu; fed in Notis monuit idem Editor: „Lege cum noftro codice & ms. Par. διότι.“ — Cui lubens obfecutus fum. cf. ad I. 7, 6. Vidi vero deinde, id ipfum dare Parifinos omnes.

Ibid. πᾶν τὸ κατὰ φύσιν γινόμενον, ἐρθῶς γίνεται. „Juvenal. XIV. 321.

Nunquam aliud Natura, aliud fapientia fuadet.“ VPTON. — γενόμενον, non γινόμενον, pb.

Verf. 9. ἔραστν. Ita noftri codex & ms. Par. [Immo Parifini tres.] Perperam nonnulli libri ὄρεξιν.“ VPTON. — Nempe ὄρεξιν habebant Ven. Baf. Gen. Col. Hinc in ora Baf. notatur ὄψιν, ex conject. editoris. ὅρασιν vero corrigere juffit Salmaf. Et id ipfum in contextu pofuerunt ed. Cant. & Lond. *Viſum* jam olim in verfione lat. fcripferat Wolfius.

Verf. 10. τῶν κατὰ φύσιν. „Addendum καὶ παρὰ φύσιν, uti mox [vf. 11.] καὶ τῶν παρὰ φύσιν καὶ κατὰ φύσιν.“ VPTON. — Facile fane librariorum aberratione intercidere ifta verba potuerunt. Conf. Not. ad I. 18, 8.

Ibid. ποῖον θέλεις κριτήριον παραλάβωμεν. „Κριτήριον φησιν (fcil. Chryfippus) εἶναι αἴσθησιν καὶ πρόληψιν. Laërt. VII. 54. Et mox: Ἄλλοι δέ τινες τῶν ἀρχαιοτέρων Στωϊκῶν τὸν ὀρθὸν λόγον κριτήριον ἀπολείπουσιν.“ VPTON.

Verf. 11. καὶ τῶν παρὰ φύσιν καὶ κατὰ. καὶ τῶν κατὰ φύσιν καὶ παρὰ pc.

Verf.

Verſ. 12. *καὶ νῦν Ἰουδαίοις.* Ex noſtro codice [cum quo facit pc.] repoſui *καὶ νῦν*, pro *καὶ μὴν.*" VPTON. — Nempe *καὶ μὴν* dabant edd. omnes, cum pab. quod vide ne teneri debuerit.

Ibid. καὶ Σύροις — — — περὶ τροφῆς. „Syri a piſcibus abſtinuere. Vide Porphyr. de Abſtin. lib. IV. ſect. 15. & lib. II. ſect. 61. Et Lucian. de Dea Syria. [c. 14. & 45. T. III. edit. Amſtelod. p. 460. & 483.] Xenoph. Ἀναβ. α'. [p. m. 200. operum Xen. ed. Baſil. 1569.] Ovid. II. Faſt. 474.

Inde veſas ducunt, genus hoc imponere menſis,
ne violent timidi piſcibus ora Syri.

Cic. de Nat. Deor. III. 15. *Piſcem Syri venerantur.* Totus ibi locus ita ſe habet: *Nec vero vulgi atque imperitorum inſcitiam deſpicere poſſum, cum ea conſidero, quæ dicuntur a Stoicis.* Sunt enim illa imperitorum. *Piſcem Syri venerantur:* &c. Verba iſta, *Sunt enim illa imperitorum*, ab aliis pro ſpuriis, ab aliis pro corruptis habentur: mihi autem e loco mota videntur, & elegantiam quandam præ ſe ferunt, ſi ad ordinem ſuum redigantur: *Nec vero vulgi atque imperitorum (ſunt enim illa imperitorum) inſcitiam deſpicere poſſum, cum ea conſidero, quæ dicuntur a Stoicis. Piſcem Syri venerantur:* &c." VPTON.

Verſ. 13. Ἀλλ' οἶμαι &c. Reſponderat alter, Καὶ πῶς οἶδας; Tum pergit Epictetus, Ἀλλ' οἶμαι &c. Mox rurſus alter, Πῶς γὰρ οὔ; Rurſusque Epictetus, Ὅτου δ' ἄγνοια &c. Quæ omnia uni Epicteto tribuerat Vptonus. Quod ſi vel maxime illa, πῶς οἶδας; ἀλλὰ &c. eidem Epicteto tribuas, ut infra vſ. 27. tamen deinde Πῶς γὰρ οὔ; verba ſunt patris.

Ibid. εἰ καλῶς ἔχει. Corrupte *εἰ καὶ οὐ* pc.

Verſ. 15. Σὺ οὖν, ἔφη. Cum ἔφην vulgo darent omnes, monuit VPTONVS in Notis: „Wolfius in verſione: *inquis*, ἔφη. Recte, ut videtur." — Immo recte; quemadmodum & ante, & poſt, toto hoc capite: quare id in contextum recipere non dubitavi. Eſt autem ipſum hoc ἔφη in noſtro cod. pc.

Ibid. οὐδ' ἐπ' ἄλλῳ τινὶ τὴν γνώμην ἕξεις, ἢ ὅπως τὸ κριτήριον τῶν κατὰ φύσιν καταμάθῃς, καὶ τούτῳ προσχρώμενος. Noſter codex ad hunc modum: *οὐδὲ κατ' ἄλλο τι τὴν γνώμην ἕξεις, ἢ ὅπως τὸ κριτήριον ἐκεῖνο καταμάθῃς, ᾧ προσχρώμενος* &c." VPTON. — Quæ lectio non ſane ſpernenda. In *οὐδὲ κατ' ἄλλο τι* conſen-

tiunt pab. τὸ κριτ. ἐκεῖνο καταμάθῃς, ᾧ προσχρ. cum Vptoni cod. habet noſter pb. Pro καὶ τούτῳ, quod eſt in contextu, mendoſe in ed. Ven. & Baſ. καὶ τοῦτο erat, & ſic habet pc. Sed καὶ τούτῳ habet pa. ut correxerunt editores Genev. Colon. & ſeqq. Mox pro διακρίνῃς, quod cum pa. habent editi, διακρινεῖς ſcribitur in pbc. quod bene convenit cum eo, quod in pb. præcedit, ᾧ προσχρώμενος.

Verſ. 16. τὰ τοσαῦτα. Deeſt τὰ pc.

Verſ. 17. Τὸ φιλόστοργον δοκεῖ σοι κατὰ φύσιν. „Ita Stoici. Diog. Laërt. VII. 120. Φασὶ δὲ καὶ τὴν πρὸς τὰ τέκνα φιλοστοργίαν φυσικὴν εἶναι αὐτοῖς, καὶ ἐν φαύλοις μὴ εἶναι. Cicero de Fin. lib. III. [c. 19.] *Pertinere autem ad rem arbitrantur, intelligi natura fieri, ut liberi a parentibus amentur.* M. Anton. I. 9. Ἀλλὰ ἅμα μὲν ἀπαθέστατον εἶναι, ἅμα δὲ φιλοστοργότατον. & alibi.“ VPTON.

Ibid. κατὰ φύσιν τε καὶ καλόν ἐστι. Sic bene edd. omnes. In tribus vero noſtris Pariſ. codd. deſunt duæ voces καὶ καλὸν, in ſolo pa. ad oram notata a recentiſſima manu. Et pab. quidem cæteroquin nil mutant, pc. vero τι pro τε ſcribit, ſic: κατὰ φύσιν τί ἐστι.

Ibid. τὸ δ' εὐλόγιστον οὐ καλόν; Ita exhibere ſuum codicem & ms. Par. teſtatur Vptonus, pro τὸ δ' εὐλόγιστον οὖν; quod habent editi omnes & tenuit idem Vptonus. Ego vero illud recipiendum putavi; cum quod per ſe magis probabile eſt, temere omiſſum fuiſſe vocabulum καλὸν in eo codice, e quo expreſſa editio Veneta eſt, quam temere adjectum in duobus aliis codicibus; tum quod in ipſa vulgata lectione veſtigium iſtius lectionis conſervatum eſſe videtur. Nam aliâs in fine periodi, licet proxime ſequens oratio a vocali incipiat, non οὖν ſcribi ſolet, adjecta ν litera, ſed οὔ ut mox verſu ſeq., ἢ γὰρ οὔ. & cap. præc. vſ. 12. in eadem etiam periodo, οὔ· ἀλλὰ πολύ, & ſic ſæpe aliâs. Denique in eamdem ſcripturam οὐ καλόν; conſentientes vidi tres noſtros manu exaratos codices. Pro εὐλόγιστον vero, quod præcedit, εὔλογον h. l. habet pb.

Ibid. Οὐδαμῶς. Non negat, honeſtum eſſe id quod ſit rationi conſentaneum: ſed negat quæſtionem, quæ negative erat expreſſa; adeoque adfirmat rem, & concedit eſſe id honeſtum.

Verſ.

Verſ. 18. *Μὴ τοίνυν μάχην ἔχει.* Sic recte edd. At codd. omnes noſtri *ἔχῃ* habent; in pa. tamen *ἔχει* primum fuerat, & *ἔχῃ* a recentiori manu ſcriptum.

Ibid. Εἰ δὲ μή. Ante hæc verba intelligi debet *οὐ λέγεις*, vel *ὀρθῶς λέγεις*, aut aliquid ſimile, quod in latina verſione his verbis, *recte dicis*, expreſſi. Nam *hoc* Epictetus jam reſpondet ad illud, *Οὐ δοκεῖ μοι.*

Ibid. ἦ γὰρ οὕ; Nonne ita ſe res habet? Si ſana & vera græca verba ſunt, recte *ἦ* per gravem accentum ſcribitur, ut proprie ſonet, *Aut nonne ita eſt?* i. e. *Aut tune aliter ſentis?* (conf. Not. ad I. 2, 30.) Sed ubi iſta ratione, in familiari ſermone aut in dialogo, in fine orationis *Nonne* dicere volunt græci, absque negativa particula nude *ἦ γάρ*; dicunt, ubi *ἦ* circumflexo accentu notatur. —Sic ſexcenties apud Platonem; e cujus ſcriptis bene multa exempla hujus formulæ collegit Hoogeveen, in Doctrina Particul. c. 21. ſect. 2. reg. 3. p. 487. Ac videndum, ne eodem modo hoc loco Arrianus ſcripſerit, & *οὐ* ab inſcito librario temere fuerit adjectum; qui eo facilius etiam ad id faciendum potuit induci, quod ſequens vocabulum *οὕτως* ab eisdem literis *ου* incipit. Nihil vero mutant libri noſtri. Neque, verum ſi quæris, opus admodum eſt, ut Epicteti oratio eum Platonis ſtylo exactiſſime conſentiat.

Verſ. 22. *Οὐκοῦν ἴδει καὶ τὴν μητέρα.* Deeſt *καὶ* in pa.

Ibid. Τί δ' ἡ τίτθη, στέργει αὐτό; „Supra, *ἡ μήτηρ δ' οὐ Φιλοστοργεῖ τὸ παιδίον*; Sic hic legendum videtur: *Τί δέ; ἡ τίτθη οὐ στέργει αὐτό*; vel, *Τί δ', ἡ τίτθη, οὐ στέργει αὐτό*; ut mox *Τί δ' ὁ παιδαγωγὸς, οὐ στέργει αὐτό*;" VPTON. — Parum intereſt: eadem ſententia.

Verſ. 24. *ὅ τις αὐτῷ προσῆκον.* Sic vett. edd. cum pb. *αὐτῷ* ed. Vpt. & ſic pac.

Verſ. 25. *Φιλοστόργους οὕτως ἔχειν τοὺς προσήκοντας. Φιλοστόργως* pc. quod & ipſum ferri poterat, conſtructionem verborum hanc intelligendo, *ἐβούλου τοὺς προσήκοντας οὕτω Φιλοστόργως ἔχειν, vellesne ut propinqui tui eo modo te diligerent.*

Verſ. 26. *μηδαμῶς ἔτι. οὐδαμῶς ἔτι* pc.

Verſ. 27. *οὐδὲν ἦν τὸ κωλῦσάν σε.* „Sic emendavimus ex noſtro codice & ms. Par. pro *οὐδὲν ἦ.*" VPTON. — In verum conſentiunt pabc. & corrigendum errorem monuerat jam Meibom.

Ibid. καὶ τῶς οἷόν τε; Poſſis hæc verba ab eodem Epicteto dicta intelligi; potuerunt vero etiam a patre reſponderi. conf. ſupra ad vſ. 13.

Ibid. ὥστ' ἀγωνιάσαι, τοῦ ἵππου τρέχοντος. „*Vt ſe obtegeret, equo currente.* Præ pudore ſcil. ſi victus eſſet.“ WOLFIVS. — Quidni potius præ angore, pallidus & trepidans, eum, ne vinceretur, metueret? — „Notus eſt mos *ſe velandi & caput operiendi* in luctu, aut re aliqua atrociore oborta. Horat. II. [Sat.] 3, verſ. 37.

Nam male re geſta, cum vellem mittere operto
me capite *in flumen.* —

Plautus, Moſtell. Act. II. ſc. 1.

Capite obvoluto *ut fugeret cum ſummo metu.*

Sic Petrum, cum Dominum prodidiſſet, apud Marc. cap. XIV, 72. ἐπιβαλὼν ἱμάτιον, *injecto capiti veſte*, vel *capite operto flebat.* Vide Salmaſ. de Fœnore Trapez. [& alios, quos laudavit Jo. Chriſtoph. Wolfius in Curis Philolog. & Crit. ad Marc. XIV. 72.] Vlyſſes apud Homerum Odyſſ. ϛ', 85. & 92. faciem velat in luctu. Hunc autem morem hic reſpexiſſe videtur Epictetus.“ VPTON.

Ibid. ἵππου τρέχοντος ᾧ ἐσπουδάκει. Pro ᾧ dabant ὡς ἐσπουδάκει ed. Ven. & Baſ. Quod WOLFIVS poſtquam convertit, *adeo in eam rem intentus erat;* monuit in Notis: „ὡς ἐσπουδάκει pro epiphonemate accipio; quaſi dicat, tantilla re tantopere commovebatur. Quid enim? ipſene deterior fuit, ſi alterius equus antevertit.“ — „Fortaſſe legendum ᾧ ἐσπουδ. *cui equo favebat.*“ COMES SHAFTESBVR. *in Notis Miſtis.* — „Optime vir nobilis; atque ita noſter codex: cæteri perperam ὡς ἐσπουδ. [neque melius Pariſini.] Loquitur autem de favore certantium, & factionibus in Circo; de quibus alibi.“ VPTON. — „Eſt enim (ut idem VPTONVS *in Indice*, ad verbum Σπουδάζειν, monuit) σπουδάζειν *favere*, cum alluſione ad factiones in Circo & theatris. Suetonius: *cum populus aurigam, cui ipſe* favebat, *cavillatus eſſet, &c.* Martialis lib. IX. Epigr. 69. *Vincenti parmæ cum ſua turba favet.* Capitolin. de Vero: *Amavit & aurigas, praſino favens.* Plinius lib. IX. Epiſt. 6. *favent panno.* Et ſic ſcriptores iſtius ævi; hoc eſt σπουδάζειν.“ — Conf. Not. ad III. 4, 1. Scripturam quod adtinet loci in quo verſamur; particulam ὡς, quæ erat in primis editis, prorſus omiſerunt edd. Genev. Col. Cant. &

& Lond. ἢ ἑστοῦ. legendum, præter Shaftesburium, perſpecte viderat etiam Salmaſius.

Ibid. στόγῶν δεῖσαι αὐτῷ, *ſpongiis ei fuiſſe opus*; puta, aceto repletis aut ſpiritu odorato. cf. Matth. 27, 48. Johann. 19, 29. Paulo ante, pro ὑπήσανλος, perperam ὑπήσανλι habet pb. In eodem cod. mox deſunt verba πρὸς τὸ.

Ibid. λειτοψυχοῦνλα. „*Cum animo linqueretur*; ob inſperatam utique victoriam, præ repentino gaudio, quo nonnullos etiam extinctos eſſe legimus." WOLFIUS.

Verſ. 28. οὐ τοῦ παράνλος. Corrupte οὕτω παράνλος pc.

Ibid. τοῦ ἐπαίρεσθαι, ἢ συστέλλεσθαι. „Hæc vocabula ex Porticu ſunt. ἐπαίρεσθαι, *efferri*; & ἔπαρσις, *elatio animi*, vertente Cicerone. Laërt. in vita Zenonis, [VII.] 114. ἡδονή ἐστιν ἄλογος ἔπαρσις. Et mox: χαρὰν — — εὔλογον ἔπαρσιν. Cicero Tuſc. Disp. IV. 6. *Cum inaniter & effuſe animus exſultat, tum illa lætitia geſtiens vel nimia dici poteſt; quam ita definiunt, Sine ratione, animi elationem.* Et mox: *Lætitia, opinio recens boni præſentis, in quo efferri rectum eſſe videatur.* Contra, συστέλλεσθαι, *contrahi*; συστολὴ, *contractio.* M. Anton. I. 17. ἐγλετάτω ἰδιώτου συστέλλειν ἑαυτὸν, ita ſe contrahere, ut ad privati ſpeciem proxime accedat. [Sigillatim] apud Stoicos συστέλλεσθαι, demitti contrahique animo. Laërt. in vita Zenon. ſegm. 111. καὶ τὴν μὲν λύπην εἶναι συστολὴν ἄλογον. Cicero Tuſc. Disp. IV. 6. *Ægritudo, animi adverſa ratione contractio.* Et mox: *Eſt ergo ægritudo, opinio recens mali præſentis, in quo demitti contrahique animo rectum eſſe videatur.* Apud Marcum Anton. II. 10. Ὁ γὰρ θυμούμενος μετά τινος λύπης καὶ λελῃθείας συστολῆς, Φαίνεται τὸν λόγον ἀποστρεφόμενος. *Qui enim iraſcitur, cum dolore quodam & contractione animi occulta, a rationis tramite declinare videtur.* τῷ συστέλλεσθαι opponitur διαχεῖσθαι, ſicut τῇ συστολῇ, *contractioni*, opponitur ἡ διάχυσις, *animi effuſio*, ſeu *diffuſio*. Huc pertinet illud Horatii, lib. I. Epiſt. 5. vſ. 20.

Contracta *quem non in paupertate* ſolutum?

ubi *ſolutum* refer ad διαχεῖσθαι, *contracta* ad συστέλλεσθαι. Pleraque Stoica non verba ſolum, ſed & dogmata habet Horatius. Sed de hoc aliàs." VPTON, *partim in Notis, partim in Indice.*

Verſ. 29. καὶ σοὶ — — σοὶ μὲν. καὶ σὺ — — σὲ μὲν pa.

Ibid.

Ibid. ἀλλᾶν. ἀλοᾶν pc. Librariorum hæc monstra sunt, sed memoratu non indigna, ut sciamus quam in partem proni fuerint illorum hominum lapsus.

Vers. 30. Οὐδέν. Ignorabant hoc vocab. superiores editiones ante Vptonum, qui e suo codice illam inseruit. Et habent quidem eamdem vocem h. l. nostri etiam codices tres pabc. (pac. quidem ἡμῖν οὐδὲν jungentes; pb. vero interpositio interrogandi signo separans;) sed iidem omnes mox pro ἂν δ' ἄλλως ἡμῖν, nil aliud habent nisi ἀλλ' ὡς, quod ex ἄλλως est corruptum. Itaque vide, ne οὐδὲν illud ex οὐδ' ἂν detortum sit, quod pro illo opportune hic exhibent editi. Ac sane adjecta voce οὐδὲν nil erat opus. cf. ad I. 10, 11. ad I. 22, 12. ad II. 24, 17. Mox, pro τί ἂν ἄλλο, est τί οὖν ἄλλο in pb.

Vers. 32. τότε τοῦ Φεύγειν. Articulum, cum neglexissent superiores, adjecit e codice suo Vptonus; cum quo facit noster pb.

Ibid. καὶ νῦν ἐν Ῥώμῃ ἀνέρχῃ. De verbo ἀνέρχεσθαι, *Romam* (e Græcia potissimum) *proficisci* significante, vide Not. ad I. 10, 2. Nota vero præpos. ἐν pro εἰς positam, ut II. 20, 33. Monuit ad hunc locum VPTON: „Hinc patet, Epictetum non Romæ hunc sermonem habuisse. Vide Præfationem nostram in initio." — At id quidem e bene multis locis harum Dissertationum abunde patebat. Pro ἀνέρχῃ in pa. primo fuerat aliud quid, forte ἀπέρχῃ, erasum deinde & correctum. Nudum verbum ἔρχῃ habet pb. In ἐν Ῥώμῃ nil mutant libri.

Ibid. πᾶν μεταδόξῃ. „Noster codex μεταξὺ δόξῃ." VPTON. Nempe imperite sic in cod. illo scriptum. Eodem modo in pb. sed in hujus ora corrigitur eadem manu, μεταδόξῃ.

Vers. 33. οὔτε ἄλλο τι — — αἴτιόν ἐστι τοῦ πράττειν τι, ἢ μὴ πράττειν ἡμᾶς· ἀλλ' ὑπολήψεις καὶ δόγματα. „Non ex *perturbationibus*, sed ex *opinionibus*, oriri actiones humanas, existimabant Stoici. Id quod patet ex hisce Dissertationibus passim, & ex Marco Anton. VIII. 1. ἐπὰν δόγματα ἔχῃ, ἀφ' ὧν αἱ ὁρμαὶ καὶ αἱ πράξεις. Hinc apud eundem crebro ista occurrunt: Πᾶν ὑπόληψις, & Πάντα ὑπόληψις, & ὁ βίος ὑπόληψις. Seneca Epist. 78. *Omnia ex opinione suspensa sunt.*" VPTON. Vide loca Epicteti nostri, in Indice ad vocabula ὑπόληψις & δόγμα collecta. Nota vero, græca hæc vocabula ejusmodi esse, ut per se etiam, sive vi originis, sive ex vulgato

vulgato usu, *actionem* aliquam *animi* significarent: nam ὑπόληψις est quasi *susceptio*, adeoque *opinio a nobis susceptа*, *in animum a nobis admissa*; δόγμα vero est *decretum*, qualia sunt *senatus decreta*, quæ ex actione sane animi, non passione, proficiscuntur.

Vers. 34. Παίδες, ἔφη. „Deest ἔφη in aliis, restitui autem ex nostro codice. Mox, Οἷα δὴ τὰ αἴτια, &c. axioma in scholis: *Qualis caussa, talis est effectus.*“ VPTON. — ἔφη ignorant nostri libri cum editis. Pro οἷα δή, habet οἷα δὲ pb.

Vers. 36. ταὐτὸν τοῦτο. ταυτὸ τοῦτο pac.

Ibid. ἀποφανούμεν. Corrupte ἀποφανοῦμαι pb. sed superscr. εθα, ut sit ἀποφανούμεθα.

Vers. 37. πεπεισμένοι. πεπεισμένω pa. in duali.

Ibid. ἡμεῖς κύριοι. „ἐφ' ἡμῖν.“ VPTON. — Nempe sic Enchir. 1.

Vers. 38. οὐδὲν ἄλλο. οὐδὲ ἄλλο pa.

Ibid. Pro τὸν ἀγρὸν pc. in contextu τῶν ἀνδρῶν habet, sed in marg. γρ. οὔτε τὸν ἀγρὸν.

Vers. 39. σχολαστικὸν σε δεῖ γενέσθαι· τοῦτο τὸ ζῶον &c. „*Scholasticus* est is, qui in pulvere literario vitam tantum agit, non ad forum accedens. Vita autem Stoici in actione, non in otio versari debet: ideoque vituperio vertitur Scholasticus. Sic IV. 1, 138. ἄρον ἐκεῖνα τὰ τῶν σχολαστικῶν καὶ τῶν μωρῶν. Author de Caussis corruptæ Eloquentiæ: *At nunc adolescentuli nostri deducuntur in scenas* Scholasticorum, *qui Rhetores vocantur*, &c. Petronius in Satyr. *Ideo ego adolescentulos existimo in* Scholis *stultissimos fieri, quia nihil ex eis quæ in usu habemus, aut audiunt, aut vident.* Hinc M. Antonin. I. 16. μάτι ὅτι σχολαστικός. ubi videas Gatakerum. Vide etiam Hieroclis Facet. edit. Needh. p. 460. & Casaub. Not. ad Histor. Aug. p. 188.“ VPTON.

Ibid. οὐ πάνυ καταγελῶσιν. ὃ πάνυ pab. male.

CAPVT XII.

TIT. Περὶ Εὐαρεστήσεως. Commode *de Animi Aequitate* vertunt; agitur scilicet de *Animo, qui in divina Administratione hujus Mundi placide adquiescit, & Providentiæ divinæ decreta cum hilaritate comprobat.* Ductus autem est Titulus (qui, sicut reliquæ Capitum-Inscriptiones, ab Arriano adjectæ videntur) e verbis illis, vers. 8. πῶς ἂν εὐαρεστοίην τῇ θείᾳ διοικήσει; cf. vs. 20 sqq.

Idem

providentiam ad particularia non extendere persuadere moliti sunt: Ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς ἐπιχειροῦσι πείθειν, ὡς τοῦ μὲν σύμπαντος καὶ αὐτῶν τῶν γενῶν καὶ εἰδῶν ἐπιμελεῖται Θεὸς, ἡμοῦ δὲ καὶ σοῦ οὐκέτι, καὶ τοῦ καθέκαστα· ἐπεὶ οὐδ' (scribe οὐδ' ἐπεί) ἂν ἠνεχόμεθα αὐτῷ δι' ὅλης νυκτὸς καὶ ἡμέρας. *Quin etiam nobis persuadere moliuntur, universitatis quidem hujus, ac generum, specierumque ipsarum curam gerere Deum; mei autem, & tui, & uniuscujusque singillatim non itidem: non quamquam imploraremus eum totis noctibus atque diebus.*"

„V. Eorum, qui etiam *ad Particularia extendere* [*se*] *divinam Providentiam* censerent. [vers. 3.] Inter quos *Ulysses* Homericus. Sic enim Minervam alloquitur, Iliad. ν'. 278.

— — — — — Ἥ τε μοι αἰεὶ
ἐν πάντεσσι πόνοισι παρίστασαι· οὐδέ σε λήθω
κινύμενος. —

Quae mihi semper in nullis non laboribus ades: neque te lateo cum moveor. Noster codex etiam habet κινύμενος: [sic & Stobaeus, ut est apud Homerum; atque hoc in contextum recepit Vptonus, monitus etiam a Salmasio:] cum cæteri κινούμενος exhibent. [Sic Parisini omnes.] *Socrates* autem apud Xenoph. in Memor. lib. I. [c. 1.] Σωκράτης δὲ πάντα μὲν ἡγεῖτο θεοὺς εἰδέναι, τά τε λεγόμενα καὶ πραττόμενα, καὶ τὰ σιγῇ βουλόμενα· [immo βουλευόμενα] πανταχοῦ δὲ παρεῖναι, καὶ σημαίνειν τοῖς ἀνθρώποις περὶ τῶν ἀνθρωπείων πάντων. Et apud Platonem in Phædone, p. 62. edit. Steph. [c. 6. p. 167. ed. Forsteri.] Οὐ μέν τοι ἀλλὰ τόδε γέ μοι δοκεῖ, ὦ Κέβης, εὖ λέγεσθαι, τὸ θεοὺς εἶναι, ἡμῶν τοὺς ἐπιμελουμένους, καὶ ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους ἐν τῶν κτημάτων τοῖς θεοῖς εἶναι. Propius accedit ad Homerica verba Hermogenes apud Xenoph. in Sympos. p. 887. ed. Francof. [p. m. 701. ed. Bas. 1569.] Οὗτοι τοίνυν οἱ πάντα μὲν εἰδότες, πάντα δὲ δυνάμενοι θεοί, οὕτω μοι φίλοι εἰσὶν, ὥστε διὰ τὸ ἐπιμελεῖσθαί μου οὔποτε λήθω αὐτοὺς, οὔτε νυκτὸς, οὐδ' ἡμέρας. οὔθ' ὅτοι ἂν ἐρωῶμαι, οὐδ' ὅ τι ἂν μέλλω πράττειν. Cicero de Nat. Deor. l. 2. *Sunt autem alii Philosophi, & hi quidem magni atque nobiles, qui Deorum mente atque ratione omnem mundum administrari & regi censeant: neque vero id solum, sed etiam ab iisdem vitae hominum consuli & provideri.* Ipse Zeno apud Laërt. VII. 147. Θεὸν δὲ — — προνοητικὸν κόσμου τε καὶ

καὶ τῶν ἐν τούτῳ. Confer [Epictetum nostrum] II 14, 11. III. 24, 103. III. 26, 28.* VPTON.

Vers. 4. Tria verba, ἢ οὐχ ὑγιῶς, quæ desunt in superioribus editionibus, e suo codice adjecit Vpton. Nullus e nostris ea agnoscit. Paulo ante vero, pro τέλος, habet εἶ ἄρα pb. Cæterum totus hic versus, inde a principio, aliter legitur apud Stobæum, nempe in hunc modum: Εἴτερ οὖν ὑγιῶς λέγεται, τέλος εἶναι τὸ ἕπεσθαι θεῷ, ἀναγκαῖον περὶ ἑκάστου τούτων ἐπὶ σκέψει. Εἰ γὰρ μή εἰσι θεοὶ, &c. Quam lectionem Vir doctus, cui novam Eclogarum editionem debemus, etsi vulgatam apud Arrianum per se ferri posse fatetur, commodiorem tamen existimat; quoniam in vulgata nexus desideretur, qui constat, (ait) Stobæi lectione admissa. „Nam cum sequatur (inquit) εἰ γὰρ μή εἰσι θεοὶ, τίς ἐστι τέλος ἕπεσθαι θεοῖς, certe antea dici debuit, Dei imitationem propositam nobis esse debere." — At ex vulgata apud Arrianum lectione satis intelligitur, istam commemorationem variarum de Providentia sententiarum factam ab Epicteto esse ea occasione, cum quæstio ageretur *de Fine quem sibi homo propositum habere debeat*: simulque intelligi par est, de eadem hac quæstione jam prius nonnihil disputasse Epictetum, sed priorem partem illius disputationis non esse literis mandatam ab Arriano. Stobæus vero in eis, in quibus ab Arriano nostro discedit, mihi non tam videtur diversam sui, cui dicis lectionem esse secutus, quam sup arbitratu verba Arriani nonnihil immutasse, clariora redditurus. Eademque videtur Vptoni fuisse de ista diversitate sententia; quare ille (quod miratur Heerenius) in suis ad Arrianum Notis scripturam Stobæi h. l. commemorare neglexit.

Vers. 5. Εἰ γὰρ μὴ εἰσὶν θεοὶ. Rursus h. l. ex perperam accepto scripturæ compendio, quo in edit. Bas. particula γὰρ erat expressa, temere δὲ invaserat editiones Gen. Col. Cant. Lond. anonym. & Vpt. Vide ad I. 9, 2.

Ibid. τέλος, ἕπεσθαι θεῷ. „Conf. I. 20, 15. & consule Gatak. ad M. Antonin. VII. 31. Davis. ad Cic. de Fin. III. 22. Lips. Manud. ad Stoic. Phil. lib. II. dis. 16." VPTON. *h. l. & ad* I. 20, 15. — Ad Stobæum h. l. monuit HEEREN: „Solennis est hæc Stoicis loquendi ratio, ut finem bonorum in eo ponant, ut Deum sequamur, ἐν τῷ ἕπεσθαι θεῷ. Sic Marc. Aurel. X. 15. ἀσχολίας δὲ πάσας καὶ σπουδὰς ἀφῆναι, καὶ οὐδὲν

ἐν ἄλλῳ ποιήματι, ἢ ἀνδρῶν περαίνειν διὰ τοῦ νόμου, καὶ ἀνδρῶν περαίνοντι, ἕπεσθαι, τῷ θεῷ. Illud vero, *Deum sequi*, nil est aliud quam quod ab aliis dicitur, *naturæ convenienter vivere*, κατὰ φύσιν ζῆν vel ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν. Deus enim continet in se omnem naturæ rationem, unde ab *iis lex communis*, νόμος κοινὸς, appellari solet, ut in *Cleanthis* Hymno vs. 24.

Οὗτε δικαίοις θεοῦ κοινὸν νόμον, οὔτε πλείοσιν.

Atque in loco incerti poetæ, supra cap. 3. [Ecl. Phys. Stob.] fragm. 5.

Ὁ γὰρ θεὸς μέγιστος ἀνθρώποις νόμος.

Non sine caussa objiciebatur hoc Stoicis, ut in verbis sepius hærerent, & quæ revera eadem essent, aliis tantum verbis exprimerent.“ — Ego vero non tam vitio vertendum, quam gratias eis habendas putaverim, qui, si docere orti fuerint, mihi demonstrare, *Finem hominis propositum esse debere, Sequi Deum*, tum me doceant, hoc ipsum, *sequi Deum*, in eo inesse, ut *naturæ (& nostræ & Universi) convenienter vivamus*: rursusque eisdem, si, postquam exorti erant me docere, *Finem hominis propositum esse debere, Naturæ convenienter vivere*, tum pergunt ut me doceant, *Naturæ convenienter vivere*, idem esse ac *Dei legibus parere*: &, qui ex *Naturæ præscripto vivat*, & rectæ rationis præceptis obsequatur, eum hoc ipso *Deo parere*, auctori naturæ & progenitori nostro, qui Rationis vi nos instruxit ad pervidendum, quodnam sit Naturæ, id est, Ipsius Dei consilium atque voluntas. *Ibid.* Εἰ δὲ αἱ μὲν, μηδενὸς δ' ἀντιπαλύοντος. Nemesius de Nat. Hom. p. 306. *Εἰ γὰρ μὴ προνοεῖ θεὸς, — — τίς ἂν οὖν ἔτι προσκυνήσειε θεὸν, μηδὲν εἰς ἡμᾶς* (legge ἡμᾶς) *συλλαμβανόμενον.*“ VPTON. — Quod ἡμᾶς pro ἡμῖν legere jusserit vir doctus, vereor ne minus rectum. Immo, in legitimam ordinem restitutis verbis, corrige *εἰς μηδὲν ἡμῖν συλλαμβανόμενον*. Sic enim legitime construitur verbum *συλλαμβάνειν* vel *συλλάμβανεσθαι*.

Vers. 6. Εἰ *μηδενὶ διδοῖς εἰς ἀνθρώπους ἐντὸς ἐξ αὐτῶν*. Vptonus cum Wolfio vertit, *neque quidquam hominibus impertiunt*. Recte id quidem: sed ea impertitio, ut ita dicam, reciproca quodammodo est; unde *de Deo* I. 14, 9. ait, *ἐπὶ πάντων τῶν ἄλλων ἀνέχου*. (vide ibi not.) Quare nec male Heerenius eadem verba apud Stobæum sic convertit: *si autem nulla communio exstat inter eos & homines*. Sic eisdem pene verbis idem Epicte-

tus

tus noster II. 20, 23: οὐδὲ κοινόν τι ἡμῖν ἐστι πρὸς αὐτούς, conf. II. 14, 28. Huc loco διάθεσις τοῖς ἀνθρώποις ἐστὶν scribit pa. pro εἰς ἀνθρώπους.

Ibid. καὶ νὴ Δία γε. Caret γε pb.

Vers. 7. τὴν αὐτοῦ γνώμην. „αὐτοῦ pro ἑαυτοῦ." VPTON. — Nempe sicut frequentissime aliàs. αὐτοῦ vero habet h. l. pb. Pro γνώμην, temere γνῶσιν scriptum in pc.

Ibid. διατασσόμενα τὰ Ὅλα. τὰ πάντα h. l. habet Stobæus.

Ibid. παιδάπερ οἱ ἀγαθοὶ πολῖται τῷ νόμῳ τῆς πόλεως. Ex præcepto Apollinis. Xenoph. Ἀπομνημ. lib. IV. c. 3. Ὁρᾷς ὅτι ὁ ἐν Δελφοῖς θεὸς, ὅταν τις αὐτὸν ἐπερωτᾷ, πῶς ἂν τοῖς θεοῖς χαρίζοιτο, ἀποκρίνεται, νόμῳ πόλεως. Præcepit etiam Pythagoras, Νόμους παιδεύειν, item Νόμῳ βοηθεῖν, καὶ ἀνομίᾳ πολεμεῖν, ut scribit Laërtius, [VIII. 23.] & Jamblichus in Vita; apud quem hæc etiam verba sunt, p. 148. ed. Küst. Τὸ μέγιστον ἐν τοῖς πατρίοις ἔθεσί τε καὶ νομίμοις ἐδοκίμαζον οἱ ἄνδρες ἀκαίνους, πλὴν ἢ μικρᾷ χρόᾳ ἑτέρων. Τὸ γὰρ ἐπιθυμεῖν ἐπιτηδεῖν ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων νόμων, καὶ οἰκείους εἶναι καινοτομίας, οὐδαμῶς εἶναι σύμφορον καὶ σωτήριον. Vbi legendum videtur τὸ γὰρ — — — νόμων καὶ οἰκείων, εἶναι καινοτομίας, οὐδαμῶς τ' εἶναι συμφ. καὶ σωτ. id est, *nam leviter discedere a legibus latis & propriis, esse eorum qui rebus novis student, & nequaquam conducere ad publicam utilitatem & salutem.* [immo vero perbene habet vulgata, nullo modo solicitanda. οἰκεῖος καινοτομίας, est *novarum rerum studiosus.* Ad οἰκείους εἶναι vero, ex præcedenti membro articulus τὸ intelligendus; καὶ (τὸ) οἰκείους εἶναι καινοτομίας, *& novis rebus studere, studium rerum novarum.*] Porphyrius de Abstin. lib. III. p. 179. [immo lib. IV. c. 22.] Ἔτι καὶ Δράκοντος νόμος μνημονεύεται τοιοῦτος. Θεοὺς αἰεὶ τοὺς Ἀττίδα νεμομένους, κύριος τὸν ἅπαντα χρόνον· Θεοὺς τιμᾶν καὶ ἥρωας ἐγχωρίους ἐν κοινῷ, * ἐμτετίνους (leg. ἐντετιμένους) νόμους πατρίους, ἰδίᾳ κατὰ δύναμιν, σὺν εὐφημίᾳ καὶ ἀπαρχαῖς καρπῶν, * τελέσσας ἀστείους (lege καὶ τελείους ἀστείους. nam sic mox.) Quin etiam *Draconis lex memoratur hujusmodi: Lex perpetua Atticam incolentibus, semper rata: Deos colere & Heroas indigenas, publice secundum patrias leges, privatim pro facultate, cum fausta acclimatione & fructuum primitiis, & libis omnis.* Vide Cicer. de Divinat. II. 56. VPTON.

in Ciceronis loco, quem hic citavit Vptonus, nihil quod huc spectet reperias. Voluerat haud dubie *de Legib. II.* 16. scribere.

Vers. 9. ἐλεύθερος γάρ ἐστιν. „Vide lib. IV. c. 1. in initio.“ VPTON.

Vers. 10. εἰς ταὐτὸν. εἰς ταὐτὸ pc.

Vers. 12. τὸ δ' ὡς ἔτυχέ μοι βούλεσθαι τοῦτ' ὡς ἔτυχε δόξαντα γίνεσθαι. Vulgo omnes sic legunt: τὸ δ' ὡς ἔτυχέ μοι βούλεσθαι, τὰ δ' ὡς ἔτυχε δόξαντα γίνεσθαι &c. Quae verba sic convertit Wolfius: *me autem temere velle, & temere decreta fieri: id adeo pulcrum non esse videtur*, &c. Vptonus: *me autem temere velle, & temere visa fieri.* &c. Quae latina non magis, quam ista graeca, ferri posse putavi. Delata posteriori loco particula δὲ, & duobus, quae fuerant, membris orationis in unum contractis, satis recte procedere oratio mihi visa est: *me temere velle ut fiant ea, quae temere mihi visa erant, id vero turpe est.* τὰ ὡς ἔτυχε δόξαντα sunt quae modo ajebat τῶν τὸ δοκεῖν μοι κεῖν ἐπιτρεπῶν ἐστιν. Pro ὡς ἔτυχε βούλεσθαι vero, mox rursus vs. 15. ὡς ἔτυχε θέλειν ait. A scriptura olim vulgata nihil hic discedunt libri nostri, nisi quod, pro τὰ δ' ὡς ἔτυχε δόξαντα, in pb. sit τὸ δ' ὡς ἔτυχε δόξαν τα, prioribus verbis plane repetitis e superioribus.

Vers. 13. ἐπὶ γραμματικῶν. ἐπὶ γραμμάτων pc.

Ibid. Διωνος ὄνομα. „Nomen *Dionis* Στοϊκῶς usurpatur, idque ex more Stoicorum. Vide ad II. 2, 23.“ VPTON. — Non solum a Grammaticis *Dionis* nomen vulgo pro exemplo adhibebatur; sed & a Dialecticis, in propositionum & ratiocinationum exemplis.

Ibid. Οὔ. ἀλλὰ διδαση. Deest Οὔ pb. ne sic quidem male, ut saepe aliàs.

Vers. 14. Ante verba εἰ δὲ μή, e praecedenti versu intelligendum aut etiam differte suppliendum Ὡσαύτως, vel Οὐκ ἄλλως.

Ibid. εἰ ταῖς ἑκάστων βουλήσεσι προσχρώμεθα. „Nempe τὸ ἐπίστασθαί τι.“ VPTON.

Vers. 15. τὸ παιδεύεσθαι. „Nempe ἀφεῖται, *permissum* [*datum, concessum*] est.“ VPTON.

Ibid. μανθάνειν ἕκαστα οὕτω θέλειν ὡς γίνεσθαι. „Omnino conf. Enchir. c. 8. Vide etiam II. 16, 42. II. 17, 21 sq. IV. 1, 89. In eandem mentem M. Anton. IV. 23. Πᾶν μοι συνευρύθμιζε, ὁ σοὶ εὐάρμοστόν ἐστιν, ὦ Κόσμε. *Quidquid tibi convenit, o Mundo, convenit & mihi.*

mihi. [Adde] ibid. sect. 94. & ejusdem libri sect. 26. Συμβέβηκέ σοι τι κακὸν; (lege κακῶς;) Ἐκ τῶν ὅλων ἐπ' ἀρχῆς σοι συνεκλείσθαι καὶ συνελθεῖν τῶν τὸ συμβαῖνον. *Obvenit tibi malum aliquid? Ab initio tibi, quid quid contingit, ab Universo destinatum & fato certo esse gnatum est.* VPTON.

Vers. 16. Διὰτάξε δὲ — — — καὶ ἀρετὴν καὶ κακίαν. „Pulcre hæc de re Chrysippus, in libro περὶ Προνοίας. Extant autem apud A. Gellium: [lib. VI. c. 1.] & emendatiora & auctiora apud Lactantium, in Epitome, p. 75. edit. Davis. [cap. 29. *Ad ea Chrysippus, cum in libro* περὶ Προνοίας *quarto disseret:*] *nihil profecto, inquit, istis insulsius, qui opinantur, bona esse potuisse, si non essent ibidem mala. Nam cum bona malis contraria sint, utraque necesse est opposita esse inter se, & quasi mutuo adversoque fulta nisu consistere. Nullum adeo contrarium est sine contrario altero. Quo enim pacto justitia sensus esse posset, nisi essent injuriæ? aut quid aliud justitia est, quam injustitiæ privatio? Quid item fortitudo? non intelligi potest, nisi ex ignavia adpositione. Quid continentia? nisi ex intemperantia. Quo item modo prudentia esset, nisi foret contraria imprudentia? Proinde, inquit, homines stulti cur non hoc etiam desiderant, ut veritas sit, & non sit mendacium. Namque itidem sunt bona & mala, felicitas & importunitas, voluptas & dolor. Alterum enim ex altero, sicut Plato ait, verticibus inter se contrariis deligatum; si tuleris unum, abstuleris utrumque.* Idem [Chrysippus] apud Plutarch. de Stoicor. Repugn. p. 1050. E. Ἡ κακία πρὸς τὰ λοιπὰ συμπτώματα ἔχει ὅρον. γίγνεται γὰρ [καὶ] αὐτή πως κατὰ τὸν τῆς Φύσεως λόγον, καὶ, ἵν' οὕτως εἴπω, οὐκ ἀχρήστως γίνεται πρὸς τὰ ὅλα· οὔτε γὰρ τἀγαθὰ ἦν. Socrates apud Platon. in Theætet. p. 176. ed. Steph. Ἀλλ' οὐκ ἀπολέσθαι τὰ κακὰ δυνατόν, ὦ Θεόδωρε· (ἀνάγκη γάρ τι τῷ ἐναντίῳ αἰεὶ εἶναι ἐνάντιον·) οὐδ' ἐν θεοῖς αὐτὰ ἱδρύσθαι τὴν τοιαύτην φύσιν οὐδαμῶς ἐνδέχεται. *At fieri non potest, Theodore, ut ex hominum societate mala funditus expellantur: (contrarium enim aliquid bono semper esse necesse est:) malum tamen inter deos locum habere minime putandum est; mortalem autem naturam & hæc nostra loca necessario ambit & circumvagatur.*" VPTON.

Ibid. καὶ πάσης τῆς τοιαύτης ἀνωμαλίας, ὑπὸ τῆς τοῦ Φωτὸς — — — Auctor de Mundo, c. 6. Ἀφ' ὧν καὶ

καὶ τῶν ἐναντίων ἡ φύσις γλίχεται, καὶ ἐν τούτων ἀντικαλεῖ τὸ σύμφωνον, οὐκ ἐκ τῶν ὁμοίων. M. Antonin. VII. 58. τὸ ἐκ τῶν ἐναντίων συμπεφορημένον. Heraclitus apud Aristot. in Ethic. lib. VIII. c. 1. τὸ διαφέρον συμφέρει· καὶ, ἐκ τῶν διαφερόντων καλλίστην ἁρμονίαν· καὶ, πάντα κατ' ἔριν γίνεσθαι. Vid. Dissertatio [XXV.] Maximi Tyrii, Τοῦ Θεοῦ τὰ ἀφανῆ σημαίνεται, πόθεν τὸ κακόν. ubi haec inter alia ad hunc locum pertinentia: ἃ δὲ ἡμεῖς καλοῦμεν κακὰ καὶ φθοράς, καὶ ὅσ' εἰς ὀδυρμοὺς ἡμᾶς σπᾶται ὁ τοιχωρύχης καλεῖ σωτηρίαν τοῦ ὅλου. μέλει γὰρ αὐτῷ τοῦ ὅλου, τὸ δὲ μέρος ἀνάγκη πάσχειν ὑπὲρ τοῦ ὅλου. Vide infra ad I. 14, 2. VPTON.

Vellem equidem, quæstio *de Natura & Origine Mali* ex professo alicubi ab Epicteto nostro paulo uberius tractata superesset. Puto, non tam frigide, ut plerique alii Philosophi, & ipsi praesertim Stoici, de hoc argumento fuisse eum disturum. Mihi interim ex omnium numero paulo vetustioris memoriae Philosophorum longe commodissime lucidissimeque eam quaestionem persecutus videtur Simplicius in Comment. ad Epicteti Enchirid. cap. 13. & c. 34. pag. 78 seqq. & p. 162 sqq. editionis Lugd. Batav.

Ibid. ἡμῶν τ' ἑκάστου. Sic rescripsi cum ed. Ven. & Bal. & codd. pab. ἡμῶν δ' ἑκάστου casu potius, quam certo consilio in editionem Genev. irrepsit, inde in Col. & sequentes propagatum. Conjunctiva particula prorsus deest in pc.

Vers. 17. οὐχ ἵνα ἀλλάξωμεν τὰς ὑποθέσεις. „Vide I. 29, 39." VPTON. ἵνα absque elisione scripsi cum pabc. Vulgo ἵν' ἀλλαξ.

Ibid. οὔτως ἐχόντων τῶν περὶ ἡμᾶς. Articulum τῶν, quem ignorant vulgo omnes, absorptum a praecedente verbo ἐχόντων, utique adjiciendum putavi.

Ibid. αὐτοῦ τὴν γνώμην. Sic noster codex [& pabc.] alii [aliae editiones] corrupte. πάθους αὐτοῦ, τὴν γνώμην VPTON. Editio Veneta; vestigium veram lectionem observasse; comma post πάθους ponendum, αὐτοῦ ad sequentia trahendum.

Ibid. τὴν αὐτοῦ, τὴν αὐτῶν ed. Ven. & sequentes omnes ante Vptonum, non male. Vide ad I. 9, 26. sed h. l. in αὐτοῦ, quod vel quidem accuratius Vptonus scripserat, consentiunt pabc. Quare hoc tuli, nec enim

enim opus est, ut in hoc immutatum genere constantem ubique rationem teneamus.

Vers. 18. Ἀλλὰ συνήσας αὐτοῖς, Εἰσήνους ἀπέκρυψε. Sic pac. cum editis; sed συνήσας αὐτοὺς, εἰσήνους ἀπέκρυψε pb. quod verum videtur; ut ad συνῆναι intelligatur αὐτοῖς, αὐτοὺς vero illum valeat ac ἡμᾶς vel ἡμῖν αὐτοῖς, de quo usu dixi ad I. 9, 26.

Ibid. καὶ τίς ἡμῖν ἔδωκε; Exspectabam καὶ τοῦτο τίς ἡμῖν ἔδωκε; Sed nil variant libri.

Vers. 19. Τί οὖν ἀπολέλειπται; „Eodem sensu I. 11, 26. ὑπολέλειπται, rectius forsan." VPTON. Sed & eodem sensu pariter ἀπολέλειπται habes in Ench. c. 49, 2. ubi tamen codex noster Argent. λέλειπται exhibet, quod minime spernendum. At & alii eodem modo utuntur composito illo. Sic Laërt. VII. 85. ἀπολέλειπται τοίνυν εἰπεῖν, *relinquitur, superest igitur, ut dicamus.* Et de fineris parte quae conficienda *supereat*, Polyb. III. 39, 12. Verba τί οὖν ante ἀπολέλειπται perperam desunt in pb. & in eodem pro ἢ τίς, quod sequitur, in ora εἶτις scribitur.

Ibid. Τὴν εὐρίσκουσα μηχανὴ πρὸς τὴν χρῆσιν αὐτῶν; Τοιαύτη, δι' ἧς &c. Vulgo conjungebant omnes ita τὴν πρὸς τὴν χρῆσιν αὐτῶν τοιαύτη, quae sic convertit Vptonus cum Wolfio: *quae ratio excogitari potest ad eorum consuetudinem sic apta.* In ed. Ven. autem τοιαύτην scriptum erat; cum jota sub η, quam scripturam Vptonus in Notis sic interpretatur: *quae ars excogitari potest, ut cum iis versemur tali modo.* Ego post αὐτῶν, signum interrogandi posui, & τοιαύτη ad sequentia retuli, ea sententia quam in versione expressi.

Ibid. κατήνεσαι. Corrupte prorsus τοιοῦτοι scripsit pc. Sed inter lineas notatur, γρ. κατήνεσαι. [sic.]

Vers. 20. Σὺ δ' ἀπολέλειπαι αὐ, Perperam Σὺ δὲ τοῦ ἀπολέλειπαι pb.

Ibid. πᾶν μὲν μόνος εἶ, ἀγαθὲ παῖς τοῦτο. „Vide lib. III. c. 13. & IV. 4, 27." VPTON.

Vers. 21. ἡγεῖσθαι ἑαυτόν. αὐτὸν ed. Ven. & Bas. αὐτὸν pab. quorum utrumque ferri poterat, accipiendo pro ἑαυτόν. Sed ἑαυτόν correxit editor Genevensis, idque tenuere posteriores editores; & iubens ego quoque tenui, quum praesertim id ipsum exhibeat etiam noster cod. pc.

Ibid. ἀφετὴν καὶ εὐπάθειαν. „Vide ad II. 24, 23." VPTON.

Vers. 22. Τίς οὖν ἡ κόλασις &c. Vulgo ista connectunt, Τίς οὖν ἡ κόλασις τοῖς οὐ προσδεχομένοις τὸ οὕτως ἔχειν ὡς ἔχουσι; & in fine signum interrogandi ponunt, verumtamen: *Quae igitur poena est eorum, qui ita res esse nolunt, ut sunt?* Tum ad ista verba haec notavit VPTON. „*Quae igitur poena est eorum, qui ita homines sese habere nolunt, quemadmodum se habent?* Τὸ (τοὺς ἀνθρώπους) οὕτως ἔχειν ὡς ἔχουσι. Vel forsan: Τίς οὖν ἡ κόλασις τοῖς τὸ προσδεχομένοις; Τὸ οὕτως ἔχειν ὡς ἔχουσι. *Quae igitur poena est eorum qui non admittunt? Ipsum istud non admittere.*" — Ego rationem distinguendae orationis, posteriori loco ab Vptono propositam, haud dubie veram judicavi: sententiam vero, quae nec per se admodum obscura erat, & e sequentibus clare patebat, planius, (puto) quam ab Vptono factum, expressi.

Ibid. διαφορεῖται τις τοῖς γονεῦσι. Deest ἡ, l. τὶς in pc. Potuit expelli a sequenti τοῖς; sed nec magnopere desiderabatur, quoniam praesertim paulo ante adest idem pronomen.

Vers. 23. Ἔλλε αὐτὸν εἰς Φυλακήν. Concise dictum, pro more. Intellige: *Tu putas hanc demum esse poenam, cum iudex aut tyrannus iubet hominem in vincula abduci.* cf. IV. 7, 31.

Ibid. Ποίαν Φυλακήν; „Hae voces, Ποίαν Φυλακήν; cum hucusque abfuerint, fide nostri codicis, & sensu postulante, non dubitavi restituere." VPTON. Percommode vero; ignorant autem ea verba nostri mssti cum olim editis.

Vers. 24. Σκέλος οὖν μου &c. „Se ipsum innuit." VPTON. De loquendi formula conf. ad I. 1, 18.

Ibid. πεπηρωμένον. *Pede ne me esse mutilatum*, vertit Vpt. cum Wolfio. Quidni *claudum?* Apud Suidam quidem, in Ἐπίκτητος, verba illa, πεπηρῶσθαι δὲ τὸ σκέλος ὑπὸ ῥεύματος, pariter vulgo vertuntur, *ob defluxionem altero crure mutilatus*; sed perspecte jam olim Lipsius, in Manud. ad Stoic. Philos. lib. I. dissert. 19. sic interpretatus est, *claudus a destillatione in eam partem corporis illapsa.* Quo & spectat, quod in Enchiridio ipse rursus Epictetus ait, χείμαρροις σκέλους ἐστὶν ἡμιπλήσιον. Ad quae verba Simplicius in Comment. p. 102. ed. Lugd. Bat.) scribit: Ἐπίκτητος καὶ δοῦλος ἦν, καὶ τὸ σῶμα ἀσθενὴς καὶ χωλὸς ἐκ νέας ἡλικίας. *Epictetus & servus fuit, & infirmo corpore, & ab ineunte aetate claudus.*

clamdus. Neque aliter intelligendum vocabulum πηρὸς vel ἀνάπηρος, in notis illo in Epictetum Epigrammate, quod in Antholog. sub finem lib. III. p. 289. ed. H. Steph. (T. III. p. 272. num. 576. ed. Brunck.) his verbis legitur:

Δοῦλος Ἐπίκτητος γενόμην, καὶ σῶμ' ἀνάπηρος,
καὶ πενίην Ἶρος, καὶ Φίλος ἀθανάτοις.

Vbi pro σῶμ' ἀνάπηρος legit σώματι πηρὸς A. Gellius II. 18. & ex eo Macrob. Saturnal. I. 11. πήρωμα χαλκοῦ se ipsum dicit Epictetus I. 16, 20. conf. I. 8, 14.

Ibid. σκαλιδέαν. Sic editi omnes cum pa. in qua tamen prius fuisse videtur σκαλίδιον, quod & est in po. σκαλίδιον pb. Ego prope absum ut haec omnia corrupta putem, & σκαλίδιον scripsisse Arrianum mihi persuadeam, quod analogia requirere videtur. In animo habuisse videntur librarii vocabulum σκαλιδρίου vel σκαλιδρίου, quod huc nil pertinebat, *sellulam tripedem* significans.

Ibid. οὐκ ἀποστήσῃ. Revocavi superiorum editionum ante Vptonum scripturam. Quam cum in ἀποστήσεις mutasset VPTONVS, haec adnotavit: „Editi ἀποστήσῃ. At noster codex ἀποστήσεις. Sed quisnam hujus loci sensus? Vertit Schegkius: *atque ab ea* (universitate rerum) *te non removebis?* Wolfius: *non cedes?* Equidem credo hic aliquid librarium omisisse, & legendum, οὐκ ἀποστήσεις τῶν ἐντός; *non a rebus externis te abduces?* Hanc emendationem firmant quae legas I. 4, 18. Εἴ τις ὑμῶν ἀποστὰς τῶν ἐκτὸς, & Enchir. c. 8 b. [al. 38.] ἐὰν μὴ ἀποστῇς τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν. Aliter tamen contextus reformari potest: ἢ οὐκ ἀποστήσῃ; *te a rerum universitate, cujus pars es, fejunges, & desertorem te reddes?* Ejusmat M. Anton. II. 16. Τυρβάζει ἑαυτὴν ἡ τοῦ ἀνθρώπου ψυχή, μάλιστα μὲν ὅταν ἀπόστημα, καὶ οἷον φῦμα τοῦ κόσμου ὅσον ἐφ' ἑαυτῇ γένηται. τὸ γὰρ δυσχεραίνειν τινὶ τῶν γινομένων, ἀποβατικόν ἐστι τῆς φύσεως, ἧς ἐν μέρει ἐσπάρτου τῶν λοιπῶν φύσεις παρέχονται. Et lib. IV. 23. Ἀπόστημα κόσμου, ὁ ἀφιστάμενος τοῦ ἑνὸς λογικοῦ ἑαυτὸν τῆς κοινῆς φύσεως λόγου. Vtro accipias modo, sensus orietur Stoico accommodatissimus. —

Immo vero nulla prorsus causa fuerat vulgatam deserendi scripturam, nedum illam cum ea permutandi, quae ipsa gravissimis premeretur incommodis. Nam ut omittam, quod pro ἀποστήσῃς omisso verbo quodam statuerit ipse Vptonus, ne adjectis quidem illis verbis, τῶν ἐντὸς

ferri ullo pacto verbum ἀναστῆσαι in activo genere posset, sed ἀναστῆναι in medio requirebatur. Neque enim ejusdem generis sunt exempla ista, ab Vptono ex I. 4, 28. & ex Enchir. c. 31. citata: ubi ἀναστὰς & ἀναστὰς in aoristo secundo posita sunt, qui passivam vel neutralem aut reciprocam significationem habet, secus ac futurum activi generis, quod numquam non activum habet significatum. Quare non dubito, illud ipsum ἀναστῆσαι ex imperiti librarii aut nescio cujus parum docti hominis ingenio esse natum, qui hujus verbi terminationem verbo praecedenti verbisque proxime sequentibus assimilandam putaverit. In eam ἀναστῆσαι consentiunt missi notitiae omnes; quod perspecte Wolfius *non cedes?* interpretatus est. Intelligendum vero αὐτῶν, scil. τοῦ ἐκλείπειν, *non cedes illo? non illud omittes? missum facies?* Atque ita eandem notionem in futuro medii obtinebit hoc verbum, quam habet in aor. secundo in exemplis ab Vptono prolatis. Eodem modo I. 19, 15. τί ἐκδέχῃ ἵνα τις ἀντὶ τοῦ νοῦ καὶ τῆς ἴδιου συμφέροντος; *quid exspectas? ut is ipsum & suam utilitatem aliquis deserat, omittat, abjiciat? ut sua utilitate cedat?* Neque ulla vel umbra difficultatis in ista, quam revocavi, scriptura inesse mihi visa est. Quod si exemplis praeterea opus esset ad probandum, ἀφίστασθαι (in pass. vel medio) idem significare ac ἀναστῆναι, in aoristo secundo activi generis; provocarem ad I. 7, 18. coll. cum sc. 19. ad I. 18, 4. coll. cum III. 21, 3. Sed haec vel tironibus nota. Ceterum quod ἀναστῆναι hic dicit, alibi ἐκστῆναι dixit, IV. 1, 107. οὐκ ἐκστῆναι τῶν ἀλλοτρίων;

Vers. 25. ἢ ἐκείθι μετὰ τῶν Μοιρῶν παρεστὼς καὶ ψηλαφήσεων — Ex Homero sumsit, apud quem Telemachus Odyss. γ'. 208.

Ἀλλ' οὔ μοι νεῦσεν ἐπιψηλῆσαι θεὸς ἦλθε.

Od. π'. 64.

— — οὐ γάρ οἱ ἐπιψηλῆσαι πάρα θεσμὸς.

& alibi saepius. Eodem modo M. Antonin. III. 4. καὶ τὸ ἐκεῖθεν ἐκ τῶν ὅλων συγκαλούμενον ἀφορμὴν ἀνοῆ. *sibique ab universo destinata cogitus assidue.* Lib. II. 2. οὐκ ἄνευ Φύσεως καὶ συγκλώσεως. & alibi in locis. Tacitus Annal. lib. VI. c. 22. *Contra alii (Stoici) fatum quidem subvertere rebus putant; sed non e vagis stellis, verum ipsa principia, & nexum naturalium consurgum.* VPTON. *Vers.* 26. ἥλιος μέρος ἐστὶ τοῦ ὅλου. Lucretius, lib. Vi. [652.]

Et quota pars homo sit terrei totius unus. Sic autem II. 5, 13. II. 5, 26. τί γὰρ ἐστιν ἄνθρωπος, μέρος τοῦλως. II. 10, 3. & sæpius alibi. Nec aliter M. Anton. II. 4. Δεῖ δὲ ἤδη ποτὲ αἰσθέσθαι, τίνος κόσμου μέρος εἶ. quod quidem passim inculcat; juxta illud Persii, III. 71.

— — — — *quem te Deus esse*
jussit, & humana qua parte locatus es in re.

Hinc illud apud Stoicos præceptum: nullo modo nosmet ipsos disjunctos & seorsim ab Vniverso considerare; nam membra sumus corporis magni. Homo, quanquam per se non perfectus, est tamen quædam particula perfecti. Referamus nos itaque πρὸς τὸ Ὅλον. Ex hac Stoicorum doctrina locus apud M. Anton. XII. 19, illustrari atque emendari potest, qui nunc hoc modo se habet:

Εἰ μὴ παθήσει, μὴ πράξεις. εἰ μὴ ἁπλῶς ἐστι, μὴ εἶπῃς. ἡ γὰρ ὁρμὴ σου ἔστω. *

§. 18. Εἰς τὸ πᾶν δὲ ὁρᾷς. εἰ ἐστιν αὐτὸ &c.
Ita distingue:

Εἰ μὴ παθήσει, μὴ πράξεις. εἰ μὴ ἁπλῶς ἐστι, μὴ εἶπῃς. ἡ γὰρ ὁρμὴ σου ἔστω εἰς τὸ Πᾶν, εἰ δὲ ὁρᾷς. id est: *Eo te tuus impetus ferat, ut in omnibus actionibus observes τὸ Πᾶν, οὗ μέρος εἶ.* Mox nova periocha incipit: Τί ἐστιν αὐτὸ &c.* VPTON.

Ibid. κατά γε τὸν λόγον αὐτὸ χαίρειν τῶν Θεῶν &c. „*Ratio*, quatenus est ratio, non suscipit magis aut minus. Vide ad II. 16, 42.“ VPTON.

Vers. 27. καθ' ἕ. καθά pc. quod perinde est.

Vers. 28. τῇ δεινῇ. „Excepto nostro codice quem edit. Salmant. alii exhibent τῇ δεῖνα. male.“ VPTON. — Nempe τῇ δεῖνα ed. Ven. Bas. & seqq. Sed τῇ δεῖνι pab. τὴν δεῖνα pb. sed & in hoc superne τῇ δεῖνι scriptum.

Ibid. ἵνα ἐγὼ γένωμαι. Perperam γένωμαι ed. Ven. & Bas. Correxere posteriores editores; & verum habent pabc.

Vers. 29. Οὐκ ἤλθετε. „Seneca de Brevit. Vitæ, c. 15. *Solemus dicere, non fuisse in nostra potestate, quas sortiremur parentes, (Sorte nobis datos.) Nobis vero ad nostrum arbitrium nasci licet.* Quas voces uncis inclusimus, e glossa natas arbitror.“ VPTON.

Ibid. εἶτα οὕτω γενηθῆναί σε. Cum pronomen σε ignorarent vulgo omnes, illudque ne Vptoniana quidem agnoscere, obsecutus sum VPTONO, in Notis monenti. Repone γενηθῆναί σε, uti noster codex docet.“ —

Forte

Forte οὗτος σοι γενήσεται scripsit Arrianus. Pronomen cum nollim editis ignorant nostri magistri.

Vers. 30. ἀναγκαῖος ἂν ἦν. Perperam ἂν ἦν edidit. vett. ἦς primus correxit editor Cantab. & sic nostri pabc.

Ibid. προσαγομένων σοι τῶν χρωμάτων. „προσαγομένων, *Meibom.* Passive accipi potest. VPTON. — Scio equidem, de *hominibus* usurpatum verbum προσάγειν, non semper active *adducere*, *admovere* significare, sed & subinde intransitive, ut ajunt grammatici, vel neutraliter aut recipróce, *advenire*, *appropinquare*. An de *rebus* pariter id obtineat, dubito: & utique προσαγομένων cum Meibomio malim, quemadmodum & mox vs. 31. προσάγεται in pass. legitur. cf. I. 17, 25. & Ench. 51, 3. Nil frequentius, quam errata ista in terminationibus verborum admissa, quae per intricatos scripturae nexus plerumque efferri a librariis solebant. Nihil vero hic variant libri.

Vers. 31. Προσάγεταί σοι τὰ παραλληλα τῇ δυνάμει ἣν ἔχεις. „Confer Enchir. cap. 10. VPTON. — Id caput in Wolfiana recensione est num. 12.

Ibid. τότε μάλιστα. Deest τότε pb. & pa. a prima manu, adjectum ibi a manu recentissima.

Ibid. ἔχειν δόξει. Mendose ἔδη ed. Ven. quod jam in Bas. correctum.

Vers. 32. μόνον δ' ὑπεύθυνον ἀπέφηναν τῶν ἐπὶ σοί. Super μόνον in pb. inter lineas notatur μόνων eadem manu. Conf. ad I. 9, 5. Conjunctionem δὲ ignorat pa. non male. Pc. in neutram partem testis advocari potest, quia nonnulla etiam alia hic in eo praetermissa. Pro ἀπέφηναν hoc loco pa. (ut paulo inferius) ἀπέφαινον in contextu habet, sed lineis inferne notatum ut spurium, & ἀπέφηναν in ora. Verba ista cum Wolfio sic vertit Vptonus, *earum duntaxat rerum a te rationem repetunt.* Moxque rursus *Vers.* 34. Τίνος οὖν ὑπεύθυνον σε ἀπέφηνας; *Cujus igitur a te rei rationem reddere jubent?* Ego vocabulo *obnoxius* utendum putavi, quamquam videri poterat ambiguitatis nonnihil habere. Nempe eadem graeci vocabuli ὑπεύθυνος ratio est; quo simul duae notiones comprehensae nunc videntur: primum quidem, quod *adstrictus sit* homo *ad rationem reddendam* modi, quo ils rebus utitur: sed & insuper illud potissimum, quod *vel fructum vel damnum ex iis capiat.*

Vers. 34. ὑπὸδυσιν ἐτοίμου; Perperam ἑτοίμου Ven. quod correctum in Bas. & seqq.

CAPVT XIII.

Vers. 1. Πυθομένου δέ τινος. Particulam δὲ, quam ignorabant superiores editiones, tacite adjecit Vptonus, a suo tamen codice, ut videtur, oblatum; habet certe eamdem & noster codex pb. quemadmodum libri omnes eam agnoscunt c. 14, 1. Hoc vero loco ignorant eamdem pac. & pc. insuper Πυθανομένου pro Πυθομένου scribit.

Ibid. πᾶς ἐστιν ἐνθένδε αἰσχυνὴ Θεοῦ. „Magna apud veteres *reverentia mensæ*, uti loquitur Juvenalis Sat. II. 110. Synesius Epist. 57. [p. 192.] Τράπεζα μὲν ἱερὸν χρῆμα, ἐν ᾗ ὁ θεὸς τιμᾶται φίλος τε καὶ ξένιος. Hæc de re occurrunt passim præcepta. I. 4, 20. IV. 4, 8. Ench. c. 15. [al. c. 21.] Confer autem Xenoph. Ἀπομνημ. lib. III. cap. ult. & lib. I. c. 3. f. 5.“ VPTON. — αἰσχυνὴ τοῖς Θεοῖς scribit pc. quod verum videtur.

Ibid. εἰ δικαίως ἐστὶν. ἐνθένδε pro ἐστὶν volebat Meibomius; mox que rursus τὸν ἐνθένδε, pro τὸν ἔστι. Quæ novatio minime necessaria.

Ibid. κοσμίως. Sic in Enchir. c. 15. [al. 21.] κοσμίως μετέλαβε.“ VPTON.

Vers. 2. χλιαρώτερον ἐνέγκῃ. „Eadem de re Seneca de Ira, lib. II. c. 25. *Parum agilis est puer, aut tepidior aquam potui; — — ad ista concitari, insania est.* & lib. I. c. 12. *Idem faciunt, si calida non bene præbeatur.*“ VPTON. — χλιαρώτερον pa. χλιαρώτερον ed. Gen. operarum errore, quem repetiit Col. corrigendum autem monuit Meibom.

Ibid. μηδὲ ῥήγνυσθαι. „Ῥήγνυσθαι, ut *rumpi* apud Latinos. Horat. I. Serm. 3. vs. 130. *Miserque rumperis, & latras.* Martialis lib. VIII. epigr. 61.

Livet Carinus, rumpitur, *furit*, *plorat*.

M. Anton. VIII. 4. κἂν σὺ διαῤῥαγῇς, *licet tu rumperis.*“ VPTON.

Vers. 3. τῆς αὐτῆς ἄνωθεν καταβολῆς. VPTONVS, postquam Wolfio præeunte sic hæc converterat, *eodemque superne nititur fundamento*, commodius in Indice, *ex eadem coelitus satione* interpretatus est. Ibidemque porro hæc monuit: „Καταβολή, *jactus qui fit ex alto deorsum*, *jactus seminis*, *satio*. Vide Epist. ad Hebr. c. XI. vs. 11. Synesius, Dione p. 48. Εἰ μή τις ἀνήρευνα τὸ

χρὴ

καὶ ψυχῆς ἄνωθεν θεσμοὺς τὴν καταβολήν, id est, interprete Petavio, *cujus prima initia quasi fundamenta e coelo demissa sint; nisi malis magis ad verbum, ex alto ducens fationem sumi.*" — Scilicet ἡ καταβολὴ partim *fundamentum* significat, a verbo καταβάλλεσθαι, *fundamenta jacere*; partim *fationem*, *fatum*, a καταβάλλειν τὸ σπέρμα, *semen spargere*; a quarum significationum utraque ducitur illa magis generalis, qua denotat *initium*, *ortum*, *originem*. De quibus significatibus hujus vocabuli passim in Adnot. ad Polybium dixi, (cujus loca in Lexico Polyb. indicata sunt,) & paulo latius in Emendationibus & Observat. in Suidam, p. 65 seqq. De καταβολῇ τοῦ σπέρματος, & ea notione quae huc maxime spectat, magnum numerum exemplorum e variis scriptoribus collegit Wetstenius ad Epist. ad Hebr. XI. 12. quibus adde illum Plutarchi, ab eodem Wetstenio laudatum locum ad Matth. XIII, 35. ex libello Πότερον ὕδωρ ἢ πῦρ χρησιμώτερον, p. 956. ἐξ ἀρχῆς καὶ ἅμα τῇ πρώτῃ καταβολῇ τῶν ἀνθρώπων, *ab initio & a prima statim origine* (vel, *a prima satu*) *hominum*.

Vers. 4. οὐ μεμνήσῃ τίς εἶ. Cum τί εἶ vulgo ederetur, quod & in Vptoniana servatum; monuit VPTONUS in Notis: „Potius τίς εἶ, cum nostro codice, & edit. Salmant." — Sic & noster cod. pb.

Ibid. καὶ τίνων ἄρχεις. Sic recte ed. Lond. anon. & Vpt. cum codd. pabc. Perperam ἄρχοις superiores editiones; quod corrigere jusserat etiam Salmasius.

Ibid. ἀδελφῶν φύσει. Caret φύσει pb.

Vers. 5. τούτους νόμους τοὺς τῶν τυράννων. Caret τοὺς pb. Caret τοὺς pb.

Ibid. οὐ βλέπεις. Quod οὖν βλέπεις legebatur in ed. Vpt. id operarum errore factum erat, quem corrigere jussit editor in Notis.

CAPVT XIV.

Hoc Caput, inde ab initio usque ad vers. 10. extat, suis *Eclogis Physicis* inseruit STOBAEVS, cap. 5. p. 6 sq. ed. Canteri; p. 74 sqq. ed. Heerenii.

Vers. 1. τῶν ὑπ' αὐτοῦ πραττομένων. Temere πραττόμενος sola ed. Bas. operarum errore.

Vers. 2. οὐ δοκεῖ σοι, ἔφη, ἡνῶσθαι τὰ σώματα. Cicero de Orat. lib. III. [c. 5.] *Ac mihi quidem veteres illi magnus quiddam animo complexi, multo plus etiam vi-*

disse

disse videtur, quam quotiens suffragatum ingeniorum acuti iuueri potest: qui omnia haec, quae supra & subter, VNVM esse, & una vi atque una consensione naturae constricta esse dixerunt. Nullum est enim genus rerum, quod aut ortum a ceteris per se ipsum constare, aut quo citius tecta ferrent, vim suam atque aeternitatem conseruare possit. Seneca Epist. 92. [p. m. 379. ed. Lipsiensis, 1702.] *Totum hoc, quo continemur, & VNVM est, & Deus: & socii ejus sumus & membra.* Et Epist. 95. [p. m. 418.] *Omne hoc quod vides, quo divina atque humana conclusa sunt, VNVM est: membra sumus corporis magni.* Apud Laertium in vita Zenonis, VII. 140. Ἓν δὲ τῷ κόσμῳ μηδὲν εἶναι κενόν, ἀλλ' ΗΝΩΣΘΑΙ αὐτόν· τοῦτο γὰρ ἀναπαίζειν τὴν τῶν σύμπαντων πρὸς τὰ ἄκρα σύμπνοιαν καὶ συμφωνίαν. M. Anton. VI. 10. Ἥνωται σύστασις, — — ἡ ΕΝΩΣΙΣ καὶ τάξις καὶ πρόνοια. Et VII. 9. Πάντα ἀλλήλοις ἐπιπλέκεται, καὶ ἡ σύνδεσις ἱερά, καὶ σχεδόν τι οὐδὲν ἀλλότριον ἄλλο ἄλλῳ. Et IV. 40. Ὡς ΕΝ ζῷον τὸν κόσμον, μίαν οὐσίαν καὶ ψυχὴν μίαν ἐνέχον, συνοχῆς ἔκπωμα. Quem locum respicere videtur Julianus Orat. IV. Ὁ σύμπας κόσμος ΕΝ ἐστι ζῷον, ὅλον δὲ ὅλου ψυχῆς καὶ νοῦ πλῆρες, σῶμα ἐν μέρων τελείων. Adde illud Heraclitii, citante authore de Mundo cap. 6. Ἓν τὰ πάντα εἶναι, καὶ ἐξ ἑνὸς πάντα. Huc respexit Socrates apud Xenoph. Ἀπομνημ. lib. I. c. 1. §. 14. Τῶν τε περὶ τῆς τῶν πάντων φύσεως μεριμνώντων τοῖς μὲν δοκεῖν ΕΝ μόνον τὸ ὂν εἶναι, τοῖς δ' ἄπειρα τὸ πλῆθος. Hinc captu occasione, duobus in locis Ciceronem de Nat. Deor. corrigere & illustrare in promptu est. Lib. II. c. 7. *Haec ita fieri omnibus inter se concinentibus mundi partibus non possent, nisi ea VNO, divino, & continuato spiritu continerentur.* Ita locum distingue. Ibidem c. 32. *Sed nos cum dicimus, naturam constare ad ministrumque mundum, non ita dicimus, ut glebam aut fragmentum lapidis aut aliquid ejusmodi nulla cohaerendi natura; sed ut arborem, ut animal, in quibus nulla in membris, sed ordo apparet, & artis quaedam similitudo.* Qui quidem locus male ab interpretibus accipitur. Τῷ Πᾶν natura constat singulis inter se concinentibus partibus; non ut lapidum fragmenta, quae arte, non natura constare possunt; neque in iis eadem est partium relatio & conspiratio, ac in arbore aut in animalibus. Caeterum cauet Lockium sagacissimum, de Humano Intellectu lib. IV. c. 6. §. 11. VIRTUM. Conf. omnino Sextum Empir.

Empir. loco mox laudato ab Vptono, nempe IX. 78 sqq. Scripturam quod attinet hujus loci, nescio Meibomius quid spectarit, ἤρεται pro ἡρῆσθαι scribere jubens.

Ibid. συμπαθεῖν τὰ ἐκγονα τοῖς οὐρανίοις. Laert. VII. 140. Ἐν δὲ τῷ κόσμῳ μηδὲν εἶναι κενὸν, ἀλλ' ἡρῆσθαι αὐτόν· τοῦτο γὰρ ἀναγκάζειν τὴν τῶν οὐρανίων πρὸς τὰ ἐκγονα σύμπνοιαν καὶ συνέφειαν. Vide Sext. Empir. adv. Phyſ. p. 569. 570. ed. Lipſ. VPTON. — Pro τοῖς οὐρανίοις, apud Stobæum τοῖς οὐρανοῖς legebatur in ed. Canteri; ſed οὐρανίους e mſstis reſtituit Heeren. Pro συμπαθεῖν h. l. συμπαθεῖ ſcribit pc.

Ibid. Δοκεῖ, ἔφη. Δοκεῖ h. l. perperam omiſſum apud Stob. Canteri. Codices vero Stob. quos conſuluit Heerenius, Δοκεῖ μοι ἔφη dant.

Verſ. 3. Πόθεν γὰρ οὕτω &c. Ante hæc verba intelligi debet Ναί. aut Εὖ, Καλῶς, vel Ὀρθῶς λέγεις· *Recte, bene dicis! Unde enim* &c. Nam hæc ipſa, Πόθεν γὰρ & quæ dehinc late diſputantur, ſine non ab auditore dicta intelligemus, cujus ſunt verba proxime præcedentia, Δοκεῖ, ἔφη. Sed tota hæc conſequens diſputatio Epicteti eſt.

Ibid. Ὅταν πάλιν ἀποβάλλειν, ἀποβάλλω· καὶ φιλοσόφειν, φιλοσοφῶ. E Stobæo hæc ſupplevi. Apud Arrianum vulgo omnes ſic dabant, Ὅταν πάλιν ἀποβάλλειν καὶ φιλοσόφειν. tum ſtatim καὶ αὖτα εἰς αὖτα &c. Neque e ſuo cod. aut e ms. Pariſ. ac ne e Stobæo quidem, quod mireris, quidquam hic adnotavit Vptonus. Et ferri quidem iſta utcumque fortaſſe potuiſſent, niſi mox eadem ratione, qua ſupra, pergeret Epictetus: μένειν καὶ ἀναπαύεσθαι, μένει καὶ ἀναπαύσεται; Eodem igitur tenore hic quoque progredi debuiſſe orationem, cum per ſe ſuſpicari licuerat, tum ſcriptura quæ apud Stobæum Canterianum exſtabat, quamquam & ipſa mutilata, ſatis plane indicabat: ibi enim ſic legebatur, Ὅτ' ἐν ἀποβάλλειν, ἀποβάλλει· καὶ φιλοσοφῶν καὶ αὖτα εἰς αὖτα &c. Denique prorſus ſuccurrit Heerenianus Stobæus, in quo e probato cod. noto verbum etiam φιλοσοφεῖ ſuppletum. Quæ duo verba Arriano noſtro reſtituere non dubitavimus. Verbum φιλοσόφουν, perperam per ſimplex λ ſcriptum in ed. Ven. & Baſ. recte cum dupl. λλ efferunt poſteriores edd. cum mſstis noſtris. φιλοσοφεῖ cum duplici ῥῥ ſcripſimus, quod & uſus poſtulabat, & in infinitivo φιλοσοφεῖν in Arriani editionibus jam erat obſervatum.

Ibid.

Ibid. αὐτὰ εἰς αὐτὰ συνειλούμενα. αὐτὰ εἰς αὐτὰ Stobæus Canteri, cum leni ſpiritu; quod vulgato non deterius. Sic & noſtri codd. pac. Tum συνειρούμενα Stobæus Canteri; ſed συνειλουμ. e codicum ſuorum conſenſu apud Stobæum quoque reſtituit Heeren, quemadmodum apud Arrianum dabant omnes.

Verſ. 5. ἀλλὰ τὰ φυτὰ μὲν. Apud Arrianum vulgo omnes τὰ φύλλα hic dabant; quod & VPTONVS tenens, in Notis demum monuit: „Repone φυτὰ, ex Stobæi auctoritate Ecl. Phyſ. lib. I. p. 7. Et ſic ſupra [vſ. 3.] τοῖς φυτοῖς ἀνθεῖν.“ — Cui obſequendum putavi, licet in φύλλα conſentiant pabc.

Ibid. ἐνδίδοται τοῖς ὅλοις. Perperam ἐνδέχεται pc. ἐνδίδοται Stobæus: — „quod etſi per ſe ferri poſſit, (ait HEEREN.) locum tamen habere nequit ob ἐνδεδεμένα quod ſtatim ſequitur.“ — Quare & apud ipſum Stobæum ἐνδίδοται ex Arriano recepit hic Editor.

Ibid. πολὺ πλέον. πολλῷ πλέον pc.

Verſ. 6. ἄτε αὐτοῦ μόρια οὖσαι καὶ ἀποσπάσματα. „Ἀποσπάσματα, non *avulſæ*, ſed potius *hauſtæ*, *delibatæ*, *decerptæ*. Atque ita Cicero, Tuſc. Diſp. V. 13. *Humanus autem animus*, decerptus ex mente divina, *cum alio nullo, niſi cum ipſo Deo, (ſi fas hoc eſt dictu) comparari poteſt.* Idem, de Senect. c. 21. *Audiebam Pythagoram Pythagoreosque — — nunquam dubitaſſe, quin ex univerſa Mente divina* delibatos *animos haberemus.* Idem, de Divin. I. 49. *A qua*, (naturâ Deorum) *ut doctiſſimis ſapientiſſimisque placuit*, hauſtos *animos*, & libatos (potius, delibatos) *habemus.* Vide M. Antonin. V. 27. & ibi Gatakerum. Hinc Jupiter ad Epictetum, I. 1, 12. μέρος τι ἡμέτερον. Et ſic II. 8, 11. Σὺ δὲ προηγούμενον εἶ, σὺ ἀπόσπασμα εἶ τοῦ θεοῦ· ἔχεις τι ἴδιον σεαυτῷ μέρος ἐκείνου. Vide & I. 17, 27. Horat. Serm. lib. II. 2. vſ. 79.

Atque adfligit humo divinæ particulam auræ.

Vide Lipſ. Phyſ. Stoic. lib. III. diſc. 8. Hinc obiter explicandus Xenoph. Ἀπομν. lib. I. c. 4. ſ. 8. Νοῦν δὲ μόνον ἆρα οὐδαμοῦ ἔνεστα σὺνυχῶς πως (ſcribe πως enclitice) δοκεῖς συναρπάσαι; Huc reſpexit Cicero de Nat. Deor. II. 6. III. 11. non verbum verbo reddens: neque adeo πόθεν cum Daviſio legendum.“ VPTON.

Verſ. 7. ἀλλὰ σὺ μὲν περὶ τῆς θείας διοικήσεως. „Conf. Xenoph. Ἀπομνημ. lib. I. c. 4. ſ. 17.“ VPTON.

Ibid. περὶ ἑκάστου τῶν θείων. περὶ τῶν ἑκάστου θείων pa.

Ibid. τῶν θείων, ὁμοῦ δὲ καὶ περὶ τῶν θείων ὁμοῦ, καὶ περὶ Stobæus.

Ibid. ἅμα μὲν αἰσθητικῶς — — κινεῖσθαι. „*Simul sensu moveri;* hoc est, αἰσθάνεσθαι, sentire, videre, audire, contrectare &c. κινεῖσθαι διανοητικῶς, pro διανοεῖσθαι. Sic & reliqua adverbia declarentur: συγκατατιθετικῶς, id est συγκατατίθεσθαι: ἀνανευστικῶς, id est ἀνανεύειν: ἐφεκτικῶς, id est ἐπέχειν. WOLFIVS.— Mendose ἀνανευστηκῶς, pro ἀνανευστικῶς, ed. Ven. & Bas. ἀνανευτικῶς pb. ἀνευστικῶς pc. Verum tenuit pa. & Stob.

Ibid. ἅμα δὲ τοῖς μὲν συγκατατιθετ. Verba τοῖς μέν, quæ aberant vulgo, e Stobæo supplevi. — „τοῖς μὲν male excidit in ed. Arr. quod sequens τοῖς δὲ facile docet. Sunt enim duæ theses, quarum utraque plura membra continet. *Res externæ, quas percipimus, afficiunt & sensus,* (κινούμεθα αἰσθητικῶς) *& mentem;* (διανοητικῶς.) *porro vel adsentimur,* (συγκατατιθετικῶς) *vel abnuimus,* (ἀνανευστικῶς) *vel amplius pronuntiandum censemus.* (ἐφεκτικῶς.) Mirum, editores Arriani veram lectionem a Stobæo, quem tamen ante oculos habebant, servatam, negligere potuisse.“ HEEREN.

Vers. 8. τύπους δὲ τοσούτους &c. „*Formas rerum,* quas animus a sensibus abstrahit, intelligo: ut formam domûs, navis, equi, &c.“ WOLFIVS.

Ibid. ἐν τῇ σαυτοῦ ψυχῇ. In hanc scripturam consentiunt non modo Arrianei libri, sed & codd. mssti Stobæi, quibus HEERENIVS usus est: sed ἐν τῇ αὐτῇ ψυχῇ dat Stobæus Canteri; quam scripturam præferre se alteri ait vir doctus: „ut nempe ἐν τῇ αὐτῇ ψυχῇ sit *in una eademque anima.* Mirum nempe esse, in anima, quæ tamen una sit, contineri formas rerum diversissimarum.“

Ibid. καὶ ἀπ' αὐτῶν κινούμενος, (corrupte χρηώμενος Stob. Canteri) εἰς ἐπινοίας ὁμοειδεῖς ἐμπίπτεις τοῖς πρώτως τετυπωμένοις. „*Et formis illis impellentibus, in cogitationes conformes iis, quæ primum animo impressæ fuerunt, incidis.* Sententia est, opinor, ut res exemplo fiat clarior: Cum equi imago semel oculorum ministerio impressa menti fuerit, ea imagine unius excitari cogitationem multorum equorum: & effici, ut, ubicunque visi fuerint, ex illa imagine agnoscantur. Τύποι hic idem esse, quod apud dialecticos τὰ εἴδη καὶ αἱ ἰδέαι, videntur.“

WOL-

WOLFIVS. — Conf. II. 23, 3. Sic vero & τυτυπωμεθα ὑπὸ τῶν αἰσθητῶν, I. 6, 10. *formæ vel species nobis imprimuntur a rebus sensilibus.* Pro πρώτως κινουμ. apud Stob. ex ed. Canteri πρώτοις scribitur, quod corruptum judicavit Heeren, & πρώτως restituit, nescio e suisne codd. an ex Arriani editionibus. Apud Nostrum tamen, πρώτως agnoscit etiam pc. Prorsus mendose in pb. est τῆς τέχνης τετυπωμένοι.

Vers. 9. καὶ ἐκ πάντων τινὰ ἴσχειν διάδοσιν. „*Et ab omnibus aliquam habere distributionem:* hoc est, sensum seu intelligentiam rei pervenire ad Deum posse: sentire & intelligere Deum singula." WOLFIVS.

„Vertit Schegkius: *& quandam penes ipsum omnium rerum dispensationem habere?* Διάδοσις est *traditio quæ fit per manus;* & διάδοσις θεοῦ, citante Stephano ex Dionys. Areop. *impertitio providentiæ.* Hoc loco sensus est: *Deum aliquam tenere partem sibi traditam:* vel, *ab omnibus rebus aliquam habere impertitionem, quippe qui omnia sentit.* Male autem apud Stobæum, τινὰ ἰσχὺν δίδωσιν." VPTON.

Ad eadem verba apud Stobæum, ex Arriani codicibus h. l. correctum, sic commentatur HEEREN: „ἴσχειν διάδοσιν, *notitiam aliquam habere,* ita ut nexus quidam inter res ipsas & eum intercedat. διάδοσις proprie *traditio per manus:* inde *notitia quam ab aliis traditam accipimus.* Arr. I. 12. Ἀλλὰ δὴ καὶ ὄντων (τῶν θεῶν) καὶ ἐπιμελουμένων, αἱ μηδεμία διάδοσις εἰς ἀνθρώπους [ἐστὶν] ἐξ αὐτῶν, &c. i. e. *si nulla communio existat inter homines & Deos, unde in cognitionem eorum pervenire possint.*" — Propria ac pervulgata notio vocabuli διάδοσις haec est, ut *distributionem* significet. Quam in sententiam διάδοσις εἰς ἀνθρώπους ἐκ τῶν θεῶν, I. 12, 6. intelligi potest *quidquid hominibus a Diis tribuitur;* pariterque apud M. Antonin. I. 17. (quem locum Vptonus in Notis citavit) αἱ ἐκεῖθεν, scil. ἐκ τῶν θεῶν, διαδόσεις, *quæ mihi a Deo tributa sunt;* ubi Gatakerus quidem *suggestiones* vertit. Nunc vero, cum vicissim etiam *Deum habere* ait Epictetus *aliquam ab omnibus rebus* διάδοσιν, vocabulum illud paululum diversa notione accipi par est, scil. quod *ab omnibus rebus aliquis veluti sensus ad Deum perfertur; quod nihil sit, quod eum non aliquo modo tangat, ad eumque pertineat.*

Vers. 10. ἀλλὰ φαντάζεσθαι μὲν οὖς τε ἐστὶν. Particulam μὲν, quam ignorabant superiores, tacite inseruit

Vpton. An ſao e codice, neſcio: perſpecte vero. Et legitur eadem apud Stobæum; eamdemque noſter habet cod. pb.

Ibid. ἀπολείπειν. Sic Stob. & noſter pb. Vulgo ἀπολιπεῖν. Præferendum vero illud cum Heerenio judicavi, quum præſertim præceſſerit verbum φαντάζειν, præſenti tempore. Pro ἐπέχεσθαι, perperam ἐπέχεσθαι dant Stobæi codices. Pro ὁ δὲ καὶ, habent ὁ δέ γε iidem, non male: nec καὶ, nec γε habet pc.

Ibid. μέρος ὄν τοῦ αὐτοῦ μικρὸν ὡς πρὸς τὸ Ὅλον. „Lege αὐτοῦ, ſcilicet τοῦ θεοῦ: *qui ſol parva Dei pars eſt, ſi cum univerſitate rerum comparetur.* Mundum & Deum hic confundere videtur Epictetus. Sed rectius τὸ αὐτοῦ omitti videtur, aut ſubintelligi πραγμάτων, *parvam Juorum operum partem.*“ WOLFIVS. — „Probe αὐτοῦ, *ſui ipſius*, ſc. Dei. Mundus eſt Deus: ſol itaque pars Dei. Vide Cic. de Nat. Deor. [II. 14 ſq.]“ VPTON. — Sive αὐτοῦ ſcribas, (quod adoptavit Vptonus,) ſive αὐτοῦ, perinde ad Deum referti poterit: quare reſtitui hoc, quod nil opus fuerat mutare, in quod Stobæus etiam & codd. noſtri omnes conſentiunt. In ὄν elisa litera ν pariter cum edd. conſentiunt libri noſtri. *Sol*, Stoicorum ſermone, *pars Dei eſt*; quatenus eſt pars Vniverſi, cujus mens & anima Deus eſt. Sed Deus non modo eſt anima mundi, adeoque & ſolis: verum etiam, (ut modo ajebat Epictetus noſter) ὁ τὸν ἥλιον ποιήσας καὶ περιάγων, *is qui fecit ſolem, eumque circumagit.*

Verſ. 11. Ἀλλ' ἐγώ, φησίν. „De verbo φησὶν vide ad l. 4, 9.“ VPTON. — Hoc quidem loco ſatis aperte refertur hoc verbum ad eum hominem, de quo vſ. 1. dictum.

Ibid. Τοῦτο δέ σοι καὶ λέγει τις. „Variant codices in lectionibus. Cod. Baſil. [hempe ed. Baſ.] τοῦτο δέ σοι καὶ λέγει τις, ὅτι &c. Atque ita noſter codex. [Sic quoque noſtri pabc. & editiones omnes poſt Baſ. excepta Salmant.] Edit. Ven. τοῦτο δέ σοι καὶ λέγεις τις ὅτι. Editio Salmant. τοῦτο δέ σοι καὶ λέγεις. τίς εἶ; ὅτι.“ VPTON. — Eſt illa formula familiari ſermoni propria, τοῦτο δέ σοι καὶ λέγει τις, *hocne vero tibi dicit aliquis?* Sic τίς οὖν σοι λέγει, ὅτι &c. IV. 1, 75. τίς δέ σοι εἶπε. IV. 1, 73. καὶ τίς λέγει τοῦτο. I. 17, 13. Quibus in locis omnibus ſimul illud obſervandum, τίς vel τις quodammodo pro ἐγώ, *ego*, eſſe poſita; ſicut II. 18, 15.

15. IV. 4, 35. IV. 11, 33. Enchir. 24, 2. Eodem pertinet formula, ἐγώ σοι λέγω, I, 15, 8. ubi primam perſonam expreſſam habes.

Vſ. 12. Ἀλλ' οὖν οὐδὲν ἧττον. „Forſan Οὔ· ἀλλ' οὐδὲν &c. quæ loquendi formula Epicteto familiaris, ubi aliquid cum ironia quadam negatur. Niſi hoc modo ſcribas, pendere videtur oratio: *Anne aliquis iſtud tibi dixit*, &c. *Non: ſed nihilo minus* &c." VPTON. — Equidem nec neceſſitatem vidi quidquam mutandi, nec quid juvet emendatio a viro docto propoſita. Hoc dicit Epictetus: *Tu utique non parem Deo vim habes. Verumtamen & tibi ipſi Deus aliquis ineſt.*

Ibid. ἐπίτροτον ἑκάστῳ παρέστησε, τὸν ἑκάστου Δαίμονα. „Menander:

Ἀπανθ' Δαίμων ἀνδρὶ συμπαραστατεῖ
εὐθὺς γενομένῳ, μυσταγωγὸς τοῦ βίου.

M. Anton. V. 27. ποιοῦσαν [τὴν ψυχὴν] ὅσα βούλεται ὁ Δαίμων, ὃν ἑκάστῳ προστάτην καὶ ἡγεμόνα ὁ Ζεὺς ἔδωκεν, ἀπόσπασμα ἑαυτοῦ. οὗτος δέ ἐστιν ὁ ἑκάστου νοῦς καὶ λόγος. Atque ita paſſim. Cebes in Tabula: Ὁ δὲ γέρων, ὁ ἄνω ἑστηκώς, ἔχων χάρτην τινὰ ἐν τῇ χειρὶ, καὶ τῇ ἑτέρᾳ ὥσπερ δεικνύων τι, οὗτος Δαίμων καλεῖται. προστάτης δὲ τοῖς εἰσπορευομένοις, τί δεῖ αὐτοὺς ποιεῖν, ὡς ἂν εὐτελῶσιν εἰς τὸν βίον. Cæterum vide, ſi lubet, Lipſium in Phyſ. Stoic. lib. I. Diſſert. 19. & Laërt. VII. 151. atque ibi Menagium." VPTON. — Conf. mox ad vſ. 14.

Ibid. & vſ. 13. τὸν ἑκάστου Δαίμονα — — Τίνι γὰρ ἄλλῳ &c. „*Cujusque Genium.* &c. Nota opinio, de Genio cujusque, bono & malo. Minantur & magi neſcio quam Genii excantationem, ſi cujus veram geneſin norint. Sed per *Genium* videtur hic intelligenda cujusque conſcientia; præſertim ſi τίνι γὰρ ἄλλῳ interrogative legas: *Cui enim potentiori & diligentiori cuſtodi quemque commendaſſet?* Sed τινὶ γὰρ, cum gravi: *Cuidam enim* &c. ut ad ſententiam Platonis alludat, qua homines pecudibus, hominibus genios præeſſe dicit." WOLFIVS. — Vtique tenenda interrogativa ſcriptura, τίνι γὰρ, quam & editiones omnes agnoſcunt. Et *genius* intelligendus, ut Antonius ait, *Mens & ratio;* &, quemadmodum bene Wolfius præcepit, ea potiſſimum Mentis humanæ vis quæ *Conſcientia* vulgo audit, & magis generali ac ſignificantiore nomine *intimus Boni & Mali Senſus*, &

Sanctus Moralis, a probatissimis Philosophis adpellatur. Conf. mox ad vs. 14. In verbis vero proxime sequentibus, ut ea prodeat sententia, quae utique inesse videtur, *Quinam alii —— commisisset* vel *commendasset*, bene VPTONVS monuit, deesse videri particulam ἄν. Quam quidem ille post παραδέδωκεν ponendam suspicatus erat, ut παραδέδωκεν ἄν legeretur; ego proxime post Τίνι γὰρ positam fuisse ab Arriano putem, Τίνι γὰρ ἂν ἄλλῳ, & deinde per librariorum errorem neglectam omissamque.

Vers. 13. οὐ γὰρ ἐστέ. οὐδὲ ἐστέ edidit, Gen. Col. Cant. & Lond. anonyma; ex perperam accepto scripturae compendio, quo particula γὰρ in ed. Bas. efferebatur. Veram lectionem h. l. restituit Vpt. qui saepe aliàs eumdem cum superioribus errorem erravit. Vide ad I. 9, 2.

Vers. 14. ἀλλ' ὁ Θεὸς ἔνδον ἐστι. „*Dominans ille in nobis Deus;* uti loquitur Cicero Tusc. Disp. I. 30. Seneca Epist. 41. *Prope est a te Deus; tecum est; intus est. Ita dico, Lucili: sacer intra nos spiritus sedet, malorum bonorumque nostrorum observator & custos: hic, prout a nobis tractatus est, ita nos ipse tractat.* M. Anton. III. 5. ὁ ἐν σοὶ θεός. *qui in te residet Deus.* & ita passim. Laërtius VII. 119. Θεούς τε εἶναι· ἔχειν γὰρ ἐν ἑαυτοῖς οἱονεὶ θεόν. τὸν δὲ Φαῦλον, ἄθεον. Ovid. Fastor. lib. VI.

Est Deus in nobis, agitante calescimus illo:
Impetus hic sacrae semina mentis habet.

Confer autem II. 8, 12 sqq. & II. 16, 33." VPTON.

Ibid. τούτοις χρεία. χρεία τούτοις pc.

Vers. 15. Τούτῳ τῷ Θεῷ. „Sic legendum, non τῷ τοῦτο Θεῷ." WOLFIVS. — „Edit. Ven. Basil. & Salmant. Τί τοιοῦτο τῷ. τούτῳ θεῷ &c. Noster autem codex exhibet eodem modo ac Wolfius legendum voluit." VPTON. — Et sic jam ediderunt Genev. Col. & seqq. consentientibus nostris msstis.

Ibid. ὀμνύουσι πάντων προτιμήσειν τὴν τοῦ Καίσαρος σωτηρίαν. „Respexit plane Epictetus non modo ad sacramentum militare, sed ad novam istam formulam, quam omnibus sacramentis adjecit Caligula: NEQVE ME LIBEROSQVE MEOS CHARIORESQVE HABEBO, QVAM CAJVM HABEO ET SORORES EJVS. Sueton. in Calig. c. 15. Et Dio p. 742. [lib. LIX. c. 9.] Περὶ δὲ δὴ τοῦ Αὐγούστου τούτε Γαΐου τά τε ἄλλα ὅστερ εἴθιστο, καὶ ὅτι σφῶν αὐτῶν, καὶ τῶν τέκνων, καὶ ἐκείνου καὶ τὰς ἀδελφὰς αὐτοῦ προτιμήσουσιν ὀμόσαν. *De Augusto* &

& Cajo reliqua pro more [facta,] juraturumque ab omnibus, Cajum se ejusque sorores se ipsis & liberis suis antehabituros." VPTON.

Ibid. ὑμεῖς δὲ, οἱ τοσούτων &c. Veteres edd. omnes sic dabant, ὑμεῖς δὲ δέον τοσούτων. Unde WOLFIVS: „δέον (ait) nihil ad sententiam facit. Quare legendum suspicor θεόθεν, *divinitus*, vel *a Deo*." — VPTONVS vero: „Recte noster codex, ὑμεῖς δὲ οἱ τοσούτων." Et sic ille primus edidit, adsentiente nostro cod. pb.

Vers. 16. ἄκοντας ποιήσειν. Revocavi hoc ex vett. edd. a quibus sine caussa & invitis mssts discesserunt Cantab. Lond. anon. & Vpt. ἄκοντας scribentes. Vide notata ad Polyb. V, 100, 10.

Ibid. In μέμψασθαι cum editis consentiunt mssti; quod ferri posse videtur, licet alia verba in futuro praecedant sequanturque. In pa. tamen videri potest primum scriptum fuisse μέμψεσθαι, sed id pariter in μέμψασθαι mutatum.

Vers. 17. Ὅμοιός γε ὅρκος οὗτος ἐκείνῳ; „Interrogative legendum. Significat enim, dissimillimum & plane contrarium esse jusjurandum." WOLFIVS. — „Recte: nam & eodem modo supra cap. 10. καὶ τοι τί ὅμοια, &c." COMES SHAFTESBVRIENSIS. — Interrogandi signum primus adposuit Vptonus.

Ibid. αὐτοῦ μὴ προτιμήσειν ἕτερον. Recte αὐτοῦ edidit Vpt. e suo puto cod. quamquam id non declaravit. Sic & noster pc. Perperam ceteri mssti & editi αὑτῷ μὴ πρ. licet mox in genit. ἁπάντων consentiant omnes. De corrigendo errore monuerat Meibomius.

Ibid. ἐνταῦθα δ' αὐτοὺς ἁπάντων. „ἐνταῦθα δ' αὐτοὺς ἁπάντων, scilicet προτιμήσειν ὀμνύουσι. *Hic jurant, se pluris facturos esse sese, quam cæteros omnes;* cessuros esse nemini: hoc est, se forte sua fore contentos, & optime secum agi testaturos esse." WOLFIVS. — Mihi videtur in philosophi verbis, de quibus agitur, hujusmodi quædam sententia perspicue inesse: Debere quemque hominem suam mentem, utpote Dei particulam & ipsum in se Deum, pluris quam cæteras res omnes æstimare, magisque quam homines omnes revereri; mentis suæ culturam aliis omnibus curis negotiisque anteponere; suæ mentis, suæ conscientiæ, suæ Rationis intimique sensus monita atque præcepta pluris facere quam omnium hominum leges atque præcepta. Scripturam quod spectat, restitui e superioribus editionibus

nibus αὐτοὺς, quod citra neceſſitatem in αὐτοὺς mutaverat Vptonus, Wolfium ſecutus, qui in Notis ita ſcripſerat. αὐτοὺς dat pc. cum Vpt. αὐτοὺς pab.

CAPVT XV.

Verſ. 1. πῶς τὸν ἀδελφὸν πείσῃ. „Ita noſter codex: alii πείσει." VPTON. At nec πείσει male, in indicativo: ſic enim & optimi ſcriptores, & noſter eodem modo uſurpare ſolet. Vide I, 13, 1. & Not. ad I. 16, 3. Et in πείσει h. l. conſentiunt pab. πείσῃ vero cum Vptono habet pc. Poterat in eadem connexione pariter in optativo poni verbum, cum ἂν particula; ut hoc ipſo cap. vſ. 6. I. 14, 1. & ſæpe aliâs.

Verſ. 2. ὡς γὰρ πέπονας ὕλῃ. Vulgo omnes ἢ γὰρ. „Noſter codex ὡς γὰρ." VPTON. — Id ego adoptandum putavi, ut referretur ad ſequens οὕτω. At noſtri quidem codd. nihil a vulgata ſcriptura diſcedunt.

Ibid. τῆς περὶ βίον τέχνης. „Cicero de Fin. III. 2. *ARS eſt enim Philoſophia VITÆ.* Et cap. 21. *Recte igitur, ſi in omnibus rebus temeritas ignoratioque vitioſa eſt, ARS ea, quæ tollit hæc, virtus nominata eſt.* Vbi male nonnulli codices pro *ars ea*, habent *ab his ea.* Idem Tuſc. II. 4. *Philoſophus in vitæ ratione peccans, hoc turpior eſt, quod in officio, cujus magiſter eſſe vult, labitur, ARTEMque VITÆ profeſſus, delinquit in vita.* Seneca Epiſt. 95. [p. m. 406.] *Omnes iſtæ artes circa inſtrumenta vitæ occupatæ ſunt, non circa totam vitam. — — — At hæc, quæ ARTEM VITÆ profeſſa eſt,* &c. Idem Ep. 1. [immo Ep. 90. ſub finem:] *ARS eſt, bonum fieri.* Hanc μεγίστην τέχνην vocat Epictetus I. 20, 13. & alibi τὴν ἐπιστήμην τοῦ βίου. [ἡ ἐπιστήμη τοῦ βιοῦν. IV. 1, 63. ἡ περὶ τὸν βίον ἐπιστήμη. IV. 1, 118.] M. Antonin. XI. 5. Τίς σοῦ ἡ τέχνη; Ἀγαθὸν εἶναι. Τοῦτο δὲ πῶς καλῶς [f. ἄλλως] γίνεται, ἢ ἐκ θεωρημάτων, τῶν μὲν περὶ τῆς τοῦ Ὅλου φύσεως, τῶν δὲ περὶ τῆς ἰδίας τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῆς. *Quænam tua eſt ars? Bonum fieri. Hoc vero quomodo aliter fit, quam documentorum* [præceptorum, perceptorum] *ope, quorum alia de Vniverſi natura, alia de hominis propria conſtitutione?*" VPTON.

Verſ. 3. ὑγείᾳ. Sic pbc. cum edit. Cantab. & ſqq. Olim ὑγίᾳ edd. cum pa. pro quo ὑγείᾳ ſcribendum monuit. Salmaſ.

Ibid.

Ibid. εὐδοξίᾳ. εὐεξίᾳ pa. in textu; sed alterum in marg.

Vers. 4. τὸ ἡγεμονικόν. Vide Not. ad I, 20, 11.

Ibid. Τὸ τίνος; Sic inde ab ed. Cant. recte vulgatum est ex Wolfii mente; atque ita jusserat etiam Salmasius. Olim ἔχον τὸ τινὸς, edd. cum pab. Sed in ora pb. τίνος. Magis vero corrupte pc. ἔχον τοῦς τινὸς.

Ibid. ἐν ᾧ εἰμί. *In quibus sum*, nempe ego, Philosophia. Hæc enim loquens inducitur.

Vers. 5. Πῶς οὖν ἐκεῖνός μοι μὴ ὀργίζηται; Cum μὴ ὀργίζεται olim ederetur, μὴ delendum censuerat Salmasius; Vptonus vero suo e cod. μὴ ὀργίζηται in subjunctivo edidit, cui suffragantur nostri codd. pbc. De locutione conf. II. 16, 13. & IV. 10, 10. De re, quæ hic agitur, conferre idem Vptonus jussit IV, 5. 5.

Vers. 6. Ἐπόνησα — — ὅτι, Τοῦτο ζῆτω. Vulgo olim alii ἔτι τοῦτο ζῆτω. ὅτι pro ἔτι e cod. suo adoptavit VPTON. Dubitat tamen rursus in Notis, dicens: „Fortasse autem rectius ἔτι τοῦτο.“ — Mihi vero satis ἔτι placuit. Et in hanc scripturam consentiunt pabc.

Vers. 7. Οὐδὲν τῶν μεγάλων ἄφνω γίνεται. „Vide I. 2, 32. IV. 8, 35 sq.“ VPTON.

Ibid. Cum σύκον penacute & h. l. & vers. sq. scriberent vulgo omnes, monuit Vpton in Notis, σῦκον cum circumflexu pingendum. In σίκον tamen consentiunt & nostri, nisi quod priori loco, alio errore, σῆκον scripsit pc.

Ibid. εἶτα προβάλῃ τὸν καιρόν. προβαλεῖ ante Vptonum dabant vulgo omnes; quod, etsi præcedit sequiturque subjunctivus modus, teneri fortasse poterat, quoniam futurum tempus in subjunctivo fere non est in usu, pro quo futurum indicativi usurpatur. Vptonus προβαλῇ edidit, idque suo e codice, ut docet in Notis, quod ipsum & noster codex pa. in contextu, & pc. inter lineas habet, ubi προβαλεῖ in contextu. Et προβαλῇ Salmasius pariter scribere jusserat. At non passivo verbi generi hic locus erat, sed activo; quare προβάλῃ correxi, quod ipsum dein in nostro pb. sic scriptum reperi. Paulo ante, pro ἀνθήσῃ, ἀνθήσει habet salus pc.

Vers. 8. Εἶτα. „Vide ad I, 4, 30.“ VPTON.

Ibid. γνώμης, δ' ἀνθρώπου καιρόν. Hunc ad locum respexisse videtur M. Antonin. lib. IX. §. 10. & lib. XI. §. 1.“ VPTON.

Ibid. σὺκόλως. εὐλόγως pc. male.

Ibid. μηδ' ἂν, ἐγώ σοι λέγω, προσδόκα. Ista verba quum vulgo nullis interpositis post ἄν, & post λέγω, distinctionis signis ederentur, sic citavit WOLFIVS in Notis, ut comma non nisi post λέγω poneret, quasi verbum λέγω a particula ἄν penderet; hoc modo: „Μηδ' ἂν ἐγώ σοι λέγω, προσδόκα. *Etsi ego tibi dixero, virtutem brevi parari posse, noli credere.* Hunc sensum esse puto, [Sic & in ipsa versione: *tametsi ego tibi dixero, ne exspecta.*] Sed si quis ita distinguere maluerit, μηδ' ἂν ἐγώ σοι λέγω, προσδόκα: [voluerat utique comma etiam post μηδ' ἄν positum.] *Equidem confirmo tibi, id ne expectandum quidem esse.*" — Hinc VPTONVS: „Vertit Schegkius: *id vero moneo ego, ne expectes.* Inclusive, ἐγώ σοι λέγω. *Ne vero tu (id ego tibi dico) expectes.* Neque displicet Wolfii interpretatio: *Etsi ego tibi dixero,* (virtutem brevi parari posse) *ne expectes.*" — Confidenter vero tenere Vptonus debebat eam rationem, quam & in contextu, & in latina versione tenuit; a qua nos quidem non recessimus. Vsitata in familiari sermone formula, ἐγώ σοι λέγω, *ego tibi dico:* cui vicina illa, τοῦτο δέ σοι καὶ λέγει τις; I. 14, 11.

CAPVT XVI.

Vers. 1. πόματα. „Sic noster codex: alii πόμα." VPTON. — In πόματα consentit pc. & pb. sed hic quidem nonnisi a sec. manu.

Vers. 2. οὐκ αὐτῶν ἕνεκα. Istam scripturam ex ed. Ven. & Bas. restitui, consentientibus nostris mss.; pro qua temere οὐχ αὐτῶν dedit editor Genev. quod tenuere sequentes. Conf. ad I. 1, 4. I. 4, 1. &c. Pariter *vers. seq.* περὶ αὐτῶν rescripsi pro περὶ αὑτῶν, quod iidem editores praeter rem invexerant. Et περὶ αὑτῶν habent pbc. περὶ ἑαυτῶν vero pa.

Vers. 3. πῶς ἐνδύσηται, καὶ πῶς ὑποδήσηται. E codice suo haec a se repositа docet Vpton in Notis, pro ἐνδύσεται & ὑποδήσεται, quae prius edita erant. Sed & haec in futuro indicativi teneri potuisse puto, licet sequantur subjunctivi φάγῃ & πίῃ in secundo aoristo. Conf. ad I. 15, 1. Sic & post ὅπως: IV. 5, 5. οὐχ ἵνα κινῇ τοὺτους — — — ἀλλ' ὅπως — — αὐτὸς μηδὲν ἧττον κατὰ φύσιν ἕξει καὶ διαξάξει. Et post eamdem particulam πῶς, simillima ratione atque hic positam: IV. 7, 37.

7, 37. οὐ μᾶλλον, πῶς ἂν ἐν λιθοστρώτοις οἰκήσετε, πῶς πεῖσε — — διαχουμῶσι, πῶς — — φορεῖς. Et h. l. in ἐνέσεται & ὑποδήσεται cum vett. edd. consentiunt nostri codd. pab. sed subjunctivum cum Vptono præfert pb.

Vers. 4. ὑποδεδεμένοι recte ed. Genev. & seqq. cum nostris msstis, pro ὑποδεδομένοι, quod erat in Ven. & Bas.

Vers. 5. Οὕτως ἐν παιδίον &c. „Fortasse Sophocleum illud respexit in Ajace, vers. 1270.

Ἀλλ' οἱ Φρονοῦντες εὖ, κρατοῦσι πανταχοῦ.
Μέγας δὲ πλευρὰν βοῦς ὑπὸ σμικρᾶς ὅμως
μάστιγος ὀρθὸς εἰς ὁδὸν πορεύεται.
Sed qui recta sapiunt, ubique vincunt.
Bos autem magno latere ab exiguo tamen
flagello rectus in via incedit.

Vbi versu secundo πλευρὰν pro πλευρᾶς reposui ex ms. Oxon. ut κακοφωνία vitetur." VPTON.

Vers. 6. Νῦν δ' ἡμεῖς ἀφέντες &c. „Obscurus & dubius locus, sed hanc ejus sententiam esse reor: *Gratias esse agendas Deo, quod pecudes nostris usibus serviant, quamvis eis non magnam curam impendamus; tantam certe nequaquam, quantam nobis ipsis. Nos vero propter nos ipsos succensere Deo:* hoc est, moleste ferre occupationem quærendi victus, parandique cultus, &c. Vulgo sic dicunt: Cur non æque expeditum nobis victum & cultum esse voluit, ac pecudibus? Respondet Epictetus: Immo gratias agite Deo, quod non bestias etiam vobis utiles, æque ac vosmetipsos, curare necesse habetis. Est inversio quædam: Doleo, me non etiam altero onere levatum esse. Immo gaudo, alterum etiam tibi non esse impositum. Quod si cum Deo expostulas; quid proficis, nisi ut & impius sis, & majori calamitate dignus." WOLFIVS. — „Verte: *Nunc vero propter hæc* (animantia) *nosmet gratos exhibere negligentes, quoniam non eodem & pari modo curamur, quo illa curantur, propter nosmetipsos Deum incusamus.*" VPTON. — Atqui multo & per se expeditior, & græcis verbis convenientior, haud dubie est Wolfii interpretatio. Cæterum græca usquequaque sana & integra esse, præstare equidem non ausim.

Vers. 7. νὴ τὸν Δία καὶ τοὺς Θεούς. „Vide Aristoph. Plut. vers. 1. atque ibi Scholiast." VPTON.

Ibid.

Ibid. ἀτάρκει rectè edit. Genev. & ſeqq. αὐτάρκει ed. Ven. & Baſ. Editor vero Baſ. ex conj. ἐτάρκει ad oram notavit, quod verbum (neſcio quam rectè) ſupra I. 6, 14. eadem notione, qua aliàs ἀταρκεῖ, poſitum vidimus. Sed hic quidem in ἀτάρκει conſentiunt noſtri libri. Cæterum notum eſt, quam ſimilis ſit figura literæ α nexui illi ſcripturæ quæ diphthongum αυ indicat; quo minus mirum, ſæpe iſta inter ſe a librariis aut a primis editoribus permutata.

Verſ. 8. ἀνωσχ. καὶ ἀναισθησίας. Inverſo ordine pc. ἀναισθησ. καὶ ἀνωσχ.

Verſ. 10. τριχῶν τῶν ἐπὶ γενείου. Sic rectè edidit Vpt. e ſuo cod. cum quo facit pb. Cæteri τριχῶν τοῦ ἐπιγενείου.

Verſ. 11. ἄλλο μηδὲν ζήτει. μηδὲν reſcripſi cum vett. edd. & codd. pac. Temere μηδὲν ed. Col. & ſeqq. Sic tamen & pb.

Verſ. 12. ὅτι, Ἀνὴρ εἰμι. Interrogandi ſignum vulgo omnes poſt hæc verba ponebant; quod delere juſſit Vpton in Notis. Teneri autem poterat, modo ne ad ſola verba Ἀνὴρ εἰμι referretur interrogatio, ſed ad totam phraſin præcedentem. Nota, paulo ante, τὸ ζῶον rurſus ſigillatim de homine uſurpatum, ut I. 10, 7. & I. 2, 4.

Verſ. 13. Πῶς δὲ οὐ καλὸν τὸ σύμβολον. „Vide ad I. 2, 29. Pulcritudinis ſimul & virilitatis ſignum barbam putabant. Vide Muſonium apud Stobæum [Serm. VI.] p. 83. Cynicus in Lucian. [Tom. III. ed. Amſtelod. Reitz. p. 547.] *idem eſſe* dixit, *leoni jubam, ac barbam viro tondere.* Athenæus lib. XIII. p. 565.

Τί γὰρ αἱ τρίχες λυποῦσιν ὑμᾶς (l. ἡμᾶς) πρὸς θεῶν,
δι' ἃς ἀνὴρ ἕκαστος ἡμῶν φαίνεται;
Εἰ μή τι ταύτας ἀντιπράττεσθ' ὑπονοεῖς.

Διογένης δὲ, ἰδών τινα οὕτως ἔχοντα τὸ γένειον, ἔφησεν· Μή τι ἔχεις ἐγκαλεῖν τῇ Φύσει, ὅτι ἄνδρα σε ἐποίησε, καὶ οὐ γυναῖκα; VPTON.

Verſ. 15. Ταῦτα μόνα ἐστὶν ἔργα ἐφ' ἡμῶν τῆς Προνοίας; καὶ τίς. „Hæc omnia authoritate noſtri codicis in contextum revocavi: quæ cum in aliis deſiderarentur, [excepta voce ταῦτα,] nihil miror, hunc locum interpretes vexaſſe, cum tantam haberet lacunam.“ VPTON. — Idem defectus in pabc. qui in vett. edd. Nempe ſic iſti omnes: ταῦτα ἐξαρκεῖ λόγος ὁμοίως αὐτὰ ἐπαινέσαι.

Ibid.

Ibid. τῆς ἐξαρκεῖ λόγος ἀμοίως αὐτὰ ἐπαινέσαι. Nescio an græce ἀμοίως dicatur hac notione, *digne, pro merito.* Neque vero video, quid lucremur magnopere, si, ut Salmasius voluit, ὄμοιος, pro ἀμοίως legamus. Vocem autem αὐτὰ restitui e superioribus editionibus, cum omissa esset in ed. Vpt. non consilio (puto) editoris, sed operarum errore. Ignorat tamen eamdem noster codex pb. sed agnoscunt pac.

Ibid. ἄλλο τι ἔδει ἡμᾶς ποιεῖν. ἄλλο τί pingere jussit Vpton in Notis; scil. τί cum accentu, ut sit *quid? quidnam aliud?* Sed eodem redit ἄλλο τι; *aliud quidquam?* interrogative pronunciatum. Et magis hoc placet.

Ibid. ἢ ὑμνεῖν τὸ Θεῖον, καὶ εὐφημεῖν, καὶ ἐπέρχεσθαι τὰς χάριτας; „*Quam Numen celebrare, & laudare, & ordine illius beneficia percurrere?* Vide III. 26. 29. M. Anton. V. 33. Τί οὖν οὐ (sic lege) περιμένεις ἕως τὴν εἴτε σβέσεως, εἴτε μετάστασιν; ἕως δὲ ἐκείνης ὁ καιρὸς ἐφίσταται, τί ἀρκεῖ; τί δ' ἄλλο [ἢ] θεοὺς μὲν σέβειν καὶ εὐφημεῖν; &c. *Quid igitur non propitio animo mortem expectas, sive ea destructio est, sive demigratio? Donec vero istius tempus obvenerit, quid sufficerit? Quid aliud, nisi ut Deos colas celebresque?*“ VPTON. — Verbum εὐφημεῖν in ἐφ' ἡμῖν detorsit pc.

Vers. 17. ἔργανα τοιαῦτα. Commode sic edidit Vpt. e suo cod. Nostri omnes cum ceteris editt. ταῦτα, quod & ipsum ferri poterat.

Ibid. ἐργασόμεθα. ἐργασώμεθα pc.

Vers. 18. δύναμιν ἔδωκε τὴν παρακολουθητικὴν τούτοις. Vulgo omnes τούτων. Et sic quoquè pabc. Sed quoniam in suo codice τούτοις legi docuit Vptonus, recipiendum hoc putavi, quod requirere videbatur grammatica ratio, & usus Epicteti; nam adjectivum verbale adsciscit verbi sui casum. Sic χρηστικὴ δύναμις ταῖς φαντασίαις. I. 1, 5 & 12. & id genus alia.

Ibid. ὁδῷ χρηστικήν. „Ὁδὸς est *certa ratio atque methodus.* Vide ad I. 4, 29. Sic usurpatur II. 1, 33. M. Anton. III. 11. ὁδῷ καὶ ἀληθείᾳ ἐλέγχειν, *certa ratione modoque* (ut verbis utar Horatii) *discutere.* Et I. 9. ὁδῷ ἐξευρετικῇ τε καὶ ταχτικόν. Vbi Gatakerus: „Formula „admodum familiaris, qua *certa ratione methodoque* ali„quid institutum designatur.“ Vtitur quoque Plato in lib. IV. de Legibus: Ἀλλ', ἔφη, καθ' ὁδόν τε λέγεις. *Recte atque certo ordine dicis.* καθ' ὁδὸν est etiam proverbialis formula. Dionys. de Struct. Orat. c. 11. ἵνα μὴ καθ'

καθ' ὁδὸν, ὡς Φησι, χωρεῖ ὁ λόγος. *Arte & via dicere*, apud Cicer. de Clar. Orat. c. 46. Idem de Nat. Deorum II. 22. *Zeno igitur ita Naturam definit, ut eam dicat ignem esse artificiosum, ad gignendum progredientem VIA.* Πῦρ τεχνικὸν ὁδῷ βαδίζον εἰς γένεσιν, apud Laërt. VII. 156. Sic Virgil. Georg. II. 22.

Sunt alii quos ipse viâ sibi repperit usus.

Vbi Servius: *viâ*, i. e. *ratione*. Apud Paulum Apost. ad Roman. 3, 33. ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ τοῦ Θεοῦ, *viæ Dei imperveſtigabiles*. Vbi ὁδοὶ ſunt *rationes iſtæ atque via, qua divina Providentia omnia dirigit.* Idem 3, 17. ὁδὸν εἰρήνης οὐκ ἔγνωσαν. Optime Heſychius: ὁδὸν εἰρήνης, τὴν κατὰ Θεὸν πολιτείαν." VPTON.

Verſ. 19. καὶ ὑπὲρ πάντων ᾄδοντα τὸν ὕμνον. Vulgo omnes διεξιόντα. Sic & VPTON; qui tamen in Notis docet, in ipſius codice διάδοντα legi. Iam cogita uncziales literas ΔΙΔΟΝΤΑ, nec dubitabis eſſe hoc ex ΑΙΔΟΝΤΑ corruptum, præſertim ſi & reliqua verba ſpectes, & connexionem cum ſuperioribus: quare hoc ex conjectura adoptare non dubitavi. Noſber pc. διαδόντα habet; reliqui duo διεξιόντα, ut edd.

Verſ. 20. γέρων χωλός. „Vide ſupra I. 8, 14." VPTON. — Adde I. 12, 24. not. & I. 9, 10. not.

Verſ. 21. οὐδ' ἀγκαταλείψω τὴν τάξιν. „Vide I. 9, 24. & ibi quid hanc ad rem Socrates." VPTON.

Ibid. ταύτην poſt τὴν αὐτὴν caret pc.

CAPVT XVII.

TIT. Ὅτι ἀναγκαῖα τὰ Λογικά. — „Τὰ λογικὰ *rationem diſſerendi* intellige. λόγος & *ratio* & *oratio* eſt; unde τὰ λογικὰ dicuntur, quam utramque cum uno verbo complecti non poſſimus, minus perſpicua hæc ſunt. Sententia eſt: unam eſſe Diſſerendi artem, quæ doceat ambigua primum videre, deinde diſtinguere: rationemque habeat, ne cui falſo aſſentiamur, neve unquam captioſa probabilitate fallamur; eaque, quæ de Bonis & Malis dicimus, ut tenere tuerique poſſimus. Nam ſine hac arte quemvis arbitramur a vero abduci falliquę poſſe. Cicero de Finibus. [III. 21.]" WOLFIVS.

„Laërtius in vita Zenonis: VII. 46. Αὐτὴν δὲ τὴν Διαλεκτικὴν ἀναγκαίαν εἶναι, καὶ ἀρετὴν ἐν εἴδει περιέχουσαν ἀρετάς. Cicero de Finib. III. [c. 21.] *Dialecticam etiam adjungunt, & Phyſicam, easque ambas virtutum nomine*

nomine appellent. Vide etiam ad I. 7, 21. Vide etiam lib. II. cap. 25. VPTON.

Τὰ λοιπὰ nihil esse aliud, nisi *Logicam*, quam dicere consuevimus, aut *Dialecticam Artem*, non obscurum esse debebat Wolfio. Vocabulum habes in ipsa hac disputatione, vs. 6. & vs. 10. rursusque II. 25, 1. Commodior autem Titulus huic capiti praefigi potuerat, Πῶς (*id est, quomodo* vel *quatenus*) ἀναγκαῖα, sicut II. 25. quam Ὅτι ἀναγκαῖα τὰ Λογικά. Habet enim duas partes haec disputatio; quarum prior ostendit, necessariam utique certo respectu esse Logicam artem, *vers.* 1 — 12. alter docet, multum abesse, ut per se & propter se aestimanda, & praecipuo loco habenda ea ars sit. *vers.* 13 usque ad finem capitis.

Vers. 1. λόγος ἐστὶν ὁ διαθρῶν καὶ ἐξεργαζόμενος τὰ λοιπά. *Ratio reliquas res omnes explicat & perficit.* διαθρῶν est *articulatim distinguere, enodare, evolvere, enucleate explicare, explanare* ea, quae involuta, complicata, confusa erant. (Vide exempla in Ind. collecta; & conf. Adnot. ad vers. 3. in fine. ἐξεργάζεσθαι, *elaborare, extolere, perficere.* In loco, qui obscuritatis nonnihil habere videri potest, aliorum interpretum versiones ad verbum adponere, non alienum fuerit. Sic igitur Wolfius: *Quia ratio est, quae reliqua explanet atque expoliat, eamque ipsam confusam esse non decet: a quonam explicabitur.* Vptonus: *Quandoquidem ratio est, quae reliqua formet perficiatque: eamque ipsam confusam esse non decet: a quonam formabitur?* De qua Vptoni versione confer quae monemus in fine Adnotationum ad vers. 3.

Ibid. Δεῖ δ' αὐτὸν μὴ ἀδιάθρωτον εἶναι, *oportebatque ipsam non esse confusam.* Haec sic, uti scripta sunt, connectuntur cum superioribus, & ex communi pendent a conjunctione causali ἐπειδή, ut apodosis orationis (per interrogationem expressa) insit in verbis sequentibus, ὑπὸ τίνος διαθρωθῇ; Suspicatus eram olim, apodosin inesse in ipsis his verbis, Δεῖ & quae sequuntur; hac sententia: *Quoniam Ratio reliqua omnia explicat evolvitque & perficit; non debebat ipsa confusa & involuta, inexplicata, manere:* id est: *Quia Rationis ope omnia explicantur & efficiuntur in hac vita; oportebat, ut ipsa etiam Ratio fieret objectum nostrae contemplationis, ut indagaretur evolverenturque principia atque elementa & veluti partes, quibus illa constant; explicaretur que via, qua in*

cogno-

Sensus Moralis, a probatissimis Philosophis adpellatur. Conf. mox ad vs. 14. In verbis vero proxime sequentibus, ut ea prodeat sententia, quae utique inesse videtur, *Quinam alii —— commisisset* vel *commendasset*, bene VPTONVS monuit, deesse videri particulam ἄν. Quam quidem ille post παραδέδωκεν ponendam suspicatus erat, ut παραδέδωκεν ἄν legeretur; ego proxime post Τίνι γὰρ positam fuisse ab Arriano putem, Τίνι γὰρ ἂν ἄλλῳ, & deinde per librariorum errorem neglectam omissamque.

Vers. 13. οὐ γὰρ ἐστέ. οὐδὲ ἐστέ edit. Gen. Col. Cant. & Lond. anonyma; ex perperam accepto scripturae compendio, quo particula γὰρ in ed. Bas. efferebatur. Veram lectionem h. l. restituit Vpt. qui saepe aliàs eumdem cum superioribus errorem erravit. Vide ad I. 9, 2.

Vers. 14. ἀλλ' ὁ Θεὸς ἔνδον ἐστι. „*Dominans ille in nobis Deus;* uti loquitur Cicero Tusc. Disp. I. 30. Seneca Epist. 41. *Prope est a te Deus; tecum est; intus est. Ita dico, Lucili: sacer intra nos spiritus sedet, malorum bonorumque nostrorum observator & custos: hic, prout a nobis tractatus est, ita nos ipse tractat.* M. Anton. III. 5. ὁ ἐν σοὶ θεός. *qui in te residet Deus.* & ita passim. Laërtius VII. 119. Θεούς τε εἶναι· ἔχειν γὰρ ἐν ἑαυτοῖς οἷονεὶ θεόν. τὸν δὲ Φαῦλον, ἄθεον. Ovid. Fastor. lib. VI.

Est Deus in nobis, agitante calescimus ipso:
Impetus hic sacrae semina mentis habet.

Confer autem II. 8, 12 sqq. & II. 16, 33." VPTON.

Ibid. τούτοις χρῆσθε. χρῆσθε τούτοις pc.

Vers. 15. Τούτῳ τῷ Θεῷ. „Sic legendum, non τῷ τοῦτῳ Θεῷ." WOLFIVS. — „Edit. Ven. Basil. & Salmant. Τί ποιῶτε τῷ. τούτῳ θεῷ &c. Noster autem codex exhibet eadem modo ac Wolfius legendum voluit." VPTON. — Et sic jam ediderunt Genev. Col. & seqq. consentientibus nostris mss.

Ibid. ὀμνύουσι πάντων προτιμήσειν τὴν τοῦ Καίσαρος σωτηρίαν. „Respexit plane Epictetus non modo ad sacramentum militare, sed ad novam istam formulam, quam omnibus sacramentis adjecit Caligula: NEQVE ME LIBEROSQVE MEOS CHARIORESQVE HABEBO, QVAM CAJVM HABEO ET SORORES EJVS. Sueton. in Calig. c. 15. Et Dio p. 742. [lib. LIX. c. 9.] Περὶ δὲ δὴ τοῦ Αὐγούστου τούτε Γάϊον τά τε ἄλλα ὥστερ εἴθιστο, καὶ ὅτι σφῶν αὐτῶν, καὶ τῶν τέκνων, καὶ ἐκείνων καὶ τὰς ἀδελφὰς αὐτοῦ προτιμήσουσιν ὤμοσεν. *De Augusto* &

& Cajo reliqua pro more [facta,] juratumque ab omnibus, Cajum se ejusque sorores se ipsis & liberis suis anteliturus." VPTON.

Ibid. ὑμεῖς δὲ, οἱ τοσούτων &c. Veteres edd. omnes sic dabant, ὑμεῖς δὲ θέον τοσούτων. Vnde WOLFIVS: „θέον (ait) nihil ad sententiam facit. Quare legendum suspicor θεόθεν, *divinitus*, vel *a Deo.*" — VPTONVS vero: „Recte noster codex, ὑμεῖς δὲ οἱ τοσούτων." Et sic ille primus edidit, adsentiente nostro cod. pb.

Vers. 16. ἄκοντας ποιῆσαι. Revocavi hoc ex vett. edd. a quibus sine caussa & invitis mssis discesserunt Cantab. Lond. anon. & Vpt. ἄκοντας scribentes. Vide notata ad Polyb. V, 100, 10.

Ibid. In μέμψασθαι cum editis consentiunt mssti; quod ferri posse videtur, licet alia verba in futuro præcedant sequanturque. In ps. tamen videri potest primum scriptum fuisse μέμψεσθαι, sed id pariter in μέμψασθαι mutatum.

Vers. 17. Ὁμοίας γε ὅρκος οὗτος ἀναίνῃ; „Interrogative legendum. Significat enim, dissimillimum & plane contrarium esse jusjurandum." WOLFIVS. — „Recte: nam & eodem modo supra cap. 10. καὶ τοι τί ὅμοιον, &c." COMES SHAFTESBVRIENSIS. — Interrogandi signum primus adposuit Vptonus.

Ibid. αὐτοῦ μὴ προτιμήσειν ἕτερον. Recte αὐτοῦ edidit Vpt. e suo puto cod. quamquam id non declaravit. Sic & noster pc. Perperam ceteri mssti & editi αὐτῷ μὴ πρ. licet mox in genit. ἀπάντων consentiant omnes. De corrigendo errore monuerat Meibomius.

Ibid. ἐντεῦθεν δ' αὐτοὺς ἀπάντων. „ἐντεῦθεν δ' αὐτοὺς ἀπάντων, scilicet προτιμήσειν ὀμνύουσι. *Hic juramenti se pluris facturos esse sese, quam cæteros omnes; cessuros esse nemini:* hoc est, se forte sua fore contentos, & optime secum agi testaturos esse." WOLFIVS. — Mihi videtur in philosophi verbis, de quibus agitur, hujusmodi quædam sententia perspicue inesse: Debere quemque hominem suam mentem, utpote Dei particulam & ipsum in se Deum, pluris quam cæteras res omnes æstimare, magisque quam homines omnes revereri; mentis suæ culturam aliis omnibus curis negotiisque anteponere; suæ mentis, suæ conscientiæ, suæ Rationis intimique sensus monita atque præcepta pluris facere quam omnium hominum leges atque præcepta. Scripturam quod spectat, restitui e superioribus editionibus

nibus αὐτοὺς, quod citra neceſſitatem in αὑτοὺς mutaverat Vptonus, Wolfium ſecutus, qui in Notis ita ſcripſerat. αὐτοὺς dat pc. cum Vpt. αὐτοὺς pab.

CAPVT XV.

Verſ. 1. πῶς τὸν ἀδελφὸν πείσῃ. „Ita noſter codex: alii πείσεις.“ VPTON. At nec πείσεις male, in indicativo: ſic enim & optimi ſcriptores, & noſter eodem modo uſurpare ſolet. Vide I, 13, 1. & Not. ad I. 16, 3. Et in πείσει h. l. conſentiunt pab. πείσῃ vero cum Vptono habet pc. Poterat in eadem connexione pariter in optativo poni verbum, cum ἄν particula; ut hoc ipſo cap. vſ. 6. I. 14, 1. & ſæpe aliâs.

Verſ. 2. ὡς γὰρ τέκτονες ὕλῃ. Vulgo omnes ἢ γὰρ. „Noſter codex ὡς γάρ.“ VPTON. — Id ego adoptandum putavi, ut referretur ad ſequens οὕτω. At noſtri quidem codd. nihil a vulgata ſcriptura diſcedunt.

Ibid. τῆς περὶ βίον τέχνης. „Cicero de Fin. III. 2. *ARS eſt enim Philoſophia VITÆ.* Et cap. 21. *Recte igitur, ſi in omnibus rebus temeritas ignoratioque vitioſa eſt, ARS ea, quæ tollit hæc, virtus nominata eſt.* Vbl male nonnulli codices pro *ars ea*, habent *ab his ea.* Idem Tuſc. II. 4. *Philoſophus in vitæ ratione peccans, hoc turpior eſt, quod in officio, cujus magiſter eſſe vult, labitur, ARTEMque VITÆ profeſſus, delinquit in vita.* Seneca Epiſt. 95. [p. m. 406.] *Omnes iſtæ artes circa inſtrumenta vitæ occupatæ ſunt, non circa totam vitam. — — — At hæc, quæ ARTEM VITÆ profeſſa eſt,* &c. Idem Ep. 1. [immo Ep. 90. ſub finem:] *ARS eſt, bonum fieri.* Hanc μεγίστην τέχνην vocat Epictetus I. 20, 13. & alibi τὴν ἐπιστήμην τοῦ βίου. [ἡ ἐπιστήμη τοῦ βιοῦν. IV. 1, 63. ἡ περὶ τὸν βίον ἐπιστήμη. IV. 1, 118.] M. Antonin. XI. 5. Τίς σοῦ ἡ τέχνη; Ἀγαθὸν εἶναι. Τοῦτο δὲ πῶς καλῶς [f. ἄλλως] γίνεται, ἢ ἐκ θεωρημάτων, τῶν μὲν περὶ τῆς τοῦ Ὅλου φύσεως, τῶν δὲ περὶ τῆς ἰδίας τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῆς. *Quænam tua eſt ars? Bonum fieri. Hoc vero quomodo aliter fit, quam documentorum* [præceptorum, perceptorum] *ope, quorum alia de Univerſi natura, alia de hominis propria conſtitutione?*“ VPTON.

Verſ. 3. ὑγείᾳ. Sic pbc. cum edit. Cantab., & ſqq. Olim ὑγίᾳ edd. cum pa. pro quo ὑγείᾳ ſcribendum monuit Salmaſ.

Ibid.

Ibid. *ἀδοξίᾳ.* *εὐξείᾳ* pa. in textu; ſed alterum in marg.

Verſ. 4. *τὸ ἡγεμονικὸν.* Vide Not. ad I. 20, 11.

Ibid. *Τὸ τίνος;* Sic inde ab ed. Cant. recte vulgatum eſt ex Wolfii mente; atque ita juſſerat etiam Salmaſius. Olim *ἔχον τὸ τινὸς,* edd. cum pab. Sed in ora pb. *τίνος.* Magis vero corrupte pc. *ἔχονλος τινὸς.*

Ibid. *ἐν ᾧ εἰμί.* *In quibus ſum,* nempe ego, Philoſophia. Hæc enim loquens inducitur.

Verſ. 5. *Πῶς οὖν ἐκεῖνός μοι μὴ ὀργίζηται;* Cum *μὴ ὀργίζεται* olim ederetur, *μὴ* delendum cenſuerat Salmaſius; Vptonus vero ſuo e cod. *μὴ ὀργίζηται* in ſubjunctivo edidit, cui ſuffragantur noſtri codd. pbc. De locutione conf. II. 16, 13. & IV. 10, 10. De re, quæ hic agitur, conferre idem Vptonus juſſit IV, 5. 5.

Verſ. 6. *Εὐτρόπιος — — ὅτι, Τοῦτο ζῆτω.* Vulgo olim alii *ἔτι τοῦτο ζῆτω.* *ὅτι* pro *ἔτι* e cod. ſuo adoptavit VPTON. Dubitat tamen rurſus in Notis, dicens: „Fortaſſe autem rectius *ἔτι τοῦτο.“* — Mihi vero ſatis *ὅτι* placuit. Et in hanc ſcripturam conſentiunt pabc.

Verſ. 7. *Οὐδὲν τῶν μεγάλων ἄφνω γίνεται.* „Vide I. 2, 32. IV. 8, 35 ſq.“ VPTON.

Ibid. Cum *σύκον* penacute & h. l. & verſ. ſq. ſcriberent vulgo omnes, monuit Vpton in Notis, *σῦκον* cum circumflexu pingendum. In *σύκον* tamen conſentiunt & mſsti noſtri, niſi quod priori loco, alio errore, *σῆκον* ſcripſit pc.

Ibid. *εἶτα προβάλῃ τὸν καρπόν.* *προβαλεῖ* ante Vptonum dabant vulgo omnes; quod, etſi præcedit ſequiturque ſubjunctivus modus, teneri fortaſſe poterat, quoniam futurum tempus in ſubjunctivo fere non eſt in uſu, pro quo futurum indicativi uſurpatur. Vptonus *προβαλῇ* edidit, idque ſuo e codice, ut docet in Notis, quod ipſum & noſter codex pa. in contextu, & pc. inter lineas habet, ubi *προβαλεῖ* in contextu. Et *προβαλῇ* Salmaſius pariter ſcribere juſſerat. At non paſſivo verbi generi hic locus erat, ſed activo; quare *προβάλῃ* correxi, quod ipſum dein in noſtro pb. ſic ſcriptum reperi. Paulo ante, pro *ἀνθήσῃ*, *ἀνθήσει* habet ſolus pc.

Verſ. 8. *Εἶτα.* „Vide ad I, 4, 30.“ VPTON.

Ibid. *γνώμης δ' ἀνθρώπου καρπόν.* Hunc ad locum reſpexiſſe videtur M. Antonin. lib. IX. ſ. 10. & lib. XI. ſ. 1.“ VPTON.

Ibid. εὐκόλως. εὐλόγως pc. male.

Ibid. μηδ' ἂν, ἐγώ σοι λέγω, προσδόκα. Ista verba quum vulgo nullis interpositis post ἄν, & post λέγω, distinctionis signis ederentur, sic citavit WOLFIVS in Notis, ut comma non nisi post λέγω poneret, quasi verbum λέγω a particula ἄν penderet; hoc modo: „Μηδ' ἂν ἐγώ σοι λέγω, προσδόκα. *Etsi ego tibi dixero, virtutem brevi parari posse, noli credere.* Hunc sensum esse puto. [Sic & in ipsa versione: *tametsi ego tibi dixero, ne exspecta.*] Sed si quis ita distinguere maluerit, μηδ' ἂν ἐγώ σοι λέγω, προσδόκα: [voluerat utique comma etiam post μηδ' ἄν positum.] *Equidem confirmo tibi, id ne expectandum quidem esse.*" — Hinc VPTONVS: „Vertit Schegkius: *id vero moneo ego, ne expectes.* Inclusive, ἐγώ σοι λέγω. *Ne vero tu (id ego tibi dico) expectes.* Neque displicet Wolfii interpretatio: *Etsi ego tibi dixero,* (virtutem brevi parari posse) *ne expectes.*" — Confidenter vero tenere Vptonus debebat eam rationem, quam & in contextu, & in latina versione tenuit; a qua nos quidem non recessimus. Vsitata in familiari sermone formula, ἐγώ σοι λέγω, *ego tibi dico:* cui vicina illa, τοῦτο δέ σοι καὶ λέγει τις; I. 14, 11.

CAPVT XVI.

Verf. 1. πόματα. „Sic noster codex: alii πώμα." VPTON. — In πόματα consentit pc. & pb. sed hic quidem nonnisi a sec. manu.

Verf. 2. οὐκ αὐτῶν ὄνομα. Istam scripturam ex ed. Ven. & Baf. restitui, consentientibus nostris msstis; pro qua tenere οὐχ αὐτῶν dedit editor Genev. quod tenuere sequentes. Conf. ad I. 1, 4. I. 4, 1. &c. Pariter *verf. seq.* περὶ αὐτῶν rescripsi pro περὶ αὑτῶν, quod iidem editores præter rem invexerant. Et περὶ αὑτῶν habent pbc. περὶ ἑαυτῶν vero pa.

Verf. 3. πῶς ἐνδύσηται, καὶ πῶς ὑποδήσηται. E codice suo hæc a se reposita docet Vpton in Notis, pro ἐνδύσεται & ὑποδήσεται, quæ prius edita erant. Sed & hæc in futuro indicativi teneri potuisse puto, licet sequantur subjunctivi φάγῃ & πίῃ in secundo aoristo. Conf. ad I. 15, 1. Sic & post ὅπως: IV. 5, 5. οὐχ ἵνα κινῇ τούτους — — — ἀλλ' ὅπως — — αὐτὸς μηδὲν ἧττον κατὰ φύσιν ἕξει καὶ διαξάγει. Et post eamdem particulam πῶς, simillima ratione atque hic positam: IV. 7, 37.

7, 37. οὐ μέλει, πῶς ἂν ἐν λιθοστρώτοις οἰκήσετε, πῶς καῦς — — διαχοιῶσι, πῶς — — φορῇς. Et h. l. in ἐνέσεται & ὑποδήσεται cum vett. edd. consentiunt nostri codd. pab. sed subjunctivum cum Vptono præfert ph.

Vers. 4. ὑποδεδεμένοι recte ed. Genev. & seqq. cum nostris msstis, pro ὑποδεδομένοι, quod erat in Ven. & Bas.

Vers. 5. Οὗτος ἐν παιδίον &c. „Fortasse Sophocleum illud respexit in Ajace, vers. 1270.

Ἀλλ' οἱ Φρονοῦντες εὖ, κρατοῦσι πανταχοῦ.
Μέγας δὲ πλευρὰν βοῦς ὑπὸ σμικρᾶς ὅμως
μάστιγος ὀρθὸς εἰς ὁδὸν πορεύεται.
Sed qui recta sapiunt, ubique vincunt.
Bos autem magno latere ab exiguo tamen
flagello rectus in via incedit.

Vbi versu secundo πλευρὰν pro πλευρᾶς reposui ex ms. Oxon. ut κακοφωνία vitetur." VPTON.

Vers. 6. Νῦν δ' ἡμεῖς ἀφθόνως &c. „Obscurus & dubius locus, sed hanc ejus sententiam esse reor: *Gratias esse agendas Deo, quod pecudes nostris usibus serviant, quamvis eis non magnam curam impendamus; tantam certe nequaquam, quantam nobis ipsis. Nos vero propter nos ipsos succensere Deo:* hoc est, molestе ferre occupationem quærendi victus, parandique cultus, &c. Vulgo sic dicunt: Cur non æque expeditum nobis victum & cultum esse voluit, ac pecudibus? Respondet Epictetus: Immo gratias agite Deo, quod non bestias etiam vobis utiles, æque ac vosmetipsos, curare necesse habetis. Est inversio quædam: Doleo, me non etiam altero onere levatum esse. Immo gaude, alterum etiam tibi non esse impositum. Quod si cum Deo expostulas; quid proficis, nisi ut & impius sis, & majori calamitate dignus." WOLFIVS. — „Verte: *Nunc vero propter hæc* (animantia) *nosmet gratos exhibere negligentes, quoniam non eodem & pari modo curamur, quo illa curantur, propter nosmetipsos Deum incusamus.*" VPTON. — Atqui multo & per se expeditior, & græcis verbis convenientior, haud dubie est Wolfii interpretatio. Cæterum græca usquequaque sana & integra esse, præstare equidem non ausim.

Vers. 7. νὴ τὸν Δία καὶ τοὺς Θεούς. „Vide Aristoph. Plut. vers. 1. atque ibi Scholiast." VPTON.

Ibid.

Ibid. ἀτήρκει recte edit. Genev. & seqq. αὐτήρκει ed. Ven. & Bas. Editor vero Bas. ex conj. ἐτήρκει ad oram notavit, quod verbum (nescio quam recte) supra I. 6, 14. eadem notione, qua aliàs ἀπαρκεῖ, positum vidimus. Sed hic quidem in ἀτήρκει consentiunt nostri libri. Cæterum notum est, quam similis sit figura literæ α nexui illi scripturæ quæ diphthongum αυ indicat; quo minus mirum, sæpe ista inter se a librariis aut a primis editoribus permutata.

Vers. 8. ἀνεισχ. καὶ ἀνεισθησίας. Inverso ordine pc. ἀνεισθησ. καὶ ἀνεισχ.

Vers. 10. τριχῶν τῶν ἐπὶ γενείου. Sic recte edidit Vpt. e suo cod. cum quo facit pb. Cæteri τριχῶν τοῦ ἐπιγενείου.

Vers. 11. ἄλλο μηδὲν ζήτει. μηδὲν rescripsi cum vett. edd. & codd. pac. Temere μηδὲν ed. Col. & seqq. Sic tamen & pb.

Vers. 12. ὅτι, Ἀνὴρ εἰμί. Interrogandi signum vulgo omnes post hæc verba ponebant; quod delere jussit Vpton in Notis. Teneri autem poterat, modo ne ad sola verba Ἀνὴρ εἰμὶ referretur interrogatio, sed ad totam phrasin præcedentem. Nota, paulo ante, τὸ ζῶον rursus figillatim de homine usurpatum, ut I. 10, 7. & I. 2, 4.

Vers. 13. Πῶς δὲ οὐ καλὸν τὸ σύμβολον. „Vide ad I. 2, 29. Pulcritudinis simul & virilitatis signum barbam putabant. Vide Musonium apud Stobæum [Serm. VI.] p. 83. Cynicus in Lucian. [Tom. III. ed. Amstelod. Reitz. p. 547.] *idem esse* dixit, *leoni jubam, ac barbam viro tondere.* Athenæus lib. XIII. p. 565.

Τί γὰρ αἱ τρίχες λυποῦσιν ὑμᾶς (l. ἡμᾶς) πρὸς θεῶν,
δι' ἃς ἀνὴρ ἕκαστος ἡμῶν φαίνεται;
Εἰ μή τι ταύτας ἀντιπράττεσθ' ὑπονοεῖς.

Διογένης δὲ, ἰδών τινα οὕτως ἔχοντα τὸ γένειον, ἔφησεν· Μή τι ἔχεις ἐγκαλεῖν τῇ φύσει, ὅτι ἄνδρα σε ἐποίησε, καὶ οὐ γυναῖκα; VPTON.

Vers. 15. Ταῦτα μόνα ἐστὶν ἔργα ἐφ' ἡμῶν τῆς Προαιρέσεως; καὶ τίς. „Hæc omnia authoritate nostri codicis in contextum revocavi: quæ cum in aliis desiderarentur, [excepta voce ταῦτα,] nihil miror, hunc locum interpretes vexasse, cum tantam haberet lacunam.“ VPTON. — Idem defectus in pabc. qui in vett. edd. Nempe sic ista omnes: ταῦτα ἔξαρκεῖ λόγος ὁμοίως αὐτὰ ἐπαινέσαι.

Ibid.

Ibid. τῆς ἐξαρκεῖ λόγος ἀμοίως αὐτὰ ἐπαινέσαι. Nescio an græce ἀμοίως dicatur hac notione, *digne, pro merito.* Neque vero video, quid lucremur magnopere, si, ut Salmasius voluit, ὄμοιος, pro ἀμοίως legamus. Vocem autem αὐτὰ restitui e superioribus editionibus, cum omissa esset in ed. Vpt. non consilio (puto) editoris, sed operarum errore. Ignorat tamen eamdem noster codex pb. sed agnoscunt pac.

Ibid. ἄλλο τι ἔδει ἡμᾶς ποιεῖν. ἄλλο τί pingere iussit Vpton in Notis; scil. τί cum accentu, ut sit *quid? quidnam aliud?* Sed eodem redit ἄλλο τι; *aliud quidquam?* interrogative pronunciatum. Et magis hoc placet.

Ibid. ἢ ὑμνεῖν τὸ Θεῖον, καὶ εὐφημεῖν, καὶ ἐπέρχεσθαι τὰς χάριτας; „*Quam Numen celebrare, & laudare, & ordine illius beneficia percurrere?* Vide III. 26. 29. M. Anton. V. 33. Τί οὖν οὐ (sic lege) περιμένεις ὅλως τὴν εἴτε σβέσιν, εἴτε μετάστασιν; ἕως δὲ ἐκλύπῃ ὁ καιρὸς ἐφ' ὅσον ἐστὶν, τί ἀρκεῖ; τί δ' ἄλλο [ἢ] θεοὺς μὲν σέβειν καὶ εὐφημεῖν; &c. *Quid igitur non propitio animo mortem expectas, sive ea destructio est, sive demigratio? Donec vero istius temporis obvenerit, quid sufficerit? Quid aliud, nisi ut Deos colas celebresque?*“ VPTON. — Verbum εὐφημεῖν in ἀφ' ἡμῶν detorsit pc.

Vers. 17. ἔργανα τοιαῦτα. Commode sic edidit Vpt. e suo cod. Nostri omnes cum ceteris editt. ταῦτα, quod & ipsum ferri poterat.

Ibid. ἐργασόμεθα. ἐργασώμεθα pc.

Vers. 18. δύναμιν ἔδωκε τὴν παρακολουθητικὴν τούτοις. Vulgo omnes τούτων. Et sic quoque pabc. Sed quoniam in suo codice τούτοις legi docuit Vptonus, recipiendum hoc putavi, quod requirere videbatur grammatica ratio, & usus Epicteti; nam adjectivum verbale adscisit verbi sui casum. Sic χρηστικὴ δύναμις ταῖς φαντασίαις. I. 1, 5 & 12. & id genus alia.

Ibid. ὁδῷ χρηστικῇ. „Ὁδὸς est *certa ratio atque methodus.* Vide ad I. 4, 29. Sic usurpatur II. 1, 33. M. Anton. III. 11. ὁδῷ καὶ ἀληθείᾳ διέγχειν, *certa ratione modoque* (ut verbis utar Horatii) *discutere.* Et I. 9. ὁδῷ ἐξευρετικῇ τε καὶ ταχτικῇ. Vbi Gatakerus: „Formula „admodum familiaris, qua *certa ratione methodoque* ali„quid institutum designatur.“ Vtitur quoque Plato in lib. IV. de Legibus: Ἀλλ', ἔφη, καθ' ὁδόν τε λέγεις. *Recte atque certo ordine dicis.* καθ' ὁδὸν est etiam proverbialis formula. Dionys. de Struct. Orat. c. 11. ἵνα μὴ καθ'

καθ' ὁδὸν, ὡς Φησι, χωρῇ ὁ λόγος. *Arte & via dicere*, apud Cicer. de Clar. Orat. c. 46. Idem de Nat. Deorum II. 22. *Zeno igitur ita Naturam definit, ut eam dicat ignem esse artificiosum, ad gignendum progredientem VIA.* Πῦρ τεχνικὸν ὁδῷ βαδίζον εἰς γένεσιν; apud Laërt. VII. 156. Sic Virgil. Georg. II. 22.

Sunt alii quos ipse viâ sibi repperit usus.

Vbi Servius: *viâ*, i. e. *ratione*. Apud Paulum Apost. ad Roman. 2, 33. ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ τοῦ Θεοῦ, *viæ Dei imperveſtigabiles*. Vbi ὁδοὶ ſunt *rationes iſtæ atque via, qua divina Providentia omnia dirigit.* Idem 3, 17. ὁδὸν εἰρήνης οὐκ ἔγνωσαν. Optime Heſychius: ὁδὸν εἰρήνης, τὴν κατὰ Θεὸν πολιτείαν." VPTON.

Verſ. 19. καὶ ὑπὲρ πάντων ᾄδοντα τὸν ὕμνον. Vulgo omnes διαιδόντα. Sic & VPTON; qui tamen in Notis docet, in ipſius codice ἀιδόντα legi. Iam cogita unciales literas ΔΙΔΟΝΤΑ, nec dubitabis eſſe hoc ex ΑΙΔΟΝΤΑ corruptum, præſertim ſi & reliqua verba ſpectes, & connexionem cum ſuperioribus: quare hoc ex conjectura adoptare non dubitavi. Noſter pc. διαίντα habet; reliqui duo διαιδόντα, ut edd.

Verſ. 20. γέρων χωλὸς. „Vide ſupra I. 8, 14." VPTON. — Adde I. 12, 24. not. & I. 9, 10. not.

Verſ. 21. οὐδ' ἀγκαταλείψω τὴν τάξιν. „Vide I. 9, 24. & ibi quid hanc ad rem Socrates." VPTON.

Ibid. ταύτην poſt τὴν αὐτήν caret pc.

CAPVT XVII.

TIT. Ὅτι ἀναγκαῖα τὰ Λογικά. — „Τὰ λογικὰ *rationem diſſerendi* intellige. λόγος & *ratio* & *oratio* eſt; unde τὰ λογικὰ dicuntur, quam utramque cum uno verbo complecti non poſſimus, minus perſpicua hæc ſunt. Sententia eſt: unam eſſe Diſſerendi artem, quæ doceat ambigua primum videre, deinde diſtinguere: rationemque habeat, ne cui falſo aſſentiamur, neve unquam captioſa probabilitate fallamur: eaque, quæ de Bonis & Malis dicimus, ut tenere tuerique poſſimus. Nam ſine hac arte quemvis arbitramur a vero abduci falliique poſſe. Cicero de Finibus. [III. 21.]" WOLFIVS.

„Laërtius in vita Zenonis: VII. 46. Αὐτὴν δὲ τὴν Διαλεκτικὴν ἀναγκαίαν εἶναι, καὶ ἀρετὴν ἐν ἕξει περιέχουσαν ἀρετάς. Cicero de Finib. III. [c. 21.] *Dialecticam etiam adjungunt, & Phyſicam, eaque ambas virtutum nomine*

nomine appellant. Vide etiam ad I. 7, 21. Vide etiam lib. II. cap. 25. VPTON.

Τὰ λογικὰ nihil esse aliud, nisi *Logicam*, quam dicere consuevimus, aut *Dialecticam Artem*, non obscurum esse debebat Wolfio. Vocabulum habes in ipsa hac disputatione, vs. 6. & vs. 10, rursusque II. 25, 1. Commodior autem Titulus huic capiti praefigi potuerat, *Πῶς* (id est, *quomodo* vel *quatenus*) *ἀναγκαῖα*, sicut II. 25. quam *Ὅτι ἀναγκαῖα τὰ Λογικά*. Habet enim duas partes haec disputatio; quarum prior ostendit, necessariam utique certo respectu esse Logicam artem, *vers.* 1 — 12. alteri docet, multum abesse, ut per se & propter se aestimanda, & praecipuo loco habenda ea ars sit. *vers.* 13 usque ad finem capitis.

Vers. 1. *λόγος ἐστὶν ὁ διαῤῥῶν καὶ ἐξεργαζόμενος τὰ λοιπά.* *Ratio reliquas res omnes explicat & perficit.* *διαῤῥῶν* est *articulatim distinguere, enodare, evolvere, enucleate explicare, explanare* ea, quae involuta, complicata, confusa erant. (Vide exempla in Ind. collecta; & conf. Adnot. ad vers. 3. in fine. *ἐξεργάζεσθαι*, *elaborare, excolere, perficere.* In loco, qui obscuritatis nonnihil habere videri potest, aliorum interpretum versiones ad verbum adponere, non alienum fuerit. Sic igitur Wolfius: *Quia ratio est, quae reliqua explanet atque expoliat, eamque ipsam confusam esse non decet: a quonam explicabitur.* Vptonus: *Quandoquidem ratio est, quae reliqua formet perficiatque: eamque ipsam confusam esse non decet: a quonam formabitur?* De qua Vptoni versione confer quae monemus in fine Adnotationum ad vers. 3.

Ibid. *δεῖ δ' αὐτὸν μὴ ἀδιάῤῥωτον εἶναι*, *oportebat, que ipsam non esse confusam.* Haec sic, uti scripta sunt, connectuntur cum superioribus, & ex communi pendent a conjunctione causali *ἐπειδή*, ut apodosis orationis (per interrogationem expressa) insit in verbis sequentibus, *ὑπὸ τίνος διαῤῥωσθῇ*; Suspicatus eram olim, apodosin inesse in ipsis his verbis, *δεῖ* & quae sequuntur; hac sententia: *Quoniam Ratio reliqua omnia explicat evolvitque & perficit; non debebat ipsa confusa & involuta, inexplicata, manere:* id est: *Quia Rationis ope omnia explicantur & efficiuntur in hac vita; oportebat, ut ipsa etiam Ratio fieret objectum nostrae contemplationis, ut indagarentur evolverenturque principia atque elementa & veluti partes, quibus illa constat; explicaretur que via, qua in*

cogno-

cognoscendo, judicando, tuendoque vero progredimur, & quæ sunt id genus alia. Sic vero superflua erat particula ἔδει, & vicissim post ὑπὸ τίνος requirebatur aliqua particula, v. c. οὖν vel δή, in hunc modum: Ὑπὸ τίνος οὖν (vel δή) διαρθρωθῇ; Sed nolim equidem urgere quidquam in his mutandi necessitatem. Ac possumus etiam percommode hæc, uti scripta sunt, sententia quoad caput caussæ eadem manente, ita interpretari: *Quoniam reliqua omnia explicat perficitque Ratio, & quoniam* (nempe ad illud expeditiore certioreque via præstandum) *opus erat ut ipsa etiam explicaretur; a quonam explicari illa debebit?* Sic, quod *explicare rationem*, διαρθροῦν τὸν λόγον dicit, eodem modo intelligi debet, quem paulo ante dixi. Est nempe tota Ars logica διάρθρωσις λόγου, i. e. *evolutio, articulatim instituta explicatio Rationis*, & prorsus ea ipsa operatio, quam vernaculo sermone dicimus *l'Analyse de l'Entendement humain*, *l'Analyse des Facultés de l'Ame*. Quo spectat, quod IV. 7, 38. ait: Μή τι τοῦ λόγου τοῦ σεαυτοῦ μερέλημά σοι; μή τι οἶδας, ἐκ τίνων μερίων συνέστηκε, πῶς συνάγεται, τίς ἡ διάρθρωσις αὐτοῦ, τίνας ἔχει δυνάμεις, καὶ τούτας τινάς; Et IV. 8, 12. γνῶναι τὰ τοῦ λόγου στοιχεῖα, ποῖόν τι ἕκαστον αὐτῶν ἐστι, καὶ πῶς ἁρμόζεται πρὸς ἄλληλα, καὶ ὅσα τούτοις ἀκόλουθά ἐστιν. Ejusmodi διαρθρώσεως τοῦ λόγου, id est explicationis partium quibus constat Rationis facultas, breve exemplum atque specimen habes apud Nostrum I. 6, 10. tum apud M. Antonin. XI. 1. (de quo loco vide mox ad vers. 3.) apud Diog. Laërt. VII. 52 sq. apud Sextum Empir. adv. Math. III. 40 sqq. &c. Quare & tertiam illam philosophiæ partem, sive tertium Locum, in quo elaborat philosophus, quem locum alias τὸν περὶ τὰς συγκαταθέσεις adpellat, II. 17, 15. IV. 1, 69. & in ipso nostro cap. vs. 22. (qui locus in ipsa Logica arte inest; conf. II. 2, 5 sq.) eumdem in E. chir. c. 51. τὸν διαρθρωτικὸν τόπον vocat idem noster Epictetus.

Ibid. ὑπὸ τίνος διαρθρωθῇ; „Forsan διαρθρωθήσεται, ut in versione: [ubi nempe Wolfius non male vertit, *a quonam explicabitur?*] mox διαρθρώσει. Legit Salmasius δὲ διαρθρώθη." UPTON. — At nil opus erat, vulgatum solicitare. διαρθρωθῇ, aoristus subjunctivi, in ea connexionem idem valet, ac futurum indicativi διαρθρωθήσεται, *a quonam illa explicabitur?* vel *explicari debebit?* Sed & eodem modo latine in subjunctivo dicere licebat, *a quo-*

a quonam illa explicaretur? Sic τί σοι ἀντέλωμαι; *quæ tam tibi præcepta dabo, vel darem?* I. 25, 3. εἶτα τοῦ ἕνεκα ἀπολίποιεν οἱ νέοι τὰς πατρίδας; *deinde juvenes patriam suam deserunt?* sive, *deserèrent? deserere debebant?* III. 21, 8. conf. ad I. 15, 5. Quod διαφθορὰν ἢ Salmasius suspicatus est; voluerat puto, debuerat certe, si præteritum imperfectum malebat, διεφθείρετο scribere.

Vers. 2. ὅτι ἢ ὑφ' αὐτοῦ, ἢ ὑπ' ἄλλου, ἤτοι οὖν λόγος &c. Sic recte edit. Ven. & Bas. quemadmodum restituit Vptonus. Perperam vero in ed. Genev. indeque in Col. Cant. & Lond. anon. particula ἢ post ὅτι, & οὖν post ἤτοι, sedem suam inter se permutaverant, hoc modo ὅτι οὖν ὑφ' αὐτοῦ, — — — ἤτοι ἢ λόγος. In scripturam ab Vpt. restitutam consentiunt mssti, nisi quod οὖν post ἤτοι caret pa.

Ibid. ἤτοι οὖν λόγος ἐστὶ κρείττονος. Postremam vocem, sua me, nescio, an codicis sui auctoritate, tacita sic edidit Vptonus. Superiores omnes editiones ἐστὶν ἐκείνου dabant, exceptis Londinensi anonyma, in qua est ἐστὶν ἐκεῖνος, quod & habet noster codex pc. Tenueri ἐστὶν ἐκεῖνος potuerat, in quod consentit pa. atque id ipsum habet noster pb. quare & suo e cod. id hausisse Vptonus videri debet. Sed aspernandum utiquam non fuit ἐστὶ κρείττονος, quod sane commodius. De re ipsa, & de argumentatione quam hic concludit Epictetus, mox dicam ad vers. 3. postquam, quid alii interpretes in hunc locum commentati sint, viderimus. Ea ad ista quidem verba, ἤτοι οὖν λόγος ἐστὶν, hæc monuit WOLFIVS: „*Aut igitur ratio est.* Supra, cap. 1. exposuit, mentem ac rationem, tum alia omnia, tum semet ipsam quoque contemplari. Idem fere hic dicit: ubi a ratione discesseris, & quæ a ratione profluit oratione, nihil esse reliquum, quo res explicari dijudicarique possint. Quæ rerum explicatio & dijudicatio cum in Logicis tradatur, aut discendam esse Disserendi artem, aut fieri non posse quin ejus ignarus, male affectato compendio, in maximum dispendium incidat."

Ibid. ἢ ἄλλο τι κρεῖσσον τοῦ λόγου. Vulgo omnes κρεῖσσόν ἐστι τοῦ λόγου. Delevi ἐστι cum cod. pb. Sic enim commodius fluit oratio.

Ibid. Τοῦτο ἀδύνατον. „*Quod fieri nequit.* Nam mente & ratione ipsum quoque Jovem negat quicquam haberi præstantius." etsi humana mens, divinæ menti collata,

quid est aliud quam exstinctus carbunculus, soli meridiano si conferatur? Non negat, Rationem sui esse judicem & explanatricem. Id enim supra, ut dixi, affirmavit cap. 1. & post c. 20. affirmabit. Sed posterius tantum membrum, esse quicquam ratione præstantius, negat." WOLFIVS.

Vers. 3. Ante Vptonum editiones omnes cum nostro cod. pa. ita hæc, quæ hoc versu continentur, exhibebant: *εἰ λόγος, ἑαυτὸν πάλιν τίς διαθρώσει; εἰ γὰρ αὐτὸς ἑαυτὸν δύναται, καὶ οὗτος, ἢ ἄλλου δεησόμεθα, ἄπειρον ἔστι τοῦτο, καὶ ἀκατάληκτον εἶναι.* Quæ Wolfius ita latine reddidit: *Si ratio; quis est qui illam explanet? Aut enim ipsa sese explanare potest, aut ulterius egebimus: atque ita nullus terminus, nullus finis reperietur.* In Notis vero, postquam græca verba ita, ut supra scripta sunt, repetiit, (excepto quod *δεησόμεθα* pro *δεησόμεθα* scripsit,) sic in ea commentatus est idem WOLFIVS: „Locus obscurus, &, ut existimo male distinctus, & nonnihil corruptus. Quem, uti certum sententiam sequi liceret, sic emendandum existimavi, donec liber correctior nobis contigerit: *εἰ λόγος· ἑαυτὸν πάλιν τίς διαθρώσει; Si ratio; quis eam tandem explanabit?* *ἢ γὰρ αὐτὸς* [*ἢ* etiam pro *εἰ* h. l. jam ad marg. ex conject. sua notaverat Basileensis editor.] *ἑαυτὸν δύναται καὶ οὗτος, ἢ ἄλλου δεησόμεθα. ἄπειρον δ' ἔσται τοῦτο καὶ ἀκατάληκτον. Aut enim ea quoque ratio ipsa sese explanabit, aut alia nobis erit opus: atque ita nullus terminus, nullus finis reperietur.*"

„Hæc mea sententia est; [sic pergit WOLFIVS:] quam sequatur qui volet, ac nihil melius habebit. Quanquam autem (in hoc quidem Opere) Stoici sumus; tamen ab Academia in obscuris locis non recedimus. Nam MOIBANVS noster hunc locum aliter accepit, cujus verba subjicere visum est.

Ὁ λόγος ὑπ' ἄλλου, ὃ τοῦ λόγου κρεῖσσον· ὑπὲρ ἀδύνατον, διαθρώσεται, ἢ ὑφ' ἑαυτοῦ, εἰ αὐτὸς ἑαυτὸν δύναται· καὶ οὕτως ἄλλου δεησόμεθα. ἄπειρον δὲ ἔσται τοῦτο, καὶ ἀκατάληκτον.

„Quæcunque explicationem requirunt, pro incertis habentur: sunt autem explicanda per ea, quæ illis sunt certiora. Nunc si ratio se ipsam explicet, incertum incerto explicari dicetur; quod est absurdum. Videtur ita etiam, hac dilemmatum parte negata, innuere, τὸν λό-

tur non indigere διαθρόνα, quatenus διάθρωσις accipitur pro explicatione vel probatione: sed satis esse, eam προτάσσεσθαι ὥσπερ μέτρον, ζυγὸν, κανόνα, φύσεσι, ἢ καὶ βάσεσιν τῶν ἄλλων διακριθησομένων. Nec videtur hæc sententia pugnare cum illis quæ primo capite dixit, ἢ καὶ αὐτὴν θεωροῦσα καὶ τἄλλα πάντα, δύναμις λογική; cum aliud videatur esse θεωρεῖν quam διαθρεῖν; quorum hoc ad probationes & consequentias rationum referendum; illud ad genuinum hominique innatum lumen, quo per se sibi, atque eo ipso aliis etiam lucet." — Hæc *Wolfius*, cum amico suo *Moibano*. SALMASIVS pro εἰ γὰρ αὐτὸς, sicut Wolfius & editor Basileensis, ἢ γὰρ αὐτὸς legendum censuit, quod ipsum & noster codex pc. scriptum exhibet, qui in cæteris cum vett. edd. & pa. consentit. Quod vero mox idem Salmasius, pro ἑαυτὸν δύναται, ἑαυτοῦ δύναται corrigi voluit, id quo pertineat, mihi non liquet. Multo vero minus MERIVS satisfacit, qui ad scripturam olim vulgatam mihi aliud adnotavit, nisi, pro οὗτος ἢ ἄλλου legendum sibi videri οὕτως ἄλλου.

Difficultatem obscuritatemque hujus loci, quatenus a scriptura existebat corruptela, pæne omnem minimo momento levavit Vptoni codex, εἰ δὲ λόγος dans, pro εἰ λόγος, & εἰ δὲ ἄλλου δεησόμεθα, pro ἢ ἄλλου: in quibus consentientem ille habet nostrum pb. Quæ, ubi par erat, adoptans VPTONVS, latinam versionem sic concinnavit: *Apparet enim aut a semet ipsa, aut ab alio. Aut igitur illud ratio est, aut aliquid aliud ratione præstantius: id quod fieri nequit. Si vero ratio, quia est rursus qui illam formet?* [Nam & in superioribus verbum διαθρεῖν *formare* interpretatus est.] *nam si illa ratio se formare atque perficere potest, hæc etiam potest: si vero alterius egebimus, hoc est in infinitum atque indefinenter progredi.* In Notis vero nihil præterea illustrandi hujus loci caussa adjecit. Ego vero, in cæteris tenens Vptoni lectionem, *comma*, quod ille cum superioribus editionibus post δύναται posuit, ante hoc verbum rejeci; ut cohæreant hæc, εἰ γὰρ αὐτὸς ἑαυτὸν, scil. διαθρεῖ, tum illa, δύναται καὶ οὗτος, nempe διαθρεῖν ἑαυτόν. Quamquam hæc leve est, facileque concedo, ad ipsam sententiam non multum interesse, si ita accipias, εἰ γὰρ αὐτὸς ἑαυτὸν δύναται, scil. διαθρεῖν· καὶ, οὗτος, nempe δύναται. Sed illam prætuli rationem, quæ mihi & expeditior, & sermonis usui visa est convenien-

tior. In fine vero periodi relecui verbum *sivu*, quod in contextu retinuerat Vptonus; de quo ad vers. 4. monebimus.

Est autem argumentatio, quam hoc versu & præced. concludit Epictetus, Dilemma hujusmodi: *Ratio hominis aut a se ipsa explicatur evolvitúrque; aut ab alio. Quod si ab alio; erit illud vel rursus Ratio;* (nempe alterna;) *vel aliquid Ratione præstantius. Sed nec hoc, nec illud. Non hoc: nam ratione nihil est præstantius in rerum natura. Non illud: nam, si altera Ratio meam explicat & evolvit, quis illam? Si illa ipsa se; poterit & mea Ratio se ipsa explicare. Si statuis, illam rursus indigere alia; res in infinitum rejicitur, ndeoque ad absurdum redit. Non ergo ab alio evolvitur explicaturque Ratio nostra; sed a se ipsa.* Est autem utique, quemadmodum Wolfius monuit, sententiis hæc conjuncta cum ea, quam cap. 1. hujus libri, & cap. 20. professus est Epictetus, docens, τὸν λόγον vel τὴν λογικὴν δύναμιν esse ἐαυτῆς θεωρητικήν. Ac fortasse nunc, ubi de Logicæ Artis usu & necessitate disputabat, ratiocinatione ista, & præcepto quod ex ea collegit, ita usus est, ut ostenderet, id quod in Logica Arte vere utile sit, non esse difficiles nugas, longo & laborioso studio in schola magistri, lucri cupidi, edidicendas; sed præcepta, quæ e contemplatione observationeque sat haurire possit homo debeatque: posse quidem bonum prudentemque præceptorem attentos nos reddere ad nos ipsos & ad mentis nostræ operationes; posse eum nos excitare, ut ipsi nos contemplemur observemusque; at cogitandi artem, & omnino facultatem Rationis recte utendi, non posse nec doceri nec edisci ab alio; quemque eam se ipsum docere oportere. Subinde in his Epicteti Disputationibus usu venit lectori, ut haud satis liquido adpareat connexio partium, aut ratio qua præcepto quoque usus est philosophus ad efficiendum id quod voluit. Quod quidem non magnopere mirabitur is qui memineritit, non modo ex tempore & subito pleraque habitos esse hos sermones, sed ne sic quidem integros illos semper & omnibus numeris absolutos literis consignare potuisse aut voluisse Arrianum; & ea ipsa, quæ ab Arriano literis mandata fuit, fugiente calamo, dum provehebatur oratio, fuisse ab illo (adhuc dum tum etiam, ut videtur, juvene) excepta.

Ipsa illatio seu conclusio argumentationis, qua usus est Epictetus, scilicet hæc enunciatio, *Ergo & se ipsum explicatur evolviturque*, Τῷ αὐτῷ οὖν διαφθορεῖται, vel Τετελείωται οὖν, ὅτι ὁμοίως ἑαυτοῦ, non diserte quidem illa expressa adest, sed satis e superioribus intelligitur. Eamdem perspicue expressam apud M. Antonin. habes, loco supra citato, XI. 1. Τὰ ἴδια τῆς λογικῆς ψυχῆς ἑαυτὴν ὁρᾷ, ἑαυτὴν διαφθρεῖ. Vbi vide, satis-ne recte Gatakerus converterit, *se cernit, se fingit artatque*; posterioribus verbis, ut ipse docet, e Plauti Captiv. II. 2. adsciris. Gatakeri rationem secutus Vptonus videtur, cum verbum διαφθρεῖν in tota hac disputatione *formare* est interpretatus, nisi quod ἀδιάφθορτον εἶναι *confusum esse* vertit. At *formandi* notionem nusquam alibi, nec apud Epictetum, nec apud Antoninum, nec apud alios philosophos, (quorum loca nonnulla in Indice colligemus) verbo διαφθρεῖν inesse observavi; nisi quodammodo huc trahere volueris illum Medicorum usum, quem Foesius in Oeconomia Hippocratis, sub voce Διάφθρωσις adnotavit: apud Hippocratem & Galenum τὴν διάφθρωσιν, docens, dici *ossium artuumque naturalem conformationem & junctiuram*; verbum vero διαφθρώσασθαι apud eosdem idem fere valere ac διαφθώσασθαι, (variantibus etiam librorum scripturis,) & usurpari de *conformandis*, id vero est, de *restituendis & componendis membris corporis luxatis vel ossibus fractis*. Cæterum apud Epictetum hoc loco notionem *formandi*, quæ Vptono placuit, commendare fortasse poterat illud, quod ἐν τῷ διαφθρεῖν nunc simul comprehenditur quodammodo τὸ ἐξεργάσασθαι. Nam quoniam sic cœperat dicere, Ἐπειδὴ λόγος ἐστὶν ὁ διαφθρῶν καὶ ἐξεργαζόμενος τὰ λοιπὰ, debebat adcurate loquendo deinde etiam utrumque verbum conjungi, ἔδει δ' αὐτὸν μὴ ἀδιάφθορτον μηδὲ ἀνεξέργαστον εἶναι, & ὑπὸ τίνος διαφθρωθῇ καὶ ἐξεργασθῇ; Pro quibus uno verbo διαφθρεῖν fuit contextus. Est autem ἐξεργάσασθαι τὸν λόγον, *excolere, expolire, perficere*, atque adeo (si ita vis) *formare, rationem*. I. 7, 30. III. 9, 20.

Vers. 4. — — Ναὶ· ἀλλ' ἐπείγει μᾶλλον &c. ἀκατάλληλον εἶναι. Ἀλλ' ἐπείγει μᾶλλον θεραπεύειν καὶ τὰ ὅμοια. Hic plane desiderantur quædam, non supplenda nisi ope codicum meliorum. ἀκατάλληλον. Ναὶ· ἀλλ' ἐπείγει μᾶλλον θεραπεύειν * * * καὶ τὰ ὅμοια. Verba sunt discipuli, Ναὶ· ἀλλ' ἐπείγει &c. cujus verba quidem partim sunt omissa a festinante librario; haud male

ab Wolfio suppleta.* VPTON. — Nempe ad eundem locum haec notaverat WOLFIVS: „Ἀλλ' ἀναίγει μᾶλλον θεραπεῦσαι [sic imprudens ille scripsit, pro θεραπεύειν, quod in contextu habent libri omnes] καὶ τὰ ὅμοια. Est autem hic locus suspectus, nisi forte θεραπεῦσαι [rursus θεραπεύειν debuerat volueratque] absolute ponatur, pro *mederi animo*. Sed videntur accusativi praetermissi, τὰς ἀναλήψεις, καὶ τὰ πάθη, καὶ τὰ ὅμοια. *Magis opus est, mederi opinionibus, & appetitionibus, & affectionibus, & si qua sunt alia ejus generis.* Adversarius Dialecticam elevat, ut sine qua viri boni esse possimus: eique doctrinam morum anteponit. [conf. ad vs. 11.] Sed Epictetus monet, qui Dialecticus non sit, eum nec doctrinam morum satis percepturum esse.*

Ego, quum corruptam haud dubie scripturam, ἀναγκαῖόν ἐστιν in contextu conservasset Vptonus, perspectam emendationem ab eodem in Notis propositam, Ναί· ἀλλ' ἀναίγει &c. in contextum recipere non dubitavi. conf. vs. 9. Signa hiatus post θεραπεύειν non adposui; non quod fanam integramque orationem esse mihi persuaserim; sed quod ferri utcumque posse vulgatam putavi, verbum θεραπεύειν cum Wolfio absolute positum statuendo, pro *mederi animo*. Et eodem fere modo illud habes II. 21, 15. Τίς γὰρ ἔρχεται εἰς σχολήν; τίς γὰρ οὐ θεραπευθησόμενος; Sed quae adjunguntur nunc verba, καὶ τὰ ὅμοια, indicare utique videntur, intercidisse ante haec alia nonnulla, in accusativo casu posita, qualia supplere suasit Wolfius; ubi tamen, pro τὰς ἀναλήψεις, commodius fortasse τὰ δόγματα conjectare licuerit, quo Epictetus noster utitur loco modo citato, II, 21, 15. τίς γὰρ οὐ θεραπευθησόμενος; τίς οὐκ παρέξει αὑτοῦ τὰ δόγματα ἀνακαθαρθησόμενα; Conf. II. 21, 23.

Vers. 5. ὅτι, οὐκ οἶδα. Caret h. l. ὅτι pb. minus commode.

Ibid. ἀλλ' ἐμοῦ σοι· Ἀλλ' ἀναίγει μᾶλλον. „Repetit discipuli verba praecedentia, Ναί· ἀλλ' ἀναίγει μᾶλλον θεραπεύειν.* VPTON.

Vers. 6. διὰ τοῦτο γάρ, οἶμαι, προτάττουσι λογικὴν παιδεύσιν τῆς μετρήσεως τοῦ σίτου προτάξομεν τὴν τοῦ μέτρου ἐπίνοιαν. *Eam ob causam, puto, Logicam artem prima loco ponunt; quemadmodum mensurae considerationem ante frumenti dimensionem collocamus.* Vix dubito, quin τὰ Λογικά, cum articulo, scripserit Arrianus,

nus, ſicut verſ. 10. & in fit. hujus cap. rurſusque I. 27, 6. II. 25, 1. Rem vero & ſententiam quod attinet; pugnare cum his, quæ nunc Epictetus dicit, videri poſſunt ea quæ III. 26, 17. ait: *Oſtende mihi primum, quid teneas, quid metiaris, aut quid ponderes: tum deinde oſtende mihi libram aut modium.* At nempe ibi disputat cum homine, qui Logicam artem, aut, rectius ut dicam, meram Dialecticam, id eſt ſubtiliter diſſerendi & acutis quæſtionibus ſpinoſisque ratiocinationibus adversarium premendi artem, reliquis omnibus artibus & reliquæ omni ſcientiæ, quæ in hominem cadere poteſt, anteponebat. Hoc loco cum eo homine diſſerit, qui, Antiſthenis Cynici atque etiam Socratis exemplo nitus, (cf. vſ. 12.) moralem Philoſophiæ partem unice excolendam cenſebat, inutilemque operam in Logica arte poni contendebat. Tum vero notemus, verbum προτάσσειν, quo h. l. utitur Epictetus, non eſſe *anteponere*, tamquam quod ſit *majoris momenti;* ſed ad *docendi ordinem* ſolum pertinere, qua altera doctrina *præmittitur* alteri, & *ante illam docetur.* Præterea obſervemus, non dicere Epictetum, *ſeſe artem Logicam primo loco ponere;* ſed *de aliis* eum hoc dicere, & de eo loqui quod in Stoicorum ſcholis vulgo fieri ſolebat. Vide Diog. Laërt. VII. 40, & quæ ad eum locum ex Sexto Empir. & Plutarcho protulit Menagius. Scilicet nec ipſe quidem diffitetur, neceſſe eſſe, ut is, qui moralem philoſophiæ partem certa quadam via rationeque perdiſcere vélit, Logicæ artis prima quædam principia percepta habeat. vide vſ. 5. hujus cap. tum II. 24, 13 ſq. II. 25. Sed ad uberiorem ſubtilioremque hujus artis tractationem quod ſpectat, & potiſſimum ad illam diſſerendi disputandique artem, in qua plurimum ſe jactabant vulgo philoſophi; quid de illa Epictetus noſter ſenſerit, ſatis perſpicue diſſerteque ipſe quavis occaſione declarat: nempe, eſſe eam in trium numero partium Philoſophiæ, quas numerare ille ſolet, cum diſcendi ordine, tum & utilitate diguitateque, tertio demum poſtremoque loco habendam; I. 4, 12. III. 2. ita quidem, ut partim ne neceſſaria quidem magnopere docenda ſit ei, cui non per profeſſionis ſuæ conditionem neceſſe ſit ſubinde cum aliis hominibus congredi, qui in iſta arte egregie exercitati ſint, eaque abutantur ad capiendos turbandosque incautos; I. 7, 1 ſqq. & ibid. vſ. 22 ſqq. partim ita, ut vaniſſimi ineptiſſimique mortalium habendi ſint ii, qui, neglectis

cæteris philosophiæ partibus, huic uni maxime operam navent. Vide III. 2, 6 sqq. III. 26, 13 sqq. adde II. 17, 26 sq. II. 21, 15 sqq. II. 23, 40 sqq. &c. Conf. quæ Wolfius monuit ad I. 26, 1. Pro *τὴν τοῦ μέτρου ἕκτιν.* est *τὴν τοῦ σίτου* in pa. sed in ora corrigitur *μέτρου*.

Vers. 7. *μετρῆσαί τι ἢ στῆσαι.* *μετρῆσαί τι ἢ στῆσαί τι* pc. Vtrobique *τι* caret pa.

Vers. 8. *δι' οὐ τἆλλα καταμανθάνεται.* „Ita edit. Salmant. [& noster cod. pb.] Alii *καταμανθάνετε.*“ VPTON. — In pa. quoque fuerat primo *καταμανθάνεται*, sed erasa ista est terminatio, & ε scriptum illius loco. *καταμανθάνεται* vero ex conjectura scribere jusserat Meibomius. Perperam vero etiam post *καταμανθάνεται* interpungebant olim orationem; quo pertinet Salmasii nota: „Dele *τελεῖον.*“ nempe, tollendam majorem distinctionem.

Ibid. „Pro *ἀκριβῶσαι καὶ καταμαθεῖν*, exhibet noster codex *ἀκριβῶς καταμαθεῖν.*“ VPTON. Sic & pab. percommode. Vulgatum vero tenet pc.

Vers. 9. In contextu verba hujus versus, cum superioribus editionibus, sic distinxerat VPTONVS: *Ναὶ· ἀλλ' ὁ μόδιος ξύλον ἐστὶ, καὶ ἄκαρπον, ἀλλὰ μετρητικὸν σίτου. καὶ τὰ λογικὰ ἄκαρπά ἐστι· καὶ περὶ τούτου μὲν ὀψόμεθα.* In Notis vero monuit, ab adversario illa urgeri, *Ναὶ· ἀλλ'* &c. atque ita distinguenda esse verba, ut nos in contextu fecimus. Itaque hanc interpretationem in eisdem Notis ille adjecit: „Adv. *Esto: sed modius lignum est & sterile.* Epict. *Ejusmodi tamen, quo frumentum metiri queas.* Adv. *Est & Logica sterilis.* Epict. *De eo quidem videbimus, &c.*“

Vers. 10. *στατικά.* „Ita noster codex, & ms. Par. Alii *ταικτικά*, minus recte, ut e præcedentibus fiquet.“ VPTON. — In *στατικὰ* consentiunt duo codd. pab. Et sic e conjectura jam sic corrigere jusserat Salmasius; ubi minus perspecte Meibomius adscripsit: „retineo *ταικτικά.*“

Vers. 11. *μόνος Χρύσιππος &c.* Sic primus edidit Vpton. Olim sic legebatur: *μὼν ὡς Χρύσιππος καὶ Ζήνων καὶ Κλεάνθης. Ἀντισθένης δ' οὐ λέγει;* Ad quæ COMES SHAFTESBVR. ex conject. monuit: „Lege *μόνος Χρ. καὶ Ζην. καὶ Κλεάνθης*; erotematice.“ — Quæ referens VPTONVS: „Recte; inquit. Confirmat noster codex.“ —, Cui adstipulatur noster pb. Eamdem emendationem proposuerat Meibom.

Vers.

Vs. f. 12. *Ἀντισθένης δ' οὐ λέγει*; Intelligitur hinc eum, qui Logicæ artis utilitatem negaverat, cum quo nunc disputat Epictetus, Cynismum esse professum, & Antisthenis auctoritate nisum. Repudiasse Cynicos Logicam & Naturalem philosophiæ partem, docet Laërt. VI. 103.

Ibid. *Σωκράτης — — ἤρχετο ἀπὸ τῆς τῶν ὀνομάτων ἐπισκέψεως, &c.* „Vide Xenoph. Ἀπομνημ. IV. 6. *Ὧν ἕνεκα σκοπῶν σὺν τοῖς συνοῦσιν, τί ἕκαστον εἴη τῶν ὄντων, φύσεσκόπουν ἔλεγε.* Et supra, ejusd. libri cap. 5. §. 12. *ἔφη δὲ καὶ, τὸ διαλέγεσθαι ὀνομασθῆναι ἐκ τοῦ συναθροίζειν [συνιόντας] κοινῇ βουλεύεσθαι, διαλέγοντας κατὰ γένη τὰ πράγματα. δεῖ οὖν παρεῖναι ὅτι μάλιστα πρὸς τοῦτο ἕκαστον ἕτοιμον παρασκευάζειν, καὶ τούτου μάλιστα ἐπιμελεῖσθαι· ἐκ τούτου γὰρ γίνεσθαι ἄνδρας ἀρίστους τε καὶ ἡγεμονικωτάτους καὶ διαλεκτικωτάτους.* Ex hoc loco lege supra, cap. 3. in initio, [nempe apud eumdem Xenoph. Memorab. lib. IV.] *Τὸ μὲν οὖν διαλεκτικούς*, pro *λεκτικούς*. Vide etiam [ibid.] I. 1, 6. & lib. III. cap. ult. sect. ult. ubi agit de etymologia vocis *σώφρων, σῴζειν*. Extat hac de re Platonis dialogus, qui inscribitur Cratylus. Audi Dionys. [Halicarn.] de Struct. Orat. c. 16. [c. de Compos. Verbor. T. V. ed. Reisk. p. 95 sq.] *Τὰ πρώτιστα δὲ γέμει ὡς τὸν ὑπὲρ ἐτυμολογίας εἰσάγοντι [εἰσαγαγόντι] λόγον, Πλάτωνι τῷ Σωκρατικῷ, πολλαχῇ μὲν καὶ ἄλλοθι, μάλιστα δὲ ἐν τῷ Κρατύλῳ. Laudem vero præcipuam Platoni Socratico, ut primo nominum ad origines suas reductari, equidem assigno, qui hac de re cum sæpe alibi, tum potissimum in Cratylo disputat.* Inprimis Stoici Etymologiæ studuerunt. Cicero de Offic. lib. I. [c. 7.] *Audeamus imitari Stoicos, qui studiose exquirunt, unde verba sunt ducta.* Et de Nat. Deor. III. 24. *Magnam molestiam suscepit & minime necessariam primus Zeno, post Cleanthes, deinde Chrysippus, commentitiarum fabularum reddere rationem: vocabulorum, cur quique ita appellati sint, causas explicare.* Vide Balbum apud eundem lib. II. c. 25, 26. &c. Scripsit Chrysippus *περὶ Ἐτυμολογιῶν*, teste Laërtio in ejus vita [VII. 200.] Ipse Epictetus infra, II. 14, 14. *Πόθεν οὖν ἄρξασθαι δεῖ*; *Ἂν συναισθῇς, ἐρῶ σοι, ὅτι πρῶτον δεῖ σε θεοῖς ἀνθῆσαι παρακολουθεῖν.* Confer lib. II. c. 10. & M. Antonin. III. 11. VPTON.

Ibid. *περὶ τίνος γράφει Ξενοφῶν.* Veteres omnes editiones *γράφει* dabant. Id primus correxit anonymus edi-

tor Londinensis, τρόφιμα substituens; quod tenuit Vptonus, nihil de codicis sui scriptura monens. Sic vero dant nostri pbc.

Vers. 13. *Ἀρ' οὖν τοῦτό ἐστι τὸ μέγα καὶ τὸ θαυμαστόν, &c.* Postquam docuit, necesse esse, ut, qui in philosophiae studio cum successu elaborare voluerit, is Logicae arti aliquatenus saltem det operam; nunc ei homini, quicum haec disserit, qui ad Cynicorum inclinabat rationem, (conf. ad vs. 12.) vicissim ostendit, se, quod ad caput cauſſae adtinet, non adeo longe ab ipsius sententia abesse. Nam quum Rationalem & Naturalem Philosophiae partem repudient Cynici, se non aspernari quidem has partes, at vanam atque inutilem judicare operam in eis positam, nisi ad mores & ad vitae usum actumque omnia referantur. Lubens vero arripere hanc occasionem videtur Epictetus, ut simul reliquis suis auditoribus, veluti aliud agendo, inculcet id praeceptum, de quo saepe eos admonet; ne pravo aliorum exemplo abripi se patiantur, qui in Philosophiae studio negligentes id, quod unum omnium maximi est momenti, quo referri cætera omnia debent, in eis artibus, quae per se ipsae, nisi illuc referantur, nihil valent, omne studium ponunt, in eisque unice gloriantur. In verbis, leve est, notemus tamen, articulum τὸ ante θαυμαστὸν deesse in vett. editt. ab Vptono demum adjectum, praeeunte puto codice ipsius: agnoscit vero eumdem ibi nostet pc.

Ibid. νοῆσαι Χρύσιππον. „Vide supra I, 4, 6 sqq. & conf. Enchir. cap. 49. ubi notatur Chrysippus, *ἀσαφῶς, obscure scripsisse.* Et Seneca de Benef. lib. I, c. 3. *Chrysippus quoque, penes quem subtile illud acumen est, & in intimam penetrans veritatem, qui rei agendae causſa loquitur, & verbis non ultra, quam ad intellectum satis est, utitur.*" VPTON. — Ad rem confer Nostrum, II. 17, 34 & 40. III. 2, 13 sqq.

Vers. 13. *τὸ βούλημα τῆς Φύσεως.* „Vide Enchir. c. 26. M. Antonin. IV. 49. *Ἀπόστευγμα δὲ τῆς Φύσεως τοῦ ἀνθρώπου εἶναί σοι δοκεῖ, ὃ μὴ παρὰ τὸ βούλημα τῆς Φύσεως αὐτοῦ ἐστι; τί οὖν;* (sic distingue.) *τὸ βούλημα μεμάθηκας; Frustratio vero naturae hominis tibi esse videtur, quae non sit contra voluntatem naturae illius? quid igitur? voluntatem didicisti?*" VPTON. Conf. III. 20, 13.

Vers. 14. *διὰ σεαυτοῦ.* *διὰ σαυτοῦ* pb.

Ibid.

Ibid. πάντας ἁπλῶς ἁμαρτάνειν. „Vide ad I. 28, 4.“ VPTON.

Vers. 16. *τί λέγει οὗτος ὁ ἐξηγητὴς τῆς Φύσεως.* Conf. I. 10, 10. — „Horat. Carm. lib. I. Od. 28.

— — — *Non fordidus auctor*
Naturæ verique.

Id est, *Naturæ, veriquæ explicandi.* Sed, ut obiter moneam, alia sunt in hoc carmine Horatii, quæ interpretatione egeant. Nauta loquitur: *Te maris & terræ*, &c. — — *moriturο.* Archytas: *Occidit* &c. — — *admissus.* Nauta: *Habentque*, &c. (cum ironia quadam) — — *atræ.* Arch. *Judice te*, &c. Sed hæc obiter.“ VPTON. — Vocem οὗτος perperam interpositο punctο superiori a præcedentibus verbis separaverant editt. Ven. & Ras. (sic & codd. pac.) quod commovit fortasse Basileensem editorem, ut οὗτος pro οὗτος scriberet. οὗτος ex ed. Ven. restituerunt editor Genev. & Colonienſis, sed importunam distinctionem retinuerunt, quam Cantabrigiensis demum delevit, & delendam notaverat etiam Meibomius. Sic igitur posteriores editiones *τί λέγει οὗτος ἐξηγητής.* Articulum vero *ὁ* post οὗτος dedit pb. quem adjiciendum utique putavi.

Ibid. „Ἰδοὺ, *ἐπιδείκνυμι* &c. Sunt verba Interpretis, profitentis se omnia plane perspicueque explicaturum. *ἐπιδείκνυον* scribit pc.

Vers. 17. *Ποῖα οὖν ἐνταῦθ' ἐφρὺς τοῦ ἐξηγουμένου.* „Quale igitur hoc supercilium? hoc est: Is solus meritò multum sibi tribuit, qui naturam sequitur. Qui vero naturam declarat, si naturam non sequitur, Grammaticus est potius quam Philosophus, nec habet quo glorietur. Quanto ergo minus eum superbire decet, qui obscuriora illius Grammatici verba declarat? Egregia est hæc extenuatio eorum, qui stylo & lingua plus valent, quam vita & moribus.“ WOLFIVS. — Conf. I. 4, 14 sqq.

Ibid. οὐδ' αὐτοῦ Χρυσίππου ἀκριβῶς. „*οὔτε οὐδ' αὐτοῦ.* ita scrib.“ SALMASIVS. — Immo vero nihil in vulgata scriptura desiderabatur.

Ibid. πόσῳ πλέον τοῦ ἀκριβοῦς ἐξηγουμένου. „Scilicet *οὐκ ἔστιν ἐφρὺς ἀκριβοῦς. Si Chrysippus ob sua scripta causam efferendi sese non habet: quanto minus commentator Chrysippi?* Addere licet: quanto minus interpres græcæ orationis? Cur igitur, Wolfi, te fatigas in re adeo

adeo tempi? Cur non hiſtoricum potius aut poëtam legis? Reſpondeo ſimpliciter & vere: Volo haec praecepta mihi ipſi inculcare: cupio eadem plurimis eſſe nota. Atqui jam iſta nota ſunt! Innoteſcent pluribus. Hactenus enim fragmenta Epicteti ſunt, non totus Epictetus." WOLFIVS.

Verſ. 18. χρείαν ἔχομεν δι' αὐτὸν, & mox, τοῦ θύρου δι' αὐτόν. Vtrobique διὰ αὐτὸν e ſuperioribus editionibus reſtitui, cum in δι' αὐτὸν temere mutaſſet Vpton: Sic deinde δι' αὐτὰ, quod in δι' αὐτὰ mutaverat idem. Quibus locis cunctis uno conſenſu codices noſtri veteribus editionibus ſuffragantur.

Ibid. ἀλλ' ὅτι δι' ἐκείνων σημαίνεται. „σημαίνεται impersonaliter; niſi legas, ἀλλ' ὅτε τι σημαίνεται." VPTON. — Nil vetat impersonaliter accipere, praeſertim quoniam & mox τὸν σημαίνοντα abſolute absque regimine ponitur. Neo variant libri.

Verſ. 19. οὔτε τὸν κόρακα θαυμάζομεν. Conf. III. 1, 37. & Xenoph. Memor. I. 1, 3 ſq.

Ibid. τὸν Θεὸν τὸν σημαίνοντα. „Habes articulum τὸν [ad σημαίνοντα] ex codice noſtro." VPTON. — Eumdem exhibebat noſter pb.

Verſ. 20. ἐπὶ τὸν ἐξηγητὴν τούτων, καὶ θύτην, *ad interpretem harum rerum & vatem*; ſc. *ad philoſophum*, naturae rimatorem & interpretem. vſ. 16. & vſ. 29.

Ibid. ὅτι ἐκλυσθαί μοι. „Vide ad I. 2, 18." VPTON. Scil. de uſu iſto particulae ὅτι. De re vero conf. I. 16, 10.

Verſ. 22. ἐπὶ τοῦ συγκαταθετικοῦ τόπου, καὶ τοῦ ὀρεκτικοῦ. „*In loco aſſenſionis & appetitionis.* *Locos* appellat Epictor, quod peculiariter & ſeorſim de his agere ſoleant Stoici." WOLFIVS. — „De tribus locis in Philoſophia, vide lib. III. c. 2." VPTON.

Ibid. κωλύσει. ἀναγκάσαι pa. ih contextu, ſed altera ſcriptura in marg.

Verſ. 24. Καὶ τίς ὁρμὴν νικῆσαι &c. „Ad oram edit. Salmant. ſcribitur νικῆσαι." VPTON. — Vulgo orationem hoc verſu ſic diſtinguebant omnes, & in hunc modum legebant: Καὶ τίς ὁρμὴν νικῆσαι δύναται; Ἡ ἄλλη ὁρμή. Τίς δ' ὄρεξιν καὶ ἔκκλισιν; Ἡ ἄλλη ὄρεξις καὶ ἔκκλισις. Mihi vero nec articulus ἡ ad vocem ἄλλη facile ferendus viſus erat, & caeteroquin planius fluere oratio videbatur, ἡ pro ἡ utrobique ſubſtituendo. Atque eodem modo in noſtro pb. ſcriptum deinde inveni. Ad τίς intelige

lige ἄλλος, ut ad τὸ ἄλλος referatur particula ἤ, *quis alius nisi*, vel *praeterquam*. De illo usu particulae ἤ vide notata ad I. 7, 16. De tota vero phrasi confer locum huic fere parallelum, ubi completa absque ellipsi oratio, I. 29, 12. προαίρεσιν δὲ οὐδεὶς ἄλλο νικῆσαι δύναται, πλὴν αὐτὴ ἑαυτήν.

Ibid. Pro ἔκλειψιν & ἔκλεισις, mendose ἔκλησιν & ἔκλησις habet ed. Ven.

Vers. 25. Ἂν μοι, φησὶ, προσάγῃ θανάτου φόβον. Exspectaveram Ἀλλ' ἂν μοι. Ac potuit facile akera vox ab altera absorberi suaque sede depelli. „Nota φησὶ, formulam objiciendi, quod semel atque iterum monuisse satis. Vide ad I. 4, 9. Ita M. Antonin. V. 28. Ἀλλ' ὁ ἄνθρωπος λόγον ἔχει φησί. Et Dio in Orat. XLVIII. p. 532. l. 6." Sed latuit interpretes. Confer autem [de re ipsa, Epictetum nostrum] I, 24, 12." VPTON. — Adde Enchir. c. 5.

Ibid. ἀναγκάζεις με, „Sic noster codex: alii dant ἀναγκάζει με." VPTON. ἀναγκάζει με pc. cum vett. edd. ἀναγκάζεις με pa. ut Vptoni codex. ἀναγκάζει ς pb. in fine lineae, & super ι superscripta littera ε, ut sit ἀναγκάζει ις. male.

Vers. 27. Εἰ γὰρ τὸ ἴδιον μέρος, ὃ ἡμῖν ἔδωκεν ἀποστάσας ὁ Θεὸς. „Nam si eam sui partem, quam nobis impertiit avulsam Deus. Τὸ ἴδιον μέρος ad Deum referri potest, ut in verbo ἀποστάσας intelligatur ἑαυτοῦ. Horatius:

Atque affigit humo divinae particulam aurae.

Est & haec hyperbole ardore disputationis expressa. Neque enim ita est ὁ Νοῦς ἀπόστασμα τοῦ Θεοῦ, ὥσπερ τὸ σπέρμα ἔλον τοῦ σώματος, ut ait Hippocrates: neque cum Deo injuriarum agi posset, etiamsi aliam humanae mentis conditionem esse voluisset. Potest, inquam, sic intelligi τὸ ἴδιον μέρος, ut referatur ad Deum. Nam supra quoque cap. 14. scripsit, ἀλλ' αἱ ψυχαὶ μὲν ἡμῶν ἐντεῦθεν ἐσὺν ἐνδεδεμέναι καὶ συνάφεις τῇ θεῷ, ἅτε αὐτοῦ μόρια ὄντα καὶ ἀπεσπασμένα. Sed simpliciter esse puto, ut τὸ ἴδιον μέρος peculiaris & propria hominis pars intelligatur, & participium ἀποστάσας, pro ἂν ἀποσπάσῃ τοῦ ἀνθρώπου. *Si Deus eam partem, quam homini propriam dedit, si eriperet, talemque faceret &c.*" WOLFIVS. — „Male Wolfius. Vide supra ad I. 14, 6." VPTON.

Ibid. οὐκέτι ἦν Θεὸς, οὐκέτι ἦν ὁ Θεὸς pa. cum artic. ut paulo ante.

Vers.

Vers. 28. ἅμα ἕσται. ἅμα ἔστι edd. vett. cum pr. ἐστὶν ἅμα pc. ἅμα ἔστιν ex conject. primus edidit Cantabrigiensis, & tenuere Lond. anon. & Vpton. Sic vero scribitur in nostro cod. pb. Eandem variationem vidimus ad I. 7, 27.

Ibid. καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ. Caret τὴν pb.

Vers. 29. δουμάσας. δαμάσων pb.

Ibid. Verba ἀλλ' ἐκεῖνα ἃ ἐξηγεῖται desunt pb.

CAPVT XVIII.

TIT. Ὅτι δεῖ χαλεπαίνειν &c. Idem argumentum rursus tangit cap. 28. hujus ejusdem libri.

Vers. 1 & *seq.* Exordium hujus capitis, quod intricatiorem paulo structuram orationis habet, nonnihil etiam difficilius explicatu olim fuerat, cum, pro τὸ παθεῖν ὅτι ὑπάρχει, (vs. 1.) legeretur τῷ παθεῖν ὅτι ὑπ. & pro ὁρμῆσαι ἐπί τι, τὸ παθεῖν, (vers. 2.) ὁρμῆσαι ἐπὶ τὸ παθεῖν. Perspecte tamen Wolfius rem expedivit, corrupta Graeca ex conjectura corrigens, & totum locum sic latine convertens: *Si verum est, quod philosophi dicunt, ab uno moveri principio mortales omnes, ut ad assentiendum & renuendum, atque adeo sustinendam quoque assensionem; quod alia vera, alia falsa, alia dubia atque incerta existiment; ita etiam ad expetendum aliquid opinione boni excitari: (Neque vero posse fieri, uti aliud utile judicent, aliud appetant; aliud decere censeant, aliud persequantur:) quid vulgo adhuc succensemus?*

Tum ad eumdem locum haec est ejusdem WOLFII Adnotatio: „Τὸ παθεῖν ὅτι ὑπάρχει, *affectione* [*commoveri*] *quod ita sit:* & paulo post, οὕτω καὶ τοῦ ὁρμῆσαι ἐπί τι τὸ παθεῖν ὅτι ἐμοὶ συμφέρει, *sic etiam ad expetendum aliquid, affectione quod mihi expediat commoveri.* τὸ παθεῖν *animi affectionem* significat, ut & τὸ πάθος: hic vero ad *opinionem* refertur, idemque valet quod δόξα, ὑπόληψις, Φαντασία. Quia vero locus hic perobscurus fore videbatur, si verba annumerassem; sententiam appendendam esse judicavi. Quod si cui haec libertas displicuerit, perspicuitati superstitionem praeferenti, is paene ad verbum sic habeat: *Si verum est quod a philosophis dicitur, unum esse omnibus hominibus principium, ut assensionis, affectionem qua ita esse aliquid statuimus; & improbationis, affectionem qua aliquid non ita esse statuitur; itemque cohibendi assensus, affectionem*

qua

qua incertum aliquid esse statuitur; sic etiam ad expetendum aliquid, affectionem qua mihi aliquid conducere statuo: (neque vero fieri potest, ut aliud conducibile judicem, aliud appetam; aliud convenions censeam, ad aliud impetu feror;) quid vulgo adhuc succensemus? τὸ παθεῖν, nominativo, quam τῷ παθεῖν dativo casu, rectius legi videtur; etsi utraque constructio locum habet. ἀρχὴ τοῦ συγκατατίθεσθαι γίνεται τὸ παθεῖν, hoc est, ἡ ὑπόληψις; vel τῷ παθεῖν, id est, ὅτι ἔπαθον, vel διὰ τὴν ὑπόληψιν συγκατέθεντο οἱ ἄνθρωποι. Paulo post, pro οὕτως καὶ τοῦ ὁρμῆσαι ἐπὶ τὸ παθεῖν, ὅτι &c. legendum omnino censeo, τοῦ ὁρμῆσαι ἐπί τι, τὸ παθεῖν ὅτι ἐμοὶ συμφέρει. Hinc protasis periodi finitur. Sequitur parenthesis, ἀμήχανον δ' ἄλλο &c. Apodosis est; τί ἔτι τοῖς τολλοῖς χαλεπαίνομεν; Diu me torsit hic locus, ob distinctionum confusionem, & omissam particulam τι. Sed an scopum attigerim, candide judicent eruditi." Hæc tam modeste, quam acute WOLFIVS. Ad quæ SHAFTESBVRIENSIS COMES, referente Vptono, notavit: „Optime, ὦ Wolfi!" — Ipse autem VPTONVS: „Confirmat, inquit, noster codex lectionem. Nota autem structuram: Εἰ ἀληθὲς ἐπὶ τὸ — — — τί ἔτι τοῖς πολλοῖς χαλεπαίνομεν;"

Nostri quoque codices, ex parte quidem, confirmant veram lectionem. τὸ παθεῖν ὅτι ὑπάρχει dant pac. Et in τὸ consentit etiam pb. sed is pro παθεῖν & b. l. & deinde constanter μαθεῖν scribit, perperam. Tum vero *vers.* 2. τοῦ ὁρμῆσαι ἐπί τι recte idem pb. licet ibi mendose pergat τὸ μαθεῖν. Sed in τοῦ ὁρμῆσαι ἐπὶ τὸ παθεῖν, absque τι, consentiunt pac. cum olim editis; ubi haud absurde sane ἐπὶ in ἐπί mutandum Meibomius censuit, qui & paulo ante de τῷ παθεῖν in τὸ παθεῖν mutando monnerat. De usu verbi πάσχειν, quem adnotavit Wolfius, jam dictum ad I. 2, 3. Cæterum aut valde equidem fallor, aut aliud quid adhuc turbatum hoc loco supereſt, vel potius defecta est oratio, verbis nonnullis *versu* 2. socordia librariorum omissis. Scilicet, quemadmodum constanter distinguere solent Stoici inter τὸ ὁρμᾶσθαι & inter τὸ ὁρμᾶν; sic ex eorumdem Stoicorum, certe ex Epicteti nostri ratione, τὸ ὁρμᾶσθαι sive ἡ ὁρμὴ pertinet ad τὸ ἀγαθὸν & τὸ συμφέρον; (quæ duo eodem loco habentur; vide saltem I. 22, 14. & conf. cum III. 24, 73.) τὸ ὁρμᾶν vero, sive ἡ ὁρμὴ ad τὸ παθητικὸν pertinet: quam distinctionem τῆς ὁρμῆσαι

&

& τῆς ὁρμῆς cum & aliis locis satis intelligitur; III. 2, 1 sq. III. 3, 2. III. 22, 43. I. 4, 11. Enchir. 31, 2 sq. &c. tum hoc ipso loco, quem tractamus, perspicue diserteque in illis verbis observatur, ἀνήχανόν δ' ἐλλο μὲν κρῖναι τὸ συμφέρον, ἕλλου δ' ὁρμῆσαι· καὶ ἄλλο μὲν κρῖναι παθητόν, ἐπ' ἄλλο δὲ ὁρμῆσαι. Itaque vide, ne in verbis proxime præcedentibus (per eumdem librariorum errorem, de quo mox ad vers. 8. dicetur) alterum orationis membrum prætermissum sit, atque ita scripserit Arrianus: οὕτω καὶ τοῦ ὁρμῆσαι ἐπί τι, τὸ παθεῖν, ὅτι καθῆκον· καὶ τὸ ὀργισθῆναί τινι, τὰ παθεῖν ὅτι ἐμοὶ συμφέρει.

Eod. vs. 2. τί ἐπὶ τοῖς πολλοῖς χαλεπαίνομεν. Imperite olim distinguebant: ἐπ' ἄλλο δὲ ὁρμῆν τι· ἐπὶ τοῖς πολλ. χαλεπ. Et sic pab. Recte vero Vptonus cum nostro cod. pb. junxit illa τί ἐπὶ &c. in quo præeuntem habuit anonymum editorem Londinensem. Idem vero Londinensis editor superiora verba (ab ἀνήχανον usque ὁρμῆν) parenthesi inclusit.

Vers. 2. Verba Τί ἐστι τὸ κλ. καὶ λυπεῖ. desunt pb.

Ibid. ἢ ἐλεᾶν αὐτούς; „Minime. Vide II. 17, 26. εἰ δὲ φθονεῖς, ταλαίπωρε, [ἀτυχοῦντας,] καὶ ἐλεεῖς & IV. 1, 4. Φοβούμενος, φθονῶν, ἐλεῶν. Vbi videas *misericordiam* inter animi perturbationes indignas sapiente poni, & jungi cum *invidiâ*. Nec temere; tam miris modis inter se conveniant, & in una sede morantur. Sic Virgil. Georg. II. 499.

Aut doluit miseratus *inopem, aut* invidit *habenti.*

Confer Cic. Tusc. Disp. III. 9. Laert. in vita Zenon. VII. 111. Ἔλεον μὲν οὖν εἶναι λύπην, ἐπὶ ἀναξίᾳ κακοπραγοῦντι. Hanc definitionem exprimit Cicero Tusc. Disp. lib. IV. [c. 8.] *Misericordia est ægritudo ex miseria alterius, injuria laborantis.* Non cadit autem ægritudo, λύπη, ἄλογος συστολή, in sapientem: ergo neque misericordia. Sed audiamus Senecam, de Clem. lib. II. c. 5. p. 477. ed. var. *Scio, male audire apud imperitos sectam Stoicorum, tanquam nimis duram, & minime principibus regibusque bonum daturam consilium. Objicitur enim illi, quod sapientem negat misereri, negat ignoscere. Haec si per se ponantur, invisa sunt: videntur enim nullam spem relinquere humanis erroribus, sed omnia delicta ad poenam deducere. Quod si est, quidni haec secta,* (ipsa codicum variatio satis indicat, hunc locum esse corruptum: lego itaque, nonnullorum codicum vesti-

vestigia secutus: *Quod si;* scil. nullam spem relinquunt; *quid est hæc scientia,) quæ dediscere humanitatem jubet, portumque adversus fortunam certissimum mutuo auxilio claudit? Sed nulla secta benignior lenisque est, nulla amantior hominum, & communibus bonis attentior.* Et paulo post: *Ergo non miseretur, quia & sine miseria animi non sit. Cætera omnia, quæ qui miserentur, salent facere, hic libens & alius animo faciet.* Quin & hæc verba corrupta: namque & otiosum est; revoco itaque in suum locum, & aliorum librorum ope lego, *quia sine miseria non sit; et cætera omnia, — — —, hic libens & alacri animo faciet.* Quanquam autem in sapientem, in perfectum, non cadit misericordia; at proficientem non dedecorat. Itaque mox Epictetus addit, [vs. 9.] ἐλέει αὐτὸν μᾶλλον. Namque ad proficientem, non perfectum, sermo est. Eodem modo M. Anton. II. 13. Ἔστι δὲ ὅτε καὶ τρόπον τινὰ ἐλεητέα, [scil. τὰ ἐξ ἀγνοίας τρόπων γινόμενα] ὃ δὴ καὶ σὺ ἐν ἄλλοις ἐπαινεῖς. ubi notandum illud τρόπον τινά: atque ita interpretandum VII. 26. Ὅταν τις ἁμάρτῃ τι εἰς σέ, εὐθὺς ἐνθυμοῦ, τί ἀγαθὸν ἢ κακὸν ὑπολαβὼν ἥμαρτε. τοῦτο γὰρ ἰδὼν, ἐλεήσεις αὐτὸν, καὶ οὔτε θαυμάσεις, οὔτε ὀργισθήσῃ. VERTON. De illa *misericordia*, quæ animi perturbatio est, quam in Sapientem cadere negant Stoici, nullo modo hic cogitandum. Comparative, ut sic dicam, loquitur: *potius misserendum, quam irascendum.* Eamdem sententiam habes I. 28, 9. sed ibi mitigatam interserta formula εἴπερ ἄρα. Cæterum de isto Stoicorum præcepto, quod misereri sapientem negat, præter Lipsium in Manud. ad Stoic. Philos. lib. III. Disc. 19. consule ipsum nostrum Epictetum, Enchir. c. 16. quænam ejus vis sit, perspecte docentem. Adde infra III. 24, 22 sq.

Vers. 4. Ἀλλὰ δεῖξον τὴν πλάνην, καὶ ὄψει ἑαυτόν. „Hypothetice accipiendum puto, pro ἐὰν δείξῃς, ὄψεις ὅτι ἀποστήσονται. *si ostenderis errorem.* Sic paulo post: μὴ θαύμαζε τὸ κάλλος τῆς γυναικὸς, καὶ τῷ μοιχῷ οὐ χαλεπανεῖς. (non χαλεπανεῖς.) *si formam uxoris tuæ non magni feceris, adulteros non irascaris.* Frequens Epicteto est hic loquendi modus." WOLFIUS. — „Omittitur Οὔ: ante ἀλλὰ, qui error frequens est in hoc libro. Χαλεπαίνειν οὖν δεῖ αὐτοῖς, ἢ ἐλεεῖν αὐτούς; Cui Epictetus: Οὔ· ἀλλὰ &c. *Minime aliquid horum faciendum*, inquit; scil. irasci aut misereri: *sed errorem ostendito, nec mora ab erroribus desistent.* Danda venia est ignorantibus; per

ignorantiam a veritate abhorrent. πᾶσα ψυχὴ ἄκουσα στέρεται τῆς ἀληθείας. Vide ad I. 28, 4. Persius Sat. III. 33. *Caret culpa; nescit quid perdat.*" VPTON. De particula οὔ ante ἀλλὰ sive per errorem omissa, sive per ellipsin supplenda, vide ad I. 10, 11. ad I. 29, 66. &c. Sed hoc quidem loco non desiderari videtur. conf. notata ad vs. præced. At ipsa particula ἀλλὰ deest in pa. ne id quidem male, quamquam minime solicitatum velim vulgatum.

Ibid. ἂν δὲ μὴ βλέπωσιν. „Alii libri ἐὰν δὲ, noster codex ἂν δὲ, quod eodem redit. Cæterum confer I. 11, 37." VPTON. — Cæteræ vero editiones, consentientibus nostris mssts, non ἐὰν δὲ dabant, sed ἐὰν absque δὲ. Opportune autem hanc particulam obtulit Vptoni codex.

Vers. 6. Μηδαμῶς, ἀλλ' ἐκεῖνος μᾶλλον· τοῦτον τὸν &c. Vulgo omnes sic hunc versum legebant distinguebantque: Μηδαμῶς· ἀλλ' ἐκεῖνον μᾶλλον τοῦτον τὸν κεκλαυμένον &c. Ad quæ in hunc modum commentati sunt viri docti: „Verba obscura sunt, & aut depravata, aut ἐλλειπτικά. sic forte restituenda & complenda: μηδαμῶς τοῦτο λέγε, ἀλλ' ἐκεῖνο μᾶλλον τοῦτο, τὸν κεκλαυμένον." Sequitur enim, κἂν οὕτω λέγεις; [λέγῃς,] γνώσῃ πῶς ἀπάνθρωπόν ἐστιν ὃ λέγεις: *Si sic dixeris, cognosces quam inhumana sit tua oratio:* prior scilicet illa, de interficiendo fure atque adultero. Significat, nomen *furis* atque *adulteri* seponendum esse, & illius loco reponendum nomen *erruntis, decepti, occæcati animi.* Repete ea, quæ primo Tomo de duabus cujusque rei ansis dicta sunt. [nempe in Enchir. c. 43. ex Wolfii vero recensione cap. 65.] Ad rem ipsam quod attinet: neque Platonem, neque Epictetum sensisse existimo, homines peccare invitos, & scelera impunita esse oportere: (quid enim ea opinione stultius, aut perniciosius?) sed cum pravæ plerœque cupiditates, & quæ eas sequuntur facinora, ab opinionis errore proficiscantur; dandam esse operam, ut homines vere de rebus omnibus judicent, quo peccata honestæ disciplinæ veræque doctrinæ subsidiis præcaveantur potius, quam puniantur. Quam Persicæ institutionis rationem fuisse testatur Xenophon, [Cyrop. ad I. 2, 2.] quamque apud nos quoque aliquando existere optare possumus, sperare vix possumus, ac ne vix quidem. Plato quidem impunita esse scelera adeo non vult, ut disputet, e re fici-

norefo-

moroſorum eſſe, ut e medio tollantur, quod per ſupplicium maximis malis erroris & improbitatis liberentur. Poteſt vir bonus punire nocentes, & dolere vicem eorum, ut pater filii, quem invitus ille quidem & dolens, ſed neceſſario caſtigat. Hoc puto velle Epictetum. Sin aliud ſpectavit, valeat. Non ignorat fur, ſe & legi naturæ & juri civili fraudem facere, ſi rapiat alienum: ſed cupiditate vincitur. Scit, deprehenſo pœnam fore luendam: ſed aut eam fore ſperat, aut pluris cupiditatem ſuam quam vitam facit. Qui ſi Stoice diſputet, fatale ſibi eſſe furari; reſpondebit Zeno, illud etiam fatale eſſet, ut flagris cædatur, aut ſuſpendatur." WOLFIVS.

„Legendum puto, ἀλλ' ἐκεῖνον μᾶλλον (ſubaudi λέγε) deinde τοῦτον τὸν πεπλανημένον, & ut poſtea per epanalepſin reſumatur κἂν οὕτω λέγῃς." MEIBOMIVS. (cujus Adnotationem temere, ut multas alias Meibomianas, Salmaſio tribuit Vptonus.)

„Μηδαμῶς ἀλλ' ἐκεῖνον &c. Nullus in his verbis mihi error [ineſſe] videtur. Τοῦτον οὖν τὸν λῃστὴν &c. Hæc adverſarius. Cui reſpondet Epictetus: Μηδαμῶς ἀλλ' &c. *Non ita dicendum: omitte iſta nomina furis & adulteri, iſta inhumana nomina; illorum loco potius repone nomen errantis, decepti, occæcati.* οὐ τὴν ὕλην &c. hæc incluſive. Sed recte Wolfius interpretatur, & recte ſeſe habet contextus." VPTON.

Ego vero impetrare a me non potui, quin impeditam & plane corruptam nonnihil orationem, qualem vulgo exhibebant libri, judicarem. Ad μηδαμῶς haud dubie ex eis verbis, quæ verſa 7. ſequuntur, κἂν οὕτω λέγῃς, intelligi debet, & ſine incommodo poteſt, οὕτω λέγε vel οὕτω λεκτέον. Sed ita demum ſine incommodo intelligi hoc poterit, ſi adjiciatur ſtatim particula quæ illuc ſpectet & illuc referatur. Ea vero eſt ἐκεῖνος, quæ particulæ οὕτως reſpondet, ut H. 23, 15. III. 1, 37. Tum vero genitivus τούτων quo ſpectet non video; nec enim ſine gravi incommodo ad præcedentia, utcumque accipias, referri poterit. Contra, quemadmodum non ſolum vſ. præced. τοῦτον τὸν λῃστὴν dixit, & τοῦτον τὸν μοιχὸν, ſed mox deinde etiam verſ. 7. in eis verbis, quæ ad hæc noſtra manifeſte referuntur, quæ his ſimilia eſſe ait, rurſus eadem formula utitur, τοῦτον οὖν τὸν; ſic non dubitandum duxi, eodem modo, τοῦτον τὸν, hoc etiam loco ſcriptum olim fuiſſe, reſtribi-

que debere. Et postmodum vidi, sic scriptum in nostro cod. pa. prius fuisse, ibique a secunda demum manu τοῦτον in τούτων fuisse mutatum. Mens vero & sententia quaenam fuerit Epicteti, cum ista praeciperet, de eo quidem solicitus non esse debebat Wolfius. Cum ait philosophus noster, non tam iracundum esse improbis, quam miserandos eos potius; non furibus hoc dicit, non moechis, ut habeant illi quo scelera sua excusent. Cum hominibus loquitur sapientiae studiosis, quos docere monereque vult, ut, quemadmodum bona sua omnia, sic & mala, non in rebus externis, in nulla earum rerum ponant, quae extrinsecus, quae ab aliis sibi accidant, sed unice in animi sui habitu, in mentis decretis actibusque. (vide vers. 17 sqq. & I. 28, 21 sqq.) Hos igitur monet, retinereque studet, ne, cum injuria ipsis infertur, perturbato animo a fera furenteque ira & ultionis cupiditate se abripi, aut odio & simultate torqueri se patiantur, (cf. I. 28, 10.) nec, quia alter male agit, ipsi παρὰ φύσιν διατεθῶσι, vs. 9. hujus cap. Quoniam vero magna vis est adfectuum, ac non nisi aegerrime temperare sibi homo potest ab ira odioque ejus a quo est injuria adfectus, adjumentum hoc commendat suis discipulis, quo veluti momento quodam contrario in alteram partem trahatur animus, si cogitent, non pravitatem injuriamque per se secutum esse hominem, sed suis cupiditatibus occaecatum, & falsa specie boni atque utilitatis, ac fortasse etiam honestatis falso quodam titulo, deceptum, &c. Quam in partem commode etiam Wolfius ad Enchir. c. 43. vel 65. provocavit. Nec vero idcirco culpam improborum per se elevatam vult gravissimus Philosophus; qui, quum e pravis opinionibus oriri prava facinora monet, easdem pravas opiniones ipsius hominis culpa susceptas esse, (quippe opinionum susceptionem in nobis sitam) quavis pagina, quovis sermone docet. Quare & in maximis malis suo merito versari improbos, eadem hac disputatione docet, vers. 8. hujus cap. & I. 28, 10. praesertim quum nullum sit *malum* vere nominatum, nisi quod *e propria hominis culpa* existat. Denique vero eam ipsam ob causam, quoniam pravae opiniones sunt pravarum cupiditatum, pravorum consiliorum, pravarumque actionum fontes, eo gravius reprehendit levitatem socordiamque hominum, de regendis corrigendisque opinionibus suis non solicitorum; monetque & hortatur suos, ut tanto majorem curam diligentiam

gentiamque adhibeant, quo de rebus omnibus ad hominem vitamque hominis pertinentibus recte sentire discant. I. 28, 28 sqq.

Ibid. τὴν διακριτικὴν τῶν λευκῶν καὶ μελάνων &c. Hinc sua expressit M. Antonin. II. 13 extr. ubi *μέλανα*, pro vulgato *μέλαινα*, in contextum recipi debebat.

Ibid. μὴ ἀπολλύναι; Nescio an hoc verbum, ista forma, quam rursus ita vers. seq. habes, passive aut neutraliter accipi possit, ut idem valeat ac *ἀπολωλέναι* vs. 5. *perdi, perire.* Sed nec opus est. Eodem modo latine dices, *me illum non perdere?* Meibomius, delere jubens negantem particulam, proxime sequentia non satis expendit, quæ utique eam requirebant.

Vers. 8. *Εἰ γὰρ μεγίστη βλάβη.* Sic recte edit. Ven. tum rursus edit. Genev. & seqq. & sic codd. nostri pb. *ἡ γὰρ* ed. Bas. ex editoris, ut videtur, conjectura, cui adsentitur codex pa. Qui error ex alio errore ortum duxit, quoniam nempe in voce *μεγίστων* absolvebant phrasin, ut esset, *ἡ γὰρ μεγίστη βλάβη, ἡ τῶν μεγίστων.* Tum sic pergebant, *ὅτι δ' ἐν ἑκάστῳ* &c. ut mox videbimus.

Ibid. ἡ στέρησις τῶν μεγίστων· μέγιστον δ' ἐστὶ ἐν ἑκάστῳ ἡ προαίρεσις. Ante Vptonianam, vulgo omnes sic dabant, *ἡ τῶν μεγίστων. ὅτι δ' ἐν ἑκάστῳ ἡ προαίρεσις οἵα δεῖ.* Hinc istæ virorum doctorum Adnotationes:

„Ὅτι δ' ἐν ἑκάστῳ ἡ προαίρεσις οἵα δεῖ. Fortasse ὅτε: & post δεῖ, τὸ μέγιστόν ἐστι." WOLFIVS. — „Wolfius ἅτε, & post δεῖ, τὸ μέγιστόν ἐστι. Recte: sed simul legendum paulo ante ἡ γὰρ μεγίστη, pro εἰ γὰρ, sicut in edit. Basil." COMES SHAFTESB. — Si pro ὅτι legi posset τοῦτο, plana sententia est, ut sit, τοῦτο δὲ (subaudi ἐστὶ μέγιστον) ἐν ἑκάστῳ ἡ προαίρεσις οἵα δεῖ." MEIBOMIVS.

„Ipsa codicum diversitas hunc locum minime sanum esse ostendit. Codex Ven. *εἰ γὰρ μεγίστη βλάβη ἡ τῶν μεγίστων, ὅτι δ' ἐν ἑκ.* Codex Bas. [*Editionem* Bas. & Ven. semper sic dicit Vpton] *ἡ γὰρ μεγίστη* &c. Noster codex auctior, *εἰ γὰρ μεγ. βλάβη ἡ στέρησις τῶν μεγίστων, ἔστι δ' ἐν ἑκάστῳ.* [Eodem modo noster pb.] Unde ita locum posse emendari me eodem tempore, inter alia, monuerunt Episcopus Oxoniensis, quem honoris caussa nomino, & Marklandus, vir sane (si quis alius) optime de literis meritus: *Εἰ γὰρ μεγίστη βλάβη*

ἡ στέρησις τῶν μεγίστων· μέγιστον δ' ἐστὶν ἐν ἑκάστῳ. Haec emendatio mihi valde placet: ipsa series argumentationis postulare videtur. Praeterea μέγιστον facile omitti posset [poterat] propter praecedens μεγίστων.. Immo haec origo & fons mendarum multarum, quibus hi libri scatent: neque unum verbum solum, sed & verba plurima, immo integrae sententiae saepe omittuntur, cum festinans librarius verba intervenientia oculo negligentiore perviderat. [oculo fugiente praetervolet ac transiliat.] Ecce harum omissionum exempla, ex nostro codice optime restituta. I. 2, 10. μείζονα ἀπαξίαν τὸ θαρρῆναι (τοῦ μὴ θαρρῆναι.) ὥστ' &c. I. 4, 25. Πράμμες αὐτὰ οὐ λέγεις; (Οἰδίπους οὐ λέγεις;) ἀλλ' &c. I. 7, 17 sq. καὶ τὸ ἀκόλουθον αὐτοῖς προσδέχεσθαι· (μὴ μενόντων δὲ αὐτῶν ἑτοῖα παρεχωρήθη, καὶ ἡμῖς πᾶσα ἀνάγκη τῆς παραχωρήσεως ἀφίστασθαι, καὶ τὸ ἀνακόλουθον αὐτοῖς λόγοις προσδέχεσθαι.) οὐδὲ &c. [Vide quae ad illum locum a nobis notata sunt.] I. 12, 4. πόσαρα ὑγιῶς (ἢ οὐχ ὑγιῶς) λεγόμενον, &c. I. 12, 23. Βάλλε αὐτὸν εἰς φυλακήν. (Ποίαν φυλακήν;) Ὅτου &c. Ista corrupta ex eodem fonte oriuntur. Item I. 22, 14. [ubi vide Notas.] I. 25, 4. τὸ πιστὸν, σόν. (τὸ ἀΐδιμον, σόν.) τίς &c. II. 1, 14. Ἔδει οὖν πρὸς μὲν τὸν θάνατον (τὸ θαρρεῖν ἐστράφθαι, πρὸς δὲ τὸν φόβον τοῦ θανάτου τὴν εὐλάβειαν· νῦν δὲ τὸ ἀνάπαλιν, πρὸς μὲν τὸν θάνατον) τὴν ψυχὴν, &c. II. 11, 20. ἐφ' ᾧ θαρρεῖν ἄξιον; (Ναὶ; καὶ ᾧ πεποιθέναι δεῖ. ἀβεβαίῳ τίνι θαρρεῖν ἄξιον;) Οὔ· &c. II. 16, 15. ἀλλὰ τῆς ἐνεργείας τῆς αὐτοῦ· (τίς περιπατῶν τῆς ἐνεργείας τῆς αὐτοῦ) ἐπιστρέφεται, &c. II. 18, 4. ἐκτικὸν, ποίει αὐτό· (εἴ τι μὴ ποιεῖν ἐθέλεις, μὴ ποίει αὐτὸ,) ἀλλ' &c. II. 19, 33. Διατί οὖν οὐκ (ἀνύεσθε; εἶπατέ μοι τὴν αἰτίαν. ἢ γὰρ παρ' ἐμὲ) ἀνύεται, ἢ &c. [Vide ibi notata.] II. 24, 23. ἢ πολεμήσων; (πολεμήσων.) τίσι &c. IV. 1, 130. τὰ μέρη αὐτοῦ ἀλλότρια, (ἡ κτῆσις ἀλλοτρία,) ἐν &c. IV. 1, 153. εἰ τοῦ σκέλους, (τὸ σκέλος. εἰ) ὅλου, &c. IV. 7, 18. Τί οὖν πρὸς ἐμέ; (οὐχὶ τοῦ κτησειδίου; τί οὖν πρὸς ἐμέ;) οὐχὶ &c. IV. 7, 35. διδάσκουσιν ἐξίστασθαι, (περὶ τὴν κτῆσιν ἐξίστασθαι,) περὶ &c. IV. 12, 5. Ὁ τάχιστα μὴ προσέχων (τεκταίνει ἀκριβέστερον; ὁ κυβερνήτης μὴ προσέχων) κυβερνᾷ &c. IV. 13. 8. τῆς ἐμαυτοῦ πέπονθα (ἃ πέπονθα.) Ναί· &c. Vides, Lectos, harum omissionum caussam; quae profectae sunt ex

ex librariorum negligentia, voces istas, quas uncinis inclusimus, omittentium: nec mirum est, oculos illorum parum ad rem attentos, & ex earundem vocum repetitione deceptos, quas in medio, transsiluisse. Videas præterea præstantiam nostri codicis, qui feliciter hos locos, inter alios quamplurimos, restituit. Sed ad rem redeamus." VPTON.

Vptonus locum, in quo versamur, non aliter edidit, quam in ipsius codice & in nostro pb. indicabatur, ἡ στέρησις τῶν μεγίστων· ἐστὶ δ' ἐν ἑκάστῳ &c. Ego vero emendationem a viris doctis insuper propositam, ab ipsoque editore in Notis probatam, simul in contextum adscisscere non dubitavi.

Ibid. ἡ προαίρεσις οἵα δεῖ. Deest ἡ pc. non male.

Vers. 9. οὐ σὲ δεῖ παρὰ φύσιν ἐκ' ἀλλοτρίοις κακοῖς διατίθεσθαι. „Videtur addendum, οὕτω διατίθεσθαι." WOLFIVS. — Nil opus. Satis est παρὰ φύσιν διατίθεσθαι. αὐδὲ δεῖ habet pa. οὐ δεῖ pb. In οὐ σὲ δεῖ cum edd. consentit pc.

Vers. 9—11. ἐλέει αὐτὸν μᾶλλον &c. „In editis omnibus hoc modo, omissis interjectis legitur: ἐλέει αὐτὸν μᾶλλον. ἢ μὴ θαύμαζε τὸ κάλλος τῆς γυναικὸς &c. At noster codex eodem modo habet ac edendum curavi. [Quam rationem & nos in contextu tenuimus.] Hiatus sunt supplendi ex mera conjectura, quos quidem supplere tentavimus aliquo modo in versione: ἐλέει αὐτὸν μᾶλλον, [perperam h. l. & paulo ante ἐλεεῖ expressum est apud Vptonum in Notis; sed recte in contextu ἐλέει.] μὴ χαλέπαινε, *miserere illius potius, ne succenseas.* Eatenus tuto proceditur: nam sic scribitur ad oram nostri codicis. Cætera sunt in incerto. Sed audi Socratem in Plat. Rep. lib. I. [p. 30. edit. Massey.] Ὦ Θρασύμαχε, μὴ χαλεπὸς ἡμῖν ἴσθι· εἰ γὰρ (lege ex Ms. Oxon. εἰ γάρ τι) ἐξαμαρτάνομεν ἐν τῇ τῶν λόγων σκέψει ἐγώ τε καὶ ὅδε, οἶσθ ἴσθι ὅτι ἄκοντες ἁμαρτάνομεν. μὴ γὰρ δὴ οἴου, εἰ μὲν χρυσίον ἐζητοῦμεν, οὐκ ἂν ποτε ἡμᾶς ἑκόντας εἶναι ὑποπαταχλίνεσθαι ἀλλήλοις ἐν τῇ ζητήσει, καὶ διαφθείρειν τὴν εὕρεσιν αὐτοῦ· δικαιοσύνην δὲ ζητοῦντες, [ζητοῦντας,] πρᾶγμα πολλῶν χρυσίων τιμιώτερον, ἔπειτ' οὐτως ἀνοήτως ὑπείκειν ἀλλήλοις, καὶ οὐ σπουδάζειν ὅτι μάλιστα φανῆναι αὐτὸ οἷόν γε (ms. οἷόν τε) [nempe perperam sic ms.] ἐστὶν, ὦ φίλε· ἀλλ', οἶμαι, οὐ δυνάμεθα. ἐλεεῖσθαι οὖν ἡμᾶς πολὺ μᾶλλον εἰκός ἐστι που ὑπὸ ὑμῶν τῶν δεινῶν, ἢ χαλεπαίνεσθαι." VPTON.

Equidem neque in Græcis, quæ e codice suo edidisse se professus est Vptonus, neque in Latinis quibus illa reddere idem Editor tentavit, mutare quidquam ausus sum. At hoc tamen loco conjecturas nonnullas tentare nobis liceat, certiores fortasse aliquatenus futuras, si ipsum codicem, e quo ista ad oram exempli, quo usus Vptonus est, adscripta sunt, aut aliquem ejus similem nostris oculis usurpare licuisset. Ac primum quidem, si in illo Vptoni exemplo post *εἰδέα μὴν μᾶλλον* sequebantur verba illa, *μὴ χαλέπαινε*, cur ea non in contextu adjecit? Ego vero suspicor, ante illa, *τοῦτο τὸ προσοπτικὸν καὶ μισητικὸν*, intercidisse verbum *ἄφες*, quo frequenter utitur noster, aut aliquod simile in eamdem sententiam: *Omitte illam ad offensionem odiumque pronitatem! abjice illum animum ad offensionem odiumque præcipitem!* Tum fortasse inter *μισητικὸν* & *τὰς φωνὰς* nihil deest, & simplici commate hæc erant distinguenda; ita quidem, ut e superiori membro hic simul intelligeretur idem verbum *ἄφες*. *Omitte, missas fac illas voces, illa convicia, quibus uti vulgus solet.* Sic post *οἱ πολλοὶ* supplendum fuerit verbum *ἀφιᾶσι*, quod & ipsum fortasse in mente retineri intelligique potuerat. Nunc sequuntur illa convicia, quæ jactare vulgus solet, quibus abstinere debet sapientiæ studiosus: *τούτους οὖν τοὺς κατάρατους καὶ μισητοὺς* scilicet, *οὐκ ἔδει ἀπολωλέναι*; aut aliquid simile. *Hos ergo execrandos odiososque!* scil. *non male perire! non male mulctatos oporteat!* Iam quæ sequuntur verba, *σὺ πῶς ποτ' ἀπεσοφώθης ἄφνω*, non tam facile, quo potissimum spectent, expedio. Et videntur ante hæc nonnulla, ad quæ ista referebantur, intercidisse. Ceterum, quod *ἀπεσοφώθης* Vptonus *sapientiam dedidicisti* vertit, id satis ne recte factum sit, dubitari potest. Quandoquidem nec a Lexicographis adnotatum hoc verbum, nec de usu illius alunde quidquam (mihi quidem) compertum est, ex analogia erit vis illius indaganda. Iam sunt quidem verba nonnulla in *οω* desinentia, & cum præpos. *ἀπὸ* composita, quæ negativum habent significatum, ut *ἀποκνάω*, sordibus emaculo; (quod tamen idem verbum *inquinare* etiam denotat;) *ἀποῤῥιζόω*, *radicitus evello; ἀποστεφανόω*, *corona privo;* sed longe pleraque ejusdem formæ verba positivam, non negativam, vim habent, & quidem eamdem fere quam habent verba simplicia, (scil. *reddendi talem qualem significat nomen in ος desinens, unde deriva-*

tur

tur verbum,) nisi forte cum aliqua intentione. Sic ἀπαιρυφόω, ἀποκωφόω, ἀπολιθόω, ἀπορθόω, ἀποσκληρόω, ἀποστοτόω, ἀποστενόω, & plurima alia. Ex hac igitur analogia, erit ἀποσοφοῦν, *sapientem reddere*; & verborum, σὺ πῶς ποτ' ἀπεσοφώθης ἄφνω; haec erit sententia: *quo pacto tu subito sapiens es factus?* quemadmodum fere in Enchir. c. 22. per ludibrium dicentes inducuntur, ἄφνω φιλόσοφος ἡμῖν ἐπανελήλυθας, καὶ πόθεν ἡμῖν αὕτη ἡ ἀφρύς; Sed, quo pacto, quave connexione nunc istis verbis usus sit Epictetus, nisi probatiorum codicum inspiciendi detur facultas, ut jam dixi, audacius fortasse factum fuerit, si pronunciare velimus. Hariolari licebit, per ludibrium hoc dici ab eo, cui ob factam injuriam irascitur homo. *Quo pacto*, inquit, *tu ita subito factus es sapiens?* ubi scilicet de factis alienis agitur, quae mira severitate tu judicas; cum tu tamen eisdem tenearis opinionibus, easdemque rationes sequaris, quas ego & mei similes, dum ita agimus, sequi solemus. (conf. vs. 13.) Rursus inter ἄφνω, & χαλεπὸς εἶ, aut nihil fortasse aut parum utique deest. Modo interrogandi signo haec a superioribus erunt disjungenda. *Itane moroſus es!* Denique *vers.* 11. post. χαλεπαίνομεν; insere διότι, & completa erit oratio, neque deinde post ἀφαιροῦνται quidquam desiderabitur: Διατί οὖν χαλεπαίνομεν; διότι θαυμάζομεν ὧν ἡμᾶς ἀφαιροῦνται. Μὴ θαύμαζε σου τὰ ἱμάτια, &c. *Cur ergo succenſemus? Quoniam miramur ea quae illi nobis auferunt. Tu ne mirare veſtimenta tua*, &c. Nihil quidquam h. l. nos juvant codices nostri. In pab. non modo desiderantur omnia quae suo e codice Vptonus protulit, sed ne ullum quidem indicium hiatus adest. Ignorant autem hi codices particulam ἤ, quae in vett. editionibus legitur ante verba μὴ θαύμαζε τὸ κάλλος. Codex pc. subito in media linea desinit in his verbis ἐλέει αὐτὸν μᾶλλον, ἤ. Tum relicto vacuo spatio novem fere versuum usque ad finem paginae, sic pergit initio sequentis paginae μὴ θαύμαζε τὸ κάλλος &c. Ad oram, ubi vacua pagina est, scribitur λείπει.

Eod. vers. 11. καὶ τῷ κλέπτῃ οὐ χαλεπαίνεις. &c. Lege cum Wolfio χαλεπανεῖς, uti mox legendum. VPTON. — Ad sequentia verba (τῷ μοιχῷ οὐ χαλεπαίνεις) pertinebat istud Wolfii monitum, quod in Adnot. ad vs. 4. retulimus. Vptonus, quamquam in contextu nil mutavit, utroque tamen loco, & hic, & paulo post, obsequendum fuisse Wolfio censet. Mihi vero minime id

effarium viſum eſt; non modo quia haud raro præ
i verborum tempus pro futuro admittit græcus ſermo;
v. c. II. 14, 19 ſq. ἂν οὖν σοι δείξω, — — μὴ δὺς
λλάσσῃ. conf. ad I. 7, 27. & ad I. 17, 28.) verum
niam in dicto ſententioſo & argūto, qualia ſunt hæc,
quibus quæritur, ſuo etiam jure quodam locum hs
præſens tempus. Ne quid tamen diſſimulem, καὶ τῷ
ζῷ οὐ χαλεπανεῖς in futuro ſcribitur in noſtro cod.
& ſic rurſus vſ. 12. quæ ſi cui vera Arriani ſcriptura
videbitur, non ego repugnabo; fortaſſe vero etiam,
paſſim aliæ ejusdem codicis lectiones, nonniſi inge
librarii ortum debet. Vtroque loco χαλεπανεῖς ma
at etiam Meibomius.

Ibid. μὴ θαύμαζε τὸ κάλλος τῆς γυναικὸς, &c. „*Ne are formam uxoris.* Contemtus formæ zelotypiam
dem minuit, ſed infamiam non tollit. Epictetus vero
at uxoris impudicitiam marito imputandam eſſe, qui
il habeat ſuum præter animum: cætera fortunæ &
rum eſſe. Quantum autem conjugii legitimi fœdus
go valeat, videmus; & repudia tuta non ſunt: nota
o mala tutiora plerumque.“ WOLFIVS.

Verſ. 12. κλέπτης καὶ μοιχὸς ἐν τοῖς σοῖς τόποις οὐκ
ι. „Conf. III. 22, 105.“

Ibid. τίνι ἔτι χαλεπαίνεις; Sic Vptonus eum
. Ven. & Baſil. Recte, ut mihi videtur; quamquam
ut ad vſ. præced. dictum) χαλεπανεῖς cum Wolfio
rigendum deinde cenſuit. χαλεπάνεις operarum errore
reſſum in ed. Colon. Id deinde editor Cantabr. ſua
toritate, aut Wolfii fortaſſe monitum ſecutus, in
εκπανεῖς mutavit; quod tenuit Londinenſis anonymus.
ſus vero & hic, ſicut præcedenti verſu, hoc ipſum
λεπανεῖς exhibet noſter cod. ph.

Verſ. 13. θέλεις αὐτὰ ψύξαι. „*Vis ea refrigerare.*
ſatis placet; ut nec ψῆξαι, a ψήχω. Quid ſi σμῆ
? a σμήχω, *vis ea purgare?* Moibanus, ψύχειν τὰ
ύματα τοῦ ἵππου, inquit, Pollux pro *agitatione qua
ventilare, & a ſitus & incluſi aëris vindicare in
modo.“* WOLFIVS. „Nihil muto; vide mox verſ. 14.
ea veſtimenta ad aërem & ſolem æſtivum pandere,
icca ſint, nec male oleant.“ VPTON. — Vide Pol
m I. 183.

Verſ. 14. λίχνοις. Perperam λύχνοις ed. Ven. &
Verum tuentur pabc.

Ibid.

Ibid. μόνος αὐτὸν κατακλίναι. Sic tacitè correxit Vpt. ut est in nostro pc. & in pb. inter lineas. Corrupte cæteri μόνον αὐτὸς κατακλ.

Ibid. δυρίδα μὴ ἔχε. ἔαχα ed. Ven. Bas. Gen. Col. ἔχα correxit editor Cant. & tenuere seqq. cum codd. nostris pabc.

Vers. 15. λύχνον ἔχειν παρὰ τοῖς θεοῖς. „De Larario seu vestibulo intelligo, ubi veteres suos deos collocarunt. Sed dii isti negligenter custodierunt pretiosissimam fortasse cultoris sui supellectilem.“ WOLFIVS.

Ibid. ἀκούσας ψόφου. ψόφῳ scripsi cum pc. Cæteri vulgo ψόφον, nec id male.

Ibid. κατέδραμον, εὗρον. „Copula omissa: eleganter. Sic verba sæpe ἀσυνδέτως junguntur, idque præcipue cum motum & celeritatem sententia postulat.“ VPTON. — κατέδραμον· εὗρον ἥρπασα. sic scribit pc. Pb. vero, κατέδραμον· καὶ εὑρὼν ἥρπασα. τὸν λύχνον, ἐπελαγισάμην. Quod speciem habet, sed fortasse conjecturæ librarii debetur.

Ibid. ὅτι ἔκαθέ τι ὁ ἥρως οὐκ ἀπίθανον. „Innuit, candelabri elegantia invitatum esse furem.“ WOLFIVS. — Conf. I. 29, 21. not.

Ibid. Λύριον, φημί, ἑστράκινον εὑρήσεις. „Fuit quidam Luciani temporibus, [si vera fabula,] qui hunc Epicteti lychnum fictilem ter mille drachmis emit. Vide Lucian. adv. Indoctum. p. 386. [c. 13. T. III. ed. Amstel. Reitz. p. 111.] Confer autem I. 29, 21.“ VPTON.

Vers. 16. ἐκεῖνα γὰρ ἀπόλλυταί τις. Sic edidit Vptonus, e suo (ut videtur) codice, cum quo facit noster pb. ἐκεῖνα γάρ τις ἀπολλύει dabant superiores edit. cum pc. ἐκεῖνα γὰρ ἀπολλύει pa. absque τις.

Ibid. Μή τι κέρατα ἀλγεῖς; „Alludit Epictetus ad interrogationem istam, quæ Κερατίνη seu Κερατὶς vocabatur. Vide Laërt. II. 108. VII. 187. Εἴ τι οὐκ ἀπέβαλες, τοῦτο ἔχεις. κέρατα δ' οὐκ ἀπέβαλες. κέρατα ἄρα ἔχεις. Vide A. Gellium XVI. 2. Senec. Ep. 45. p. 151. ed. var.“ VPTON. Equidem ἀλγῇς in conjunctivo legendum putem. Μή τι κέρατα ἀλγῇς; *An cornua tibi dolerent? an cornua velles tibi dolere?* Conf. not. ad I. 33, 7. Cæterum, si quid video, hoc est quod dicit: Est e natura capitis, ut doleat nonnumquam: & est e natura hominis, tale corpus habere cum tali capite. Quod si cornua haberes, ea tibi non dolerent.

Ibid.

Ibid. Τί οὖν ἀγανακτεῖς; „*Quid ergo ſtomacharis?* Reſpondeat aliquis: hoc ipſum, quia caput mihi dolet. Epictetus vero monet, aut caput abjiciendum: aut ejus dolorem, ſanari ſi nequeat, æquo animo ferendum, quod naturæ ita viſum fit.“ WOLFIUS.

Ibid. τούτων γὰρ αἱ ἀπώλειαι. Deeſt γὰρ pb. non male. Perperam ἀπώλιαι vett. editt.

Ibid. τούτων οἱ πόνοι, ὧν καὶ αἱ κτήσεις. „*Earum rerum dolores ſunt, quarum acquiſitiones.* [*poſſeſſiones.*] Vide in Simplicio diſtinctionem inter χρῆσις & κτῆσις, ad caput Enchir. 46. in initio.“ COMES SHAFTESBVR.

Verſ. 17. Ἀλλ' ὁ τύραννος δήσει. „Vide ad I. 1, 23.“ VPTON.

Ibid. Τί οὖν οὐ δήσει, οὐδ' ἀφελεῖ; Conſentit pc. niſi quod nudum punctum ponit, pro interrogandi ſigno. Perperam pa. τί οὖν δήσει· οὐδ' ἀφελεῖ προαίρεσιν. Sed pb. τί οὖν· δήσει ἢ ἀφελεῖ τὴν προαίρεσιν; Voluit forſan Τίς οὖν δήσει ἢ ἀφελεῖ &c. Sed præſtat vulgata.

Ibid. παρήγγελλον οἱ παλαιοὶ τὸ ΓΝΩΘΙ ΣΑΤΤΟΝ. Plurimis veterum hoc apophthegma adſcriptum fuiſſe monuit Menagius ad Laërt. I. 40. Apollini quoque adtribuitur. Cic. Tuſc. Diſp. I. 22. de Leg. I, 22. Xenoph. Ἀπομνημ. IV. 2, 24. Infra [apud Noſtrum] III. 1, 18.“ VPTON. — παρήγγελον, pro παρήγγελλον, dat pc. non male, in aoriſto.

Verſ. 18. Οὐκοῦν ἔδει, νὴ τοὺς Θεούς. Cum vulgo omnes ſic darent, Τί οὖν ἔδει; νὴ τοὺς Θεοὺς &c. lubens obſecutus ſum VPTONO, monenti in Notis: „Hæc lectio non placet; neque iſta, [quam in nulla quidem editione inveni,] Τί οὖν; ἔδει νὴ τοὺς Θ. At omnino placet lectio, quam noſter codex exhibet: Οὐκοῦν ἔδει, νὴ τοὺς Θεοὺς, μελετᾶν &c. *Itaque oportebat, per deos, in rebus parvis meditari;* a parvis initiis ad majora progrediendum. Conf. Enchir. c. 12. [Wolf. c. 17.] & [Diſſert.] IV. 1, 111.“ — Cum Vptoni codice convenit pb. Quodſi cum pac. ſervatum Τί οὖν malueris, utique ſic diſtinguenda fuerit oratio, ut obiter ab Vptono ſignificatum ſit: Τί οὖν; ἔδει νὴ τοὺς Θεοὺς &c.

Ibid. καὶ ἀπ' ἐκείνων ἀρχομένους. Ante Vptonum omnes, καὶ ἐπ' ἐκείνων ἀρχ. quod ferri utrumque poterat, *& in his initium facientes.* Commodius vero Vptonus ἀπ' ἐκείνων, neſcio an e ſuo codice, ad quem hoc loco non provocavit; at certe ex aliis Epicteti locis

cis modo citatis, IV. 1, III. & Enchir. c. 18. num. 2. (Wolf. c. 17.) Sed & h. l. in ἀπ' consentiunt pabc.

Vers. 19. *Οὐ λέγω, ὅτι οὐ δίδοται στενάξαι.* „Gemitus concedunt Stoici ad animi confirmationem. Sed, cum qui gemat, fine aliqua animi affectione gemere, vix credo: nisi forte ex consuetudine fiat, ut de Virgilio proditum est, & ipse nonnullos novi. Aeneæ quidem suo tribuit hoc Poëta: [IV. 449.]

Mens immota manet; lacrymæ volvuntur inanes."
WOLFIVS.

„Vide Cic. Tusc. Disp. II. 22. [23.] *Ingemiscere nonnunquam viro concessum est, idque raro.* Et mox: *Nec vero unquam sic ingemiscit quidem vir fortis ac patiens.* Vbi repone veram & veterem lectionem, *Vir fortis & sapiens.* Recte, *sapiens:* patet ex hoc Arriani loco: concessum est *sapienti* ingemiscere, ut se intendat ad firmitatem. Ergo addit, *ἀλλὰ ἔσωθέν τοι μὴ στενάξῃς.* Conf. Enchir. c. 16." VPTON. — (Enchir. c. 22. ex recens. Wolfii) In *ἔσωθέν τοι* consentit pc. Pro *τοι* est *τι* in pa. quod ex *γε* corruptum videri potest. Particula prorsus deest pb.

Ibid. τὸν ἐπίδεσμον. *Fasciam* vertunt. Quale autem potissimum fasciæ genus hic dicat, haud adparet. De fasciis, quibus præsertim ligantur vulnera, aliâs usurpari, monent Lexicographi.

Ibid. Τίς γὰρ μὴ *μισήσει* τὸν τοιοῦτον; Tacite Vptonus *μισήσας* correxit; sed videtur suum secutus codicem, nam & in nostro pb. sic scriptum; percommode. *μισήσει* superiores edd. cum pa. *μισεῖ* pc.

Vers. 20. *ὀρθὸς περιπάτει.* Sua auctoritate hoc correxit VPTONVS, monuitque: „Vulgg. *ὀρθῶς.* male, *ὀρθὸς* autem, qui *per se rectus* sit, *aliena non indigens ope;* ducta metaphora ab humano corpore, & ad mentem translata. Hinc explicatur Pers. V. 104.

— — — — *Tibi* recto *vivere* talo
ars dedit.

Ars, i. e. philosophia; *βίου τέχνη, βίου ἐπιστήμη.* Horat. Epist. I. 1, 68.

An qui, fortunæ te responsare superbæ
liberum & erectum, *præsens hortatur & aptat?*

M. Antonin. III. 5. *ὀρθὸν εἶναι χρή, οὐχὶ ὀρθούμενον.* *Ipse rectus sis; minime alienæ opis indigus, ut qui erigaris.*

vis. Hinc patet legendum esse lib. VII. 12. ὀρθὸς, μὴ ὀρθούμενος." — Ad codicis sui auctoritatem non provocavit h. l. Vptonus; at nostri codices pac. ὀρθὸς dant, ut ille correxit.

Ibid. „οὐ γὰρ ὡς ὄνον ἀήττητον εἶναι χρή. *Nequit enim, ut asinum, invictum esse oportet.* Pugiles comparat asinis, qui λὰξ, id est, calcibus valeant: pugiles etiam πυξ, pugnis." WOLFIVS. — χρὴ ex conjectura in Notis adjecit Wolfius. In contextu editiones omnes ante Vptonum ignorant verbum finitum post εἶναι. Primus VPTONVS sic edidit: οὐ γὰρ ὡς ὄνον ἀήττητον εἶναι δεῖ. Ad eaque verba hæc notavit: „Restituimus δεῖ authoritate nostri codicis, [cui suffragatur noster pb.] quæ vox male ab aliis deest. Sed quid ista verba sibi velint, ὡς ὄνον? Credo, respexisse Epictetum ad ὄγκον illum & πολυσαρκίαν athletarum. De quo vide Petr. Fabri Agonist. lib. II. cap. 3. Achelous de se: Ovid. Met. IX. 39.

Me mea defendit gravitas: frustraque petebar:
haud secus ac moles, quam magno murmure fluctus
oppugnat; manet illa, suoque est pondere tuta.

Vide Galen. Exhort. ad Med. & Act. c. 7. p. 22. edit. Goulst. ubi hac de re poëtæ nescio cujus versus citantur:

Αὐτὰρ ἐν ἱστορίῃ πολυκαίρῳ γράψεται — —
ὅτι ὄνος
παγκράτιον νίκησέ ποτ' ἄνδρας. — — —
Εἰκοστῇ καὶ πρώτῃ Ὀλυμπιάδι ἦν, ὅτ' ἐνίκα
Ὀγκηστής.

Ita locus iste scribendus. Athletas autem carpit (ut Faber docet) in Ὀγκηστοῦ vocabulo, adludens ad asininum & carneum humani corporis pondus, ex homonymia vocabuli elegantiam captans. Mox addit: „Istud τοῦ „Ὀγκηστοῦ epitheton esse asino convenientissimum, ex „eo intelligas, quod ita scriptum alicubi ab Arriano in „lib. II. c. 24. [vs. 18.] videre est; in quo τὸ συνοχῆ„σθαι usurpatum licet advertere, quod Lexicographi ne„quaquam adferunt." Hæc Faber. Cæterum Heros invictus Ajax apud Homerum Iliad. λ'. 557. *asino* comparatur." — Hæc Vptonus. Et Homericam quidem comparationem utique in animo habuisse Epictetus videtur, cum ait, οὐ δεῖ ὡς ὄνον ἀήττητον εἶναι, ut horum verborum sententia hæc sit; *non stupida quadam abstinatione,*

tione, aut ignavia & ad commovendum se turditate, invictum esse debere hominem, ut asinum; sed ratione, consilio, meditatione, studio ac diligentia. Cæterum, jam simul de verborum lusu isto cogitarit, quod in vicino sono vocabulorum τοῦ ὄγκου τῶν ἀθλητῶν & τοῦ ὄνου ineſt, id ego nec confirmare, nec vero negare ausim.

Vers. 21. Τίς οὖν ὁ ἀήττητος; Quod notandum percrebro phrasibus verbisque utitur Epictetus a re Agonistica petitis. Et vir bonus & sapiens cum robusto Athleta comparatur. Magnificæ autem erant appellationes, quibus sese ornabant Athletæ. Hinc in Inscriptionibus: ἀήττητος, ἀνίκητος, Παγκρατιαστής, Περιοδονείκης, [Περιοδονίκης,] παράδοξος, ἄληπτος, ἄπτωτος, ἀσυνέξωστος, & alia id genus." VPTON.

Ibid. κἀταμανθάνω, ὡς ἐπὶ τοῦ ἀθλητοῦ. „*Eas* (difficultates) *perpendo, sicut in Athleta mos est perpendere.*" VPTON. — Non video, cur verbum *perpendere* nunc malnerit, quam *observare*, quod cum Wolfio in versione posuit.

Ibid. Οὗτος ἐξέβλασε τὸν πρῶτον κλῆρον. „Schegkius: *prima sortitione superior is fuit.* Wolfius: *hic primo sorte* [immo, *primam sortem* scripsit ille] *evicit.* Ego vero credo, in hoc loco, sane difficili, allusionem esse tum ad rem agonisticam, tum ad tres locos in philosophia. Sed Meibomii lectio non displicet, ἐξεβίβασε. Nam ἐκβιβάζω est *exire facio.* Dicebantur autem *exire*, quorum nomina sortibus inscripta, inque urnam demissa, inde extrahebantur." VPTON, *in Indice, ad verbum* Ἐκβιάζω. Nempe tres illos locos, quos sæpe commemorare solet, (III. 2, 1 sqq. & locis ibi citatis) & omnino varias occasiones studioso sapientiæ oblatas specimen suorum profectuum edendi, confert cum variis exercitationum generibus ac veluti gradibus, quibus exercebantur Olympici athletæ. Nec vero video, cur a scriptura consentientibus libris vulgata, quam & ipse suo loco una cum Wolfii versione tenuerat Vptonus, nunc recedendum censuerit, aut Meibomii quo pacto præferre potuerit conjecturam, ἐξεβίβαζε pro ἐξέβλαζε scribere suadentis. Neque enim de eo nunc quæritur, *quamnam sortem ex urna extraxerit* homo noster, sed *quo pacto se in primo certamine gesserit.* ἐκβιάζειν est *sua vi & industria alterum deturbare, de statu depellere*, &, ut verbo dicam, *vincere, evincere.* κλῆρος est *sors vel sortitio athletarum*; cujus rationem perspicue Lucianus

nus tradidit in Hermotimo, c. 40. T. I. edit. Amst. p. 783. Hic vero, per metonymiam, sive de *antagonista* accipitur, *qui forte obtigit alteri*, sive potius de *ipso certamine*, *quod cum antagonista*, *qui forte nobis obtigit*, *instituitur*; ut ὁ πρῶτος κλῆρος nil aliud sit, nisi *primum quod fors nobis adsignavit certamen*. Et quemadmodum νικᾶν τὸν ἀγῶνα graeci dicunt, *vincere in certamine*, *victorem e certamine excedere*, sic & ἐκβαίζειν τὸν κλῆρον dicere potuerunt. Neque tamen debeo dissimulare, in ora nostri pb. idem illud verbum ἐξεβαίβασε, quod Meibomius proposuit, esse adnotatum, ab alia quidem fortasse manu, sed ea tamen admodum antiqua.

Ibid. τί δ', ἂν καῦμα ᾖ; τί δ' ἐν Ὀλυμπίᾳ; *Quid faciet, si aestus fuerit? Quid Olympiae?* id est, *quo modo se geret, ubi jam in ipsis Olympicis certaminibus prodibit?* De aestu, qui saepe in Olympicis certaminibus molestissimus erat athletis, vide mox ad vs. 23. Nunc vero, ubi ista separat, & seorsim dicit, τί δ', ἂν καῦμα ᾖ; seorsim, τί δ' ἐν Ὀλυμπίᾳ; intelligi *aestus* ille debet, quo athletae, postquam in umbra satis exercitati erant, dein exercebantur, quo ad tolerandam hanc quoque molestiam praepararentur.

Vers. 22. τί οὖν, ἂν ἐν σκότῳ; „Cicero de Leg. I. 14. *Nam quid faciet is homo in tenebris, qui nihil timet nisi testem & judicem? quid in deserto quo loco nactus quem multo auro spoliare possit imbecillum atque solum? Noster quidem hic naturâ justus vir ac bonus, etiam conloquetur, juvabit, in viam deducet: is vero, qui nihil alterius caussa faciet, & metietur suis commodis omnia, videtis credo, quid sit facturus.* Idem de Fin. II. 18. *Cur justitia laudatur? aut unde est hoc contritum vetustate proverbium? Quicum in tenebris.* Idem de Offic. III. 19. *Itaque talis vir non modo facere, sed nec cogitare quidem quidquam audebit, quod non audeat praedicare. Haec, nonne est turpe, dubitare philosophos, quae ne rustici quidem dubitent? a quibus natum est id, quod jam tritum est vetustate proverbium: cum enim fidem alicujus bonitatemque laudant, dignum esse dicunt, quicum in tenebris mices.* Hinc obiter Cic. de Fin. III. 21. emendemus. *Alienumque esse a sapiente, non modo injuriam cui facere, verum etiam nocere.* Non haec sunt Ciceronis verba, *injuriam cui facere, verum etiam nocere;* sed ex lib. de Offic. III. 19. verba quaedam reponenda censeo, quae omisit librarius, *Itaque talis vir non modo facere,*

esse, *sed nec cogitare quidem*, &c. Sic hoc in loco: *Alienumque esse a sapiente, non modo injuriam cui facere & vovere, verum etiam* *. Deest, *male velle*, aut *male cogitare de quopiam*: aut aliquid simile.“ VPTON.

Ibid. δύναται ταῦτα τάχ' ἂν νικῆσαι. „Rectius forsan νικῆσαι; cum interrogatione.“ VPTON.

Vers. 23. τί οὖν, ἂν καῦμα ᾖ τοῦτο; „Quae supra de athleta dixit, nunc ad sapientem accommodat. Tantus erat æstus in Olympicis certaminibus, ut sæpe mortem intulerit. Sed hoc in loco καῦμα translatitio [translato] sensu accipio. Τί οὖν ἂν καῦμα ᾖ τοῦτο. *Quid si febre laborat?* Post τοῦτο editiones interserunt ἐστι, unde sententia turbatur. Removi ipse, monente nostro codice.“ VPTON. — De intolerabili & multis sæpe fatali in Olympicis ludis æstu, consule Interpretes Aeliani ad Var. Hist. XIV. 18. Ejusdem meminit Epictetus noster I. 6, 26. & III. 22, 52. conf. paulo ante vs. 21. Hoc vero loco nunc non modo de *febri* equidem accipiam, sed de omni dolorum & cruciatuum aliorumve acerbiorum casuum genere, qui exagitant & exæstuare faciunt animum, eumque de statu suo dejicere, oblivione mque decretorum suorum & sanorum consiliorum ei inducere solent. Scripturam quod adtinet; vulgo sic edebatur, τί οὖν ἂν καῦμα ᾖ, τοῦτο ἐστι; Et sic pc. qui etiam post τί οὖν comma interserit. Magis corrupte οὗτο ἐστι habet pa. Sed pb. cum Vptoni cod. consentit.

Ibid. τί, ἂν οἰνωμένος ᾖ. Vulgo omnes, τί, ἂν οἰνωμένος ᾖ; Ad quæ verba, hæc adnotavit VPTON: „Schegk. & Wolf. *Quid si compluatur?* Ego vero corruptum esse locum omnino arbitror; sed facile corrigitur ex II. 17, 33. & III. 2, 5. Confer, Lector, & lege, Τί ἂν οἰνωμένος ᾖ; τί ἂν μαλ. *Quid si febre ut laborat? quid si potus largior æquo? quid si atra bile laborat?* Haec omnia cadere posse in Sapientem Stoici putabant. De febre, nemo dubitat. De largiore potu modo mera ebrietas vitetur, vide apud Laërt. in vita Zenonis, VII. 118. καὶ οἰνωθήσεσθαι μὲν, οὐ μὴν θυπάσεσθαι δέ. ubi consule Menagium. Vide etiam quid de Socrate Plato in Convivio. De atra bile mox videbimus. Sed prius audi Wolfium, aut nihil aut parum ad rem disserentem.“ VPTON. — In mendosum οἰνωμένος consentiunt pab. οἰόμενος habet pc. ad verum paulo propius accedens. Cæterum notum est, persæpe ab imperitis librariis vocalem υ & diphthongum οι, ob sonum simili-

ſimilitudinem, quo eas effectebant, inter ſe cohaerentes eſſe. Quo minus dubitavi veriſimilem Vptoni emendationem in contextum recipere. Suſpicari quis poſſit ἀνάμνησις, (in præſ. particip.) aut ἀναμένης, in præt. Sed diſerte hoc verbum οἶδα cum aliis nonnullis, a vocali aut diphthongo incipientibus, adnotari ſolet a Grammaticis in eorum numero, quæ in præteritis augmentum non recipiunt. De re confer Cic. Acad. II. 16 ſq. & quæ huc ſpectantia congeſſit Lipſius in Introd. ad Stoic. Philoſ. lib. III. Diſſ. 18. Quæ ex Stobæo verba citat & Lipſius & Menag. ad Laërt. VII. 118. ea leguntur in Eclogis Ethic. ſive lib. II. p. 182. edit. Canteri. Platonis de Socrate verba, ex Convivio, transſcribere huc libet: Σωκράτης ἐν ταῖς συνουσίαις πίνων οὐκ εὐέλκυστος, ἐὰν δέ ἐν ἀναγκασθείη, πάντας ἐκράτει. καὶ, ὃ πάντων θαυμαστότατον, Σωκράτη μεθύοντα οὐδεὶς πώποτε εἶδεν ἀνθρώπων. Id eſt: *Socrates in conviviis, bibere haud promptus, ſi quando adigeretur, omnes ſuperabat. Et, quod maxime mirabile, Socratem ebrium nemo hominum vidit unquam.* Et, quoniam in hoc ſumus, illud quoque adjiciamus: Stoicos in virtutum etiam numero poſuiſſe τὴν συμπεριφοράν, & præcepta dediſſe compotandi. Teſtis eſt Stobæus loc. cit. p. 169. Ὁμοίως δέ, inquit, τῇ ἐρωτικῇ τὴν συμπεριφορὰν παραλαμβάνουσιν εἰς τὰς ἀρετάς, τὴν περὶ τὸ ἐν συμποσίῳ καθῆκον ἀναστρεφομένην· ἐπιστήμην οὖσαν τοῦ πῶς δεῖ ἐξάγεσθαι τὰ συμπόσια, καὶ ἐν πῶς δεῖ συμπίνειν. Vbi vulgo mendoſe τὸ πῶς utroque loco ſcriptum pro τοῦ πῶς, & incommode diſtincta oratio.

Ibid. τί, ἂν μελαγχολῶν; „*Quid ſi triſtetur animo?*“ τὸ μελαγχολᾶν plerumque pro *errore mentis* atque *inſania* uſurpant veteres; ut Ariſtophanes, μελαγχολᾶν σ' ἀνίστημί μου τὸν δεσπότην. Quare ſuſpicor, hanc votem a deriſore aliquo Stoicæ magniloquentiæ infertam eſſe; ut & Horatius [Epiſt. I. 1, extr.] ſapientem Stoicum facit *Præcipue ſanum, niſi cum pituita moleſta eſt: ſalvumne* utique.“ WOLFIVS. — „Stoici dixerunt, *Maniam, inſaniam*, in ſapientem cadere non poſſe, poſſe autem μελαγχολίαν, *furorem*, ut vertit Cic. Tuſc. Diſp. III. 5. Laërt. in vita Zenonis, VII. 118. Οὐδὲ μανήσεσθαι· προσπαίσεσθαι μέντοι κατὰ αὐτῷ φαντασίας ἀλλοκότους διὰ μελαγχολίαν, ἢ λήρησιν, ἢ κατὰ τὸν αἰφνίδιον λόγον, ἀλλὰ παρὰ φύσιν. Sed tamen hanc rem in controverſiam Stoicorum nonnulli vocabant. Apud Laërt.

libris in Zenone: [VII. 197.] Καὶ μὴν τὸν αὐτὸν Καλλιππος ἀνεβλητὸν· Κλεάνθης δὲ, ἀνεπαίβλητον, ὁ μὲν, ἀνεπιβλητὸν, διὰ μέλαγχολίαν· ὁ δὲ, ἀναπόβλητον, διὰ βαθαίους καταλήψεις." VPTON. — Ariſtophanis verba, a Wolfio citata, legentur in Plato, vol. 12. ubi Scholiaſtes monet: Χολὴν παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς τὸ μελαγχολᾶν· παρὰ δὲ τοῖς κοινοῖς τὸ θυμοῦσθαι. Melancholiam Cicero Acad. II. 16 ſq. ubi pariter de Stoicorum agitur præcepto, promiſcue *inſaniam*, & *furorem*, interpretatur.

Ibid. τί δ' ὕπνους; „Confer II. 17, 33. III. 2, 4. Conſule Ariſtot. Ethic. lib. I. cap. 13. Βελτίω γίνεται [ſcil. ἐν τοῖς ὕπνοις] τὰ φαντάσματα τῶν ἐπιεικῶν, ἢ τῶν τυχόντων. Zeno apud Plutarch. περὶ Προκοπῆς, ait: *ex inſomniis ſuum quemque proceſſum poſſe ſentire.*" VPTON. — Digna ſunt, quæ adponantur, ipſa verba: Ὅρα δὲ καὶ τὸ τοῦ Ζήνωνος ἀνελεῖν ἔστιν. ἄξιον γάρ, ἀπὸ τῶν ὀνείρων ἕκαστον ἑαυτοῦ συναισθάνεσθαι προκόπτοντας· εἰ μήτε ἡδόμενον αἰσχρῷ τινι ἑαυτὸν, μήτε τι πρασσόμενον ἢ πράττοντα τῶν δεινῶν καὶ ἀθέμιτον ὁρᾷ κατὰ τοὺς ὕπνους. Id eſt, Xylandro interprete: *Zenonis porro perpendamus ſententiam, qui etiam ex inſomniis ſuis unumquemque ſentire poſſe ſuos profectus dixit; nimirum, ſi neque turpi aliqua ſe re per quietem ſibi videatur delectari, neque inhoneſtum aut injuſtum vel agere quicquam vel approbare.*

CAPVT XIX.

TIT. Πῶς ἔχειν δεῖ πρὸς τυράννους. πρὸς τοὺς τυράννους ſcribunt in Tabula Capitum huic libro præfixa Vpt. & pabc. Ibidemque iidem noſtri pabc. ſcribunt Περὶ τοῦ πῶς ἔχειν δεῖ &c. quemadmodum fere in omnium capitum titulis ſolent.

Verſ. 1. Ὅτι ἄν τινι προσῇ τι. „Legendum videtur Ὅταν τινί." VPTON. Poſſis pariter ſuſpicari ᾧ ἄν τιν, aut ᾧ τι ἄν τιν προσῇ πλεονασμ. omiſſo pronom. τι poſt προσῇ cum eod. pb. Niſi fortaſſe ὅτι initio ſermonis eodem modo poſitum ſit, quo in Excerptis Conſtantini Porphyrogenetæ ponitur initio cujusvis fere fragmenti, intellecto verbo φησὶ. qua formula plerumque ſimul ſignificatur, eum ſermonem, vel eam narrationem, quam exhibet compilator, e media oratione vel media narratione auctoris eſſe decerptam, adeoque nonniſi partem eſſe eorum, quæ ea de re dixerit vel ſcripſerit auctor. Sed

illam quidem particulam nusquam aliis ab Arriano fuisse usurpatam in hoc scripto memini.

Ibid. ἢ δοκῇ τε προσῆναι. „δοκῇ, pro δοκεῖ, [quod debent superiores editiones] reposui ex nostro codice; unde & temporum & modorum fit congruentia." VPTON. In δοκεῖ consentiunt omnes nostri. δοκῇ scribendum notaverat Salmas.

Ibid. πεφυσῆσθαι. Perperam πεφυτῆσθαι Ven. & Bas. Paulo ante, pro τοῦτον, perperam τοῦτο dat pa.

Vers. 2. Εὐθὺς ὁ τύραννος. „Εὐθὺς, *exempli gratia.* Quo sensu αὐτίκα usurpatur. Vide Indic. Attic. ad Lysiam in eleganti nupera editione. Apud Dion. p. 39. D. αὐτίκα ὁ τὸν πάντα μαινόμενον, *verbi gratia, qui* &c. p. 47. B. αὐτίκα ἐν νηΐ, &c. & alibi." VPTON. — Eodem modo Latini *statim* usurpant. De αὐτίκα conf. Markland. ad Lysiam, p. 647. ed. Reisk. Adde Lexic. Polyb. in Εὐθέως. Familiaris is usus Epicteto nostro. Vide II. 8, 20. II. 9, 2. II. 16, 22. II. 17, 11. &c. Et quidem non modo idem valet ac *exempli gratia*, sed saepe percommode per *primum quidem*, aut *ne longius abeam*, exponitur.

Ibid. ἔχεις ὁρμήν. παρέχεις ὁρμὴν pb. temere.

Vers. 3. ἐπὶ δ' ἄρματος & quatuor sequentia verba desunt pab.

Vers. 4. πινάκιον & hic & IV. 11, 13. *tabellam* vertit Vptonus cum Wolfio; minus commode. Oportebat *scutellam, discum, quadram.* Vide saltem quae ex Athenaeo citavit H. Steph. in Πίναξ.

Ibid. τῆς ληκύθου ἕνεκα πάσσαλον πήσσω. *ampullae olearia caussa clavum figo.* Hoc ad verbum sonat πάσσαλον πήσσω, *clavum figo;* quemadmodum cum Wolfio Vptonus vertit. Sed quaenam sit haec φαντασία τῆς ληκύθου, quove pacto dicat *colere se* ea re *ampullam olearium*, quod *ejus caussa clavum figat*, fateor me non satis pervidere. Nam si vel maxime id fiat suspendendae ampullae caussa, non video quaenam ea φαντασία sit. Itaque quum Latinorum *pessulus* (ut e Mureti Var. Lect. docuit Faber in Thes. Lat. Ling.) a graeco πάσσαλος doctum fit, videndum putavi, an πάσσαλον πήσσω h. l. sit *pessulum obdo ampullae olearia*, quemadmodum Sulpicius Severus dixit Dial. III. c. 3. pro *os ampullae embolo claudo.* Sed ne id quidem satis placuit, cum per se, quoniam ea re non tam vasis cura geritur, quam olei, ne pulvere aut aliis rebus inquinetur; tum praesertim

quod

quod ipse praepositio *bona*, quae adjicitur, plane non admittere illam interpretationem videtur. Denique, si certus effectus, formulam πόσσαλον πήξειεν denotare posse *pessulum foribus obdere*, illum significatum hic obtinere suspicatur: *anguillae obsariae causſa pessulum foribus obde, scil. ne ea subripiatur a furibus.*

Ibid. τὸν ὄνον οὐ θαμὰ πεύθω; „Confer II. 22, 31." VPTON.

Vers. 5. σὺ δὲ οὕτως, ὡς τὸν ὄνον. „Te vero ita, ut asinum: hoc est, non amore & admiratione tui, sed spe id sibi utile futurum." WOLF.

Ibid. τίς σεῦ ζηλωτὴς γένηται. „Vide III. 7, 34." VPTON.

Vers. 6. ἐν Ῥώμῃ Πριαπεῖον βωμός ἐστι. „*Febris* divino honore apud Romanos habita, vide infra, I. 22, 16. Erat ei templum & ara in Palatino monte. Cicero de Nat. Deor. II. 2. [An voluit II. 23.?] III. 25. Idem de Leg. II. 11. Valerius Max. II. 5. Plin. II. 5. Aelian. XII. 11. Inscriptio apud Gruterum p. XCVII.

FEBRI. DIVÆ. FEBRI.
SANCTÆ. FEBRI. MAGNÆ.
CAMILLA. AMATA. PRO.
FILIO. MALE. AFFECTO. P.

Lactant. edit. Oxon. p. 86. [lib. I. c. 20.] *Haec enim semper excusatio est eorum, qui mala sua pro Dis habent: ut Romani Rubiginem* (scribe *Robiginem*: vide Heins. ad Ovid. Fast. IV. 907.) *ac Febrem.*" VPTON.

Vers. 7. πόθεν; μὴ γένοιτο. „Πόθεν; *Nequaquam.* Vide Suidam in voce. Sic Latini, *Undenam?* negative. Corrige obiter Dion. p. 312. B. & p. 324. C. τοῖς κατὰ μέρος; πόθεν; *ergo singulos? nequaquam.* Deest autem μὴ γένοιτο in nostro Codice [sic & in pb.] & abesse potest; nam glossema esse videtur." VPTON. — Suidas: Πόθεν. ἀγχιστεών. ἴσον τῷ οὐδαμῶς. Quodsi pleonasmus displicet, qui inest in junctis duabus formulis eamdem vim habentibus; multo rectius Vptonus judicavit, μὴ γένοιτο pro glossemate habendum censens, quam Meibomius, qui πόθεν jusserat delere.

Ibid. ἀπ' ἄλλου. „Sic noster Codex, pro ἀπ' ἄλλου, uti cæteri habent." VPTON. — In mendosum ἀπ', pro ἀπ', consentiunt nostri codd. cum vett. edd. Perspecte

vero jam SALMASIVS notaverat, ὑπ' ἄλλου scribendum, ut non ὑφ' ἑαυτοῦ.

Vers. 8. ἀλλὰ τὸ ἄθυμον. „Confer Enchir. c. 5.“ VPTON.

Ibid. Μᾶ· πλέον. „Forte, Κόμα πλέον. sicut infra II. 7, [12.] Nam statim infra, [vs. sq.] ὅτι πάρος.“ SOMES SHAFTESBVRIENSIS.

Vers. 9. Ἐγώ σοι δείξω. „Verba sunt Tyranni,“ VPTON. Nempe in contextu litera minuscula scripserat ἐγώ σοι, quasi haec verba ab eodem pronunciata essent, qui Οὐκ ἀντιστρέφομαι dixit. Quod secus esse, nunc monet.

Vers. 10. ἐς τὴν χύτραν. Scil. τῆς χρείας ἕνεκα. cf. vs. 4.

Vers. 11. τοῦτο οὖν ἐστι φιλαύτους εἶν. „Hoc non est se amare. Φιλαυτία in vitio ponitur, cum quis se pluris facit quam quanti est. Sed Epictetus, malle sibi esse melius quam alteri, negat esse vitiosum; quod natura quodvis animal sibi ipsi primum conciliet.“ WOLFIVS. — „Confer I. 22, 14. I. 27, 12. & passim. Vide autem A. Gell. lib. XII. cap. 5. & Aristot. Ethic. lib. IX. c. 8.“ VPTON. — Φίλαυτον antepenacute scripsi cum Ven. & Bas. nostrisque codicibus, pro quo Φιλαυτὸν acute scripsere posteriores editores, minus recte. Post hoc vocabulum autem interrogationem indicarunt editt. Bas. Gen. Cph. Cant. quod commodum foret, si sequeretur οὐ· quae particula in hujusmodi connexione omitti non poterat: *et nonne hic est pravus sui amor? Non; nam* &c. Sed sicut particulam οὐ ignorant libri omnes, sic nec interrogandi signum agnoscit ed. Ven. cum msstis, quod recte adeo sustulit rursus anonymus Lond. & Vpt. praeunte etiam Wolfio in versione. Caeterum, ad rem quod spectat: Φίλαυτος etsi certo quodam modo & dici possit & esse debeat vir bonus, quemadmodum Aristoteles observavit loco ab Vptono laudato; tamen plerumque, & ex pervulgato sermonis usu, in malam partem accipitur illud nomen, & in vitio ponitur, ut ibidem idem monuit philosophus: quam in partem Suidas etiam Φιλαυτίαν, nec male, ὑπερηφανίαν, id est *arrogantiam*, interpretatus est. Itaque hoc dicit Epictetus: *Se colere*, & *sui caussa facere omnia* eo modo, quo id faciendum recta ratio praecipit, non esse vel *pravum sui amorem*, vel *arrogantiam*, vel omnino in vitio ponendum. Primum enim, per rerum naturam sit, & per

nostrae

naturæ ullam conditionem, fieri aliter non posse, nisi ut, quidquid *SE* esse putet homo, aut *partem SUI*, aut *ad SE pertinere*, id amet, id conservatum & in statu quam fieri possit optimo esse velit; quod *suum bonum*, *suum commodum* esse putat, id adpetat; aspernetur *averseturque* contrarium; adeoque hactenus *sui caussa faciat omnia*. Hæc est naturæ necessitas, cui omne animans, *id* est, quælibet natura vivens, subjecta est, quam legem migrare homo nullo modo potest, cujus legis sanctionem mentionem facit noster philosophus: vide, præter loca ab Vptono citata, II. 22, 15 sqq. III. 3, 2 sqq. III. 7, 5. IV. 5, 30. &c. At nimirum in eo peccare solet homo, quod, cum sit natura rationis & libera voluntate prædita, multisque præclaris dotibus instructa, operam non dat, ut cognoscat, quis sit *IPSE*, quem amare, quem colere, cujus caussa facere omnia debeat; quæve sint *SVA Bona*, quæ debeat omissis cæteris rebus omnibus adpetere atque persequi. vide vs. 8. & vs. 16. & conf. II. 22, 19. I. 3, 16. & ibi not. I. 22, 9 sqq. IV. 3, 7—11. &c. Inde exsistit *pravus sui amor*, ubi quis *SE* in corpore, & *Bona sua* in rebus externis & omnino *ἐν τοῖς ἀπροαιρέτοις*, ut ait vs. 26. (id est, in ulla re alia præterquam in recto usu virium nostrarum, adeoque in animi virtutibus) ponit; &, quod huic consequens est, ubi suum bonum, suam utilitatem a communi hominum commodo sejungit: &, hoc intuitu sui caussa facere omnia, in vitio est utique, ac homine indignum. Atqui homo rectam rationem sequens intelligit, *se* non esse corpus, sed mentem, ratione ac libera voluntate præditam; *suum bonum* non in rebus corporeis, nec omnino in rebus externis, sed in eo ineſſe, ut *mens* ipsius atque *ratio* & *voluntas* in statu quam optimo sit: intelligitque, statum quam optimum sui mentis ineſſe in *recto virium suarum usu*; in tali usu facultatum atque dotum earum, quibus est a Deo instructus, qualis ipsi, per intimum quemdam animi sensum, ut pulcerrimus, convenientissimus dignissimusque commendatus sit. Igitur hac ratione *se colere*, hac ratione *sui caussa facere omnia*, nihil aliud est, nisi totum in eam curam incumbere, ut omnes vires facultatesque, quas potestati hominis subjecit Deus, & præstantissimas quidem quasque maxime, excolas atque perficias; tum ut eis constanti consilio quavis occasione in eum modum utaris, quem intellexeris esse tua persona dignissimum,

atque talem, qui, si minus hominum iniquorum aliquot stultorum comprobationem invenerit, mereatur certe laudari ab omnibus, & aequissimo rerum omnium aestimatori Deo adprobetur. Idem igitur homo simul, non (quod Wolfius Epictetum statuit dixisse) *mavult sibi esse malum quam alteri*; sed intelligit, non modo cum suo vero bono veroque commodo numquam pugnare bonum commodumque aliorum, sed esse etiam hanc partem haud minimam rectè dignique usus suarum virium, ut, quantuncumque in ipso sit, tantum ad communem felicitatem commodumque omnium, & singulorum, quo propius quisque ipsum adtingit, conferre studeat enitaturque. Atque ita nec ἀκαταπόητον, ut vs. 14. ait, nec ullo modo pravo φίλαυτον est, τὰ πάντα αὐτοῦ (vel ἑαυτοῦ ἕνεκα) ποιεῖ. Haec est, si non omnium Stoicorum, certe Epicteti nostri ratio; quam & persaepe ex professo, & quavis occasione (ut hoc loco) in transcursu etiam, auditoribus suis inculcat: quam rationem minus perspectam Wolfius habuerat, cum ad hunc locum scholion illud, quod supra retulimus, & alia nonnulla mox referenda, adnotaret.

Ibid. γέγονε γὰρ οὕτως τὸ ζῷον, ἵνα τὰ αὑτοῦ ἕνεκα πάντα ποιῇ. „Cum particulam ἵνα authoritate nostri codicis restituimus, sententia satis perspicua est, quae aliis in libris confusa & turbata occurrit.“ VPTON. — Scilicet sic legerant distinxerantque superiores: γέγονε γὰρ οὕτως. τὸ ζῷον αὑτοῦ ἕνεκα πάντα ποιεῖ. Quae sic verterat Wolfius: *Natura enim ita fert; animal sua caussa facit omnia.* Vptonus, mutata distinctione, non solum ἵνα e suo cod. inseruit; sed & ποιεῖ in ποιεῖν mutavit, haud dubie hoc pariter e codicis sui praescripto, certe postulante grammatica ratione. In utraque vero emendatione consentientem habet nostrum codicem pb. Nos praeterea αὑτοῦ ἕνεκα scripsimus cum pab. pro αὐτοῦ quod habebant h. l. editi cum pc. Caeterum, cum ex iis quae paulo antè adnotavimus, tum ex his quae mox ipse subjicit Epictetus, satis adparet, αὑτοῦ ἕνεκα (vel ἑαυτοῦ ἕνεκα) πάντα ποιεῖν, *sui caussa omnia facere*, nunc non strictiore illa & ignobiliore ratione dictum intelligi debere, qua idem hoc sonat atque ad suam voluptatem aut ad suam privatam utilitatem omnia agendi consilia referre; sed latiori quodam modo esse accipiendum, qui nobiliorem admittat interpretationem, quo & *sol* & *ipse etiam Deus* dici possit sua caussa facere omnia.

Est

Est scilicet, *sua causa facere omnia*, idem ac, sui boni respectum habere: bonum autem cujusque ex suæ naturæ ratione censetur; quare rursus, *sua causa facere omnia*, idem valebit, ac ad suæ naturæ rationem, adeoque (si præ cæteris emineat ipsius natura) ad suæ naturæ excellentiam dignitatemque obtinendam tuendamque omnia referre, & omnino pro naturæ suæ ratione dignitateque facere quæcumque faciat.

Ibid. ὁ ἥλιος αὐτῷ ἕνεκα πάντα ποιεῖ. *Sol sui causa facit omnia.* Sol, quem (ex pervulgata olim fere apud omnes notione) animatum statuunt Stoici, quæcumque facit, eo facit, ut suas agat partes, ut suam sustineat personam, ut suæ naturæ, talibus ad agendum virtibus instructæ, rationem, excellentiam, dignitatemque tueatur. cf. III. 23, 5. Octo illa verba, καὶ γὰρ ὁ ἥλιος — — ποιεῖ, temere prætermiserant editiones Gen. Col. Cant. & anon. Lond. αὐτοῦ ex Ven. revocavi, quod in αὑτοῦ mutavit Bas & Vpt. Habent tamen nunc αὐτοῦ etiam pab. sed αὐτοῦ pc. Paulo post rursus (vs. 14.) τὰ πάντα αὐτοῦ ἕνεκα cum ed. Ven. & sequentibus & cum codd. pac. scripsi, & vs. 15. ἵνα τις ἀποστῇ αὐτοῦ, cum utroque loco αὑτοῦ posuisset Vptonus, unius anonymi editoris Londinensis auctoritatem secutus, cui tamen utrobique nunc favet codex pb. Tam parum in his sibi constant libri.

Ibid. καὶ τὸ λοιπὸν πρὸς ὁ Ζεύς. „καὶ τὸ λοιπὸν, *& denique.* Sic codex noster." VPTON. — Nempe ante καὶ τὸ λοιπὸν edebatur, nullo prorsus sensu, quod ipsum tamen & nostri codices pertinaciter tenent. Commodissime vero καὶ τὸ λοιπὸν, *& denique*, id est, *quid quod etiam ipse Deus;* nempe per universam naturarum animatarum & intelligentium seriem, ad ipsum usque Deum, eadem ratio obtinet. De re vide paulo ante dicta, & conf. III. 3, 4. Simillima vero ratione in sacris nostris Scripturis frequenter commemoratur, *Deum nomisis sua causa facere* quæcumque faciat.

Vers. 12. Τέτιος καὶ Ἐπικάρπιος. „*Jupiter Pluvius* cultus est a Romanis. Tibull. I. 8. 26.

Arida nec Pluvio *supplicat herba Jovi.*

Ζεὺς ὑέτιος, ἔμβριος, a Græcis. Vide Auth. de Mundo, p. 869. [cap. 7. Tom. I. p. 615. ed. du Val. p. 106. ed. Batteux. Ipsa verba relata habes a Schegkio ad III. 11, 6.] Virgil. Georg. II. 326.

Tum Pater omnipotens fœcundis imbribus Æthram
conjugis in gremium lætæ descendit; & omnes
magnus alit, magno commixtus corpore, fœtus.

Ac proportea Ἑυαγγέλιος dictus. VPTON. — Eadem cognomina Jovi tributa habes I. 22, 16.

Ibid. καὶ Πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε. „Vide ad I. 3, 1." VPTON.

Vers. 13. ἵνα μηδενὸς τῶν ἰδίων ἀγαθῶν δύηται τυγχάνειν. „Pæne in Epicuri sententiam inclinat, qui (ut Ciceronis verbis utar) summum bonum sic instituit, ut nihil habeat cum virtute conjunctum: idque suis commodis, non honestate metitur: ideoque his, quibus congregamur, uti moderate & prudenter oportere censet, ut eorum studiis ea, quæ natura desiderat, expleta cumulataque habeamus: per eosdemque, si quid importetur nobis incommodi, propulsemus, &c." WOLFIVS. — Non meminerat, cum hæc scriberet vir optimus, quid esset quod τὰ ἴδια ἀγαθὰ dixerit intellexeritque Epictetus. Nempe ex vulgi quidem opinione opponi solent hæc duo, τὸ ἴδιον ἀγαθὸν, *privatum bonum*, & τὸ κοινὸν ὄφελημα, *publica vel communis hominum utilitas*. Ex philosophi nostri ratione, τὸ ἴδιον ἀγαθὸν τοῦ ἀνθρώπου est *bonum homini proprium*, quatenus est *homo*, id est, λογικὸν ζῶον, *natura ratione prædita*; quod bonum ineat in recto usu virium nostrarum, & non modo non pugnat cum communis utilitatis studio, sed illud cum maxime in se continet, nec ab eo separari ullo modo potest. Vide supra ad vs. 11. notata.

Vers. 14. Οὕτως οὐκέτι ἀκοινώνητον γίνεται τὸ πάντα αὐτοῦ ἕνεκα ποιεῖν. „*Sic non amplius a communitate recedit, qui omnia sua causa facit.* Si sic intelligatur, *sua causa facere omnia*, ut *officio quisque suo fungatur, & naturæ congruenter vivat*, ferri potest. Si vero ideo bene merendum de aliis existimat, ut vicissim alii de ipso bene mereantur; vulgarem potius consuetudinem, quam boni viri officium describere videtur, qui honestatem propter se expetens, præmia non aspernatur illic quidem, si contingant, sed non præcipue spectat. Sic homo dives, & quæstus simul honorisque contemptor, inservit reipublicæ gratis, labores & molestias capit, adit pericula, de suo largitur iis a quibus nihil sperat, æquo animo fert invidorum & imperitorum obtrectationes. Cur? Loquor hic non de Christiano, cui divinum

rum praemium propositum est: sed de philosopho. Quis personam habet, se non esse oportere telluris inutile pondus: humanitatem id postulare, ut prosit plurimis. Si gratiam init, si laudatur, si honore afficitur, τούτων οὐδὲν haec non aspernatur: sed maximum officii fructum judicat ipsum officium." POLEVS. — Imo bene & perspecte haec a te exposita, optime Wolfi! A tuo vero ratione non discedere nostri Philosophi rationem intelliget quisquis attentius totum perlegerit locum, & eorum meminerit quae superius ad vs. 11. a nobis observata sunt.

Vers. 15. ἀπὸ τῆς ἀναδοχῆς; ἀναδόχου pa. in contextu, sed & idem ἀναδοχῆ in ora adnotavit.

Ibid. πῶς ἔτι μία καὶ ἡ αὐτὴ ἀρχὴ πᾶσιν ἔσται, ἢ πρὸς αὐτὰ οἰκείους. Pro πῶς ἔτι, in pc. πῆς ἔτε corrupte scribitur. Dein ἢ πρὸς recte scripserunt edit. Cant. Lond. & Vpt. cum pbc. Perperam superiores ἢ πρὸ cum pa. quod corrigendum monuerat etiam Meibom. In αὐτὰ vero consentiunt pabc. cum edit. omnibus, exceptis Vptonianis, in qua αὐτὸ scribitur, pro more hujus editoris. Ad rem sententiamque declarandam, haec habes ad hunc locum ab VPTONO notata: „Laërt. VII. 85. τὴν δὲ πρώτην ὁρμὴν φησι τὸ ζῶον ἔχειν ἐπὶ τὸ σῴζειν ἑαυτό, οἰκειούσης αὐτῷ [forsan, αὐτὸ αὑτῷ, aut αὐτὸ ἑαυτῷ] τῆς φύσεως ἀπ' ἀρχῆς. Cic. de Finib. III. 5. *Placet his quorum ratio mihi probatur, simul atque natum sit animal* (hinc enim est ordiendum) *ipsum sibi* conciliari & *commendari ad se conservandum.* Vide Cic. de Offic. Lib. I. c. 4. Et Alexander Aphrodis. περὶ Ψυχῆς, p. 154. edit. Venet. Οἱ μὲν οὖν Στωϊκοὶ (οὐ πάντας δὲ) λέγουσι, πρῶτον οἰκεῖον εἶναι τὸ ζῶον αὐτῷ ἕκαστον γὰρ ζῶον αὐθις γινόμενον πρός τὸ αὐτὸ οἰκειοῦσθαι, καὶ δὴ καὶ τὸν ἄνθρωπον. οἱ δὲ χαριέστερον δὲ νοῦν]σας λέγειν αὐτῶν, καὶ μᾶλλον διαφθοῦν]σας [διαφθαίνοντας] περὶ τοῦδε, φασὶ, πρὸς τὴν οἰκείωσιν καὶ τήρησιν φύσεως ἔχεσθαι αὐθις γινομένους ἡμᾶς τῶν ἡμῶν (lege ἡμῖν αὐτῶν." — Haec Vptonus. Alia loca, ubi de eadem prima naturae commendatione verba facit Epictetus, partim ab Vptono, partim a nobis, supra ad vs. 11. citata sunt. Hoc autem dicit philosophus noster, illam naturae vim legemque, qua fit ut quodlibet animal commendatum fit *ipsum sibi*, ita penitus naturae nostrae infixum esse atque manere, ut numquam ab ea discedere, numquam contra eam eluctari possimus; atque ita late patere,

tere, ut non aliud habeat aut habere possit homo agendi atque consilia vitæ capiendi initium finemque. Quo fit, ut, nisi eadem natura, quæ statim ad conservandum corpus nostrum ejusque partes, & ad persequenda ea quæ ad efficiendum commodum corporis statum pertinent, nos invitavit, majora deinde & digniora bona & magis hominis propria nobis monstraret, ad eaque nos invitaret, non possemus non omni nisu atque impetu ad illa priora unice tendere, & omne studium ad propellenda ea quæ illis contraria sunt conferre: & omnino, quatenus non novimus majora, sublimiora & vere nominata & simpliciter bona, extenus temperare nullo modo nobis possumus, quin ad illa minora, ignobiliora, multis exceptionibus obnoxia, denique falsi nominis bona, unice tendamus. Sed eadem natura, quæ statim corpus nostrum & res externas nobis commendaverat, procedente tempore ubi adolevit in homine ratio, ostendit nobis, non esse *nos* corpus, sed animum, & esse aliud genus rerum expetendarum longe illustrius, quæ nobis non modo ut bona, sed ut bona hominis propria, denique ut unice vera & simpliciter bona commendentur. (conf. ad I. 26, 2.). Manet ergo semper hoc principium firmum & immutabile, *esse nos ipsis nobis a natura commendatos;* sed illud maximi interest, tenere, quid simus *nos ipsi*, & quæ sit *naturæ nostræ dignitas & excellentia* præ cæteris animantibus, quorum omne bonum in corpore & in rebus extrinsecus advenientibus inest. Cæterum vide, an ex Alexandri Aphrod. verbis, ab Vptono supra relatis, corrigi possit corruptum (ut mihi videtur) apud Laërtium vocabulum, VII. 85. ubi proxime post verba ab eodem Vptono paulo ante relata sic vulgo legitur: καθά φησιν ὁ Χρύσιππος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Τελῶν· πρῶτον οἰκεῖον λέγων εἶναι πᾶσι ζώῳ τὴν αὑτοῦ σύστασιν, καὶ τὴν ταύτης συνείδησιν. Vide igitur, ne καὶ τὴν ταύτης συνείδησιν scriptum oportuerit, id est, *& ad hujus conscientiam;* quod & cum Ciceronis verbis de Fin. III. 5. & Offic. I. 4. convenit. Apud Suidam in Ὁρμή, pro *συνείδησιν*, quod habent editiones Laërtii, σύνδεσιν vulgo legitur.

Vers. 16. ἔστιν ὑπὸ δόγματα ἀλλότρια. „ἔστιν ὑπὸ cum *subsint;* quasi quæ intus & nulli visa lateant." VPTON.

Ibid. περὶ τῶν ἐκτοπιρέτων, ὡς ὄντων ἀγαθῶν καὶ κακῶν. Veteres editiones omnes, πῶς ὄντων ἀγ. Pro quo

quo Vptonus enclitice ἐπιφορέων τινὰ edidit. Sed rectissime jam olim WOLFIVS: „Lego ὡς," inquit; atque ita interpretatus est. Cui suffragatus est VPTON. in Notis: „Recte, ut *videtur*." subscribens. Sic & MERMONIVS: „Quid si ὡς." Et in cod. pb. super τῶν, quod in contextu habet is liber cum aliis, inter lineas ὡς scriptum, sed id quidem a manu ita recenti, ut ex Wolfii Notis huc translatum videri possit.

Vers. 17. τοὺς κοιτωνίτας δ' οὖν. „Κοιτωνῖται, *Cubiculatii principis*; οἱ ἐπὶ τοῦ κοιτῶνος, [vide Indic.] qui erant a cubiculis, & interioribus admissionibus. Seneca de Const. [Sapientis] cap. 14. *Nomenclatoris superbiam, cubicularii supercilium.* Vide Du Cange Glossar. [in Κοιτωνῖται.] Inscriptio Florent. in aula Magni Ducis:

ΘΕΟΙΣ. ΚΑΤΑΧ
ΕΙΔΟΜΕΝΕΙ
ΚΟΙΤΩΝΙΤΗ
ΚΑΙΣΑΡΟΣ. ΕΤΩΝ
ΚΕ. &c.

Ibid. ὅταν Καίσαρ αὐτὸν ἐπὶ τοῦ λασάνου ποιῇ. „Hi dicebantur *Lasanophori*. Horat. lib. I. Sat. 6. vs. 109.

— — — *quinque sequuntur*
Te pueri, lasanum portantes.

Vide ad I. 2, 8." VPTON. Honestiori quadam notione verba illa ἐπὶ τοῦ λασάνου accipienda ratus vir doctus, cujus manu exaratus est codex noster pb., in ora h. l. τοῦ μαγειρίου scripsit, id est, *cum eum culinæ* (quasi dicas *ollæ*) *præfecerit*.

Vers. 18. Ἠθέλον αὐτὸν ἀποβληθῆναι τοῦ κοιτῶνος. „κοιτῶνος reposui ex nostro codice, cum cæteri dant τοῦ κοιτῶνος." VPTON. — Conf. vs. præc. Codici Vptoni suffragatur noster pc.

Vers. 19. Ἐπαφρόδιτος. *Epaphroditus*, herus Epicteti. Vide I. 1, 20. & ibi notata.

Ibid. ὑπό τινος τῶν Καισαριανῶν. „*Cæsariani*, officiales procuratores Cæsaris, qui & *Catholiciani* dicuntur. Ii rationes fiscales tractabant; & bona ad principem devoluta, veluti vacantia, occupabant. Du Fresne Glossar." VPTON.

Ibid. Καίσαρος σκυτεὺς ἐγένετο. „Hiccine ille Vatinius? de quo Tacit. Annal. XV. 34. Si ita, tum *Felicio* ei nomen ex re datum." IDEM.

Vers.

Verſ. 20. Εἶδες ἄρ', πῶς αὐτὸν ἔθε. „Optime haec noſtro idiomate exprimuntur: *Would you but ſee, how Epaphroditus honoured him! How does that good Man Felicio, I pray you?* Nota interea latinum idioma, Τί πράττει Φηλίκιων ὁ ἀγαθὸς, φίλε σε. *Quid agit Felicio vir bonus? amabo te.*“ VPTON.

Verſ. 21. Εἶτα εἴ τις ἡμῶν ἐκόθετο. Poteſt ἡμῶν ad τις referri, ut fecit Vptonus cum Wolfio, *ſi qui noſtrûm.* Poteſt vero etiam a verbo ἐκόθετο pendere: *ſi quis percunctabatur e nobis* (ſervis Epaphroditi,) *quid ageret ipſe, dicebatur*, i. e. dicebamus; & in mandatis ab hero, qui ſe id honori ducebat, habebamus, ut diceremus, *conſultare cum cum Felicione.*

Ibid. „Τί ποιεῖ αὐτός; *Quid ipſe*, id eſt, Dominus, *ageret?* Si honoris cauſſa a ſervo herus vocatur. Ariſtophanes Nub. verſ. 218.

Στ. Φέρε, τίς γὰρ οὗτος αὖτε τῆς πρεσβύρας ἀνήρ;
Μα. Αὐτός. Στ. Τίς αὐτός; Μα. Σωκράτης. — —

Vbi Schol. Αὐτός. Τιμῶν τὸν διδάσκαλον οὐκ εἶπε πρῶτον τὸ ὄνομα. Plautus Caſin. Act. IV. Sc. 2.

— — — — St. *Quid tu hic agis?*
Anc. *Ego eo, quo me ipſa miſit.* — — —

Ipſa, id eſt, hera mea. Theopir. [Charact.] c. 2. ἕως ἂν αὐτὸς παρέλθῃ. *donec ipſe*, id eſt, Dominus, *tranſierit.* Vbi conſule Caſaub.“ VPTON. Pervulgatum Pythagoreorum verbum, αὐτὸς ἔφα, honoris & obſequii cauſſa dictum.

Verſ. 22. Οὐχὶ γὰρ κατράκει αὐτόν. Particulam γὰρ, quam ignorant alii omnes, percommode dedit noſter cod. pc. e quo eam adoptavi. ἐκατράκει pro κατράκει voluerat Meibom. præter rem. Vide ad I. 6, 3.

Verſ. 24. Ἤξίωται δημαρχίας; „Quis? Anne Felicio? Ita forſan.“ VPTON. Immo, *Aliquis;* quisquis ille fuerit. Nempe ſubintelligitur τις, quemadmodum & frequenter ad verbum φησὶ, ubi indefinite ſumitur, de quo uſu dictum ad I. 4, 9. & I. 17, 25.

Ibid. ἄλλος τοὺς ὀφθαλμοὺς καταφιλεῖ. „Mos notiſſimus. Eumæus apud Homerum, Od. π'. 15.

Κύσσε δέ μιν κεφαλήν τε καὶ ἄμφω φάεα καλὰ,
χεῖράς τ' ἀμφοτέρας. —

Sed proprie ſervorum & hominum vilium, manus oſculari.“ VPTON.

Ibid.

Ibid. σφίσιν λύχνους ἀπτομένους. *lucernas accensas invenit.* „Ecce aliud lætitiæ signum; secundum morem Virgil. Aen. I. 729.

Fit strepitus tectis, vocemque per ampla volutant
atria: dependent lychni laquearibus aureis
incensi. — —

VPTON.

Vers. 25. ἰκαὶ γὰρ καὶ θεοῖς εὐχαριστοῦμεν, ὅτου τὸ ἀγαθὸν τιθέμεθα. οἱ τοῦτο ἀγαθὸν dabat Ven. οἱ τοῦτο ἀγ. Bas. & Lond. anon. οἱ τοῦτο Genev. Col. & Cant. Perspecte vero WOLFIVS: Fortasse ἢ τὸ ἀγαθὸν.“ Tum SHAFTESBVRIENSIS COMES: „Fortasse ὅτου, sicut in Enchir. [c. 31, 4. c. 38. rec. Wolf.] ὅτου γὰρ τὸ συμφέρον, ἐκεῖ καὶ τὸ εὐσεβές. Pro ὅτου facile legitur οἱ του. Sic infra [II. 21, 7.] fortasse pro τι οὐ legendum του.“ Denique VPTONVS: „Noster codex pro οἱ τοῦτο habet οἱ τὸ, sed magis placet viri nobilis lectio.“ — οἱ τὸ, quod in suo cod. notatum invenit, in contextu posuit Vptonus; atque id ipsum in ora habet pb. qui in contextu cum aliis οἱ τοῦτο habet. Mihi vero, considerauti quam pronus esset ex ΟΠΟΤ in ΟΙΤΟΤ lapsus librariorum, unice vera visa fuit Shaftesburii emendatio, quam in contextum recipere non dubitavi.

Vers. 26. ὑπὲρ ἰσφωσύνης ἐλλέι μοι τοῦ. Αὐγουστείων. &c. περὶ ἰσφωσύνης pc. — „Tacitus Annal. lib. I. c. 15. *Inter quæ Tribuni plebei petivere, ut proprio sumtu ederent ludos, qui de nomine Augusti, fastis additi,* Augustales *vocarentur.* Lipsius in Excursu ad locum: „Puto, ad hæc Sacerdotia, quæ cum ambitu & sumptu „adfectabant in provinciis passim, pertinere Arriani locum elegantem, de Sermonibus Epicteti lib. I. cap. 19. „Lepidus & ad philosophum dialogismus: *Hodie,* inquit, „*locutus mecum quidam super Sacerdotio Augusti. Dico* „*ei: Mi homo, mitte rem, sumptum multum facies fru-* „*stra. At scribæ publici, inquit,* (corrupta huc parte „Græca) *nomen meum adnotabunt. Num tu igitur legen-* „*tibus omnibus coram dices, Me inscripserunt? Et, ut* „*tu nunc possis adesse omnibus legentibus, mortuus quid* „*facies? Manebit meum nomen. Inscribe ipsum lapidi,* „*& manebit. Age, extra Nicopolin autem quæ memo-* „*ria tui? At coronam auream gestabo.* (Qua scilicet „ornati sacerdotes, dum faciunt; ex Livio, Plutarcho, „aliis.) *Si protsum appetis coronam, rosea indutus*

„cir-

„circumi; aſpectu enim id jucundius.“ Ipſa Livia *Sacerdos divi Auguſti* a ſenatu declarata: ad quod ſacerdotium reſpexit Ovidius de Ponto IV. 9, 105.

Stant pariter natusque pius, conjunxque ſacerdos,
Numina jam facto non leviora Deo.

Natus pius, Tiberius; *conjunxque ſacerdos*, Livia.“ VPTON.

Ibid. Δαπανήσεις πολλὰ εἰς οὐδέν. multos ſumtus inutiles facies. — „Qui Auguſti ſacerdotium ambiebant (haud levem tum temporis honorem), maximo ſumtu id faciebant. Sueton. in Tiber. [in Claud.] c. 9. *Seſtertium ſexagies pro introitu novi ſacerdotii coactus impendere.* Vbi Caſaubonus: „Poſtquam cœpere Imperatoribus tanquam diis templa exſtrui, redemta ſtatim ſunt ab improbiſſimis adulatoribus ſacerdotia iſta vi magna pecunize, non in Vrbe ſolum, quod teſtatur hæc hiſtoria; „ſed etiam per provincias. Declarat *Arriani* locus, „quem tractamus libro ſecundo ad cap. 18. [ſcil. in Comment. ad Sueton. Auguſt. c. 18. Vide mox ad Arrian. „hoc cap. verſ. 27.] & vetus ille lapis, quem Capuæ „deſcripſiſſe ajunt viri docti, poſitus a quodam qui gratis eum honorem eſſet conſecutus, quod hæc verba indicant: HVIC. ORDO. DECVRIONVM. OB. „MERITA. EIVS, HONOREM. AVGVSTALITATIS. GRATVITO. DECREVIT.“ Tacitus Annal. lib. XIV. c, 31. *Ad hæc templum divo Claudio conſtitutum; deleſtique ſacerdotes ſpecie religionis omnes fortunas effundebant.* Vbi Lipſius: „Legebantur „enim Pontifices flaminesque Claudio, ex provincialibus „ipſis: quibus in ſacra victimasque ejus divi multi faciendi ſumptus.“ VPTON.

Verſ. 27. *οἱ τὰ σύμφωνά, φασι, γράφοντες γράφουσι τὸ ἐμὸν ὄνομα. qui pacta conventa literis conſignant, meum nomen inſcribent.* Vulgo editi omnes cum ſcriptis codicibus ſic exhibebant: *οἱ τὰς φωνὰς, φασι, γράφοντες.* Ad quæ verba quid monuerint varii docti Viri, huc transſcribere non gravabimur, Vptono noſtro præeunte. Igitur primus WOLFIVS: „Οἱ τὰς φωνὰς γράφοντες, (inquit) *ii qui voces ſcribunt. Nomenclatores* verti. Puto eos intelligi, qui ultro ſua nomina ad ſuppeditandos ſumptus profitebantur ad ſacrificium Nicopolitanum, ob Actiacam Auguſti victoriam. Qui aliquid habet certius, candide impertiat.“

PETRVS

PETRVS FABER, Agonist. lib. I. c. 19. [in Thes. Græcar. Antiquitatum Gronoviano Tom. VIII. col. 1873.] „Agonothetas coronis ornatos fuisse probant quæ Dio Chrys. scribit in Diog. sive Isthmico. *Οὐ γὰρ νικήσαντες ἄλλα ἀγῶνα περιέρχονται στεφάνους ἔχοντες.* Quo etiam referendum existimo quod apud Arrianum legitur de quopiam Neapolitani [Nicopolitani] agonis sacerdotium affectante, sermonesque cadente cum Epicteto: ubi *nomen suum in acta redactum iri a scribis publicis* dixisset, sicut ex iis quæ libro III. ad finem proferemus verbis intelligetur. *Quæsisse namque philosophum, quamvis, dum viveret, notus esse omnibus ea ratione quiret, quid luius ipso demique mortuo fieret. Respondisse: manserum suum nomen, & coronam auream a se gestatam iri:* jure illo scilicet sacerdotis provincialis, immo etiam urbani, agonothetico. Nam, & apud Romanos sacerdotum quoque ac pontificum hoc jus fuisse ludos curandi & ipsis præsidendi, ex Herodiano apparet." Idem PETRVS FABER ibid. lib. III. c. 23. [col. 2252.] „Pertinet etiam ad illam *in publicis agonum commentariis inscriptionem agonothetarum nominis*, de qua loquimur, quod *de agonotheta sacerdotis* (sic enim accipio, non ignorans quem admodum alii explicant) *relato in acta nomine a commentariensibus, loquentium sermones perscribentibus apud Nicopolim*, ita Epictetus ille apud Arrianum &c."

ISAACVS CASAVBONVS, ad illa Suetonii verba, *Augusti* cap. 18. *Quoque Actiaca victoriæ memoria celebratior & in posterum esset, urbem Nicopolin apud Actium condidit.* „Sinum Ambracium ingredientibus ad dextram est Actium, vetustissimum Apollinis templum, ab Augusto instauratum, & magnis reditibus ditatum: ad sinistram *Nicopolis*, libera civitas, Augusti opus & κτίσμα. Itaque ut κτίστης divini honores illi Nicopoli habebantur; eratque ibi apex honorum omnium, *Augusti sacerdotium*. Quare etiam *anno nomen dabat sacerdos Augustalis, & in scribendis publicis aut privatorum contractuum instrumentis*, ad tempus notandum, *nomen ejus ascribebant*: quomodo fieri solitum in plerisque Græciæ urbibus satis constat. Hæc nos ita esse colligimus ex eo loco *Arriani*, Dissertationum Epicteti lib. I. cap. 19. quem ante nos attigerunt magis quam explicaverunt Justus Lipsius, [vide Not. ad vers. 26.] & πολυμαθέστατος ille Petrus Faber. — —. *Dixerat aliquis in sermonibus Epicteto, velle se fieri sacerdotem Augusti. Epictetus ea ratione dissuasit,*

fuasit, quod magnos sumptus esset facturus nulli bono. Sumptus intellige, vel ludorum, qui in honorem Augusti Nicopoli celebrabantur, maximis omnes impensis, qui præditi essent sacerdotio. Neque assentior iis qui ad curam ludorum Actiacorum hoc referunt: quia non Augusto illi sacri, sed Apollini: neque putandum est, Indis Apollinis præfuisse alium potius quam sacerdotem ejus Dei, in cujus honorem ædebantur. Deinde Actiacos ἀγῶνας ἱερὰς fuit, & habuit εἴτησιν, quod observat Dio: Augustalis, ut videtur, non item. Vel potius intellige *sumptus, quos facere conveniebat iis qui hunc honorem ambiebant*: eos enim fuisse maximos constat. Vide lib. V. ad cap. 9. [Comment. ad Suet. Claud. c. 9. Vide Not. ad vers. præced.] Quæ sequuntur in narratione Arriani, sunt corrupta. Quid enim est εἰ τὰς φωνὰς τραφοῦσας? Nam doctis viris, qui conantur ea verba, interpretari quasi sua, oleum & opera, me judice, perit. Nos autem legimus εἰ τὰ συμφωνα τραφοῦσας, & eam sententiam ernimus, quam initio retulimus. Est vero illustris hic locus, ex quo attentus lector discat non pauca, vulgo haud ita nota: ut, quod de anno in instrumentis notari solito diximus. Multæ enim civitates sub imperio Romano proprios annorum characteres habuerunt, & neque Consules Romanos indices cujusque anni scripserunt, neque Juliani rationem sunt secutæ. Infra, cap. 59: *Quædam Italiæ civitates diem, qua primum ad se* [Augustus] *venisset, initium anni fecerunt.* Sic igitur Nicopolitani annos numerarunt ab Augustali suo: quod & Alexandriæ factum: fuisse enim illis quoque Augustalem suum anni indicem, & τοῦ ἐναυτοῦ ἄρχοντα, ut loquitur Theodoretus. Cujacio ex non editis ejus urbis Chronicis notatum est. Habeo etiam in antiquissimis ψῆφον Πασχαλίων, id est, Canonem Paschalem, scriptum Græce, ubi anni caput est non Januarius, sed September, quod in Alexandrina Ecclesia aliisque scimus obtinuisse. Extat tamen Novella, qua jubentur omnes omnium partium imperii Romani συμβολογραφοῦν in scribendis instrumentis annum Imperatoris & Consulum annotare: qua constitutione videntur æræ civitatum propriæ ab usu omni summotæ. Præterea observandum, inter alios honores fuisse hunc deferri solitum summis Sacerdotibus, ut de illorum nomine contractus signarentur. Auctor Maccabæorum lib. I. cap. 14. [vs. 41.]. Καὶ ἀνέσχεν οἱ Ἰουδαῖοι καὶ οἱ ἱερεῖς τοῦ εἶναι

ἀνδρα

ἄλλως τοῦτο Σίμωνα γενόμενον καὶ ἐγκρυφίαν. Deinde [vel 43.] καὶ ὅπως γράφωμεν ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ τάττε δύο γράμματα ἐν τῇ χώρᾳ. Nemo vero dubitare potest, recte a nobis eum locum esse constitutum; nam σύμφωνα Græcis JCtis aliisque scriptoribus τὰ συμβάλλοντα dicuntur. Glossarium Græcolat. σύμφωνον, συνθήκη. *pactum, compactum, conventum, conventiculum, pactio*; & σύμφωνα ποιεῖν apud mediæ ætatis Græcos, pro *contrahere*, & *pactum facere*. Observatione etiam dignum est, quod ait paulo post, de *corona aurea* idolorum Augustalium: nam tales erant provincialium sacerdotum. Tertullianus, de Idololatria, cap. 18. *Igitur purpura illa & aurum cervicis ornamentum eodem more apud Aegyptios & Babylonios insignia erat dignitatis, quo more nunc prætextæ, vel trabeæ, vel palmatæ, & coronæ, aureæ sacerdotum provincialium.* Ejus coronæ meminit & Dio Chrysostomus. In fine superioris loci, illa ἐθέλουσι λαμβάνειν παρ' ἐμοῦ, cave vertas cum viro magnæ famæ, [Lipsio,] *vestem indutus circumi*; quod excusari non potest: *sed vestem sumi & capiti circumda.*" — Hæc Casaubonus: sane erudite. Consule præterea Salmas. de Modo Usurar. p. 517. *de Pactis conventis.*" VPTON.

Corruptam lectionem, τὰς φαγάς, in contextu reliquerat Vptonus; quam ego, postquam nimis diu Epicteti orationem obscuravit, ejicere & cum præclara Casauboni emendatione commutare non dubitavi. Monuerat etiam Salmasius ad oram sui libri, τὰ σύμφωνα omnino scribendum: sed Meibomius ibidem, Forsan συγγραφάς. De vi vocabuli σύμφωνα confer Lexic. Polyb. in συμφωνεῖν, & in σύμφωνος. Adde Du Cange Gloss. voc. Συμφώνησις.

Ibid. γεγράφασιν. γράφουσι pc. in textu; sed altera lectio in marg.

Vers. 28. Μενεῖ μου τὸ ὄνομα. Μένει h. l. in præsenti scribit pc. non male. Sed mox idem in μενεῖ adsentitur cæteris.

Vers. 29. Ἀλλὰ χρυσοῦν στέφανον φορήσω. „De *Corona aurea sacerdotum* Prudentius, Peristeph. vers. 1011.

> *Summus Sacerdos nempe sub terram scrobe*
> *acta in profundum consecrandus mergitur,*
> *mire infulatus, festa vittis tempora*
> *nectens, corona tum repexus aurea,*
> *cinctus Gabina fericam fultus togam.*'

De *atria sacerdotum provincialium corona* meminit Tertull. de Idol.“ VPTON. Vide Isaac. Casaub. ad vers. 23.

Ibid. ὄψει γὰρ καλλίτερος. „*Videbis enim elegantius.* Recte pro ὀφθήσῃ positum, *videberis.* Vernaculo quidem nostro sermoni hic loquendi modus congruit: *du wirdest feiner sehen.*“ WOLFIVS. — Verte, *Rosam suave coronam, & capiti circumda; nam visu est magis elegans.* ὄψις nomen est, non verbum. Per sapientiam, inquit, reddo, ut apud Virgil. *mirabile visu*, id est, ὄψει θαυμαστόν.“ VPTON. Paulo ante, pro δόδινον, perperam δόδιον habet pb.

CAPVT XX.

VIT. τῆς αὐτοῦ θεωρητικὸς. αὐτοῦ (i. q. ἑαυτοῦ) e superioribus editionibus revocavi, cum ab editore Lond. mon. & Vpt. in αὐτοῦ esset mutatum. Et habent quidem h. l. αὐτοῦ etiam pab. in pc. vero utrique notatur spiritus. At in tabula Capitum libro primo praefixa omnes tres codices in αὑτοῦ consentiunt. Contra vero mox vs. 2. consentiunt rursus omnes in αὐτῆς γίνεται θεωρητική. Rursus vero vs. 3. οὐκ ἔστιν αὐτῆς θεωρ. masti omnes cum editionibus, una Vptoniana excepta. Quam inconstantiam librorum ipse etiam sequi non sum veritus.

Vers. 1. Πᾶσα τέχνη &c. „Vide Caput 1. in initio, & quae ibi notata. VPTON. Monuit etiam WOLFIVS: „Si primum caput cum hoc vigesimo contuleris, pleraque rectius intelliges.“ — Confer praeterea de eodem argumento cap. 17. hujus libri.

Ibid. προηγουμένων τινῶν ἐστι θεωρητική. „Τὰ προηγούμενα sunt *primogenia*, vel *principalia*, *maximique momenti*, vel *antecedentia*. Fortasse προηγουμένως, *praecipue*, adverbialiter: ut significet, *cuique arti tantam quamdam materiam esse propositam, in qua versetur potissimum:* ut sutoris materia praecipua est corium; fieri tamen potest, ut e lino & lana etiam calcei conficiantur.“ WOLFIVS.

Vers. 2. ὅταν μὲν οὖν ᾖ ὁμοειδὴς. „*Quod si ipsa quoque scientia, seu ars, ejusdem speciei est.* Res universae dupliciter dicuntur esse: aut enim sunt extra intelligentiam, aut sunt intra ipsam. Quoad sunt extra, aliud est quod intelligit, & aliud quod intelligitur: nec sunt *idem specie*, sed *genere*; [refertur hoc ad veterum editionum

tionum lectionem, quæ paulo post sic dabant, ὅταν δ' ἀν ὁμογενὴς.] quoad animum ambo sunt γένη, & materia facultateque quadam participent, unde communitas generis formari consuevit. In his vero quæ actu intelliguntur, quum idem sint intelligens & quod intelligitur, ὁμοειδῆ sint oportet. Nam lapis qui intelligitur, nihil aliud est, quam mens intelligens lapidem: propterea quod in vacantibus materia rebus idem est τὸ νοεῖν καὶ νοούμενον, ut inquit Aristoteles. At in his quæ sic sunt comparata, ipsum sese quidpiam potest apprehendere contemplarique; eaque mentis simplicissima est ἐνέργεια, qua ipsa se ipsam contemplans agnoscit; qua contemplatione perfecta describitur sapientia. De his qui plura volet, legat Aristotelem in tertio de Anima volumine." SCHECKIVS. ἢ ὁμοειδὴς recte edit. Gen. Col. & seqq. cum pac. & pb. inter lineas. Perperam ἢ ὁμοειδὴς Ven. & Bas. Sic pb. in contextu.

Ibid. ὅταν δ' ἀνομογενὴς. „Sic noster codex." VPTON. Sic & noster pa. e correct. quidem sed ab eadem antiq. manu; & pb. in ora. Nempe aliàs perperam, separatis vocibus, hoc modo scribebatur, ὅταν δ' ἄν. ὁμογενὴς. Et sic editiones Vptoniana priores; ad quæ verba MEIBOMIVS notavit: „ἀνομογενὴς crediderim legendum, id est, ἑτερογενὴς." — Ad eadem verba sic commentatus erat WOLFIVS: „*Cum autem ejusdem generis.* εἶδος καὶ γένος quid differant apud Dialecticos, vel pueris notum est. Hic existimo codicis esse mendum, legendumque ἀνομογενὴς una voce: *cum vero dissimilis generis*; ut sit perinde ac si dixisset ἀνομοιοειδὴς. Quid velit, exempla declarant. Φαντασία & λόγος sunt ὁμοειδῆ, quia & *vis ea quæ imaginem rei mente concipit*, vel factæ, vel talis ut fieri possit, in anima est, & ipsa *ratio* est in anima. Sunt ergo ejusdem sive generis, sive formæ. Sed *corium* est res extra animum: *litera* sive picta, sive ficta, est extra animum. Animus igitur, & corium, itemque litera, sunt res diversi generis, diversæque formæ. Hanc simplicissimam esse puto sententiam; nec requiri subtilem *generis* & *formæ* seu *speciei* distinctionem. Nec tamen obsto, quo minus Aristotelica ἀκρίβεια hic locum habeat. Sed tum legendum videtur, ὅταν δ' ἢ ὁμογενὴς. Quis vero hujus distinctionis usus, quis finis est? Neque enim Epictetus in eo est, ut vel artem disserendi, vel naturæ obscuritatem, aut ullam aliam artem explicet: sed id tantum agit, *ut aliarum*

artium exempla ad morum doctrinam applicet. Is vitiorum: ut animadversio excitetur, ne ratio sui muneris desit, sed visa dijudicet, non temere assentiatur, non temere concupiscat, non temere aversetur quicquam. Id enim in tam cognata materia, atque adeo cohaerente, multo foret turpius, quam si sutor aut scriptor in materia extra se posita falleretur, aut negligentius munus administraret suum. Turpius est enim, ea non perspicere quae ante pedes sunt, quam in discernendis remotissimis hallucinari. Tu, Lector,

— — Si quid novisti rectius istis,
candidus imperti. Si non, his utere mecum.

Si qui vero argutiora haec minus assequuntur; illud teneant, *summo cavendum esse studio, ne in judicio rerum expetendarum & fugiendarum errent, labantur, decipiantur.* Logica & Physica Stoicorum spinosiora sunt, nec satis nota nobis: quod fragmenta quaedam & exempla tantum hinc inde occurrunt, integrae vero artes eorum interciderunt. Quare si in his erravimus, nos venia dignos arbitramur." Haec *Wolfius;* quae huc transscripsisse non piget. Omnino vero in harum Dissertationum Epicteti lectione cogitare perpetuo debemus id, quod ad Arriani Epist. Dedic. vers. 3. monuimus, non tam esse *Scholarum Stoicae Philosophiae Explicationes*, quam partim *Excursus*, oblatis quibusdam singularibus occasionibus, e re nata institutos, partim *Paraeneses* & *Cohortationes;* in quibus omnibus intelligi par est, argumentum illud, de quo agitur, jam alio tempore, & nonnumquam proxime ante, in connexione atque serie reliquorum praeceptorum, justa via ac ratione & ex artis legibus, fuisse a praeceptore expositum atque explanatum.

Vers. 4. Γραμματικὴ πάλιν, περὶ τὴν ἐγγράμματον φωνήν. *Grammatica versatur in sermone.* Conf. I. 1, 2, & ibi not. Vpmannus cum Wolfio, *in voce literata;* & obscure, & parum latine: nam *literatus homo* dicitur, non *literata* dubito an dicatur, & qua notione. Videntur *scriptam* dicere voluisse *vocem;* quemadmodum ἔγγραμμος vulgo in Lexicis *scriptus* verti solet, & apud Sext. Empir. Math. I. 100. ἔγγραμμος φωνὴ vertunt *vocem quae mandatur literis.* At, *scriptus* vel *literis mandatus*, graece est ἔγγραφος: & Grammatica, licet primum a *scribendo* nomen inveneri, non modo in *voce literis*

literis mandata versatur, sed *& ore prolata*, scil. omnino in *sermone*. Sed nimirum non habent Graeci vocabulum, quo citra ambiguitatem designare *linguam* vel *sermonem hominum* possint, ea notione qua dicimus *lingua Graeca, sermo latinus*. Est quidem *Φωνὴ lingua* sive *sermo hominum;* sed est etiam vox brutorum animantium, atque etiam vox incondita hominis ejulantis aut vociferantis. Itaque, ut *hominum sermonem* distinguant a bestiarum voce, aut ab alio incondito sono, *Φωνὴν ἔναρθρον, vocem articulatam* dicunt, eodemque modo *Φωνὴν ἐγγράμματον, vocem quae literis continetur*, id est, *quae elementis certa ratione a se invicem distinctis continetur*, sive ea ore pronuncietur, sive scripto sit consignata. Sic sane & apud Pollucem II. 114. *Φωνὴ, Φθόγμα, Φθόγγος ἔναρθρος, ἐγγράμματος, οὐκ ἀδιάπλαστος, vox, sonus articulatus, distinctis elementis constans, non informis*, pro synonymis, ut videtur, ponuntur. Sed diversa paululum & significatione quadam notione *αἱ ἐγγράμματοι Φωναὶ* dictae apud Epictetum nostrum videntur II. 14, 15. ubi vulgatam versionem, *voces literatae*, tenuimus. Vide locum, & ibi notata.

Ibid. μή τι οὖν ἐστι καὶ αὐτὴ ἐγγράμματος Φωνή; Sic omnino fuit scribendum, *καὶ αὐτὴ, & ipsa*, quemadmodum omnes habent vs. 3. Hoc loco perperam *αὕτη* dabant masti & editiones omnes ante Vptoniannam, in qua est *αὐτὴ*, operarum puto errore; cum fortasse *αὐτὴ* scriptum voluisset editor.

Vers. 5. *Σύστημα ἐκ τοιῶν Φαντασιῶν.* [*Ratio* est:] „*Ordo, multitudo, compages e visis quibusdam.* Vtrum *Ratio* ita confletur e visis, ut corpus humanum e capite, brachiis, thorace, ventre, pedibus, & reliquis, disputare non est hujus loci. Sed *Rationis* munus esse dijudicationem rerum, quae a sensibus animo offeruntur, satis notum est." WOLFIVS.

Λόγος apud Laërt. VII. 45. ex Stoicorum ratione definitur *συστημάτων καὶ ἐπιφορᾶς*. Sed ibi quidem mutila oratio est, legendum *σύστημα λημμάτων* (vel *ἐκ λημμάτων*) *καὶ ἐπιφορᾶς*. conf. ibid. sect. 76. At ibidem λόγος alia prorsus notione accipitur, de qua diximus ad I. 7, 1 & 5. qui huc nullo modo spectat. Λόγος, *ἡ λογικὴ δύναμις, ratio, rationis facultas*, qua mutis animantibus excellit homo, I. 1, 4 sq. & 12. definitur *ἡ χρηστικὴ δύναμις ταῖς φαντασίαις*. Quam eamdem in sententiam hoc ipso loco, verbis proxime praedecentibus, sit, ὁ λό-

ὁ λόγος ὑπὸ τῆς Φύσεως παραδέδοται πρὸς χρῆσιν φανταστικῶν οἷον δεῖ. *Ratio a natura adhibita & nobis data est ad convenientem usum visorum.* Nempe sic perapte definitur Ratio, quatenus *vis & facultas* animi est, qua peræque præditi instructique sunt omnes homines. Potest vero etiam considerari tamquam *habitus* aliquis animi, qui ex usu illius facultatis exsistit: qui habitus alius est in aliis hominibus, prout cuique partim materia atque occasio oblata fuit, talia atque talia visa accipiendi, & facultatem suam excolendi; partim prouti quisque usus est materiis occasionibusque oblatis, i. e. prouti visa oblata vel neglexit, vel adripuit, suscepit, discussit, varia visa inter se contulit, consentanea animi decreta & consilia cepit, & quæ sunt aliæ mentis operationes. Atque hoc intuitu haud absurde definiri *Ratio* cuique homini propria videtur, *systema vel complexus visorum, certo modo se habentium.* Eam Stoicorum definitionem ad verbum latine reddidit Vitruvius lib. I. c. 1. *Rationem* vocans *collectionem ex sensibus percentis*; laudatus Fabricio ad Sextum Empir. adv. Math. VII. 163. qui & conferre jussit Barthium ad Claudian. p. 108. Eodem pertinet, quod de Stoicorum sententia Plutarchus scribit, de Placit. Philos. IV, 11. ὁ δὲ Λόγος, καθ' ὃν προσαγορευόμεθα λογικοί, ἐκ τῶν προλήψεων συμπληροῦσθαι λέγεται, κατὰ τὴν τρίτην ἑβδομάδα. Simili vero ratione ἡ Τέχνη, ex mente Stoicorum, definitur σύστημα ἐκ καταλήψεων συγγεγυμνασμένων, apud Sext. Emp. Pyrrh. III. 188 & aliis locis, a docto editore ibi laudatis.

Ibid. καὶ αὐτοῦ θεωρητικός. Sic edd. vett. αὐτοῦ edidit Vpton cum anon. Lond. sic & mox vs. sq. *καὶ αὐτῇ γίνεται* scripsit, pro *καὶ αὐτῆς*, quod dabant superiores. in αὐτοῦ tamen cum Vpt. convenit pb. *καὶ αὐτῆς* vs. sq. habet pa. cum vett. edd. *καὶ αὐτῆς* pc. cum Vpt. Desunt autem illa verba in pb.

Vers. 6. *τίνα θεωρήσουσα παρεληλύθειν*; scil. *ἡμῖν, advenit nobis*, id est, *data est nobis*, i. q. *παρεδόθη*, vers. præc. Conf. I. 1, 4.

Ibid. Αὐτὴ οὖν τί ἐστιν; Vulgo omnes Αὕτη. Sed Αὐτὴ omnino fuit scribendum; quemadmodum αὐτὸς οὖν omnium consensu scribitur versu præced.

Ibid. αὐτῆς γίνεται καὶ τῆς ἐναντίας θεωρητική. „Quippe eadem scientia contrariorum.“ VPTON. De αὐτῆς dictum ad vers. præc.

Vers. 8. Ὀρᾶτε καὶ ἐπὶ τοῦ νομίσματος. „Illud *καὶ* est ex noſtro codice. [cum quo facit pb.] Sed vide I. 7, 6. ſqq. II. 3, 3. Mox pro κατὰ δοκιμασίαν, idem codex πρὸς δοκιμασ.“ VPTON. Speciem utique habet πρὸς δοκιμ. Sed hoc ipſo, quod nimis (ut ſic dicam) in promtu erat, ſuſpectum fit; quandoquidem κατὰ δοκιμ. per ſe non male convenire huic loco videtur.

Ibid. τῇ ἐυφρασίᾳ. *Olfactu.* „Metallici æs & recentem monetam etiam olfactu ſe dignoſcere perhibent.“ WOLFIVS. „Vide Caſaub. ad Sueton. in Veſpaſ. c. 23.“ VPTON. τῇ ὀσφρήσει pb.

Vers. 9. ῥίψας τὸ δηνάριον. In contextum hoc primus recepit Vptonus, pro ῥίξας, quod dabant ſuperiores. „Legendum ῥίψας, *projecto denario.*“ WOLFIVS. „Omnes editt. ῥίξας. Sed ad oram cod. Baſ. [edit. Baſ.] & Salmant. ῥῖψας. Recte.“ VPTON. In ῥίξας conſentiunt noſtri pabc.

Vers. 10. ὅταν διαφέρειν οἰόμεθα. Temere οἰώμεθα ed. Baſ. quod repetiere ſequentes, usque ad Vptonum, qui verum ex ed. Ven. reſtituit.

Vers. 11. ἐπὶ δὲ τοῦ ταλαιπώρου ἡγεμονικοῦ. Articulum τοῦ, quem cum pa. ignorabant ſuperiores editiones, tacite adjecit Vpt. & agnoſcunt eum noſtri pbc. — „*In miſero vero hegemonico:* Mens ſeu ratio, ὁ νοῦς ἢ λόγος, a Platone τὸ ἡγεμονικὸν ἢ ἡγεμονοῦν dictum eſt; quod interiores animi partes, τὸ ἐπιθυμητικὸν καὶ θυμοειδὲς, τὰ πάθη καὶ αἱ ὁρμαὶ, vis appetendi & iraſcendi, rationis veluti ductum & auſpicia ſequi, neque latius evagari debeant.“ WOLFIVS. — „τὸ ἡγεμονικὸν, *animi principatus.* Cicero de Nat. Deor. II. 11. *Principatum autem id dico, quod Græci* ἡγεμονικὸν *dicunt; quo nihil in quoque genere nec poteſt, nec debet eſſe præſtantius.* Seneca de Ira, lib. I. c. 3. *Regium illud & principale.* Vide Laërt. VII. 159. Notanda eſt diviſio apud M. Antonin. II. 2. σαρκία, πνευμάτιον, ἡγεμονικόν. Et eodem ſenſu III. 16. σῶμα, ψυχή, νοῦς.“ VPTON *in Indic. voc.* Ἡγεμονικόν. Adde Plutarch. de Plac. Philoſ. IV. 21. laudatum Menagio ad Laërt. l. c. Sext. Empir. Pyrrh. II. 70. & ibi Fabric. &c. Quibus ex locis intelligitur, ſibi veluti proprium Stoicos feciſſe illud vocabulum.

Ibid. χάσκοντας καὶ καθεύδοντας. „Noſter codex χάσκοντος καὶ καθεύδοντος.“ VPTON. Nempe perperam ille codex, cum quo facit & noſter pb.; recte vero vulgata

in habet scriptura. Verbum χάσκειν autem in πάσχειν detorsit pc.

Ibid. ἡ γὰρ ζημία οὐ προσπίπτει. „Damnum non incidit; h. e. non statim cernitur, non expenditur." WOLFIVS. *Menti & observationi nostrae non occurrit; in sensum non incurrit; non animadvertitur.* cf. nt I. 2, 5.

Vers. 12. περὶ τὰ διάφορα δ' ἐστενωμένους. Sic recte ed. Cant. Lond. anon. & Vpt. quemadmodum & scribendum monuerunt Wolfius atque Salmasius, & in suo codice notatum testatur Vpton. Perperam περὶ τὰ διάφορα edd. Ven. Bas. Genev. & Col. cum nostris mss. Ferri potuisset sic scriptum, περὶ τ' ἀδιάφορα.

Ibid. πρὸς τὸ ἐστυφλῶθαι. „Scilicet τὴν γνώμην; de cacitate mentis." WOLFIVS. Immo *oculorum excaecationem* dicit, quam longe majus malum esse vulgo existimant, quam animi excaecationem. conf. I. 5, 4. & I. 11, 9 sqq. I. 18, 6. De oculorum excaecatione eodem verbo ἐστυφλοῦν rursus utitur I. 27, 11 sq. De mentis excaecatione ἀποστυφλοῦν usurpat, I. 6, 42. I. 16, 19. & alibi; quod tamen discrimen non constans est. cf. I. 18, 6. & II. 20, 20.

Ibid. ὅτι μικρὸν εἶ. Temere μικρὸν, pro μικρὰν, ed. Vpt. operarum errore.

Vers. 13. τὴν μεγίστην τέχνην. „Vide ad I. 15, 2." VPTON.

Vers. 14. ὁ προηγούμενος λόγος τῶν Φιλοσόφων. *principalis philosophorum doctrina.* „Praecipua ratio, caput & summa doctrinae philosophicae. Sententia est: τὸ ὅτι, hoc est, nuda praecepta esse facilia; sed τὸ διότι, hoc est, rationes, quibus ea & intelligantur, & vera esse persuadeatur, argumentaque contraria diluantur; id vero esse difficilius." WOLFIVS.

Vers. 15. Τί γὰρ ἔχει μικρὸν. Temere τί δὲ, pro τί γάρ, edd. Gen. Col. & sequentes, & perperam accepto scripturae compendio, quod est in ed. Bas.

Ibid. τέλος ἐστὶ τὸ ἕπεσθαι Θεοῖς. Vide Not. ad I. 12, 5.

Ibid. οὐσία δ' ἀγαθοῦ, χρῆσις οἵα δεῖ φαντασιῶν. „Conf. I. 8, 16. [& ibi not.] I. 18, 8. II. 1, 4.

Vers. 16. Λέγε· Τί οὖν ἐς. Concisa oratio: *Dic;* id est, *Quod si vero ex me aut ex alio praeceptore quaeras,* vel, *si ego ex te quaeram, quid igitur* &c.

Ibid. τί ἐστι φύσις ἡ ἐπὶ μέρους, καὶ τί ἐστι φύσις ἡ τῶν ὅλων. „Nota hanc distinctionem, ad quam crebro respicit

respicit Epictetus. Laërtius VII. 89. Φάσαν δὲ Χρύσιππος μὲν ἐξαμύνειν, ἢ ἀκολουθοῦντας δεῖ ζῆν, τήν τε ποιητικὴν καὶ ἰδίως τὴν ἀνθρωπικήν. Ὁ δὲ Κλεάνθης τὴν κοινὴν μόνην ἐπιδέχεσθαι Φύσιν, ᾗ ἀκολουθεῖν δεῖ, οὐχὶ δὲ καὶ τὴν ἐπὶ μέρους. Chryſippi ſententiam ſequitur Epictetus. Eadem utriſque ratio. Nunquam enim aliud *Naturæ*, aliud *Sapientiæ* ſuadet. Sic M. Antonin. II. 9. Τούτων ἀεὶ δεῖ μεμνῆσθαι, τίς ἡ τῶν ὅλων Φύσις, καὶ τίς ἡ ἐμή, &c. Idem V. 3. Εὐθεῖαν πέρανε, ἀκολουθῶν τῇ Φύσει τῇ ἰδίᾳ καὶ τῇ κοινῇ· μία δὲ ἀμφοτέρων τούτων ἡ ὁδός. Et ſect. 25. Ἐγὼ νῦν ἔχω ὅ με θέλει νῦν ἔχειν ἡ κοινὴ Φύσις, καὶ πράσσω ὅ με νῦν πράσσειν θέλει ἡ ἐμὴ Φύσις. Vide & lib. XI. ſect. 5.[a] VPTON.

Verſ. 17. Ἂν οὖν ἄλλων ἐντύχωμεν εἴσῃ. „Noſter codex εἶναι.“ VPTON. In εἴσῃ conſentiunt noſtri.

Ibid. εἶναι δεῖ. δεῖ εἶναι pc.

Ibid. τί τὸ προηγούμενόν ἐστιν ἐφ' ἡμῖν. „*Quid ſit in noſtra natura præcipuum!* hoc eſt, Corpus-ne pluris ſit, an Animus?“ WOLFIVS.

Ibid. τί τὸ ὑποστατικὸν καὶ οὐσιῶδες; *Quid ſubſtantiale & eſſentiale?* Propria vocabula nobis non ſuppetunt. Hoc vult, opinor: ratione & mente hominem præſtare beſtiis: hoc eſt, ſi Porphyriano more loquamur, ὅτι ὁ λόγος καὶ ὁ νοῦς, ᾗ διαφορικά τε τῶν ἄλλων ζώων, καὶ συστατικὴ τοῦ ἀνθρώπου διαφορά ἐστι: mente & ratione diſtingui hominem a beſtiis; mente proprie abſolvi hominem.“ WOLFIVS. Sic paſſim Simplicius in Comment. in Enchir. hominem κατὰ ψυχὴν λογικὴν οὐσιωμένον dicit. Pro ὑποστατικὸν, perperam ὑποστατικὴν habet pc.

Ibid. τοῦ κοχλίου ἀγαθὸν εἶναι ἔνδον εἶναι τὸ ζῷον ἐν τῷ κελύφει. Perperam ante Vptonum τῷ κελύφει abſque præpoſitione edebatur. Hinc WOLFIVS: „Malim ἐν τῷ κελύφει, ut ἐν σαρκί. Sententia eſt: Cochleam ipſam, hoc eſt, vivum animalculum præſtare teſtæ cui includitur. Sic animum, qui corpore, non ſecus ac cochlea teſta ſua, contineatur, præſtantiorem eſſe corpore: & hominis bonum æſtimandum non e corpore, ſed ex animo.“ — VPTONVS: „Noſter codex ἐν τῷ κελ. [Sic & ph. quemadmodum & corrigere juſſerat Salmaſ.] Vide cap. 23. in initio. Sic autem interpretare: Ἂν οὖν ἄλλων ἐντύχωμεν &c. *Quod ſi Epicurus adveniens dixerit, In carne bonum eſſe oportere;* (vide III. 7, 3. & quæ ibi notata.) *rurſus longum fit: ac neceſſe eſt audire, Quid*

ſit

sit in natura nostra præcipuum; Quid sit loco subjecto & materiæ: necesse est, inquam, audire, *cochleæ bonum in testa positum non probabile esse; cum itaque hominis bonum? Immo vero, Epicure, tu ipse aliquid præstantius habes. Quid est quod in te deliberet? quod res singulas perpendat? quod de hac ipsa carne judicet, eam esse id, quod in homine præcipuum.*"

Vers. 18. Σὺ δ' αὐτός τι νηφ. Sic commodius Vpt. cum pc. quam uti vulgo cæteri dabant Σὺ δ' αὐτὸς εἶ νηφ.

Vers. 19. τί δὲ καὶ λύχνον ἅπτεις; „Confer II. 20, 9 sqq. Vide etiam Com. Shaft. Vol. I. p. 92." VPTON.

Ibid. τηλικαῦτα βιβλία γράφεις. „De Scriptis Epicuri sic Laërtius, X. 26. Γέγονε δὲ πολυγραφώτατος ὁ Ἐπίκουρος, πάντας ὑπερβαλλόμενος πλήθει βιβλίων. πύλαιδρα μὲν γὰρ πρὸς τριακοσίοις εἰσί. — — Ἐζήλου δὲ αὐτὸν Χρύσιππος ἐν πολυγραφίᾳ. — — Εἰ γάρ τι γράψαιτο Ἐπίκουρος, ἐφιλονείκει τοσοῦτο γράψαι ὁ Χρύσιππος· καὶ διὰ τοῦτο καὶ πολλάκις ταὐτὰ γέγραφε, τῷ μὴ ἀπελθεῖν· καὶ ἀδιόρθωτα ἔλιπε, τῷ ἐπείγεσθαι. (Sic hunc locum legendum censeo.) Καὶ τὰ συγγράμματα μὲν Ἐπικούρῳ τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα· ὧν τὰ βέλτιστά ἐστι τάδε, κ. τ. λ. *Scripsit autem Epicurus infinita volumina, adeo ut illorum multitudine cunctos superarit. Namque ad trecenta volumina sunt.* — — *Æmulatus est illum Chrysippus in scribendo multa.* — — *Nam si quid Epicurus scriberet, tantundem scribere & Chrysippus contendebat: atque ideo sæpius eadem scripsit, eo quod non relegeret; & non emendata reliquit, eo quod festinaret.* — — *Sunt igitur Epicuri volumina tot numero & magnitudine; ex quibus ista vel optima sunt,* &c. Hanc ob causam credo Epicurum *Doctum* nominari a Propertio, III. 20, 25. ubi nullo modo textus est solicitandus:

— — *aut hortis, docte Epicure, tuis.*

Et apud Petronium:

Ipse pater veri doctis Epicurus in hortis."

VPTON.

Ibid. Οὕτω μακρὸς ὁ λόγος γίνεται. *Sic prolixa nascitur disputatio.* Possis fortasse commodius vertere: *Sic doctrina fit longior.* cf. VI. 14. & II. 21, 23 not.

CAPVT

CAPVT XXI.

Vers. 2. ἐν ὁρέγεσθαι &c. „Alludit ad tres in philosophia locos. Vide lib. III. c. 2.“ VPTON. Vide Adnot. proxime seq.

Ibid. ἐν προθέσει, ἐν ἐπιβολῇ, ἐν συγκαταθέσει. Vulgo omnes ante Vptonum προσθέσει dabant, quod vocabulum eodem sensu ac συγκατάθεσις usurpatum vidimus I. 4, 11. Ac poterat illud h. l. cum συγκαταθέσει ita junctum videri, ut, quemadmodum τὸ ὁρέγεσθαι & τὸ ἐκκλίνειν ad primum e tribus illis locis spectant, de quibus Vptonus modo monuit, ὁρμῇ vero & ἀφορμῇ ad secundum, sic hæc duo vocabula ad tertium locum pertinerent. At ea ratione otiose copularentur duo vocabula prorsus synonyma, cum potius, si analogia quædam cum superioribus membris orationis debebat servari, sicut primum ὁρέγεσθαι & ἐκκλίνειν dixit, & deinde ὁρμῇ καὶ ἀφορμῇ χρῶμαι, sic nunc cum συγκαταθέσει jungi ἐποχῇ debuisset; quemadmodum I. 4, 11. προθέσει καὶ ἐποχῇ juncta vidimus. Sed ea quidem ἀκρίβεια, in subito præsertim sermone, non utique necessaria fortasse erat. At alia ratio aderat, quæ suspectam vocem προθέσει merito facere debuit, nempe medium inter προθέσει & συγκαταθέσει interjectum vocabulum ἐπιβολῇ, quod cum neutro e duobus reliquis convenit. Levatur omnis difficultas, & recte procedit oratio, προθέσει in προθέσεσι mutato, quod tacite fecit Vptonus; nescio an codicis sui præscriptum secutus, de quo nihil monuit; hoc video, id jam Wolfium in versione expressisse, *si sic proponam*; & προθέσεσι scribendum diserte monuisse Meibomium. Id ipsum vero exhibet noster pb. Eodem modo προθέσεις & ἐπιβολῇ cum eisdem, quæ hoc loco præcesserunt, junguntur I. 4, 14. τῶς ὁρμᾶς καὶ ἀφορμᾶς, τῶς ὁρέγῃ καὶ ἐκκλίνεις, τῶς ἐπιβάλλεις καὶ προτίθεσαι καὶ παρασκευάζῃ. Et III. 22. 43. ὁρέγεσθαι δ' ἢ ἐκκλίνειν, ἢ ὁρμᾶν ἢ ἀφορμᾶν, ἢ παρασκευάζεσθαι ἢ προτίθεσθαι.

Vers. 3. Τί οὖν ἡμῖν ὀβελίσκον καταπατῶν περιπατεῖς; *Quid ergo nobis, quasi qui veru deglutisses, incedis?* „Legendum ὡς ὀβελίσκον. Intelligenda autem statua trium laterum in acutum desinens, a similitudine veru, pyramidi non adeo absimilis. Hoc autem verbo deridet hominem inflatum, & sese efferentem ostentatorem.“ WOLFIVS. — „Illud ὡς abesse possit; idque eleganter,

ter. Sic apud Sophocl. Oed. Col. 138. [vs. 142. edit. Brunck.]

Μή μ' ἐπεύξῃ προσθῇτ' ἄνομον.

Vbi Schol. Λείπει τὸ, ὡς· ἵν' ᾖ, ὡς ἄνομον. Homer. Il. ν. 258.

— — *ὃς θεὸς ἔσκε μετ' ἀνθρώπων.* —

Qui tamquam *Deus erat inter homines.*

Horat. lib. I. Epist. 2.

Rusticus expectat dum defluat amnis. —

Id est, *ad instar rustici exspectantis.* Ceterum Epictetus istos elato vertice & corpore erecto depingit, de quibus & Persius I. 129.

Seque aliquem credens, Italo quod honore supinus.

Seneca de Benef. II. 13. *Quid te tantopere retrahunt?* Sophocles, Aj. 1247.

Τψηλ' ἐπάρατος, ὡς' ἄχαρν' ὑπερθορεῖν.

Quam magnifica jactares, summisque digitulis incederes.

Dicunt nostrates: *He walks as if he swallowed a spit.* VPTON. — *ὀβελίσκον* hoc loco cum Vptono *verum* interpretari magis consentaneum duxi, quam lapideum *obeliscum* cum Wolfio.

CAPVT XXII.

Vers. 1. *Αἱ προλήψεις.* „Προλήψεις καὶ ἐννοίας Cicero *Anticipationes*, id est, *anteceptas animo rerum quarundam informationes, prænotiones, præsumtiones, & notitias rerum* convertit." WOLFIVS. „Articulum *Αἱ* [quem ignorabant superiores editiones] restitui, monente nostro codice." VPTON. Eumdem habet noster pb. De *προλήψεσι καὶ ἐννοίαις* vide Cic. de Nat. Deor. I. 17. Top. 7. Acad. II. 10. & c. 7. Fin. III. 6. v. 21. Tusc. I. 24. Adde Laërt. VII. 54. *Φυσικὰς προλήψεις* dicit Epictet. infra, vs. 9. conf. Plutarch. de Plac. Phil. IV. 11.

Ibid. *Τίς γὰρ ἡμῶν οὐ τέθηκεν, ὅτι τὸ ἀγαθὸν συμφέρον ἐστί; Quis enim nostrum non statuit, Bonum esse id quod utile sit?* Diogenes Laërt. in vita Zenonis, VII. 98. Πᾶν δὲ ἀγαθὸν συμφέρον εἶναι, καὶ δέον, καὶ λυσιτελές, καὶ χρήσιμον, καὶ εὔχρηστον, καὶ καλὸν, καὶ ὠφέλιμον, καὶ αἱρετὸν, καὶ δίκαιον. Et Socrates apud Platon. in Alcibiad. I. Τὰ μὲν δίκαια, καλά· τὰ δὲ καλὰ,

λὲ, ἀγαθά· σὺ δὲ ἀγαθὲ συμφέρει· τὸ δίκαιον ἔρα συμφέρουσά ἐστι. Cicero de Off. III. 3. *Nunquam poſſit utilitas cum honeſtate contendere. Itaque accepimus, Socratem exſecrari ſolitum eos, qui primum hoc, natura convenientia, opinione diſtraxiſſent. Cui quidem ita ſunt Stoici aſſenſi, ut, quidquid honeſtum eſſet, id utile eſſe cenſerent; nec utile quidquam, quod non honeſtum.*" VPTON. — Conf. Sextum Emp. Pyrrh. Hypotyp. III. 20, 169. & quos ibi laudavit Fabricius. Alias nonnullas προλήψεις τῶν Ἀνθρώπων promit Noſter II. 11, 20 & 22.

Ibid. ἐκ πάσης αὐτὸ περιστάσεως. Hanc verborum ſeriem prætuli, quam dedit pc. Alii vulgo ἐκ περιστάσεως αὐτοῦ. Vertit Vptonus, *quavis in difficultate*; magis generaliter Wolfius, *quavis ratione*, quod prætuli, ut idem ſit ac ἐκ παντὸς τρόπου I. 25, 4.

Verſ. 2. Περὶ τὴν ἐφαρμογὴν τῶν προλήψεων ταῖς ἐπὶ μέρους οὐσίαις. „Conf. I. 2, 6. II. 11, 4. II. 17, 7. & ſæpius alibi." VPTON. Hæc de re, quæ hic agitur. De conſtructione dativi caſus cum ſubſtantivo verbali vide ad I. 1, 7.

Ibid. ταῖς ἐπὶ μέρους οὐσίαις. „*Particularibus* ſeu *ſingulis eſſentiis.* οὐσίας idem hic valere cenſeo, quod πράγματα; ſicut Hocrati ἰδίας." WOLFIVS. οὐσίας h. l. commodiſſime, ni fallor, interpretabimur *genera rerum.* Conf. VI. 11.

Verſ. 3. ὅταν ὁ μὲν εἴπῃ, ὅτι, Καλῶς ἐποίησεν Σὲ. Abeſt ὅτι ab editis ante Vptonum, ab hoc editore adjectum ex ipſius codice; cui ſuffragatur noſter pb. Cæterum verba, hic relata, poſſunt e vita communi eſſe deſumta; ſed vide, ne e ſcenica aliqua fabula ducta ſint; quemadmodum ſolet hujusmodi exempla e poëtis repetere Epictetus.

Ibid. ὁ δέ· Οὔ, ἀλλ' ἀνονονομένος. Duas voculas ὁ δὲ, cum abeſſent olim, ſuo e codice Vptonus adjecit. Habet easdem noſter pb. Et adjicienda eſſe, ex conjectura monuerat Salmaſius. Deinde, cum ἀνονονομένος temere expreſſum fuiſſet in edit. Baſil. indeque in cæteras & in ipſam Vptonianam eſſet propagatum, monuit in Notis VPTONVS: „Repone cum edit. Ven. ἀνενονομένος, ſuccinente noſtro codice, & Salmant. *Alius dicit, Pulcre fecit, fortis eſt: alius vero, Non pulcre fecit, vecors eſt.*" In ἀνονονομένος conſentiunt pabc.

Verſ. 4. Αὕτη ἐστὶν ἡ Ἰουδαίων καὶ Σύρων — — μανία. „Vide I. 11, 12 ſq. II. 11, 14 ſq." VPTON. ἡ caret

caret pc. temere. Mox, pro σπάνιόν ἐστιν ὅσον, dat σπάνιον ὅσον ἐστι ph. Pro χαιρεῖν praeter necessitatem χαίρειν scriptum voluit Salmas. Utrumque recte dicitur, χαίρειος & χαίριος.

Vers. 9. ταύτην τὴν μάχην νικήσατε καὶ Ἀγαμέμνονος καὶ Ἀχιλλέως. „Vide II. 24, 22 sqq. Et confer Plat. Alcib. I. p. 112. edit. Steph. Vide etiam Horat. Ep. 2. lib. I. *Trojani belli scriptorem* &c. ubi pari modo de Homero disserit, eum *plenius* nempe & *melius ipso Chrysippo & Crantore dixisse, quid pulcrum, quid non, quid turpe, quid utile*, &c. Vide etiam IV. 1, 36.“ VPTON.

Vers. 9. ἡ ἀρχὴ τῆς μάχης. Articulum τῆς suo e codice adjecit Vptonus; qui abesse poterat, nisi voci ἀρχὴ esset articulus ἡ praefixus. Agnoscit eundem noster pb.

Ibid. οὐ χρή. οὐ χρηστὸν pc.

Ibid. ἀποδιδόναι μs. Caret μὲ pa.

Ibid. κακῶς διαμοίζει. „Hanc lectionem habes ex nostro codice, sensu postulante. Alii καλῶς.“ VPTON. καλῶς olim erat editum. Sed in κακῶς consentiunt pabc. Vide I. 27, 7. *not.*

Vers. 8. ὑμῶν τινος. τινὸς ἡμῶν (sic) pc.

Ibid. Ἐγὼ οὖν μόνος; Ἀλλ' ἔστι. „Lego, Ἐγὼ οὖν μόνος ἀγέραστος, ut a Iliados:

— — — — — — ὄφρα μὴ οἶος
Ἀργείων ἀγέραστος ἔω. ἐπεὶ οὐδὲ ἔοικε.“

WOLFIVS. — „Ἐγὼ οὖν μόνος; Recte; cum pueris esset Homerus notissimus.“ VPTON. Intellige ex proxime antecedentibus verbis & ex proxime sequentibus, Ἐγὼ οὖν μόνος γέρας οὐκ ἔχω; Et vide mox monenda. Meibomius ἐγὼ οὖν μόνος ἔχω; legendum censuerat.

Ibid. Ἀλλ' ἐγὼ μόνος μὴ ἔχω; „Haec ex margine forsan scioli explicatio cujusdam.“ VPTON. At superiora verba, Ἐγὼ οὖν μόνος; erant Achillis; haec, ἀλλ' ἐγὼ μόνος μὴ ἔχω; Agamemnonis sunt, Achilli respondentis. Nil opus erat, ut presso pede & verbo tenus Homerum in his sequeretur Epictetus.

Vers. 10. διελεῖν. διαλθεῖν pa. in contextu, sed idem in ora διαλεῖν, quod caeteri in textu habent.

Ibid. τῶν ὄντων τὰ μέν εἰσιν ἐφ' ἡμῖν, &c. „Vide Enchir. cap. 1.“ VPTON.

Ibid.

Ibid. οἱ κοινοὶ. „Soci. Non homines tantum intelligo, sed deos etiam. Siquidem mundus Stoicis est una quaedam magna civitas, communis deorum atque hominum." WOLFIVS. At, quos nunc κοινοὺς dixerit Epictetus, satis ipse praecedentibus verbis declaravit: neque nunc de diis cogitare Wolfius debebat. Vide I. 1, 9. & ibi not. Confer tamen & mox vs. 13.

Vers. 11. ἐφαρμόσομεν. ἐφαρμόσωμεν ph.

Vers. 12. Εἶτα τίν' ἔστιν — — ζωή; ἀλλ' οὐδὲ — — πατρίς; Interrogativa haec expressit, ut vulgo omnes acceperunt, tamquam ab alio dicta. Poterant vero perinde, & in eamdem sententiam, absque interrogatione intelligi, ut ab eodem Epicteto suo nomine dicta: *Sit bonum in eis rebus ponimus, quae sunt in nostra potestate, consequens erit, ut non sit bonum: sanitas, &c. Et quis te feret haec dicentem?*

Ibid. ὑγίεια. ὑγία pa. ὑγεία pc.

Vers. 13. Μεταδῶμεν οὖν ἐνθάδε πάλιν μέτρε. Primuli hanc verborum seriem, quam dedit noster codex pc. Caeteri vulgo sic, Μεταδ. οὖν αὐτὸ πάλιν ἐνθάδε.

Vers. 14. Ἐγὼ γὰρ πέφυκα πρὸς τὸ ἐμὸν συμφέρον. Temere & contra librorum fidem τὸ ἐμοὶ συμφέρον expressum erat in Cant. quod inde in Lond. anon. & in Vptonianam propagatum. Corrigere autem, & ἐμὸν rescribere, jussit Vpton in Notis. Tu re, quae hic agitur, conf. I. 19, 11 sqq. & ibi notata.

Ibid. Εἰ συμφέρει μοὶ ἀγρὸν ἔχειν, συμφέρει μοὶ καὶ ἁρπάσαι αὐτὸν τοῦ πλησίον. εἰ συμφέρει μοι ἱμάτιον ἔχειν &c. Post ἀγρὸν ἔχειν deerant olim novem verba, usque πλησίον εἰ. Hinc WOLFIVS: „Συμφέρει μοι ἀγρὸν ἔχειν. *Conducit mihi agrum habere.* Videtur omissum consequens, cujusmodi fuerit, συμφέρει μοι καὶ ἁρπάσαι τὸν γείτονα. *Ergo etiam vicino eum eripere mihi conducit.* Sic quidem fures & latrones argumentantur: sequs vero viri boni. Et hac ipsa de caussa nos Epictetus monet, bonum hominis in animo, non in rebus externis esse collocandum, ne furum & latronum similes simus, & ingrati adversus Deum."

Ibid. „Noster codex supplet ea, quae propter eiusdem aut similium vocum repetitionem omiserunt librarii. Vide supra ad I. 18, 8. Supple obiter apud Platon. de Repub. lib. II. p. 128. ed. Cantab. ἐν δὲ τούτῳ καὶ τούτου προσδήσει δὲ καὶ τῶν ἄλλων βουκημάτων, ope ms. Oxon. ἐν δὲ τούτῳ καὶ τούτου προσδήσει· δήσει δὲ καὶ

καὶ τ. ἀ. β. Et supple ex conjectura Xenoph. Oeconom. c. 2. f. 13. οἱ δὲ ἄρτου τὸ πρῶτον μανθάνουσιν κιθαρίζειν, καὶ τὰς λύρας λυμαίνονται. Cithara & lyra sunt diversa: amiserant autem librarii, καὶ λυρίζειν κιθάρας. Restitue itaque: οἱ δὲ ἄρτου τὸ πρῶτον μανθάνουσιν κιθαρίζειν καὶ λυρίζειν, [τὰς] κιθάρας καὶ τὰς λύρας λυμαίνονται." VPTON. Nil adjumenti hic adlaturi erant nostri codices. Monuerat vero etiam Salmasius, deesse aliquid in hac regione in vett. editt. sed is post ἡμάτιον ἔχειν defectum orationem statuerat.

Ibid. συμφέρει μοι καὶ κλέψαι αὐτὰ ἐκ βαλανείου. „Quin etiam proderit furripere ac suffurari e balneo. Pro flagitiosissimis olim furtis sunt habita, quae committebantur publicis in locis; ut balneis, foro, gymnasiis. Causa apud Aristotelem est in Problem. Sect. XXIX. Problem. 14." SCHEGKIVS. Qui e locis publicis aliquid furabatur, morte mulctabatur; qui e domo privata, furti pretium duplum exsolvere tenebatur. Pro καὶ κλέψαι, ἐκκλέψαι dat noster cod. pc.

Vers. 15. Πῶς δ' ἔστι [τηρεῖν] συνήσομαι τὸ πρὸς τὸν Διὸς καθήκον; Cum abesset vulgo ab editionibus omnibus verbum, quod uncis inclusum adjecimus; monuit WOLFIVS: „Videtur deesse διαφυλάττειν." Cui VPTONVS adjecit: „Vel τηρεῖν vel aliquid simile." — τηρεῖν habes I. 26, 2. & alibi. Eadem notione σώζειν dixit I. 25, 14. Notavit insuper ad eadem verba idem VPTONVS: „Corrupte autem in aliis, nostro codice excepto, scribitur πῶς δέ τι. [& sic in nostris quoque libris.] Idem mendum Platonis codices occupavit: uti in Alcib. II. p. 251. lin. 5. edit. Cantab. ἀ' οὖν σοί γέ τι καὶ νῦν &c. pro σοὶ γ' ἔστι. De Republ. lib. I. p. 6. edit. Cantab. ἀλλὰ τοιοῦδέ τι τοῖς νεανίσιν, pro τοιοῦδ' ἔστι & alibi." — Apud Arrian. h. l. δ' ἔστι pro δέ τι scribendum monuerat jam Salmasius.

Vers. 16. ἀπὸ Περσῶν. „Vide supra ad I. 19, 6." VPTON.

Ibid. τῶν ἔτι Σωκράτη; „Cujus mentio fit apud Aristoph. in Plut. & alibi. Inscript. apud Gruter. p. XIX. IOVI CVSTODI QVIRINO SALVATORI PRO SALVTE CÆSARIS. Sed vide I. 19, 12." IDEM.

Ibid. ταῦτα ταῦτα ἐξακολουθήσεις. ταῦτα ταῦτα ἐξακ. pb.

Vers.

Vers. 17. *Τί οὖν ποιήσωμεν*; Sic mſti cum edd. In pa. tamen prius fuerat *ποιησομεν* in indic. nec hoc male; & hoc ipſum voluerat Salmaſius.

Ibid. τοῦ Φιλοσοφοῦντος τῇ ὄντι, καὶ ἀδίνοντος. „*Parturire* dicit eum, qui ſtudeat veritatem proferre in lucem, ut gravida mulier fœtum. Socrates apud Platonem multa diſputat de partu ingeniorum, ſeque obſtetricis loco eſſe ait adoleſcentibus.“ WOLFIUS.

„Confer I. 29, 36.“ Socrates in Theætelo Platonis ſe parturienti animo obſtetricem agere profitetur. p. 150. ed. Steph. *Μέγιστον δὲ τοῦτο ἔνι τῇ ἡμετέρᾳ τέχνῃ, βασανίζειν δυνατὸν εἶναι παντὶ τρόπῳ πότερον εἴδωλον καὶ ψεῦδος ἀποτίκτει τοῦ νέου ἡ διάνοια, ἢ γόνιμόν τι καὶ ἀληθές.* Et p. 151. *Πάσχουσι δὲ δὴ οἱ ἐμοὶ συγγιγνόμενοι καὶ τοῦτο ταὐτὸν ταῖς τικτούσαις· ὠδίνουσι γὰρ καὶ ἀπορίας ἐμπίπλανται νύκτας τε καὶ ἡμέρας πολὺ μᾶλλον ἢ ἐκεῖναι. ταύτην δὲ τὴν ὠδῖνα ἐγεῖραι τε καὶ ἀποπαύσαι ἡ ἐμὴ τέχνη δύναται.* Plutarch. Quæſt. Plat. p. 1000. *Σωκράτης ἐνθέους ἀρχὰς ἀπορίων, ὥσπερ ὠδῖνας, τοῖς νέοις ἐπήγειρε καὶ ἀνεκίνει τὰς ἐμφύτους νοήσεις· καὶ τοῦτο μαιευτικὴν τέχνην ὠνόμαζεν.* Pulcre Boëtius Conſol. Phil. lib. III. [Metr. XI.]

Hæret profecto ſemen introrſum veri,
quod excitatur ventilante doctrina.

Vide Maxim. Tyr. in Diſſert. *Utrum diſciplinæ ſint reminiſcentiæ.* Hinc multi Platonis dialogi *Μαιευτικοὶ* dicuntur: in quibus Socrates non elato ſupercilio (ut moris eſt) in vitia declamat, ſed a vitiis ipſis ſubſidia petit. Quanti interea lepores in ſermone! quam urbana diſſimulatio! dum in ſeſe animum deſcendere docet, & deſiderio magis virtutis accendit, quam erudiendo ſatiat. Hæc illa *μαιευτικὴ τέχνη*, noſtratibus ignota, quæ animo laboranti ſuccurrit; quæ ſcientiam non confert, ſed educit; quæ novas rerum ſpecies non procreat, ſed inſitas & quaſi conſignatas in animis notiones in lucem profert. Quod ſi hæc falſa, actum eſt non modo de Socratica, ſed & de Stoica philoſophia.“ VYTTON.

Ibid. Νῦν ἐγὼ οὐχ ὁρῶ τί ἐστι τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακόν· οὐ μανθάνω; Sunt verba deliberantis ſecum hominis ſapientiæ ſtudioſi; qui ab eo incipit, ut agnoſcat, ſe adhuc quidem ignorare veram boni & mali rationem: ſimul vero agnoſcit, quærere ſe eam debere. Commo-

dias vero fortasse non modo post *μένομεν*, verum etiam post τὸ *κακὸν* interrogandi signum ponetur. Articulus τὸ ad *κακὸν* deest pbc.

Vers. 18. Ἀλλ' *ἐνταῦθά που ϑῶ τὸ ἀγαθὸν, ἐν τοῖς προαιρετικοῖς*; „*Sed hic alicubi ponam bonum.* Lego, ἀλλ' *ἐνταῦθα· τοῦ ϑῶ ἀγαθὸν*; *Sed hic: ubi collocem bonum?* Sententia est: Ignorationem rerum bonarum & malarum esse vitiosam, constare inter omnes. Sed illud non item: Bonum hominis in animo esse situm." WOLFIUS. — At a vulgata ratione verba ista distinguendi nil opus est ut discedamus; meritoque eam tenuit, & recte interpretatus est Vptonus, quem sumus secuti. Referuntur hæc verba, Ἀλλ' *ἐνταῦθά τοῦ ϑῶ τὸ ἀγαθὸν*, ad illa superiora vs. 16. *καὶ μὴν ἐν ἐνταῦθά που* &c. In cod. pc. vocula *ἐν* ante *τοῖς προαιρ.* abest, intercepta a litera *ν*, in quam definit vox præcedens. Vocabulum *προαιρετικοῖς* immerito solicitavit idem WOLFIVS: „*προαιρετικοῖς* perperam, inquit, scriptum videtur, & legendum *προαιρετοῖς*." Quam dubitationem rursus movit ad II. 1, 5. ubi ait: „Προαιρετικὸς *τῶν δικαίων* apud Aristotelem, *qui justitiam amplectitur.* Nam verbalia in *κος* active significant; in *τος* passive. Puto igitur legendum, *ὅπου δὲ τὰ προαιρετὰ*, [pro *προαιρετικὰ*, quod ibi legunt omnes,] & infra [II. 1, 9 sq.] *ἐν τοῖς προαιρετοῖς*, & *ἐν τοῖς ἀπροαιρέτοις*: nisi forte sit enallage. Sed toties in hoc opere *προαιρετικὰ* pro *προαιρετὰ* scribitur, ut recentiores discrimen hoc neglexisse suspicer." Hæc WOLFIVS. — Quo de genere notandum, plerumque quidem activum significatum habere nomina adjectiva in *κος*, scil. aptitudinem indicare & habilitatem ad aliquid agendum; quemadmodum exempla illa declarant, quæ apud Xenoph. in Memorab. I. 1, 7. collecta sunt. At non necessario, nec per se illa notio obtinet; & generatim adjectiva in *κος* significant *quod pertinet* ad id quod nomine primitivo significatur. v. c. πολιτικὸς, non solum *ad regendam civitatem aptus*, sed & *pertinens ad civitatem*; γραμματικὸς, non solum *literarum peritus*, sed & *ad literas pertinens*; φυσικὸς, *naturæ peritus*, & *ad naturam pertinens*: & quæ sunt id genus alia. Quare & in nonnullis promiscue & adjectivum in *τος* usurpari potest, & illud quod in *κος* desinit. Sed in eis, quæ præpositæ litera *α*, quam privativam dicunt, negandum habent significationem, unice legitima forma (quoad ego quidem observare mihi visus sum) ea est, quæ in *τος* desinit;

nit; quare v. c. constanter τὰ ἀπροαίρετα scriptum invenimus, non τὰ ἀπροαιρετικά. Qua analogia etiam reliquoque usu sermonis fretus, pro ὁ ἀγραμματικός, quod III. 19, 6. vulgo edebatur, ὁ ἀγράμματος scribere non dubitavi. At in eis, quæ positive efferuntur significantque, subtilius si rem spectes, differre tamen utique nonnihil videtur inter ea quæ in τος, & quæ in τος desinunt; ita scilicet, ut τὰ προαιρετὰ v. c. sint ἃ προαιρήμεθα, quæ libera mentis προαιρέσει selegimus; τὰ προαιρετικὰ vero, quæ τῇ προαιρέσει nostræ sunt subjecta, quæ libero mentis motu sive seligere sive rejicere possimus.

Ibid. πάντας μου καταγελάσονται. *Omnes me deridebunt.* „Fortasse non immerito, quod Deus esse studes, cum sis homo: quod immodice & exaggeratas & extenuas omnia: quod ea verbis contemnis, quibus re ipsa carere nequis. Nonne supra confessus es, te ferreo candelabro sublato, paratum esse argillaceum? Itane candelabro carere non poteras? Re igitur indifferente carere non poteras. Erat scilicet candelabrum habere, προηγμένον, non ἀγαθόν· candelabro carere, non quidem κακόν, sed tamen ἀποπροηγμένον. Quid ergo? Finge, candelabri tui furem fuisse Stoicum: (nondum illum plane sapientem; is enim nihil tale commiserit; sed ex eorum numero, quibus adhuc pituita molesta est.) Is igitur, qui candelabrum προηγμένον judicat, nonne προηγμένῳ æque ad furtum impellitur, ut plebejus fur τῷ ἀγαθῷ? Sed temperandum est calamo, ne me invitas Epictetus *mancipium* appellet, seque præ indignatione insanire fateatur." WOLFIUS. At & hoc loco, & in aliis passim Adnotationibus, quarum nonnullas consulto prætermisimus, perpetuo hoc decepit optimum Wolfium, quod non cogitarit, instituto sane minime vituperando, *Bonum* atque *Vtile* a Stoicis sensu quodam eminenti dicta solitum, pro eo *quod absolute*, (ut in scholis hodie loquuntur) id est, *sine exceptione bonum, sine exceptione utile sit:* quod quidem rectissime haud dubie in eis rebus, *quæ voluntati nostræ essent subjectæ*, &, quod eodem redit, *in recto usu virium facultatumque nostrarum*, unice posuerunt. Quod si nonnulli ex his, qui ex illa schola prodierunt, aut etiam præfuerunt scholæ, in verbis magis luserunt, quam rerum gravissimas differentias & spectarunt ipsi, & discipulis observandas inculcarunt; plurimum ab eorum & levitate & supercilio abesse Epictetum nostrum intelligent diligentes Disertationum harum

rum lectores, aequique & rerum & hominum aestimatores.

Ibid. γέρων τελὸς, χρυσοῦς δακτυλίους ἔχων πολλούς. „Festive depingit senem mollem Epictetus: nam plures simul annulos gestare, eorum erat qui & luxu & mollitie diffluebant. Hujusmodi hominem χρυσόχειρα appellat Lucianus in Timone. Seneca Nat. Quaest. VII. 31. *Exornamus annulis digitos, & omni articulo gemma disponitur.* Perstringit hunc morem passim Juvenalis." UPTON. Confer Hemsterh. ad Luciani Nigrin. c. 21. T. I. p. 58 sq. Temere *γέρων πολιὸς* pc. pro *τελὸς*.

Ibid. Ἀκουσάν μου τέκνον. „Patris filium, aut alterius senis adolescentem aliquem castigantis oratio esse videtur. Philosophandum est, inquit homo politicus, sed paucis. Disserendi & dicendi artificium petendum a philosophis; judicium bonarum & malarum rerum a te ipso. Quis enim nescit, quid bonum, quid malum sit? Soli philosophi de re notissima disputant, absurdisque opinionibus & semet ipsos & alios decipiunt." WOLFIUS

Ibid. δεῖ δὲ καὶ ἐγκέφαλον ἔχειν. „*Etiam cerebrum habere oportet:* hoc est, consulere rei familiari, honoribus inservire, gratiam principum aucupari, non odiose adversari opinionibus omnium, non aspernari voluptates. Haec est politica & popularis sapientia; refutatu difficilior, si modum servavit." WOLFIUS.

Ibid. δεῖ μὲν καὶ φιλοσοφεῖν, δεῖ δὲ καὶ ἐγκέφαλον ἔχειν. „At pace tua, o sapiens senex, difficile est ei vel pauca esse nota in philosophia, cui non sint aut pleraque aut omnia. Tibi tamen praevixit Callicles apud Platonem in Gorgia, p. 484. edit. Steph. *Φιλοσοφία γάρ σοι ἐστὶν, ὦ Σώκρατες, χαίριον, ἂν τις αὐτοῦ μετρίως ἅψηται ἐν τῇ ἡλικίᾳ· ἐὰν δὲ περαιτέρω τοῦ δέοντος ἐνδιατρίψῃ, διαφθορὰ τῶν ἀνθρώπων. ἐὰν γὰρ καὶ πάνυ εὐφυὴς ᾖ, καὶ τοῦτου τῆς ἡλικίας φιλοσοφῇ, ἀνάγκη πάντων ἄπειρον γεγονέναι ἐστὶν, ὧν χρὴ ἔμπειρον εἶναι τὸν μέλλοντα καλὸν κἀγαθὸν καὶ εὐδόκιμον ἔσεσθαι ἄνδρα.* Et apud Cicer. Tusc. Disp. lib. II. in initio: *Neoptolemus quidem apud Ennium philosophari quidem sibi ait necesse esse, sed paucis: nam omnino, haud placere.* Citatur Ennii versus apud A. Gellium, V. 15. monente Davisio ad locum:

Philosophandum est paucis; nam (scribe *namque* ob metrum) *omnino haud placet.*

Cicero

Cicero de Finib. in initio: *Quidam autem non id* (philosophari) *tantum* [*tum*] *reprehendunt, si remissius agatur: sed tantum studium, tamque multam operam in eo ponendam non arbitrantur.*" VPTON.

Vers. 19. *σὺ παρὰ τῶν φιλοσόφων μανθάνεις συλλογισμούς.* „Textus non solicitandus. *μανθάνεις*, recte; *tu discis syllogismos.* Haec dicit senex, *διακελεύεται τὴν παῖδα.*" VPTON. Refertur istud Vptoni monitum ad SALMASII adnotationem, *μάνθανε* corrigere jubentis; quod tamen lubens equidem acciperem, si darent codices.

Ibid. τί δὲ σοι πραγτέον ἐστί. Sic pe. cum edd. Sed *τί δὲ πραγτ.* absque *σοι*, ph. Et prorsus corrupte, *τί δέοι πραγτ. ἐστί.* po.

Vers. 20. *Ἄνθρωπε, τί οὖν μοι ἐπιτιμᾷς, εἰ οἶδα; Τούτῳ τῷ ἀνδραπόδῳ τί εἴπω;* Sic verba distinxit Vptonus, cum edit. Bas. Genev. & Colon. Sed Veneta verba *εἰ οἶδα* ad sequentia retulit hoc modo: *τί οὖν μοι ἐπιτιμᾷς, εἰ οἶδα τούτῳ τῷ ἀνδραπόδῳ τί εἴπω.* Quam rationem WOLFIVS, nescio quid spectans, licet commode expedire ipse non posset, tamen & in latina versione secutus est, (ubi locum hunc sic reddidit: *Homo, quid vero me objurgas, si scio, isti mancipio quid sit dicendum.*) & rursus in Notis in eamdem sententiam graeca verba sic scripsit, *Ἄνθρωπε τί οὖν μοι ἐπιτιμᾷς; εἰ οἶδα τούτῳ τῷ ἀνδραπόδῳ τί εἴπω.* haec iterum adjecta interpretatione: *Homo, quid me objurgas, si scio isti mancipio quid dicam?* Tum vero: „Obscurum est, inquit, quid velit. Mancipium fortassis appellat adolescentem, quem senex melius scire, quid bonum, quid malum sit, quam philosophos. Videtur ergo significare, eum id minime scire, philosophum vero scire: eum ergo audiendum esse adolescenti: philosopho vero disserendum esse de rebus bonis & malis." Haec *Wolfius*. Ad cujus rationem componens distinctionem graecorum verborum editor Cantabrigiensis, sic posuit: *τί οὖν μοι ἐπιτιμᾷς, εἰ οἶδα, τούτῳ τῷ ἀνθρώπῳ τί εἴπω;* Eodemque modo anonymus Londinensis, nisi quod comma post *οἶδα* delevit: *τί οὖν μοι ἐπιτιμᾷς, εἰ οἶδα τούτῳ τῷ ἀνθρώπῳ τί εἴπω;* At percommode jam olim Wolfii familiaris, MOIRANVS, referente ipso Wolfio, tenens distinctionem verborum, quae in Basil. edit. obtinet, monuerat, verba priora, *τί οὖν μοι ἐπιτιμᾷς, εἰ οἶδα*; ad senem dicta esse; sequentia vero, *τούτῳ τῷ ἀνδραπόδῳ*

&c. ad alios dicta de eodem sene. Multo sane rectius illo, judice etiam Shakesburio, quam Wolfius. Nempe tota est haec & continua oratio adolescentis illius philosophi, quem ut deliberantem ipsum secum consultantemque inducit Epictetus. Is ergo ad illa senis verba, proxime ante relata, primum apud se ironice respondet: *Homo, quid ergo me objurgas, si scio?* Id est, *Si ego (ut tu ais) ipse scio, quid mihi agendum sit; cur tu me objurgas, quod philosophos adeam? Nempe id ipsum scio & judicavi faciendum mihi esse; adeundos mihi esse philosophos, & ab iis discendum.* Sed quum intelligat, parum se profecturum hac responsione, aut eam non laturum esse hominem istum; inducitur serio deliberans sive secum, sive cum Epicteto, aut cum aliis, *Quidnam tandem si homini*, cui nimirum observantiam aliquam atque obsequium debeat, *sit respondendum?* Ad extremum intelligit, aut monet eum is quicum deliberat, nullam aliam rationem iniri posse respondendi tali homini, nisi ut festivo quodam & ironico dicto illum a se dimittat valereque jubeat. Haec mihi visa est hujus loci sententia, ad quam explicandam miror nihil prorsus ab Vptono nostro esse collatum.

Ibid. ἂν σιωπῶ, ῥήγνυται. „*Si taceo, disrumpitur.* Sententia est, opinor, eam esse morositatem divitum, ut nec silentium ferre possint, nec disputationes philosophorum." WOLFIVS.

Vers. 21. ἀκούσας δεῖ λέγειν· ὅτι &c. Variant & libri, & doctorum virorum conjecturae. ἀκούσῳ δὲ δεῖ λέγειν; ὅτι &c. dabat Ven. cum pab. quod repetierunt Bas. & seqq. usque ad Lond. Anon. qui ὡς absque accentu scripsit; & sic noster cod. po. Sed, sive hoc, sive illud ponas, mendosam esse eam lectionem adparet. Quare MOIBANVS, referente Wolfio, suspicatus erat: πῶς ἀκούσῳ δεῖ λέγειν; ὅτι &c. Ad quam conjecturam SHAPTESBVRIVS, referente Vptono, monuit: „Sed geminata interrogatio [nempe, quoniam modo dixerat, πῶ ἄνω;] non placet. Fortasse οὕτω." — Quae referens VPTONVS, sic pergit: „At noster codex ἀκούσῳ δεῖ λεγ. recte, ut opinor. Conjiciebam olim, ῥήγνυται ἀκούσας. δεῖ λέγειν, ὅτι &c. interrogative." Sic igitur Vptonus in Notis, qui tamen in contextu (casu ne, an consilio?) hoc modo posuit: ἀκούσας δεῖ λέγειν; ὅτι &c. & in versione, *An illo modo dicendum?* Qua de re tione in Notis altum silentium. Mihi ἀκούσῳ frigidum

&

& importunum h. l. visum est; quandoquidem aut nullus dativus requirebatur, aut, si quem adjicere voluisset, *αὐτῷ* oportebat, non *ἐκείνῳ*. Sed vulgata illa lectio *ἐκείνῳ ὡς* nata visa erat ex notatione diversæ scripturæ, perperam accepta ab editore. Nempe voci *ἐκείνῳ* superscriptum *in* msto codice fuisse puto ω, ad indicandam scripturam *ἐκείνως*, quam alii præferrent codices, & quæ cum illa fortasse esset permutanda. Quare ego hoc ipsum *ἐκείνως*, quod in Vptoniana inveni, (quidquid fuerit, quod editor spectavit, cum vel poneret hoc, vel cum rursus retractaret) tenendum duxi; utpote & codicum testimonio suffultum, & per se huic loco peraptum: namque idem fere valet *ἐκείνως* atque *οὕτως*; adhibetur autem maxime, ubi de duobus modis sive de duabus rationibus agitur, quarum prior per *οὕτως* indicatur, altera per *ἐκείνως*. Nam & hic de duobus modis respondendi seni illi agitur, quorum prior illis verbis vers. præc. continebatur, *τί οὖν μοι ἀπιτιμᾷς* &c. Interrogandi vero signum post *λέγειν*, ut alienum ab hoc loco, tollendum duxi. (conf. Adn. ad vs. 20.) Wolfius quid in Græcis h. l. probarit, in Notis non declaravit; sed latina ejus versio cum nostra ratione fere consentit: *Illi sic est dicendum.* Adparet tamen, & *ἐκείνῳ* eum voluisse exprimere, simulque particulam *ὡς* pro *οὕτως* accepisse.

Ibid. *Σύγγνωθί μοι* &c. „*Ignosce mihi.*" Videtur significare, philosophum rectius cedere, quam refragari hominibus imperitis & importunis; quod disputando nihil proficiat, cum tanta res, quæ est de finibus Bonorum & Malorum, nec paucis expediri, nec a rudibus subito intelligi possit." WOLFIVS.

Ibid. *οὐκ εἰμὶ ἐμαυτοῦ.* „*Non sum mei compos.* Puto hanc imitatione vulgi dici, quod existimet philosophos errore mentis affici, magistrorum suorum sermonibus depravatos. Est certe *ἀνοδίωξις*: præciditur enim irrita disputatio." IDEM. — Fieri potest ut errem; sed totum illud dictum, *Σύγγνωθί μοι* &c. e scenico aliquo poëta ductum mihi videtur:

Σύγγνωθί μοι, ὡς τοῖς ἐρῶσιν·
οὐκ εἰμὶ ἐμαυτοῦ, μαίνομαι.

Cæterum confer II. 21, 7. IV. 1, 147.

CAPVT XXIII.

TIT. Πρὸς Ἐπίκουρον. Vulgo *Ad Epicurum* vertunt. Rectius fuerit, *In Epicurum*, vel *Adversus Epicurum*; ut cap. 5. πρὸς Ἀκαδημαϊκούς, *adversus Academicos*. Sed parum interest. Cæterum in pa. atque etiam in pb. a prima manu abest titulus hujus capitis, & continua linea cum præcedentibus scribuntur illa verba Ἐπινοεῖ καὶ Ἐπίκουρος. Quare & in his codicibus Caput proxime sequens, quod est numero quartum & vicesimum, numero κγ'. notatur, id est, XXIII. Sed in Tabula Capitum libro primo præfixa suo loco adest in eisdem codicibus Titulus, Πρὸς Ἐπίκουρον.

Vers. 1. Ἐπινοεῖ καὶ Ἐπίκουρος. „Ἐπινοεῖ, *Excogitat.* Lege καταινοεῖ, *intelligit.*" WOLFIVS. — Nihil mutandum: *Epicurus ipse quoque intelligit;* vel, *Immo ipse Epicurus.* Sic supra cap. 11. in fine: ἐπινοεῖς καὶ αὐτὸς, *tute ipse etiam intelligis.*" COMES SHAFTESB. De re, quæ hoc capite agitur, confer omnino ll. 20, vs. 1. & vs. 6 sqq. unde multum lucis huic disputationi adfunditur. Nempe numquam quidem diserte professus est Epicurus, esse hominem ad societatem colendam natum, quin potius præfracte hoc negavit, & ex professo contrarium docuit: sed dum probare atque persuadere hominibus conatus est, non esse hominem ad societatem colendam natum, tum maxime & iis argumentis usus est, quibus id ipsum, quod verbis tollebat, tacite largiri cogebatur, & suo ipsius exemplo doctrinam suam evertit.

Ibid. ἐν τῷ κελεύειν δεῖς τὸ ἀγαθὸν ἡμῶν. Conf. I. 20, 17. & ibi notata.

Vers. 2. ἀπεσπασμένον οὐδὲν. „Sic, monente Wolfio, suffragante etiam nostro codice, reposui. Alii ἀπεσπασμένον, οὐδὲ &c." VPTON. Meibomius etiam οὐδὲν correxerat. Et consentiunt codd. pbc.

Vers. 3. Πῶς οὖν [* ὑπονοητικοί] ἐσμεν. Vulgo absque ulla suspicionis significatione, consentientibus mss. tis, ita hæc edebantur: πῶς οὖν ὑπονοητικοὶ ἐσμεν, id est, Quo pacto ergo suspicioſi sumus. Ad quæ verba varie varii commentati sunt viri docti. — „Hæc lectio nihil ad sententiam facit: sive ἔτι νοητικοὶ, *adhuc rationis capaces*, sive ὑπομονητικοὶ, *tolerantes:* non placet. Legendum suspicor, ἔτι κοινωνικοὶ, *adhuc societabiles.* Epicurus, inquit, intelligit, nos ad societatem esse natos:

tos: sed id dissimulat, ne secum ipse pugnare videatur. Collocat bonum hominis in voluptate corporis. (Sic enim *testam* appellat, alludens ad id, quod supra de cochleæ bono dixit. Vt enim cochlea in testa, sic animus in corpore inclusus est.) Ea voluptas ne turbetur, neque suscipiendos esse liberos, neque capessendam rempublicam censet. Pugnant autem inter sese: hominem esse sociabilem, & ad sanum commodum referre omnia. Exagitat Epicurum, ut qui tum aliud scribat, aliud sentiat, tum parum sibi constet, tum ridiculis argumentis naturæ humanæ jus pervertere conetur.* WOLFIVS. — „Πῶς οὖν ἐκνεσὶς ὅτι κοινωνικοὶ ἐσμεν, εἰς μὴ &c. Ita omnino scribendum.* SALMASIVS. „Κοινωνικοὶ Wolf. non bene: nam nihil mutandum erat.* COMES SHAFTESBVR. — „Recte Vir nobilis; nil mutandum. Argumentum est ad ipsum Epicurum. ὅτι φύσει ἐσμὲν κοινωνικοὶ, non Epicuri erat dogma: sed tamen ipsa naturæ suæ bonitas cogit fateri, ita se rem habere: ipsa facta loquuntur. *Quo pacto*, inquit Epictetus, *suspicio nobis oriatur, natura nos esse sociabiles, si nullus esset erga sobolem amor insitus? Cur tu, Epicure, dissuades sapienti, ne alat liberos?* Novit sane quantum valet natura, omni arte superior.* VPTON. — Ego vero, quo pacto defendi vulgatum possit, aut quo pacto ex Vptoni interpretatione ratio constet argumentationi Epicteti, fateor me non pervidere. Neque vero magis Wolfii Salmasiique probare possum conjecturam. Sed nec mihi certius quidquam occurrit. Quod si constaret, in solo vocabulo ὑπονοητικοὶ esse peccatum, cæteraque integra esse, suspicarer προνοητικοὶ fortasse legendum, tali sententia: *Qui fit ergo, ut* (quod tu ipse concedere cogeris) *cura aliorum nos tangat; si* (quod idem tu contendis) *ne sobolis quidem amor a natura ingenitus est homini?* Conf. vs. 5. Sed, ut dixi, nihil definire ausim; & meam dubitationem cum in Græco contextu, tum in Latina versione significavi.

Ibid. πρὸς τὰ ἔκγονα. ἔγγονα pc. rursusque vs. 7. ἔγγονον scribit idem, pro ἔκγονον.

Ibid. διατί ἀπεσυμβουλεύεις. Forsan διατί δ' ἀπεσυμβ. *Cur vero, cur porro.* Ac potuit facile, ut passim alibi, litera Δ a proxime sequenti litera A extrudi.

Ibid. ἀπεσυμβουλεύεις τῷ σοφῷ τεκνοτροφεῖν; „Μηδὲ γαμήσειν, μηδὲ τεκνοποιήσειν. Hæc Epicuri sententia, apud Laert. X. 119. uti Casaubonus restituit loonm.

Infra

Infra lib. II. c. 20. [vſ. 10.] Ἐπιδείκνυμι τὰ μὲν ἀνθρώπου πάσχοντα, καὶ τὰ οἰκοδομούμενα, καὶ πολίτευμα. Et lib. III. c. 7. [vſ. 19.] Ἐγὼ οὐ γαμῶ· οὐδὲ ἐγὼ οὐ γὰρ γαμητέον, ἀλλ' οὐδὲ παιδοποιητέον. Vide Com. Shaftesb. Vol. I. p. 117." VPTON. Adde quæ collegit Menag. ad Laërt. l. c.

Ibid. τί φοβῇ. „*Quid times!* Malim ὅτι φοβῇ, *quod times ſcilicet.* Sed cauſſa mutandæ ſcripturæ non eſt." WOLFIVS.

Verſ. 4. Διὰ γὰρ τὸν μῦν τὸν ἔσω τρεφόμενον ἐμπέσητε; *Nempe ob murem, qui domi alitur, in moleſtias incidet?* „Ambiguum eſt, ſit-ne interrogative legendum, ut neget, ita molles eſſe oportere, ut propter muſculum perturbentur. An vero ſine interrogatione: ut ſentiat, ſi tam mollibus ſint animis, ut ab infante vagiente (hunc enim *muſculo* comparat) perturbentur, nunquam defuturas eis eſſe moleſtias." WOLFIVS. — „Interrogative certe legendum." VPTON. Nempe ironice; ut ſententia ſit: *Si natura duce* (ut contendit Epicurus) *non magis curamus liberos, quam mures, non ægritudine moleſtiave propter eos adficiemur.* Intelligi hinc videtur, ipſum Epicurum ſubinde ea ſimilitudine eſſe uſum, ut infantes cum muribus compararet.

Ibid. ἂν μυΐδιον μικρὸν ἔσω κατακλαίῃ αὑτοῦ. VPTONVS, in verſione: *ſi parvus muſculus, qui intus alitur, ibidem ploraret.* In Notis: κατακλαίῃ αὑτοῦ, *ſe ipſum deploret.*" Neutrum recte. Eſt quidem κατακλαίειν αὑτὸς ἑαυτοῦ, III. 13, 4. *apud ſe ipſum lamentatur;* at id in infantem non cadit. Oportebat hoc loco, *ei opploret.* Sic μέλλεις ἡμᾶς κατακλαίειν, III. 24, 67. Pro μυΐδιον, corrupte μὴ ἴδιον pa. in contextu, ſed vera ſcriptura in marg.

Verſ. 6. οὐδὲ πολιτεύσασθαι τὸν νοῦν ἔχοντα. „*Sapientem non acceſſurum ad rempublicam*, dixit Epicurus; οὐδὲ πολιτεύσεσθαι, apud Laërt. X. 119. Vti hic legendum, πολιτεύσασθαι. [Id quidem minime neceſſarium: nil frequentius, præſertim in præceptis & ſententioſe dictis, quam Aor. 1. pro futuro.] Cicero, Epiſt. ad Trebat. VII. 12. *Indicavit mihi Panſa meus, Epicurum te eſſe factum. O caſtra præclara! — — Sed quomodo jus civile defendes, cum omnia tua cauſſa facies, non civium. — — Quid porro fiat populo Vlubrano, ſi tu ſtatueris,* πολιτεύεσθαι (ſcribe πολιτεύσεσθαι) [immo bene, πολιτεύεσθαι] *non oportere.* Decantatiſſimum

mum est Epicuri effatum, λάθε βιώσας. Ad quod respexit Horatius, Epist. lib. I. 17, 10.

Nec vixit male, qui natus moriensque fefellit.

Vnde inter miserias vitæ numerat Lucretius, lib. II. 13.

Ad summas emergere opes, rerumque potiri.

Idem lib. III. 1008.

Sisyphus in vita quoque nobis ante oculos est,
qui petere a populo fasces, sævasque secures
imbibit; & semper victus, tristisque recedit.
Nam petere imperium, quod inane est, nec datur unquam,
atque in eo semper durum sufferre laborem;
hoc est, adverso nixantem trudere monte
saxum, quod tamen a summo jam vertice rursum
volvitur, & plani raptim petit æquora campi."

VPTON.

Ibid. al. ὡς ἐν μυίαις μέλλει ἀναστρέφεσθαι. „*Nam si velut inter muscas versaturus es:* μεμφιμοιρικῶς sub Epicuri persona hæc dicuntur, populi obturbationes *muscis* comparantis." WOLFIVS. — „Noster codex *ἐν μύσταις* habet; potius legendum *ἐν μυΐδιοις*, ut supra. Nisi forte an Epictetus ad Domitiani notam illud dictum alludit: *Ne musca quidem.*" VPTON. — Nequaquam solicitanda scriptura vulgata. Hoc dicit: *si natura duce* (ut rursus fert Epicuri ratio) *nostri similes & cives nostræ urbis magis curamus, quam muscas; non multum sane nobilitas evaluerit eorum cura:* neque adeo necesse erat, ut suos hortaretur Epicurus, ne rempublicam capesserent. Potuerunt potestatem, imperium & opes accipere; rerum earum parvi habere: quemadmodum Domitianus imperator, cui tantum otii suppetebat ab imperii cura, ut magnam vitæ suæ partem captandis muscis transigeret. Vide Sueton. Domit. c. 3. & Dionem Cass. LXVII. 9. Pro *μέλλας*, mendose & invitis nostris libris *μέλεις* dabant edd. Ven. & Bas. quod correctum in ed. Gen. & seqq.

Vers. 7. Ἀλλ' ὁ μὲν, εἰδὼς ταῦτα, τολμᾷ λέγειν ὅτι μὴ ἀναιρήσομαι τέκνα. Ante Vptonum editi libri omnes, consentientibus manuscriptis, sic dabant, Ἀλλ', ὁ μὴ εἰδὼς ταῦτα. Hinc WOLFIVS: „Non satis assequor quid sibi velit: *Qui ignorat hæc.* Quænam? an ea quæ

quæ præcedunt, an quæ sequuntur? An vero aliquid est omissum aut depravatum? ἀναιρεῖσθαι τέκνα, non est *tollere e medio*, sed *tollere ad educandum*; ut Terentius: *Quicquid peperisset, decreverunt tollere.*" — MOIBANVS, referente eodem Wolfio: „Forte legendum affirmative, ἀλλ' εἰδὼς ταῦτα, id est, *cum sciat, notasque habeat has molestias.*" — Ἀλλ' ὁ μὴ εἰδώς. Ἀλλ' ὁ μὲν fortasse: nam sine dubio legendum affirmative; quod monet etiam Moib. in Notis Wolfii." COMES SHAFTESB. — „Recte vir nobilis; nam hic est sensus loci: *At ille, qui novit scilicet, non nos ita inter homines ac inter musculos versari, ille vetat nos uxorem ducere, remp. tractare?*" VPTON.

Possit aliquis suspicari, μὴ εἰδὼς significare fortasse *ignorans*, hoc sensu, non animadvertens, nempe *consulto ignorans, nolens scire.* At ex Græci sermonis usu verbum quidem ἀγνοεῖν frequenter eo modo usurpatur, μὴ εἰδέναι numquam. Tum obstat ipsa vocula ὁ, pro οὗτος usurpata; quod ante participium μὲν quidem percommode & ex vulgato sermonis usu, ante μὴ non item. Denique manifeste hæc verba, ὁ μὲν εἰδὼς ταῦτα, referuntur ad illa superiora, vs. 5. & 6. ἀλλ' εἶδεν, & εἰδὼς γάρ. *At Epicurus, quamquam hæc novit,* (quæ nempe naturæ bonitas non ignorare eum sinit, & fateri interdum cogit,) scilicet, insitum esse homini ab ipsa natura amorem prolis, & nostri similium curam; præscribique nobis adeo a natura officia quædam erga liberos & erga cives nostros; *tamen dicere audet, ne liberos suscipiamus.* Quare tenendam utique duxi emendationem, quæ jam ab Vptono erat in contextum adoptata. Interrogandi signum post τέκνα in Græcis posuit Vpton, sicut in lat. versione post *non suscipiendos esse liberos*; quod commodius abesse putavi, adeoque sustuli. Verbum ἀναιρώμεθα vereor ne sic in subjunctivo cum ὅτι non commode construatur; & oportebat puto ὅτι μὴ ἀναιρώμεθα, si nempe conjunctionem a superiori λέγειν pendere, & verbum regere putemus. Nec vero idcirco mutatum quidquam velim: sed particulam ὅτι pleonastico illo more, quem jam sæpe vidimus, insertam putem ante relata ipsa verba alterius. Vide ergo, ne sint ipsa Epicuri verba (aut saltem enuncientur pro ipsis Epicuri verbis) hæc, Μὴ ἀναιρώμεθα τέκνα. *Ne suscipiamus liberos?* Sic Μὴ commode litera majuscula scribetur, & post ὅτι (ut aliis facere consuevimus) comma interponetur.

tur. Particulam ὅτι h. l. omisit pb. sicut & passim aliis in simili constructione.

Vers. 7. ἄνθρωπος δ' ἀπολείπει; *homo vero deserit vel!* Vulgo ἀπολείπει edd. cum msstis. At necessario aut ἀπολείψει in fut. erat scribendum, aut ἀπολείποι in optativo, aut (quod ego prætuli) ἀπολείπῃ in subjunctivo modo, cui proprius in hujusmodi dictione locus erat. Vide III. 21, 8. I. 27, 10. I. 18, 13. I. 28, 31. II. 15, 10. conf. not. ad I. 18, 16. Et nullus error librariorum frequentior, quam ista literarum ῃ & ει permutatio.

Vers. 8. Τί θέλεις; „*Quid vis?* Hæc jam Epicuri verba sunt, refutantis exempla ovium & luporum.“ WOLFIVS. „Minime; sed Epicteti verba.“ UPTON.

Vers. 10. ὅτι αἱ καὶ. Deest h. l. ὅτι pab.

Ibid. ταῦτα μέλλεις λέγειν. μέλλεις ταῦτα λέγειν pc.

Ibid. οὐκ ἂν σε ἔῤῥιψαν. „*Non te abjecissent.* Significat, opinor, *Epicurum ob tantam inhumanitatem dignum fuisse qui abjiceretur. Sed tantam esse parentum pietatem, ut nec vita indignum filium abjicere possint.* Hoc enim magis ad rem facit, quam si intelligas, *futurum fuisse ut a parentibus abjiceretur.* Nam hîc, quanta philostorgiæ vis sit, ostendere vult: non, quid ἄτοπα mereantur.“ WOLFIVS. „Ad oram cod. Bas. [editionis Basil.] pro ἔῤῥιψαν [ex editoris conjectura] scribitur ἔδρεψαν: quod non probo; nam recte Wolfius interpretatur.“ UPTON. Nil variant scripti libri.

CAPVT XXIV.

Vers. 1. Sermonem hunc Epictetus instituit cum aliquo e suis auditoribus, qui, cum periculoso tempore Nicopoli Romam esset profectus, ut quid ibi gereretur cognosceret, nuper inde redierat. Vide vers. 3. & ibi notata.

Ibid. αἱ περιστάσεις. „*Circumstantiæ*, ad verbum, ὅτου ἔστ' ἂν ὑμᾶς περιστῇ τὰ πράγματα. Demosth. 4. Ὀλυνθ. *qualescunque res vos circumsteterint.* Verti *pericula, rerumque difficultates*: neque enim de rebus secundis hic agitur.“ WOLFIVS.

Ibid. αἱ περιστάσεις αἱσὶν αἱ τοὺς ἄνδρας δοκιμάζουσαι. „Ovid. Trist. IV. 3, 79.

Quæ

Quae latet ingens bonis cessat non cognita rebus;
adparet Virtus, arguiturque malis.

Vide autem ad III. 14, 7. τὰ δὲ κατὰ παράστασιν.“ VPTON. Sic fert usus, ut de *difficilibus* praesertim *temporibus*, & de *periculis*, accipiatur vocab. παράστασις.

Ibid. τραχεῖ νεανίσκῳ συμβέβληκεν. Vulgo libri omnes νεανίσκῳ βέβληκεν, quod & Vptonus tenuit. At perspecte WOLFIVS: „Malim συμβέβληκεν. Sic apud Ciceronem *compositiones gladiatorum* dicuntur.“ Eodem modo SALMASIVS: συμβέβληκεν, *commisit*.“ Neque ego temperare mihi potui, quo minus in contextum hoc reciperem: nam vulgatum oppido mendosum, hoc unice verum judicavi. Homer. Iliad. γ'. 69 sq.

Αὐτὰρ ἔπ' ἐν μέσσῳ καὶ ἀρηΐφιλον Μενέλαον
συμβάλετ' ἀμφ' Ἑλένῃ καὶ πάσῃσι πᾶσι μάχεσθαι.

Et ά. vs. 8. ξυνέηκε μάχεσθαι. Schol. συνέβαλε, συνέμιξε. Id aliàs & ζυγγύειν dicitur, ubi de athletarum certamine agitur; ut I. 29, 37. Vtitur autem similitudine exercitationum athleticarum in palaestra, quà juvenes ad robur & ad artem athleticam formabantur. conf. vs. seq. & I. 29, 34. IV. 4, 12. Eadem similitudine eandem in sententiam commodissime usus est Simplicius in Comment. in Enchir. c. 31. sub finem; eo loco, ubi in exemplis ad hunc diem vulgatis ingens lacuna erat, quam nos in editione quam paramus ejusdem libelli e cod. Paris. expletam dabimus. Ibi igitur sic ille: Ἐὰν δὲ δυσχερῆ προσπίπτῃ τινά, οἱ μὲν ἀποδειλιῶντες — — ἐλέγχονται· οἱ δὲ ὡς γυμνασίῳ χρώμενοι, καὶ τοῖς σκληροτέροις συγγυμναστὰς προθυμούμενοι, ὡς καὶ τῷ γυμνασιάρχῃ χάριν ὑπὲρ τούτου ὁμολογῶν, οὗτοι δὴ ἐν Ὀλυμπίοις στεφανωθήσονται, &c.

Vers. 2. ἧς σὺ ἔσχηκας. „Haec referuntur ad praesentem hominis conditionem, quicum tunc temporis sermonem habuit.“ VPTON. Vide ad vs. 1. & ad vs. 3.

Ibid. ἂν θέλῃς, ὡς ἀθλητὴς τῷ νεανίσκῳ, χρῆσθαι. „Si volueris tractare, scil. τὴν παράστασιν, sicut pugil adolescentem tractat.“ VPTON.

Vers. 3. Καὶ νῦν ἡμεῖς γε εἰς τὴν Ῥώμην κατάσκοπον πέμπομεν. „Romam exploratorem mittimus: Festatis ad ea tempora alludit, cum post Neronis interitum complures de imperio certarent, & quisque ei studendum censeret, penes quem fore victoriam probabile videretur. Scribunt autem, Epictetum odio tyrannidis

Romam in patriam Hieropolim, Phrygiæ urbem, rediisse." WOLFIVS.

Cum, imperante Domitiano, Philosophi senatusconsulto urbe Roma & Italia interdicerentur (vide Sueton. Domit. c. 10. & Dionem, lib. LXVII. c. 13.) ea tempestate Epictetus quoque, ut docet Aulus Gellius XV. 11. Roma Nicopolin, Epiri urbem, de qua dictum ad c. I. 29, 27. (non Hieropolin Phrygiæ, ut Wolfius narrat) decessit: qua in urbe scholam illam aperuit, quam cum aliis frequentavit Arrianus noster, qui hasce Epicteti Dissertationes literis consignatas nobis conservavit. Ex hac igitur urbe aliquis ex Epicteti auditoribus Romam erat profectus, ut statum rerum ibi cognosceret, videretque, sævire-ne pergeret Domitiani in philosophos ira & reliqua tyrannis. Is Roma rediens, multas tragœdias ciebat Nicopoli apud Epictetum & apud suos condiscipulos, multaque terribilia, quæ Romæ gererentur, & quæ optimis quibusque viris ibi intentarentur, narravit. Hunc, ait Epictetus, *veluti speculatorem* vel *exploratorem Romam fuisse missum, sed male functum esse suo munere.* Quod ad græca verba adtinet, pro ἡμεῖς γε, forsan ἡμᾶς σε, scribendum monuit VPTON; quod valde mihi arridet. Simul vero, pro πέμπουσιν ἐπέμπουσιν scripsisse Arrianum suspicor. Quod si verum est πέμπουσιν, instituta est hæc disputatio cum isto homine priusquam Romam proficisceretur; & adversus periculorum terrores firmat ejus animum Epictetus.

Vers. 5. σεαυτῷ μαντεύου. „*Tibi ipsi oraculum consule.* Vide lib. II. c. 7." VPTON. Respexisse videtur vir doctus illa potissimum verba, II. 7, 9. τί οὖν ἡμᾶς ἐπὶ τὸ συνεχῶς μαντεύεσθαι ἄγει; Ἡ ἀθλία, τὸ φοβεῖσθαι τὰς ἐκβάσεις. Nec tamen equidem, quid illa magnopere huc faciant, satis video. Et rectius in versione ab eodem Vptono, præeunte Wolfio, positum puto: *tibi ipsi vaticinare!* i. e. *te si juvat lamentari & mala vaticinari, tibi ipsi vaticinare, non nobis!* Ac videtur veluti in proverbio usurpatum hoc dictum, σεαυτῷ μαντεύου. Notum est autem, μαντεύεσθαι pariter & *vaticinari*, & *oraculum consulere*, denotare.

Vers. 6. Πρὸ τοῦ καταπόντος ἀποστολεὺς Διογένης &c. „Hanc historiam refert III. 22, 24. καὶ ὡς ὁ Διογένης, ἀπεσταλεὶς πρὸς Φίλιππον μετὰ τὴν ἐν Χαιρωνείᾳ μάχην, κατάσκοπος ἦλθε. *Sicut Diogenem post Chæronensem cladem pro exploratore ad Philippum adductum ferunt.* Plutarchus

evolum in libro, *Quomodo Adſentator ab Amico diguoſcatur*: Εὖ δὲ καὶ Διογένης, ὅς, ἐπεὶ παρελθὼν εἰς τὸ τοῦ Φιλίππου στρατόπεδον, ὅτε τοῖς Ἕλλησιν ἐβάδιζε μαχούμενος, ἀνήχθη πρὸς αὐτόν. ὁ δὲ ἀγνοῶν, ἤρώτησεν εἰ κατάσκοπός ἐστι. Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη, κατάσκοπος, ὦ Φίλιππε, τῆς ἀβουλίας σου καὶ τῆς ἀνοίας, ὃς ἐν, φύσεως ἀνυπαίζουσος, ἤρχῃ περὶ βασιλείας καὶ τοῦ σώματος ὧρᾳ μιᾷ διακυβεύσων. *Recte etiam Diogenes, qui in caſtra Philippi in bellum contra Græcos proficiſcentis cum veniſſet, effetque ad regem adductus, & non agnitus interrogaretur ab eo, numquid explorator eſſet? Omnino, inquit, ſum tuæ, Philippe, ſtultitiæ atque amentiæ explorator; qui, nulla neceſſitate urgente, de regno & corpore tuo venis una hora fortunæ aleam ſubiturus.* Vide Laërtium in Vita Diog. VI. 43. & ibi Menagium. VPTON.

Ibid. διήγγελεν· ἀνήγγελλε (ſic) pc. ſed prius ibi videtur fuiſſe ἀνήγγελλα.

Ibid. λέγει, ὅτι ὁ θάνατος οὐκ ἔστι κακὸν. „Inferri λέγει ex noſtro codice. Et mox κακὸν, pro κακὸς.“ VPTON. Nempe λέγει iſto loco ignorabant ſuperiores editiones: eandemque κακὸς exhibebant, male; cum tamen in αἰσχρὸν conſentirent. Sic & codd. pab. At λέγει & κακὸν habet pc. ſed caret idem particula ὅτι.

Ibid. ὅτι εὐδοξία ψόφος ἐστὶ μανομένων ἀνθρώπων. *Celebritatem eſſe ſtrepitum hominum inſanientium.* „Diogenis dictum refert Laërtius, VI. 72. Εὐγενείας δὲ καὶ δόξης, καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα διέπαιζε, πρόσωπα μόνας ἄνευ λόγου. *Nobilitatem vero & gloriam & hujuſmodi cætera ridebat, dicens malitiæ eſſe ornamenta.*“ VPTON. At idem quidem Vptonus, conſentientibus ſuperioribus omnibus editionibus & ſcriptis libris, non εὐδοξία, ſed ἀδοξία, id eſt, *ignominia*, edidit; nullam de ea ſcriptura ne ſuſpicionem quidem movens. Mihi vero cum res ipſa, tum idem ille Laërtii locus, ab Vptono citatus, perſuaſit, εὐδοξίαν eſſe legendum, Epictetoque reſtituendum. Nihil frequentius, quam iſta literæ α cum diphthongo ευ confuſio, ob ſimilitudinem compendioſi nexus, quo diphthongus ευ effertur a librariis, cum figura literæ α. Eamdem fere ſententiam ſuo nomine verbis expreſſit Epictetus, I. 1, 4. Τίνες εἰσὶν οὗτοι, ὑφ' ὧν θαυμάζεσθαι θέλεις; οὐχ οὗτοί εἰσι, περὶ ὧν εἴωθας λέγειν, ὅτι μαίνονται; Τί οὖν; ὑπὸ τῶν μαινομένων θέλεις θαυμάζεσθαι; M. Anton. VI. 16. εἰ πα-

ρὰ

μὲ τῶν ἀλλῶν ἀδιαφόρων ἕξεως γίνεσθαι. & V. 33. τὸ ὄνομα, φόβος καὶ ἀσθένημα. Erat autem vocabulum ἀδιάφορα tritum in Stoicorum scholis, ubi de rebus externis & per se indifferentibus agebatur. Vide Cic. de Fin. III. 17. & Laert. VII. 102. ibique variantem lectionem ab H. Stephano ex ms. cod. citatam. Simplic. in Enchir. 69. sub fin. & cap. 70. init. Adde Nostrum I. 15, 3. Vocabulum φόβος h. l. in φόβος detorsit pc.

Vers. 7. οὐκ ἐν περὶ ἡδονῆς. οὐκ ἐν καὶ περὶ ἡδονῆς pc.

Ibid. Τὸ δὲ γυμνὸν εἶναι λέγει &c. Omnes olim Τὸ δὲ γυμνάσιον εἶναι λέγει &c. Ast quæ verba sic commentatus est WOLFIVS: Τί τὸ γυμνάσιον εἶναι λέγει; *Gymnasium quid esse dicit?* [nempe Τί τὸ pro Τὸ δὲ legendum censuerat.] Corporis exercitationem palæstricam intelligo, qua corpus adversus frigoris injuriam melius munitur, quam splendidissimis vestibus. Sic in Gallia studiosi nonnulli pro foco & hypocausto, ludo pilæ & discussationibus hyeme utuntur: non male quidem, meo judicio; (præstat enim calorem internum agitatione corporis elici, quam externa membra foveri;) nisi ista ratione multum temporis studio literarum surriperetur. Hæc ille: atque etiam in versione sic posuit: *De exercitatione quid dicit? Eam præstantiorem esse quavis toga prætexta.*

VPTON: „Τὸ δὲ γυμνὸν εἶναι. Cæteri libri, τὸ δὲ γυμνάσιον εἶναι, nullo sensu. Noster codex γυμνὸν habet; [& sic pb. inter lineas, manu] recte. Namque ἀσκητικοὶ erant Cynici. Inde ἡμίγυμνοι, *seminudi*, vocabantur. Atque hoc modo oppositio fit: τὸ δὲ γυμνὸν εἶναι — — περιτροφύρου: nulla in ista lectione, τὸ δὲ γυμνάσιον — — περιτροφύρου." — Vide M. Antonin. IV. 30. & ibi Gatak.

Ibid. κοίτης. πλόσις pa. in textu; sed alterum in ora.

Vers. 8. τὸ ἥδιστος τὸ αὐτοῦ. Sic ed. Ven. & Bas. cum pa. Temere τοῦ αὐτοῦ ed. Gen. Col. Cant. τοῦ αὐτοῦ ed. Lond. anon. Rectius τὸ αὐτοῦ ed. Vpt. cum pbc.

Ibid. τὸ σωμάτιον στίλβον καὶ συνεστραμμένον. „στίλβον, *nitens; pingue & nitidum*, ut apud Horat. Epist. lib. I. 4, 15. συνεστραμμένον, *compactum*; i. q. σύντροφον καὶ νευρωμένον, *solidum & nervosum*; ut στρατιὰν συστροφὴν, cum densatur acies. Plinius Epist. 23. *compacto corpore & robusto.* Vide Lexica in συστρέφεσθαι." WOLFIVS & VPTON. De re confer III. 22, 87 sq.

Vers. 9. πάντα εἰρήνης γέμει. „Sic πάντα εἰρήνης μεστά. III. 13, 15. πάντα δὲ φίλων μεστὰ, III. 24, 11.“ VPTON.

Vers. 19. ἄλλα ἐξ ἄλλων. ἄλλα ἐξ ἄλλου ρεῖ.

Vers. 12. Λέγει σοι. *Dicit tibi.* „Cæsar. Supprimit nomen Epictetus comiter, & sagaciter. Nam, de Cæsaribus aliquid dicere, periculosæ plenum opus aleæ.“ VPTON. Domitianus intelligitur. Vide ad vs. 3.

Ibid. Θὲς τὴν πλατύσημον. „Conf. I. 29, 45. Sic Horat. Epist. lib. I, 16, 35.

Pone; *meum est!* inquit. Pono, *tristisque recedo.*

Idem lib. III. Od. 2.

Nec fumi ut ponit secures
arbitrio popularis auræ.

Verte autem, & distingue: *Dicit tibi, Pone latum clavum!* [id est, ordine senatorio te removet.] *Ecce angustus clavus. Istum quoque pone! Ecce toga sola. Pone togam! Ecce nudus sum.* Tum Cæsar: *At odium mihi invidiam moves. Cape igitur &c.*“ VPTON. Confer Sueton. & Dionem, locis supra ad vs. 3. citatis.

Ibid. Ἰδοὺ στενόσημος. CVPERVS in Observat. lib. II. cap. 7. [referente ad h. l. Vptono:] „Moribus Romanorum nondum luxu corruptis, unica tunica, & toga vestiebantur: sed, ut luxuria ingeniosa est, postea inventa altera; & homo Romanus induebat tunicam interiorem, exteriorem, & togam. In exteriore erant insignia dignitatis. Nam Senatores quidem habebant Laticlaviam; Equites vero Angusticlaviam; & nunquam factum est, ut quis his duabus tunicis simul amiciretur. Vnicus est Arrianus tamen, qui plane contrarium nos docet, & in uno homine agnoscit ἱμάτιον, πλατύσημον, στενόσημον. Loquitur apud eum Epictetus lib. I. cap. 24. Λέγει σοι, Θὲς τὴν πλατύσημον. Ἰδοὺ στενόσημος. Θὲς καὶ ταύτην. Ἰδοὺ ἱμάτιον μόνον. Θὲς τὸ ἱμάτιον. Ἰδοὺ γυμνός. *Tibi dicit, Depone latum clavum: ecce angustus. Depone & istum: ecce toga sola. Depone togam: ecce nudus sum.* Quid verbis opus est? Tota reclamat antiquitas, & omnes auctores in alteram partem faciunt discessionem. Tantumne igitur erit unius loci pondus, ut diversissimos habitus unum hominem gestasse credam? Non opinor; at quod opinor narro. Certa res est, te valnus hic latere, quod non ferro nec igne, sed levi mutatione recidendum est, si legatur λιτόσημος. Et intel-

intellige *interulam* seu *tunicam interiorem*, cujus scilicet stamen ex lino. Nam ut ἀμφιστήμους, πολυστήμους, ita etiam λινοστήμους ἱμάτιον dixerunt; quae vox tandem latini juris facta est. Synodus Romana II. sub Sylvestro, Can. VI. *Ut Diaconi non essent amplius parochiarum examen nisi duo, & Diaconi cardinales urbis Romae sex: ita tamen ut Dalmaticis uterentur, & pallia linostima laevam eorum tegerent.* Per *ἱμάτιον* autem intellige *togam*, per πλατύστημον *tunicam laticlavium*, per λινόστημον *interulam.*" — Haec ille. Vidē vero, ne nimis ad literam acceperit Epicteti verba vir doctus: quae si paulo liberalius interpreteris, non inerit eis fortasse ea difficultas, quae Cuperum offendit. Possis τὴν πλατύστημον, τὴν στενόστημον, & τὸ ἱμάτιον de variis ordinibus in civitate accipere. *Vis me senatu movere? ecce in ordinem equestrem recedo. Vis me hoc vel illum ordine removeri? contentus sum unus esse e plebe. Vis civitatis etiam jure me exuere? & hoc fero: omnibus rebus cedo; in exsilium ibo, aut servus ero, aut pauper & sordidus Cynicus.* (Vide mox Vptoni Adnot. ad vers. seq.) Possis simili quadam ratione & de *censu* ac *facultatibus* accipere. Neutro modo longe, puto, abfueris a Philosophi nostri sententia.

Vers. 13. Ἀλλὰ φθόνον μοι κινεῖς. — „*At invidiam mihi conflas.* Significat, opinor, invidiam facile contemni ab eo, qui vitam non magni faciat. Nec enim puto, sub Tyranni persona haec dici." WOLFIVS. — „Male Wolfius. Dicit Caesar aut tyrannus: *At mihi invidiam moves;* tanquam qui deposita tunica habitum Cynici capessas. Ἀχίτωνες erant Cynici. Vide Salmas. ad Tertull. de Pallio, p. 410, &c. & M. Anton. lib. IV. sect. 30. [& quae ibi congessit Gatakerus.] Vetus Epigramma

Ἑρμόδοτου τόδε δόγμα τὸ πάνσοφον. (lege πανσόφου.)
Εἴ τις ἀχαλκεῖ,
Μηδὲ τεκνώτω, θεὶς τὸ χιτωνάριον.

Hoc illud est dogma sapientissimi Hermodoti: Si quis est sine ære, deposita tunica non amplius esuriat. Haec, inquam, Epicteti mens est: Tu ideo mihi invidiam moves, quippe qui ex difficultatibus & malis superior emergas. Nam, *saevos punire tyrannos*, ut ait Persius III. 35. *haud alia ratione velis:*

Hortatum eidemst. *Intulerimusque* reliqua. VPTON

Ibid. ἢ δύναμαι βλέψαι τὸ σωμάτιον, ἵνα τοῦτον φοβοῦμαι; Cum τοῦτο φοβοῦμαι vulgo legeretur, monuit WOLFIVS, τοῦτον esse corrigendum. Majoribus ambagibus VPTONVS usus est: „Videamus, inquit, totum locum: Ἀλλὰ φθόνον μοι κινεῖς. Λάβε τοίνυν ὅλον τὸ σωμάτιον. εἰ δύναμαι βλέψαι τὸ σωμάτιον· ἔτι τοῦτο φοβοῦμαι; [Nempe sic etiam in contextu posuerat hic Editor; tum vero in Adnotatione ita pergit:] Pro εἰ, uti habet noster codex, ceteri legunt ἢ δύναμαι. Ad eum cod. Bas. [edit. Bas.] pro ἢ scribitur ἃ. Vertit Wolfius: *cum ergo, cui corpusculum objicere possim, adhuc reformido?* Sequenti capite [vers. 21.] vocat σωμάτιον, τὸ ταλαιπώριον χρυσίον: eleganti translatione; noviſſime enim & aegre exuitur. Malim itaque pro εἰ reponere εἰ, pro τοῦτο cum Wolfio τοῦτον: & τί ἔτι legere. Hoc modo: Ἀλλὰ φθόνον μοι κινεῖς. Λάβε τοίνυν ὅλον τὸ σωμάτιον. Εἰ δύναμαι βλέψαι τὸ σωμάτιον, τί ἔτι τοῦτον φοβοῦμαι; *At invidiam mihi moves. Capio igitur totum corpuſculum. Si poſſum corpuſculum objicere,* tanquam veſtimentum; *quid adhuc eum* (Caeſarem, tyrannum) *reformido?*[a] — Sic ille. Mihi, adhibita Wolfii emendatione, nihil amplius deſiderari perſuaſum erat. Non ſolicitari, nedum loco moveri debuit ἢ, in quod cum veteribus editionibus conſentiunt tres noſtri mſti codices. Percommodus ſenſus eſt: *Cui objicere poſſim corpuſculum, hunc adhuc reformidem!* Eamdem ſententiam habes III. 24, 71. ubi, quod h. l. βλέψαι τινὶ τὸ σωμάτιον ait, προσπτύσαι τινὶ τὸ σωμάτιον dicit.

Verſ. 14. ἀπολείψει. „Sic noſter codex. [& noſtri plbc.] Vulgo ἀπολείψῃ." VPTON.

Ibid. τούτων οὐδὲν ἐμόν ἦν. τούτων ἐμὸν οὐδὲν ἦν. pa.

Ibid. Πῶς οὖν ἐμὰ αὐτὰ λέγομεν; „Lego λέγωμεν." WOLFIVS. — „Forſan pro αὐτὰ legendum ταῦτα." VPTON. Emendationem ſuam Wolfius in verſione expreſſit, quam tenuit Vptonus: *quo pacto igitur iſta mea eſſe dicam.* Ceterum non alienus eſt iſte mos ab Arriani ſtylo, ſive, ut verius dicam, ab Epicteti uſu, ut a ſingulari numero ad pluralem ſubitto tranſeat, & vice verſa. Vide I. 8, 42 ſq. I. 29, 26. coll. vſ. 22. I. 29, 34. rurſusque ib. vſ. 59. II. 14, 8.

Ibid. ἂν οὖν ὁ πανδοκεὺς ἀποθνῇ ἀποδῶν τοὺς συμβόλους. Ante Vptonum ſic edebatur ἀποθάνῃ, ἀπολίπῃ

λίπῃ σοι &c. Quo refertur VOLPII Nota: „ἀπολίπῃ σοι τοὺς πραββάτους; Interrogative & negative lego.“ — Sic etiam idem in versione: *Quodsi campo mortuus fuerit, nunquid lectos tibi relinquit?* At VPTONVS: „Ex nostro codice (inquit) reposui ἀποθανὼν ἀπολίπῃ, *moriens relinquat*, pro ἀποθάνῃ ἀπολίπῃ, uti corrupte alii dant codices. [Cum Vptoni cod. facit noster pb.] Deinde notanda est ellipsis, Atticis familiaris, post ἐὰν μὲν, cui respondet ἐὰν δὲ. Vocant Grammatici σχῆμα ἀνανταπόδοτον. Deest nempe ἀπόδοσις, quæ priori membro hujus periodi respondeat. ἂν οὖν ὁ πατὴρ ἀποθ. ἀπολ. δυὸ τοὺς πραββάτους, supple καλῶς ἔχει, aut simile aliquid. Homer. Iliad. δ. 135.

Ἀλλ' αἴ μὲν δώσουσι γέρας — —
Εἰ δέ κε μὴ δώσουσιν.

Si dabunt præmium; bene est: *sin minus* &c. Vide Kuster. ad Aristoph. Plut. 468. Sed hic loquendi modus sæpe latuit interpretes. Plato in Sympos. p. 185. edit. Steph. Ἐὰν μέν σοι ἐθέλῃ ἀπνευστὶ ἔχων τὸν χρόνον παύεσθαι ἡ λύπη· αἰ δὲ μή, ὕδατι ἀναπαχυλίσαι. *Si quidem cessaverit singultus spiritum longo tempore cohibenti;* bene erit: *sin minus, aqua fauces colluat.* Ita locum interpretandum esse monuit Casaub. ad Athenæum, p. 332. Vide quoque locum Platonis in lib. IX. de Legib. quem adducimus ad II. 18, 20. Atque ita existimo locum apud Lysiam de Eratosth. in fine [Ἀπολογ. ὑπὲρ τοῦ Ἐρατοσθένους Φόνου. p. 47. ed. Reisk.] interpretandum & scribendum esse: non ἐὰν δὲ ὑμᾶς — — αἰ δὲ μή, sed ἐὰν μὲν ὑμᾶς — — αἰ δὲ μή. Hoc modo: Ἐγὼ μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες &c. — — οἱ γὰρ τοιαῦτα πράττ[ου]σας — — — ἧττον εἰς τοὺς ἄλλους ἐξαμαρτήσουσιν. Ἐὰν μὲν ὑμᾶς ὁρῶσι τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχοντας· αἰ δὲ μή, πολὺ πάλλιον τοὺς μὲν κειμένους νόμους ἐξαλεῖψαι, κ. τ. λ. *Ego vero, ô viri, non ad me solum hoc supplicium privatim pertinere arbitror, sed ad universam civitatem: nam qui hujusmodi facinora perpetrant, ubi viderint quantam sit futura merces hujusmodi flagitiorum, minus in alios peccabunt. Si quidem vos eo esse animo perspexerint,* bene erit: *sin minus, præstat leges jam latas abrogare,* &c. Eodem modo interpretare illa [apud Epict. nostr.] III. 7, 17. Εἰ θέλεις εἶναι φιλόσοφος — — αἰ δὲ μή &c. *Si vis esse philosophus, — — esto: sin minus,* &c.“ VPTON. Bene ista habent; sed

& falſe pervulgata. Lyſiae vero locum felicius, puto, Marklandus & Reiskius curarunt.

Verſ. 15. *μέτχων.* Sic ſcripſi cum pbc. Vulgo *μέτεχων*, cum pa. Paulo ante, pro *ζητήσας*, temere *ζητήσαι* ſcribitur in ed. Ven. & Baſ.

Ibid. οὐδεὶς δὲ πένης τραγῳδίαν ἀνωλγρεῖ &c. *nullus pauper complet tragoediam.* „Sunt quidem in tragœdiis prisim ſervi & ancillæ, ſed atroces eventus ad eos non æque pertinent.“ WOLFIVS.

Ibid. εἰ μὴ ὡς χαρεντὲς. Deeſt ὡς pa.

Verſ. 16. *Στέψατε δόμους.* „*Aedes coronis ornate!* Id quod in re læta, in nuptiis præſertim, fieri ſolebat. Sed ubi occurrunt hæc verba? Non apud Sophoclem, uti ea quæ ſequuntur.“ VPTON.

Ibid. Ἰὼ Κάδμειοι. Oedipus apud Sophoclem [in Oed. Tyr.] verſ. 1390.

Ἰὼ Κάδμειοι, τί μ' ἐδέχου; τί μ' οὐ λαβὼν
ἔκτεινας εὐθύς;

Vide M. Antonin. lib. XI. ſect. 6.“ VPTON. *Κάδμειοι*, ultima acuta, recte ſcripſit Vpton, cum pbc. *Κάδμειοῖ* ſuperiores editt.

Verſ. 17. *ποῦ οἱ στέφανοι.* Caret *οἱ* pa.

Verſ. 19. *μετὰ πολλῶν γὰρ περιπατεῖ.* Perperam *μετὰ πολλῶν δὲ* ed. Gen. & ſeqq. quem errorem quum VPTONVS etiam, ut ſæpe aliàs, tenuiſſet, adnotavit hoc loco: „Δὲ pro γὰρ uſurpatur ſæpe in his libris, & ſæpe alibi.“ — Vide not. ad I. 9, 2. & ad I. 9, 34.

Ibid. συγκατατρίβεται ἐμαυτὸν σὺν τοῖς πολλοῖς. Deeſt *σὺν* pb. non male.

Ibid. καὶ μετὰ πολλῶν περιπατῶ. „*Et cum multis ambulo.* At dicat iſte: non ut princeps, ſed ut ſervus. Reſpondebit Epictetus, ſibi nihil eſſe opus comitatu & obſervantia populi.“ WOLFIVS. Vide vero, ne alia ſub iſtis verbis ſententia lateat.

Verſ. 20. *τὸ δὲ κεφάλαιον· μέμνησο, ὅτι* &c. Poſt *κεφάλαιον* diſtinctionem interſerere commodum duxi, quæ aberat vulgo.

Ibid. ὅτι ἔχεται ἡ θύρα. „*Januam patere:* hoc eſt, mori licere, cum primum vitæ pertæſum fuerit: quod ſummum homini bonum a natura eſſe conceſſum, putat Plinius.“ WOLFIVS. „Vide ad I. 9, 20.“ VPTON.

Ibid.

Ibid. τῶν παιδίων ἐκλέγεσθαι. παιδίων recte edit. Genev. Colon. & seqq. quoniam sequitur ἐκεῖνα. Perperam τῶν παίδων Ven. & Bas. in quod tamen consentiunt codices nostri pabc. qui iidem & ἐκεῖνα servant.

Ibid. ὅταν αὐτοῖς μὴ ἀρέσκῃ τὸ πρᾶγμα. „Ad oram cod. Salmant. scribitur παράγμα. Recte forsan, nisi πρᾶγμα latiori sensu dicitur." VPTON. Vulgatum tenent pabc.

Ibid. οὐκέτι παίξω. Vide, ne in præs. temp. οὐκέτι παίζω scripserit Arrianus; & sic mox iterum.

Ibid. ὅταν σοι φαίνηται. Ex vett. editt. hoc restituit, quod & scripti libri agnoscunt. Perperam φαίνεται ed. Cantab. quod inde in Lond. anon. & in Vptonianam propagatum.

Ibid. εἰπὲ, ὅτι Οὐκέτι παίξω, ἀπαλλάττου. „Sic Horat. Epist. lib. II. 2, 213.

Vivere si recte nescis, decede peritis:
Lusisti satis, edisti satis atque bibisti.
Tempus abire tibi.

Epigramma in Anthologia:

Σχημὰ πᾶς ὁ βίος, καὶ παίγνιον. ἢ μάθε παίζειν,
τὴν σπουδὴν μετάθεις, ἢ φέρε τὰς ὀδύνας.

Noster autem codex εἰπὲν, ὅτι οὐκέτι παίξω, quod melius videtur." VPTON. Particulam ὅτι, quam ignorabant editi omnes, in contextum adoptandam duxi. Eamdem dedit pb.

CAPVT XXV.

Vers. 2. πρὸν ὅτι πρᾶγμα ἔχομεν; Verbum ἔχομεν ignorant codd. nostri pab.

Vers. 3. Ἀλλὰ ἐντεταλαί μοι. Hoc Auditor ait. *Da mihi præcepta*, nempe, de officiis in vita hominum servandis; de quibus, puta, agebatur priusquam hanc disputationem inchoaret Epictetus. cf. ad vs. 7.

Ibid. ἡ Ζεὺς σοι οὐκ ἐντέταλται; *Jupiter nonne tibi præcepta dedit?* Nempe, quæ natura & recta ratio homini præcipit, ea a Deo ei præcepta sunt. — „Vide IV. 3, 10. IV. 7, 17." VPTON. Adde mox hoc cap. vs. 5 sq. ἐντέταλκε pc. pro ἐντέταλται. Mox vero vs. 6. in ἐντέταλται consentit pc. sed ἐντεταλκε pb. habet.

Vers. 4. τῶν ἀλλοτρίων. τῶν ἄλλων text. pa. sed alterum in marg.

Ibid. τὸ πιστὸν οὖν· τὸ αἴδημον οὖν. „Addidi οὖ αἴδημον οὖν, fide noſtri codicis.“ VPTON. Ignorant iſta verba codices noſtri cum olim editis. Cæterum αἴδημον accentu in antepenultimam retracto ſcripſerat h. l. Vptonus, ut paſſim alibi & ipſe & alii; qui tamen rurſus alibi in αἴδῃμον penacute ſcriptum conſentiunt. Quam poſteriorem formam præferendam putavi. Præcipiunt nempe Grammatici, compoſita quidem adjectiva in ων accentum in neutro retrahere; ſimplicia non item. Sic etiam αἴδῃμον editum video apud M. Antonin. I. 2. VI. 48. IX. 29. In eandemque ſcripturam apud Simplic. in Enchir. conſentiunt ſcripti libri cum editis, p. 152. ed. Lugd. In Arriani vero & Epicteti libris minime ſibi conſtant in hanc ſcripturam librarii. Vide ad I. 5, 5.

Ibid. τὸ σαυτοῦ ἀπώλεσας. „Forſ. ἀπολέσας, participio, *tuis perditis.*“ VPTON. Ego vero in vulgato utique adquieſcendum putavi. *Alienis ſi ſtudes, tua perdidiſti.*

Verſ. 5. *ὑποθήκας καὶ ἐντολάς.* Apud Pythagoreos præſertim, *brevia præcepta ſapientum* ὑποθήκας adpellari ſolitas ait Simplicius in Procem. ad Epicteti Enchir. Sed nec minus apud alios idem vocab. eadem notione in uſu erat. Confer Adnot. ad Polyb. III. 14, 10. — „Pro ἐντολάς codex noſter dat συμβουλάς, quod non æque placet.“ VPTON. συμβουλὰς eſt etiam in pb. Ortum depiſſe hoc nomen videtur ex interpretatione vocis ὑποθήκας; deinde vocem ἐντολὰς loco ſuo pepulit.

Verſ. 6. *ἐνίσταται.* Vide ad vſ. 3.

Ibid. Φέρε τὰς προλήψεις. „Vide I. 28, 28. & ſupra, cap. 22, 1 ſqq.“ VPTON.

Verſ. 7. *Μέχρις οὖν τίνος ταῦτα τηρεῖν καλῶς ἔχει.* „Noſter codex οὖν τινος, [nempe pro οὔτινος, quod habent editiones omnes;] cui & ἔχει debetur, cum alii [editi omnes] ἔχεις adfetunt. Cæterum vox ταῦτα (ταῦτα τηρεῖν, *hæc agere*) refertur ad ea quæ fiunt dum inter homines verſamur; minime ad τὰς προλήψεις, τὰς ἀποδείξεις.“ VPTON. Quemadmodum ἔχει recte recepit Vptonus; ſic alteram probam ſcripturam, quam offerebat codex, adoptare debebat; nec tamen οὖν τινος ſcribendo, ſed *μέχρι οὖν τίνος, quousque igitur.* Et ſic habent noſtri codd. pbc. In ἔχει vero cum Vptoni cod. conſentit pc. *ταῦτα τηρεῖν, hujus vitæ officia ſervare, tueri perſonam in hac vita ſuſtinendam.* conf. not. ad vſ. 3. Refertur vero proxime hoc pronomen

ταῦτα,

vultus; *id ea praecipia quae Deus hominibus dedit*, (vers. 6.) nempe de officiis in vita hominum servandis.

Ibid. καὶ τὴν παιδιὰν μὴ λύειν. „παιδιὰν λύειν, Horat. Ep. lib. I. 14, 36. *incidere ludum.*" VPTON. De re confer II. 16, 37.

Vers. 8. *Ἐν Σατορναλίοις ἐλλογᾷς βασιλεύς.* Ad *ἐλλογᾷς* intellige *τις*, ut I. 19, 24. De re, haec collegit VPTONVS: „Tacitus Annal. XIII. 15. *Festis Saturni diebus, inter alia aequalium ludicra, regnum lusu sortientium, evenerat ea sors Neroni. Igitur ceteris diversis, nec ruborem allaturis: ubi Britannico jussit, exsurgeret, progressusque in medium, cantum aliquem incineret; &c.* Vide Lucian. in Saturnal. Dio Chrysost. Orat. IV. p. 66. *Οὐδὲ γὰρ τῶν παίδων ὁ νικήσας, ὅταν παίζωσιν (ὡς αὐτοί φασι) βασιλεύς, τῷ ὄντι βασιλεύς ἐστιν· (οἱ μέντοι παῖδές φασιν·) ἔτι ὁ γενναῖος, καὶ λεγόμενος βασιλεὺς, σκυτοτόμου υἱός ἐστιν ἢ τέκτονος. Neque inter pueros, is qui vicit, cum ludunt (ut ajunt) Regem, vere Rex est: quippe is qui vicit & dictus est Rex, sutoris filius sit aut fabri.* Vbi voces istas, *οἱ μέντοι παῖδές φασι*, uncis inclusi; nam ex margine in contextum irrepsisse videntur. Ad hunc morem alludit Dio p. 514. D. *καὶ διαφορᾶς οὐδὲν κατὰ τὴν ἀφροσύνην τῶν παίδων τῶν βασιλέων.* Male Interpres: *nihilque differret insipientia a liberis regum.* Vertere debuit: *nihilque differret insipientia a pueris, qui reges inter se ludo constituunt.* Seneca, de Constant. Sapient. cap. 12. *Illi* (pueri) *inter ipsos magistratus gerunt, & praetextam fascesque ac tribunal imitantur.*"

Ibid. σὺ πέμσον. tu vinum misce.

Ibid. σὺ ᾄσον. „*Tu cane.* Ita Wolfius in versione. At Editi, *σὺ ὄσον, tu expelle;* ut Schegkius. Legendum *ᾄσον* apparet ex Taciti loco supra citato." VPTON. In mendosum *ὄσον* conjurarunt scripti libri omnes. *ᾄσον* primus in Graecis correxit anon. Lond.

Vers. 9. *Ἀλλὰ σὺ ὑπολάμβανε*, &c. „*At tu opinare, te in malis esse. Non opinor: nam quis me invitum opinari coget.* Nota *ὑπολαμβάνειν*, unde *ὑπόληψις*; &, ut subinde inculcat M. Antoninus, *Πᾶν ὑπόληψις.*" VPTON. At sententia illa, *Πᾶν ὑπόληψις*, (cum qua convenit quod Epictetus ait I. 11, 33. & saepe aliàs) jam huc nil pertinebat. *ὑπολαμβάνειν*, unde *ὑπόληψις* nomen habet, est *opinionem aliquam suscipere, sibi aliquid persuadere, in animum inducere.* Potest me aliquis cogere

re ad exteriorem quendam actum suscipiendum: possim etiam, ut gratum faciam alteri, & voluntati ejus indulgeam, partes quasdam agere. Sed ut *opiner* aliquid, ut *mihi* aliquid *persuadeam*, nemo me cogere potest; quin nec a me ipso id impetrare possum, nisi res talis sit quae speciem aliquam habeat quae mihi probari possit.

Vers. 10. Πορεύου — — — Πορεύομαι. Ἔρχου· ἔρχομαι. Haud absimile apud Luc. [Evang.] 7, 8. *καὶ γὰρ ἐγὼ ἄνθρωπός εἰμι ὑπὸ ἐξουσίαν τασσόμενος, ἔχων ὑπ' ἐμαυτὸν στρατιώτας· καὶ λέγω τούτῳ, Πορεύθητι, καὶ πορεύεται· καὶ ἄλλῳ, Ἔρχου, καὶ ἔρχεται· καὶ τῷ δούλῳ μου, Ποίησον τοῦτο, καὶ ποιεῖ.* VPTON.

Vers. 11. Ὡς γὰρ ἐπὶ τῶν ὑποθετικῶν λόγων &c. „Confer Enchir. c. 36. [c. 58. Wolf.] & mox cap. 26. hujus libri." VPTON. Ὡς γὰρ rescripsi cum pa. & cum editis ante Vptonum; qua de scriptura nihil monens hic editor, Ὥσπερ ἐπὶ τῶν edidit, e suo puto codice, cui adsentitur pb. Pro neutra parte citari potest noster pc. in quo per librarii negligentiam complura hic omissa sunt.

Ibid. Ἔλαβον γὰρ ὑπόθεσιν, τοῦ νύκτα εἶναι. Rectius scribetur, puto, τὸ νύκτα εἶναι.

Ibid. Ἔστω σε ὑπολαμβάνειν ὅτι νύξ ἐστιν. „ὅτι ἡμέρα ἐστίν. Ita scribendum." SALMASIVS. Vide Notam proxime sequentem.

Vers. 13. Ἔστω σε εἶναι δυστυχῆ. Ἔστω. Ἆρ' οὖν εὐτυχὴς εἶ; Ναί. „Ἔστω σε εἶναι εὐτυχῆ· ἔστω. Ἆρ' οὖν εὐτυχὴς εἶ; ναί. Ita omnino scribendum." SALMASIVS. Istas Salmasii conjecturas referens Vptonus, nihil nec adprobandi causa, nec improbandi, adjecit. HEYNIVS vero in Notis ad Enchir. c. 36. p. 147. hunc Arriani locum commemorans, ait: „ubi similis argumentatio [scil. qualis in Enchirid. l. c.] e dialecticis ad ethica instituitur; ut tamen nunc est, valde corrupta, & „ex Salmasianis Notis emendanda." Cui si vacasset, per otium atque libero animo totum hoc Epicteti caput perlegere, aliter fortasse judicaturus erat Vir tam ingenii acumine, quam exquisitissima doctrina praecellens. Mihi sane Salmasianae istae conjecturae universae argumentationi, quae h. l. instituitur, repugnare, & ab Epicteti mente alienae visae sunt. Neque quidquam magnopere in Graecis verbis, prout vulgata sunt, desideravi. Quod si quidem adcuratissime servatam similitudinem ratiocinationis vellemus, debebat, sicut vs. 11, ait: Τί οὖν, ἡμέρα

ἡμέρα ἐστὶν; Οὔ. sic vers. 13. dicere: Ἆρ' οὖν (vel Τί οὖν;) εὐτυχὴς εἶ; Οὔ. At eadem sententia his verbis continetur, Ἆρ' οὐκ εὐτυχὴς εἶ; Ναί. In proximis verbis, post καταλαμβανεῖς; nesciunt Ναὶ editiones omnes, quam particulam tacite inserui Vptonus; sine ne auctoritate, nescio, an e codicis sui praescripto. Ego quidem, fateor, non invitus illa caruissem: sed planet agnoscunt eamdem codices nostri pab. Totius loci sententia (quae nil differt ab ea quam ad vers. 9. declaravi) ex versione nostra latina haud aegre intelligi existimo; cum qua versione si quis (ut in loco difficultatis nonnihil habente) Wolfianam conferre voluerit, quam religiose hoc ipso loco tenuit Vptonus, eam hic transcribere non gravabor. *Quemadmodum*, inquit, *in orationibus hypotheticis, ita in vita etiam nobis est versandum. Esto nox. Esto. Quid ergo? Dies est? Nonne conditionem enim hanc admisi, esse noctem. Liceat te putare, esse noctem. Liceat. Atque etiam puto esse noctem. Neque hoc conditioni illi est consentaneum? Sic etiam hoc loco: esto: sis calamitosus. Esto. Ergo etiam infortunatus es? Etiam. Quid ergo? Res adversae tibi sunt? At putato etiam te esse in malis. Illud vero conditioni non est consentaneum;* &c.

Ibid. Ἄλλος με κωλύει. *Alius me vetat.* „Jupiter scilicet, (vide supra) qui alia mihi imperat." VPTON.

Vers. 14. τὸ παραλλήλον. „Articulum habes ex nostro codice." VPTON. Eumdem agnoscit noster pb.

Vers. 15. καὶ λέγωμεν. Particulam καὶ, quam ignorabant editi, e suo codice Vptonus adjecit: eamdem habent nostri pbc.

Ibid. Διηγησάμην σοι &c. „Interrogative. *Narravi tibi, frater, ut tumulum superarim?* Verba militis gloriosi, res gestas enarrantis." VPTON. Commodius absque interrogatione accipi mihi videtur. Nempe postquam tumulum *conscenderat*, (non, *superaverat,*) in eodem tumulo obsessus est ab hoste. Ait ergo: *Narravi tibi, quo pacto tumulum conscenderim: nunc porro accipe! demum incipio obsideri.*

Vers. 16. Ἄλλος δὲ λέγει. Rursus dè particula eidem Vptoniano codici debetur; cui adsentitur noster pb.

Ibid. καὶ ἀνοίγειν. „Cod. Salmant. * καὶ, & in ora libri, * ℔. Quae lectio non aeque arridet. Opponuntur enim sententiae: ἐγὼ οὐ δύναμαι παρὰ τοῦτο διηνοῦν, & ἐγὼ διανύσαι θέλω μᾶλλον." VPTON. Illa nota in ora

tura ed. Salmant. non nisi conjecturae debetur editioni. In καὶ recte consentiunt libri omnes. Vox μᾶλλον deest pc.

Vers. 17. σύγκρασιν ταύτης τῆς ἕξεως. „Confer I. 2, 7. II. 13, 7. M. Anton. III. 11, ἅμα μέν τι τοῦ καθ' ἕξιν ἐν τοῖς μέσοις συντυγχάνομαι. Vbi vide Gatakerum." VPTON.

Vers. 18. Καπνὸν τοιοῦτον ἐν τῷ οἰκήματι. „Translatio est a domibus fumo infestatis. Sic IV. 10, 27. ὅταν θέλῃς, ἀφεῖλες, καὶ οὐ καπνίζῃ. Hinc M. Antonin. V. 29. Ἀλλὰ καὶ καπνός ἐστι. Ἀπέρχομαι· οὐκ ἔστι καπνὸς ἐκεῖ; Sed fumus est. Abeo: est hoc grave molestumque? Ita lego. Consule ibi Gatakerum. Vide ad I. 9, 20." VPTON.

Vers. 19. Verba Οὐκ οἰκῶ, post Νικοπόλει, desunt pc. male.

Ibid. Οὐδ' ἐν Ῥώμῃ μένω· ἐν Ῥώμῃ pc.

Vers. 19. ἐν Γυάρῳ οἰκεῖ. „Gyarus, seu Gyaros, insula maris Aegei, ubi Romani damnatos mittere solebant. Juvenal. I. 73.

Aude aliquid brevibus Gyaris & carcere dignum,
Si vis esse aliquis.

Vers. 21. καὶ τὸ τελευταῖον χιτωνάριον τοῦτ' ἔστι τὸ σωμάτιον, τοῦτον ἀπωτέρω οὐδεὶς οὐδὲν οἰκῇ ἐμοῦ ἔχοντι. Vulgo post χιτωνάριον comma interserunt, ut illa verba τοῦτ' ἔστι τὸ σωμάτιον, velut in parenthesi ponantur. Ibi haec adnotavit VPTONVS: Locus corruptus, & mutilus. τοῦτ' ἔστι τὸ σωμάτιον, manifestum glossema: quod cum in contextum receperunt librarii, aliam vocem ejecerunt. Sed quamnam haec vox? Simplicius in Epict. [Enchir.] c. 48. ἔσχατος λόγος τῶν παθῶν χιτὼν ἡ φιλοδοξία. *novissima tunica affectuum dicitur gloriae cupiditas.* Plato: τὴν φιλοδοξίαν, ὡς τελευταῖόν γε χιτῶνα, ἡ ψυχὴ τότε ἀποτίθεσθαι. Inde Tacitus Hist. IV. 6. *Cupido gloriae novissima exuitur.* Ex Platone hunc locum luxatum restituo, καὶ τὸ τελευταῖον χιτωνάριον ἀποτίθεται. Respexit autem ad ea quae dixit I. 24, 12 sq. Interea τὸ σωμάτιον, vetustissima est interpretatio vocis χιτωνάριον. Sed dedita opera translationibus utitur Epictetus: καπνὸν τοιοῦτον, — ἡ ἔπαυσε πᾶσι ἥνοιγται, — τὸ τελευταῖον χιτωνάριον. *Recedo eo, ubi nemo me habitare prohibebit: (nam ista habitatio cuivis patet:) hoc novissimam tunicam depono.*" Haec Vptonus. Platonis illa verba laudaverat

Lipsius

Lipsius ad Tacit. l. c. & Casaub. ad Athen. p. 519. neuter declarans, qua in parte scriptorum Platonis illa legantur. Nec mihi in promtu est, locum hunc indicare. Eadem verba respexit Athenæus, lib. XI. p. 507. scribens: Πλάτων ἔφησεν, ἄσχολον τὸν τῆς δίκης κτῶνα ἐν τῷ θανάτῳ ἀποδύεσθαι. Sed ex illis medicinam adferri his Epicteti verbis posse, aut omnino medicina indigere hunc locum, in quo versamur, equidem valde dubito; qui haud incommode ita exponi posse videtur, ut in versione feci: *& postremum amiculum*, (scilicet, quod tyrannus aliquis, aut quisquis fuerit, detrahere & eripere mihi potest; coll. I. 24, 12 sq.) *corpusculum hoc est: ultra hoc nentini quidquam in me ulla potestas est.* In Græcis delevi cum Upt. post χρωμάριον, & τοῦτ' ἔστιν divisis vocibus scripsi. Rectius vero fortasse fuisset τοῦτο τό ἐστι.

Vers. 22. ὁ Δημήτριος. „*Demetrius*, nobilis illius ævi Cynicus, quem Seneca passim laudat. De Benef. VII. 1. *Demetrius Cynicus, vir meo judicio magnus, etiamsi maximis comparetur.* Et mox ejusdem libri cap. 8. Idem Epist. 63. [62.] *Demetrium, virorum optimum, mecum circumfero; & relictis conchyliatis cum illo femineo loquor, illum admiror.* Tacitus Annal. XVI. 34. *Illustrium virorum fœminarumque cœtus frequentes egerat* (Thraseas,) *maxime intentus Demetrio, Cynicæ institutionis doctori.*

Ibid. Ἀναλαῖς μοι θάναζον. „Videtur excidisse Σὺ. Σὺ ἀπειλαῖς μοι θάνατον. Hoc autem Demetrii dictum alii ad alios referunt. Laërt. in vita Anaxagoræ, sect. 13. cum illi renunciata esset sua damnatio: Ἆρα κἀμοὶ τῶν πάλαι ἡ φύσις κατεψηφίσατο. Idem in vita Socratis, sect. 35. Πρὸς τὸν εἰπόντα, θάνατόν σου κατέγνωσαν Ἀθηναῖοι: Κἀκεῖνον, φησίν, ἡ φύσις. Xenophon in Apol. Socr. [sect. 27. p. 345. ed. Oxon. Memorab.] Ὡς δὲ ἤσθετο τοὺς παρεστηκότας δακρύοντας, Τί τοῦτο, εἶπεν αὐτούς; ἦ ἄρτι δακρύετε; οὐ γὰρ πάλαι ἴστε, ἐξ ὅτου παρ' ἐμοῦ ἦν τῆς φύσεως ὁ θάνατος; ^ VPTON.

Vers. 23. παραδίδωκα. παρέδωκα pb.

Ibid. πτηνεῖδιον scripsi cum pabc. πτησίδιον h. l. edd.

Vers. 24. αὐτὸς καθ' ἑαυτοῦ δηλῶ. „Alii codices ἑαυτὸς καθ' ἑαυτοῦ. Sequor nostrum. * VPTON. Recte: sic & pb. Ne græcum quidem est id quod vulgo hic legebatur, quod tamen & habent pap.

Ibid.

Ibid. ἐπιβήσεται τοῦ ἑνὸς χώρου. „Forſ. vel.“ conic. SHAFTESB. „Recte. *Ex iſta parte te invaſurum eſſe dominum.*“ VPTON. At ἐπιβαίνειν cum genit. caſu pariter *invadere* ſignificat. Poteſt etiam τοῦ a χώρος pendere, ut dativus caſus perſonæ per ellipſin omiſſus ſubintelligatur.

Verſ. 26. Ἀλλὰ θέλω καθῆσθαι ἔστω οἱ συγκλητικοί. „Senatus, Equites, Plebes: haec priſca diviſio.“ His ſua loca, ſuusque [cuique ordini] gradus in ſpectaculis. Horat. Epiſt. lib. I. 1, 67.

Vt propius ſpectes lacrymoſa poëmata Paſti.

Vide & Epod. IV. 15. Juvenal. III. 155.“ VPTON.

Ibid. Cum poſt παρέχεις & θλίβεις vulgo interrogandi ſigna ponerent omnes: „Malim interrogationes abeſſe,“ ait VPTONVS; cui obſecutus ſum. Nempe, ſi interrogative iſta accipias, oportebat a particula negante incipi orationem, οὐχ ὁρᾷς.

Ibid. στενοχωρίαν παρέχεις. „στενοχωρία opponitur εὐρυχωρία apud M. Anton. IX. 32. ubi vide Gatak.“ VPTON. Familiare verbum στενοχωρεῖσθαι noſtro; quod vide in Indice, & verſ. proxime ſequente.

Verſ. 27. καὶ μὴ θεώρει. „Dele καὶ. Sententiam enim turbat.“ VPTON. Si abeſſet, ſane non deſideraretur. Sed nec temere equidem abjiciam. *Si, ubi tuus locus eſt, commode ſpectare te non poſſe putas; etiam prorſus non ſpectato.* Corrupte τὶ μὴ θεωρεῖς (ſic) pc.

Ibid. καὶ σὺ μὴ θλιβῇς. Vulgo omnes θλίβῃς, excepta ed. Ven. e qua θλιβῇς revocavi: quod ferri poſſe videtur, in Aor. ſec. ſubjunct. paſſ. Et ſic tres noſtri codices. Niſi θλιβήσῃ malis, in futuro; aut θλίβῃ, in præſ. paſſivo. Nam θλίβῃς, in activo, intelligendo ex ſuperioribus σεαυτὸν, prorſus non placet.

Ibid. κάθησον. κάθησον pc. male.

Verſ. 29. τί ἐστιν αὐτὸ τὸ λοιδορεῖσθαι; Ad verbum, *quid eſt ipſum hoc, conviciis peti?* At hoc ita dictum, quaſi paulo ante de *conviciis* verba feciſſet; quod non reperio. Quare vide, ne ſcribendum ſit: ἀλλὰ τί ἐστιν αὖ τὸ λοιδορεῖσθαι. *Sed porro, quid eſt conviciis peti?*

Ibid. λίθον λοιδόρει. Perperam λίθον λοιδόρει ed. Ven. & Baſ. Correxit editor Genev. & ſeqq. Et verum habent noſtri libri.

Ibid. ἂν δ' ἔχει τὴν αἰσθάνειαν τοῦ λοιδορουμένου ὁ λοιδορῶν ἐπιβήσεται. „Forte οἷς ἐν. Sed vide ſupra;

(L 7)

(I. 7, 22.) unde apparet legendum esse ὥστερ ἐπίβαθραν." COMES SHAFTESB. „Codex Salmant. ἐπίβαθραν, alii [Ven. Bas. & seqq. cum cod. pc.] ἐπὶ βάθραν. At οὕς eleganter supprimitur, ut jam monui." VPTON. Vide Vpt. Not. ad I. 21, 3. At h. l. ne staret quidem commode οὕς particula. ἐπιβάθραν merito correxit idem Editor; & sic scriptum est in pab.

Vers. 30. Περίσχισον αὐτόν. Τί λέγεις αὐτόν; τὸ ἱμάτιον λάβε, περίσχισον. „Τί λέγεις, αὐτόν; Αὐτὸν, μιμητικῶς. Abscinde ipsum. Quid dicis, Ipsum? Cape vestem; eam abscinde. τὸ ἱμάτιον, sic vocat corpus: supra autem χιτωνάριον. Tamen distinctio erat inter χιτῶν & ἱμάτιον: nam χιτὼν est vestis interior, ἱμάτιον exterior. Sic apud Matth. [Evang.] cap. 5, 40. distinguuntur: καὶ τῷ θέλοντί σου κριθῆναι καὶ τὸν χιτῶνά σου λαβεῖν, ἄφες αὐτῷ καὶ τὸ ἱμάτιον. Nota interea, αὐτὸς non ad corpus spectare, sed ad animum, quo sensu Plato utitur. Aliter poëtæ. Homer. Il. ε. 4. αὐτοὺς δ' ἔλυσε τεθηπότας. Ibi Schol. αὐτοὺς, ἀντὶ τῶν σωμάτων αὐτῶν. Virgil. [VI. 362.] ubi Palinurus: *Nunc me fluctus habet. Me*, id est, meum corpus." VPTON.

Verba ista, Τί λέγεις &c. commode etiam sic distinxeris: Τί λέγεις; αὐτόν; *quid ais? ipsum?* Conf. I. 1, 23. & ibi not. Cæterum, an τὸ ἱμάτιον hic, ut supra τὸ χιτωνάριον, *corpus* sit cum Vptono intelligendum, id quidem dubitare licebit. Mihi visum erat περισχίζειν τὸ ἱμάτιον nunc esse *vi detrahere vestem ut discindatur*; accepique de mandato lictori dato, ut vestibus homini detractis, virgis eum cæderet. σχίζεσθαι aliàs de *scissa veste* frequentatur; itemque compositum περισχίζ. in græca versione vaticiniorum Esaiæ, *sin* 36, 22. περισεσχισμένοι τοὺς χιτῶνας, *laceris vestibus*. Eadem notione etiam verbum ῥήγνυσθαι pervulgatum est; sed περιῤῥήγνυναι τὴν χλαμύδα, est *chlamydem ex lacerando detrahere*, apud Polyb. XV, 33, 4. Eamdemque rationem h. l. esse verbi περισχίζειν putavi. Apud Appianum Civ. II. 117. unus ex perculsoribus Cæsaris, αὐτοῦ τῆς πορφύρας ἐλάβετο, καὶ τὸ εἷμα περιεσπάραξε ἐπὶ τὸν τράχηλον εἶλκε, *togam ejus prehensam, in cervicem detraxit*, scil. quo guttur nudum pateret pugionibus conjuratorum.

Ibid. καλῶς σοι γένοιτο. *Bene sit tibi! bene mihi vertat!* Formula ironiæ. Vide ad II. 6, 32." VPTON.

Vers. 31. Σαπράντης — — ἐν ἴσῃ τρόπου καὶ ἐπιτάσει. „Cicero de Offic. I. 26. *Præclara est æquabilitas in omni vita; & idem semper vultus, cadémque frons; ut de Socrate, item de C. Lælio accepimus.* Idem Tusc. Disp. III. 15. *Hic est ille vultus semper* idem, *quem dicitur Xantippe prædicare solita in viro suo fuisse Socrate: eodem semper se vidisse exeuntem illum domo, & revertentem.* Vide Aelian. IX. 7. Simplic. ad Epictet. cap. 42. Senec. de Ira, lib. II. c. 6. & Epist. 104. Plin. lib. VII. c. 19. Infra, III. 5, 16. τὸ αὐτὸ πρόσωπον ἀεὶ καὶ ἐμφέρειν καὶ ἀφέρειν." VPTON. Testimonia ista majorem partem jam collegerat Gataker ad M. Anton. I. 8.

Ibid. ἀπαραπόδιστον. Sic recte codd. nostri. Mendose ἀπαραπόδιστα ed. Ven. & Bas. quæ tamen mox in ἐλεύθερον consentiebant.

Vers. 32. Παράδοξα λέγουσιν οἱ Φιλόσοφοι. „Vide IV. 1, 173." VPTON.

Ibid. κεντεῖν τινος τὸν ὀφθαλμὸν. Sic scripsi cum nostro pc. κεντεῖν τινὰ ed. Ven. Bas. Gen. cum pab. quod fortasse rectius etiam fuerat. Sua vero auctoritate καὶ scripsit editor Colonienſis, quod tenuere sequentes, atque etiam Vptonus.

CAPVT XXVI.

Vers. 1. Ἀναγινώσκοντός δὲ τοῦ ὑποθετικοῦ, φησὶ &c. „*Legente autem hypotheticos*, scil. τινός; *Cum quidam legeret.* Nisi forte sit ἀντίστασις, pro ἀναγινώσκων, *Cum ipse legeret.* Epicteti mos est, præcepta Dialecticorum ad doctrinam Morum accommodare; [quod modo vidimus, cap. 25, 11.] & monere adolescentes, ne fimiles evadant Sophistarum; qui, ut ait Isocrates, τὰς ἀναλύσεις ἐπὶ μὲν τῶν λογιδίων τηροῦσιν, ἐπὶ δὲ τῶν ἔργων μὴ καταφρόνουσιν: cum in oratiunculis caveant, ne contraria sibi dicant, non perspiciunt cum factis suis pugnare orationem." WOLFIVS. „Verte, *cum ipse legeret*, nempe Epictetus. Vide Sanctii Minervam lib. II. c. 7." VPTON. Me vero, ut credam, posse ἀναγινώσκοντος ad eumdem Epictetum referri, ad quem verbum φησὶ haud dubie refertur, nec Sanctius inducet, nec vel Wolfius vel Vptonus. Ad eam efficiendam sententiam, quam Vptonus voluit, ἀναγινώσκων omnino scriptum oportebat. Et hoc ipsum quidem ἀναγινώσκων per-

sique

ſpicue exhibet codex noſter pb. quod erunt fortaſſe nonnulli, qui citra cunctationem amplectendum cenſeant. Quſi conferre voluerint quae infra vſ. 13. leguntur, intelligent, τὸν ἀναγινώσκοντα τοῖς ὑποθετικοῖς non eſſe Epicteteum; illamque adeo codicis noſtri ſcripturam ferri non poſſe. Supereſt igitur id quod Wolfio ſaltim in mentem venerat, ut, tenentes genitivum ἀναγινώσκοντος, in quem cæteri ſcripti libri cum editis conſentiunt, pronomen τινὸς ſubintelligamus. Neque enim opus eſſe videtur, ut cum Meibomio diſerte adjiciendum τινὸς ſtatuamus; nihilo ſane magis, quam opus fuerat adjecto nominativo τις I. 19, 24. aut I. 25, 8. ubi illud pronomen per ellipſin ſubintellectum vidimus. Fit autem ille aliquis nunc unus ex auditoribus Epicteti, cujus hoc tempore hae vices erant, ut penſum aliquod ex Logicis diſciplinis in ſchola recitaret. conf. I. 10, 8. II. 1, 30. Et ex hac ipſa quidem Diſſertatione, ſi conferamus quae vſ. 13. legimus, intelligi videtur, Epictetum Logicae artis praecepta non ſemper per ſe ipſum tradere ſolitum diſcipulis, qui ipſius ſcholam frequentabant; ſed habuiſſe hujus rei cauſſa collegam aliquem vel collaboratorem ſibi adjunctum, qui ſub auſpiciis Epicteti, utpote principalis praeſidis ſcholae, iſtam artem (cujus ſubtilitates minime ad palatum erant noſtri philoſophi, ut etiam Wolfius monuit in Adnotat. proxime ſeq.) ac fortaſſe etiam Rhetoricam, pariter diſcipulos doceret; ita quidem ut idem praeceptor ſecundariis certis deinde temporibus, praeſente Epicteto in publico auditorum omnium conſeſſu alumnos ſuos produceret, qui ſuorum in illis artibus progreſſuum ſpecimen ederent. Ad hoc fortaſſe eodem pertinet, quod I. 4, 9. ait; ubi conſer notata. Adde de argumento hujus capitis quae infra notamus ad verſ. 13. Ad τοὺς ὑποθετικοὺς intellige λόγους, *rationes*, *ratiocinationes*, *argumentationes*. Vide not. ad I. 7, 1. Quidni pro ἀναγινώσκων, codex iſte noſter, de quo paulo ante dixi, ἀναγινώσκων obtuliſſet, lubens hoc eram amplexurus; de quo verbo vide I. 10, 8. ubi notata.

Ibid. ἴδῃ. Meibomius, pro ἀναγινώσκοντος δὲ, ἀναγινώσκοντος ſcribere jubens, ſimul ἴδῃν pro ἴδῃ hoc loco ſcribendum notabat, neſcio quid ſpectans.

Ibid. Νόμος ὑποθετικὸς ἐστι καὶ οὗτος. „Declaremus exemplo. ὑπόθεσις eſto, Diem eſſe: ergo ſequitur, Solem ſupra horizontem eſſe. Aut contra; Solem eſſe ſupra horizontem: ergo, diem eſſe negari nequit. Nam

alioqui regula dialectica violabitur. In doctrina morum hypothesis est: *Finem esse hominis, naturæ congruenter vivere*: naturam autem hominis esse positam in προαιρέσει, hoc est, vero judicio, & recta volantate. Has hypotheses illud sequitur: In excolendo animo inprimis esse elaborandum: animo bene affecto, in malis esse neminem. Cum hypothesibus his pugnat: jacturam pecuniæ aliarumve rerum deplorare: aut, omissa ingenii cultura, consectari opes, honores, voluptates corporis. Hanc hujus capitis summam tenere, mihi satis esse videtur. Verba autem alicubi ita intricata in eo sunt, ut ingenue fatear, me vix, ac ne vix quidem, quid sibi velint, assequi: id quod plerumque fit, cum τὰ λογικὰ τοῖς φυσικοῖς miscentur. Videtur Epictetus propemodum invitus tractasse Logica, & ita tractasse, ut omissis Stoicorum argutiis statim ad vitam & mores transiliret. „ WOLFIVS. Quod de Epicteto Wolfius ait, dialecticarum argutiarum, quibus mire delectabantur alii Stoici, haudquaquam admiratore, valde adsentior viro docto. Vide quæ monui ad I. 7, 1. & ad I. 17, 6. & loca ibi citata. De hujus capitis difficultatibus non minus, quam Wolfius, conquerentem mox Vptonum videbimus ad vers. 13.

Ibid. πολὺ δὲ πρότερον. Prætuli hanc verborum seriem, qua utuntur pbc. Vulgo πολὺ πρότερον δὲ.

Vers. 3. Πρῶτον οὖν ἐπὶ τῆς θεωρίας. *Primum igitur in contemplatione.* Intelligere quid verum rectumque sit, prius est, & facilius. Id vero exsequi & observare, posterius ac difficilius.“ WOLFIVS. — „ Nonnullorum erat Stoicorum sententia, a Logica tyronibus incipiendum. Vide Diog. Laërt. VII. 40, & quæ ibi citat Menag. ex Plutarch. & Sexto Empirico.“ VPTON. Confer Nostrum I. 17, 6. At hic non de sola loquitur Logica.

Ibid. σπου ῥᾳον, ὅπου λῷον pc. temere.

Ibid. τὸ ἀνθέλκον, ὡς πρὸς τὸ ἀκολουθῆσαι τοῖς διδασκομένοις. „Forte ὡς πρὸς τὸ μὴ ἀκολ.“ COMES SHAFTESB. „Recte.“ VPTON. Quod si abesset ὡς ante πρὸς, requireretur fortasse negativa particula: at sic non modo non desideratur, sed ne locum quidem habere potest. ὡς πρὸς τοῦτο est *quod ad hoc adtinet, respectu hujus.* Itaque τὸ ἀνθέλκον ὡς πρὸς τὸ ἀκολουθῆσαι id. ipsum significat quod volumus, scilicet id *quod trahit ad partem quæ est opposita τῷ ἀκολουθῆσαι &c.*

Vers.

Vers. 4. *βούλευσθαι*, intellige *ἄρχεσθαι* ex sequente membro orationis.

Vers. 5. *Οὐκοῦν ἁμαρτάνω* &c. Cum post hoc dictum olim non indicaretur interrogatio, monuit WOLFIVS, aut interrogative *οὐκοῦν* accipiendum esse, *Nunc pecco?* aut *οὐκ οὖν* vel *οὔκουν* scribendum, absque interrogatione, *Non ergo.*

Ibid. *οὐδὲ μαθητὸν ὄντων.* *οὐ μαθ.* pb.

Vers. 6. *Ἢ ἄγνοια.* „Vide II. 24, 21. & Platon. Alcib. II. p. 143. edit. Steph.“ VPTON.

Vers. 7. *τίνα πάντων ὀργὴ ἀδίκητα τὰ κυβερνητικά.* *ὀργὴν* editi omnes ante Vptonum; quamquam jam WOLFIVS monuerat: „*ὀργὴ* legendum, nominandi casu.“ Id, adstipulante suo codice, recepit tandem Vptonus. Id ipsum vero habent etiam nostri pbc.

Vers. 8. *Ταῦτα ἐκείνῳ μόνῳ λέγειν ἔξεστι.* „*Haec ei soli dicere licet*: hoc est, is filius solus potestatem habet haec dicendi ad patrem, qui recte vivendi, non ostentandi ingenii causa philosophatur.“ WOLFIVS. Pro *μόνῳ*, poterat utique & *μόνον* dicere, (cf. I. 9, 5. & ibi not.) quod h. l. scribere jussit Meibomius; sed nihil causae erat, cur solicitaretur vulgata. In eamque nunc consentiunt libri.

Ibid. *τὴν τοιαύτην ἐπιβολήν.* „Articulus est ex nostro codice, cum in aliis desit.“ VPTON. Eumdem habet pb. Corrupte *ἐπιβουλήν* pc.

Vers. 9. *Εἰ δέ τις μόνον ἐπιδείκνυσθαι θέλει.* „Confer II. 19, 8.“ VPTON.

Ibid. *ἄλλο τι πρᾶσσε, ἢ ἴθι.* „Vocula *ἢ* e codice nostro restituta, plena est sententia.“ VPTON. Ignorabant illam vocula superiores editiones. Desideraverant vero eamdem jam Schegkius, Shakesburius, Meibomius. Et habent eam codd. nostri pbc. Sed Wolfius, quasi nil opus esset, sic vertit: *is aliud quiddam agit, scilicet ut senatori alicui* &c.

Vers. 10. *Ἐκεῖ γὰρ τῷ ὄντι αἱ μεγάλαι ὕλαι εἰσί· καὶ οἱ ἐνθάδε πλοῦτοι ἐκεῖ παίγνια δοκοῦσι.* „*Illic magnae materiae sunt*: cujus rei? ut sis admirationi ob disserendi acumen? quod scilicet proceres morum doctrinam non curant, & laudem ingenii pluris faciunt quam animi tranquillitatem. An vero illud significat, ostentatores istos ambire divitias & honores, non animo excolendo studere.“ WOLFIVS.

Ibid. Hujus tuæ divitiæ: hoc est, philosophiam spes, rectum judicium de rebus, tranquillitas animi, &c. REIM.

Miror satisne sana atque integra hic oratio sit. Vt quidem nunc est, fateor, non satis me vim ejus & connexionem cum præcedentibus sequentibusque perspicere. Tentare interpretationem possum; præstare non possum. Ἐκεῖ, *ibi*, in conviviis divitum, Romæ, ubi laudem virtutum senatorii ordinis captat juvenis e schola, quam in Græcia frequentaverat, domum reversus; τῇ ὄντι, *ai μεγάλαι ὕλαι εἰσί, sunt vere magnæ materiæ*, sunt occasiones vere magnæ, in quibus luculentum specimen suorum in omni virtutum genere profectuum edere juvenis possit. *καὶ εἰ ἐνθάδε πλεῖστοι* &c. *Et quæ hic* (apud nos, Nicopoli) *divitiæ sunt*, & pro magnis opibus habentur, *ea ibi lusus* &c. res viles & exiguæ esse videntur. Nihil variant libri, nisi quod *αἱ* ante *μεγάλαι* desit in ph.

Ibid. διὰ τοῦτο ἐκεῖ δύσκολον κρατῆσαι τῶν αὐτοῦ φαντασιῶν, ὅπου τὰ ἐκεῖσε ὄντα μεγάλα. Quare ibi difficile est imperare tuis visis, & continere suas cupiditates; *ubi sunt res magnam vim habentes imperium illud tibi excutiendi*, & de potestate mentis te dejiciendi. *τῶν αὐτοῦ φαντ.* e superioribus edd. revocavi, pro *αὐτῶν*, quod pro suo more, præter necessitatem & invitis libris omnibus, Vptonus invexerat. Sequentia verba in libris omnibus prorsus corrupta erant, *ὅπου τὰ ἐκεῖ ὄντα μεγάλα*, in quibus nescio quo pacto ita adquiescere potuerint Wolfius Vptonusque, ut ne suspecta quidem habuerint; qui latine sic ea reddiderunt: *Quapropter ibi difficile est imperare suis visis, ubi ea, quæ illic sunt, magna habentur.* Verbisque istis, *τὰ ἐκεῖ ὄντα μεγάλα*, hanc Notam adjecit VPTONVS: „Pulcre Longinus, cap. 7. *Οὐδὲν ὑπάρχει μέγα, οὗ τὸ καταφρονεῖν ἐστι μέγα.*“ — Mihi, non dubitanti corruptam esse vulgatam, primum hæc se offerebat conjectura: *ὅπου τὰ εἰκαῖα ὄντα μεγάλα*, scil. *δοκοῦσι*, id est, *ubi, quæ vana sunt, pro magnis habentur.* Mox vero cum verbum *ἐκκλείσαι* animo occurreret, ita huic loco aptatum & unice verum visum est, ut in ipsam contextum recipere non dubitarem. Intelligo autem *τὰ ἐκκαλούμενα*, scilicet ἃ (vel τὸν ἄνθρωπον) τοῦ κρατῆσαι τῶν φαντασιῶν. Est autem *ἐκκαλεῖν* generatim *expellere, ejicere, depellere, dejicere*; de quo verbo vide quæ notavit

vit Hemsterh. ad Lucian. Timon. c. 35. T. I. p. 156. Vſurpatur vero ſigillatim ea ratione, qua hic illud accipiendum putavi. Velut apud Plutarch. in Anton. c. 10. p. 922. edit. Wechel. *τούτων τῶν λογισμῶν ἐξέωσεν αὐτὸν ἡ παρὰ τῶν ὄχλων δόξα. his eum conſiliis excuſſit popularis opinio.* Et apud ipſum Epictetum noſtrum, IV. 9, 10 ſq. *ἡγεμονίας μὴ τις ἐκπέσῃ σε τούτων τῶν λόγων καὶ ἔργων. δεῖ ἐκπέσωσι ὑπ' ἄλλου μὲν οὐδενός, ὑπὸ σαυτοῦ δέ.* Eodem pertinet, quod pro *Τί μ' ἐκστήσει ἡ ταράξει;* I. 6, 29. codex noſter pe. habet *Τί μ' ἐκπέσῃ ἡ ταράξει;* Adde IV. 13, 22.

Verſ. 11. *ἑκατὸν πεντήκοντα μυριάδας.* Recte WOLFIVS in Notis: *centum quinquaginta myriadas δραχμῶν, more græco.* „Ea vero ſumma latine & Romano more non eſt *millies quingenties*, ut idem Wolfius, & poſt eum Vptonus, in verſione hujus loci ſcripſerunt, ſed *ſexagies*, id eſt, *ſexagies centena millia* HS. quandoquidem drachma, denario Romano æquivalens, quatuor ſeſtertiis numis æſtimatur.

Verſ. 12. *κατεγέλασεν, ὡς ἡμῖς;* „*Vt nos*, nempe qui Epaphrodito ſerviebamus. Vide I. 19, 21. Male itaque codices, noſtro excepto, *ὡς ὑμεῖς.*“ VPTON. — In ἡμεῖς conſentit pb.

Ibid. πῶς ἐκφεύξεις. Olim, repetita hoc loco particula *ἐάν*, legebant *πῶς οὖν ἐκφεύξεις.* Eam particulam Vptonus, codicis ſui auctoritate, ejecit. Eamdemque ignorat pc. ſed habent pab.

Verſ. 13. *Κράξας δὲ τὸν ἀναγινώσκοντα τοῦτο ὑποθετικοὺς.* „Κράξας intelligo, *μετὰ χραυγῆς καλέσας.* Sed quis vocavit lectorem? Epictetus, an vero alius?“ WOLFIVS. „Epaphroditus Epictetum.“ COMES SHAFTESB. — „Hæc omnia obſcuriſſima videntur, absque ope codicum meliorum haud explicanda. Præterea limæ labor hisce Diſſertationibus defuit. Inſciente Epicteto, inſciente etiam Arriano, in publicum prodierunt. Quid mirum igitur, ſi pleraque turbata, luxata, confuſa ſint; nunquam reſtituenda, etiamſi antiquiſſimos codices nacti fuerimus.“ VPTON.

Bona verba quæſo! Vptone. Sunt ſane paſſim haud pauca in his libris turbata, luxata, confuſa. At mirum profecto, non eſſe ejus generis plura. Quo igitur pacto *pleraque* tu nunc dicere potes? Porro quodſi inſciente primum Arriano editæ ſunt hæ Diſſertationes, ut ipſe

sit in Praefatione; non est dubitandum, ab eodem deinde, cum ipse eas ederet, exstantiora erata, si qua inessent, & per festinationem sive ipsius, sive eorum qui de ejus autographo primum eas descripserunt, peccata, quae obscuritatem adferre possent, esse correcta atque emendata. Denique cogitandum, quae hodie nobis supersunt in eisdem sermonibus difficultates, quae nos impediunt, utique non omnes librariorum errori aut incuriae esse imputandas: sed magna ex parte inde nasci, quod nos legentes multa, quae ad eos intelligendos pertinebant, de hominibus, qui inducuntur, aut quorum fit mentio, itemque de moribus istius aetatis, de singulis partibus institutionis disciplinae Stoicae, & praesertim de forma institutionis, qua ipse Epictetus in sua Schola, quam Nicopoli habebat, usus est, denique bene multa id genus alia, ignoremus: quae si nobis comperta & in promtu essent, multa ex his, quae nunc nobis in eisdem sermonibus obscure, confuse, sine connexione & prorsus abrupte, forsan etiam absurde dicta videri possunt, perspicua, bene cohaerentia, denique satis probabiliter ac fortasse etiam praeclare dicta esse intelligeremus.

Hoc loco, quo pacto eum, qui κράζας dicitur τὸν ἀναγνώστην, Shaftesburius *Epaphroditum* intelligere potuerit, *vocantem Epictetum*, ipse viderit, aut Vptonus, qui istam Notam ex ora libri, quo olim usus ille erat, protulit: ego ne hariolando quidem rationem expedio ullam, qua id cogitari possit. Quod si modo certum esset, quod interim probabili ratione sumere licebit, κράζειν τινα idem valere atque ἐγκράζειν τινί, *inclamare aliquem, inclamando objurgare;* caetera non ita male habent, ut de eorum interpretatione prorsus desperandum videatur. Produxerat praeceptor Logicae disciplinae (de quo supra diximus ad vers. 1.) juvenem aliquem, qui in publico & pleno auditorum consessu, praesente & praesidente Epicteto, pensum aliquod ex Logicis institutionibus, de Syllogismis Hypotheticis, praelegebat recitabatque, ut, quid in ea parte profecisset juvenis homo, adpareret. Male is suas partes agebat, ut satis adpareret, rationem praeceptorum, de quibus agebatur, minime perceptam eum habere. Attamen ipse, quid sibi deesset, minime intelligebat, multumque sibi placens, sperabat, mox se, finito studiorum cursu, (in quo morum disciplinae minimam rationem

tionem habebat) Romam cum laude posse redire, ibique eximiam eruditionis & solertiæ famam consecuturum. Occasionem hinc ceperat Epictetus, monitum interserendi utile huic ipsi homini & reliquis suis auditoribus: *quemadmodum in Logicis spectare debemus, quid quodque sequatur, quid repugnet: sic multo magis in vitæ actione: ne suscipiamus aliquam personam, cui consentaneas convenientesque partes tueri non possimus. Ne festinent juvenes de schola decedere, Romamque redire, & ibi turbini rerum sese committere, priusquam bene præparatum pectus habeant, & moralia præsertim præcepta non modo mente recte perceperint, sed etiam usu familiaria sibi reddiderint. Quodsi etiam parentes revocent filios: deprecari eos hi debent, & cum eis agere, ut se diutius in scholæ institutione, quousque discenda superfint, morari patiantur.* Quæ cum audivisset ille juvenis, parum ea ad se pertinere ratus, pergebat ea fronte eoque tenore quo cœperat. Tum recta ad eum se convertit *Epictetus, inclamans eum,* stultitiamque ejus & ineptiam arguens. Ibi tum *magister, qui produxerat hominem, & pensum illud recitandum ei propofuerat, ridere ipse suum discipulum coepit.* Quo facto, omittens jam paulisper juvenem *Epictetus, ad ipsum magistrum se convertit,* &, veluti culpæ partem a juvene amoliturus, *illum increpat, quod non recte hunc præparaverit instituerituque.* Mox vero rursus ad juvenis cauffam & eorum, quæ ei similes sunt, redit; & pergit auditores suos monere, *intelligat tandem quisque, quid ei adhuc desit, & quantum distet a scientiæ perfectione, quam pene jam adeptos se multi persuadent: denique ne ad difficiliora suscipienda festinent, priusquam faciliora recte percepissent. Nec vero id in eis tantum disciplinis curent, quæ cognitione & speculatione* maxime continentur; sed præsertim etiam *in morum institutione & in totius vitæ actione.*

Ibid. τοῦ ὑποδεμένου αὐτῷ τὴν ἀνάγνωσιν. „Estne idem qui ὁ κράξας? Idemne lectorem vocavit, eumque derisit, imperite scil. legentem ea quæ non intelligebat? Sic videtur.“ WOLFIVS. Immo vide Adnot. proxime præced. & confer notata ad verf. 1. & ad I. 4, 9.

Ibid. σεαυτοῦ, ἔφη, καταγελᾷς. εἶπε h. l. pro *ἔφη* scribit pb.

Ibid. οὐ προσγυμν. In pc. hæc sic scribuntur: *οὐ προσγύμνασας; οὐ προσγύμνασας τὸν νεανίσκον.*

Ibid. Ἀλλ' οὐ ἀναγνώσῃ αὐτῷ χρῇ; „Nil pro lecturo eo uteris? quasi dicas, non opus est puerum intelligere, modo legat ut ipse intelligam.“ WOLFIUS. ἀναγνώσῃ, pro ἀναγνώσεσθαι, perperam dabant Ven. & Bas. Wolfii emendationem, ἀναγνώσεσθαι in contextum recepit editor Colon. & seqq. eandemque firmant nostri codd. pabc. Porro χρῇ, contra vulgatum usum, legebant omnes ante Vptonum, qui tacite χρῇ correxit; nescio an a codice suo admonitus.

Vers. 14. Τί οὖν, ἔφη, τῇ [μὴ] ἀναμένῃ ἀκριβῶς συμπεπλεγμένου ἀντιρρήσει παρακολουθεῖν &c. Cum ignorarent vulgo omnes *negantem particulam*, quam nos (uncis quidem inclusam) adjecimus, sic ad hunc locum commentatus est WOLFIVS: „Τί οὖν; ἔφη· *Quid tum, inquit;* Epictetus scilicet. Ea quae sequuntur videntur interrogative legenda, hoc fere modo: *Quid tum? inquit. Ei-ne, qui non tantum legit, sed etiam intelligit argutias dialecticas, maximarum rerum judicium est credendum?* Quasi dicat, Nequaquam. Si sine interrogatione legatur; significat, quid fiat, non quid fieri debeat. Philosophi, inquit, est, non Dialectici, vere laudare, & vituperare. Cicero Lucullo: [Acad. II. 28.] *Dialecticam inventam esse dicitis, veri & falsi quasi disceptatricem & judicem. &c. — — Quod sit summum bonum, quid habet, ut queat judicare? Quid igitur judicabit? quae conjunctio, quae disjunctio vera sit, &c.* Lector ipse locum hunc inquirat, quem brevitatis causa omitto, quanquam non ad hoc tantum caput intelligendum utilem.“

Post Τί οὖν, ante Vptonum omnes *interrogandi signum* ponebant; quod ille, monitus (ut video) a Salmasio, sustulit, ut τί idem ac διὰ τί valeret; percommode id quidem, quamquam fere perinde erat. Caeterum e sequentibus verbis, prouti vulgo legebantur, ad quae nihil adnotavit Vptonus, nullum plane sensum extricare mihi licuit, nisi adjecta *particula negante;* quam & res ipsa poscebat, & parallelismus sequentis membri orationis, ὁ μὴ σώφρων τὸ ἔξῃς, denique tota cum antecedens, tum consequens oratio. Quare aut eodem loco, quo uncis inclusam posui, inserenda fuerit particula μὴ vel οὐ, aut articulus τῇ in μὴ mutandus. Negantem particulam a Teutonico etiam Interprete hoc loco suppletam video. Juvenis ille, de quo agitur, satis sese prodiderat *non posse* ita, ut par erat, & uti videri volue-

rat,

rat, *rationem complecti sive connexi syllogismi pervidere ac dijudicare.* λόγος vel συλλογισμὸς συνημμένος idem est ac συνημμένος, *syllogismus hypotheticus connexus*, id est, cujus major propositio est hypothetica connexa sive affirmans. Conf. Simplic. ad Enchir. c. 58. p. 292 sq. edit. Lugd. Aliud est τὸ συμπεπλεγμένον, de quo vide ad II. 9, 8.

Ibid. ἕταιρον πιστεύομεν, ψόγον πιστεύομεν &c. Hæc quo pertineant, definire non ausim. Fortasse, finito cursu Dialectico, nunc in eo erat juvenis noster, ut Rhetoricas frequentaret scholas; aut etiam in arte Rhetorica, non minus quam in Dialectica, magnos jam profectus fecisse sibi videbatur: cujus artis & exercitationes & specimina, pro illius ætatis more, potissimum ponebantur in declamationibus, quibus laudes aut vituperia hominum, virtutibus, aut vitiis clarorum, exsequebantur, aut de rebus bonis & malis disserebant, & locum aliquem ex morali Philosophia tractabant; quo in genere & elaborabant sæpe & eminere etiam sibi videbantur multi, priusquam, quid esset bonum, quid malum, quid laudabile, quid vituperandum, ipsi ex moralis Philosophiæ diligenti studio recte perceptum habuissent. Illum igitur fortasse morem respicit Epictetus in his verbis, ἕταιρον πιστεύομεν, ψόγον πιστεύομεν &c. Sed, ut dixi, mihi de hac parte sermonis Epicteti non satis liquet: & doctiorum virorum auctiorumque interpretationem exspecto. Fortasse etiam meliores codices, quos adhuc superesse spero, si olim excutientur, cum huic loco, tum bene multis aliis, clariorem lucem adfundere poterunt.

Ibid. κἂν τινα κακῶς λέγῃ, οὗτος ἐπιτρίψεται; *Quod si quem vituperat, is curabit?* Nil variant libri nostri, nisi quod, pro κακῶς, temere κακῶς scribit pc. Cæterum vulgo omnes absque interrogatione legunt; & sic vertit Vptonus cum Wolfio: *Quod si cui maledicit, is curat.* Ego *interrogandi signum* adjiciendum putavi, ut ea prodiret sententia, quam in versione expressi. Fortasse autem rectius pronomen οὗτος cum λέγῃ conjungeretur, in hanc sententiam, *quod si quem vituperat hic homo.* Sed id quidem parum referre videtur. At in verbis proxime sequentibus, κἂν ἑταίρῃ τινα, ἐπαίρεται, ἐν τοῖς οὖσι μικροῖς ὁ μὴ σύρλοιπον τὸ ἐξῆς; non modo rursus interrogandi signum in fine adjeci, quod ignorant alii;

Ibid. Ἀλλ' οὐ ἀναγνώσῃ αὐτῷ χρῇ; „Sed pro lectore eo uteris? quasi dicas, non opus est puerum intelligere, modo legat ut ipse intelligam.“ WOLFIUS. ἀναγνώσῃ, pro ἀναγνώσῃ, perperam dabant Ven. & Bas. Wolfii emendationem, ἀναγνώσῃ in contextum recepit editor Colon. & seqq. eandemque firmant nostri codd. pabc. Porro χρῇ, contra vulgatum usum, legebant omnes ante Vptonum, qui tacite χρῇ correxit; nescio an a codice suo admonitus.

Vers. 14. Τί οὖν, ἔφη, τῇ [μὴ] δυναμένῃ διακρίνειν συμπεπλεγμένον ἐπιτρέπει παρακολουθεῖν &c. Cum ignorarent vulgo omnes *negantem particulam*, quam nos (uncis quidem inclusam) adjecimus, sic ad hunc locum commentatus est WOLFIVS: „Τί οὖν; ἔφη· *Quid tum, inquit;* Epictetus scilicet. Ea quae sequuntur videntur interrogative legenda, hoc fere modo: *Quid tum? inquit. Ei-ne, qui non tantum legit, sed etiam intelligit argutias dialecticas, maximarum rerum judicium est credendum?* Quasi dicat, Nequaquam. Si sine interrogatione legatur; significat, quid fiat, non quid fieri debeat. Philosophi, inquit, est, non Dialectici, vere laudare, & vituperare. Cicero Lucullo: [Acad. II. 28.] *Dialecticam inventam esse dicitis, veri & falsi quasi disceptatricem & judicem. &c. — — Quod sit summum bonum, quid habet, ut queat judicare? Quid igitur judicabit? quae conjunctio, quae disjunctio vera sit, &c.* Lector ipse locum hunc inquirat, quem brevitatis causa omitto, quanquam non ad hoc tantum caput intelligendum utilem.“

Post Τί οὖν, ante Vptonum omnes *interrogandi signum* ponebant; quod ille, monitus (ut video) a Salmasio, sustulit, ut τί idem ac διὰ τί valeret; percommode id quidem, quamquam fere perinde erat. Caeterum e sequentibus verbis, prouti vulgo legebantur, ad quae nihil adnotavit Vptonus, nullum plane sensum extricare mihi licuit, nisi adjecta *particula negante;* quam & res ipsa poscebat. & parallelismus sequentis membri orationis, ὁ μὴ σύρλαχων τὸ ἔξῃς, denique tota cum antecedens, tum consequens oratio. Quare aut eodem loco, quo uncis inclusam posui, inserenda fuerit particula μὴ vel οὐ, aut articulus τῇ in μὴ mutandus. Negantem particulam a Teutonico etiam Interprete hoc loco suppletam video. Juvenis ille, de quo agitur, satis sese prodiderat *non posse* ita, ut par erat, & uti videri voluerat,

rat: *vallorum complexi sive connexi syllogismi pervidere ac dijudicare.* λόγος vel συλλογισμὸς συμπεπλεγμένος idem est ac συνημμένος, *syllogismus hypotheticus connexus*, id est, cujus major propositio est hypothetica connexa sive adfirmans. Conf. Simplic. ad Enchir. c. 58. p. 292 sq. edit. Lugd. Aliud est τὸ συμπεπλεγμένον, de quo vide ad II. 9, 8.

Ibid. ἁπλοῦν πιστεύομεν, ψόγον πιστεύομεν &c. Hæc quo pertineant, definire non ausim. Fortasse, finito cursu Dialectico, nunc in eo erat juvenis noster, ut Rhetoricas frequentaret scholas; aut etiam in arte Rhetorica, non minus quam in Dialectica, magnos jam profectus feciſſe ſibi videbatur: cujus artis & exercitationes & ſpecimina, pro illius ætatis more, potiſſimum ponebantur in declamationibus, quibus laudes aut vituperia hominum, virtutibus, aut vitiis clarorum, exſequebantur, aut de rebus bonis & malis diſſerebant, & locum aliquem ex morali Philoſophia tractabant; quo in genere & elaborabant ſæpe & eminere etiam ſibi videbantur multi, priusquam, quid eſſet bonum, quid malum, quid laudabile, quid vituperandum, ipſi ex moralis Philoſophiæ diligenti ſtudio recte perceptum habuiſſent. Illum igitur fortaſſe morem reſpicit Epictetus in his verbis, ἁπλοῦν πιστεύομεν, ψόγον πιστεύομεν &c. Sed, ut dixi, mihi de hac parte ſermonis Epicteti non ſatis liquet: & doctiorum virorum auctiorumque interpretationem exſpecto. Fortaſſe etiam meliores codices, quos adhuc ſupereſſe ſpero, ſi olim excutientur, cum huic loco, tum bene multis aliis, clariorem lucem adfundere poterunt.

Ibid. κἂν τινα κακῶς λέγῃ, οὗτος ἐπισκέψεται; *Quod ſi quem vituperat, is curabit?* Nil variant libri noſtri, niſi quod, pro κακῶς, temere καλῶς ſcribit pc. Cæterum vulgo omnes absque interrogatione legunt; & ſic vertit Uptonus cum Wolfio: *Quod ſi cui maledicit, is curat.* Ego *interrogandi ſignum* adjiciendum putavi, ut ea prodiret ſententia, quam in verſione expreſſi. Fortaſſe autem rectius pronomen οὗτος cum λέγῃ conjungeretur, *in hanc ſententiam, quod ſi quem vituperat hic homo.* Sed id quidem parum referre videtur. At in verbis proxime ſequentibus, κἂν ἑαυτῷ τινα, ἐπαίρεται, ἐν τοῖς οὖσι μικροῖς ὁ μὴ εὑρίσκων τὸ ἑξῆς; non modo rurſus interrogandi ſignum in fine adjeci, quod ignorant alii;

alii; verum etiam reliqua verba aliter, quam vulgo factum, distinxi. Nempe superiores omnes sic: *κἂν ἐπαινῇ τινα, ἐπαίρεται ἐν τοῖς οὕτω μικροῖς, ὁ μὴ εὑρίσκων τὸ ἑξῆς.* id est, Wolfio interprete & Vptono: *Si quem laudat, rebus adeo minutis extollitur is, qui id quod consequens est, non deprehendit.* Ad quæ verba hæc WOLFIVS adnotavit: „*ὁ μὴ εὑρίσκων τὸ ἑξῆς. Qui id quod sequitur, non invenit:* hoc est, (ut opinor) Dialecticæ imperitus magni facit Dialectici de se judicium. Ἐν τοῖς οὕτω μικροῖς. Quæ sunt illa parva? Num argutiæ Dialecticæ? an vero imperiti judicis laudes." — Mihi licet haud satis commoda videri poterat verborum trajectio, tamen manifeste jungenda visa sunt hæc, *ἐν τοῖς οὕτω μικροῖς ὁ μὴ εὑρίσκων τὸ ἑξῆς*, id est, *hic, qui in tam minutis rebus* (quale est judicium de ratione syllogismi hypothetici ferendum) *id quod consequens est, non cernit.*

Vers. 15. *Αὕτη οὖν ἀρχὴ τοῦ φιλοσοφεῖν.* „Vide lib. II. cap. 12. [cap. 11. voluerat] in initio." VPTON.

Ibid. πρὸς τὰ μέγιστα. *πρὸς τὰ μεγάλα* dant tres nostri codd. pabc.

Vers. 16. *συντάξεις ἀγοράσαντες ἐπιβάλλῃτε δοθίῃν. διὰ τοῦτο ἐμοῦσιν, ἢ ἀπεπτοῦσιν.* „Seneca de Tranq. Animi, c. 9. *Non prodest cibus, nec corpori accedit, qui statim sumtus emittitur.* — — *Distrahit animum librorum multitudo.* — — *Fastidientis est stomachi, multa degustare; quæ ubi varia sunt, & diversa, inquinant, non alunt.* Hic M. Antonin. II. 2. *Ἄφες τὰ βιβλία· μηκέτι σπῶ.* Idem mox: *τὴν δὲ βιβλίων δίψαν ῥίψον.*" VPTON. — *σύνταξιν*, pro *συντάξεις*, dant pabc, minus recte. Pro *ἀγοράζοντες, ἀγοράσαντες* scribit pc.

Ibid. ἀπεπτοῦσι recte edd. cum pb. Corrupte *ἀπεπτοῦσι* pa. *ἐκπεπτοῦσι* pc.

Vers. 18. *ἀνεξέταστον βίον μὴ ζῆν.* „Vide III. 13, 15. Socratis verba sunt apud Platonem in Apol. sect. 18. [sect. 28. p. 112. ed. Forster.] *Ἐὰν τ' οὖν εἴπω λέγω, ὅτι καὶ τυγχάνει μέγιστον ἀγαθὸν ἀνθρώπῳ τοῦτο, ἑκάστης ἡμέρας περὶ ἀρετῆς τοὺς λόγους ποιεῖσθαι, καὶ τῶν ἄλλων, περὶ ὧν ὑμεῖς ἐμοῦ ἀκούετε διαλεγομένου, καὶ ἐμαυτὸν καὶ ἄλλους ἐξετάζοντος, (ὁ δὲ ἀξέταστος βίος, οὐ βιωτὸς ἀνθρώπῳ) ταῦτα δ' ἔτι ἧττον πείσεσθέ μοι λέγοντι.*

τι. Respexit autem ad Epicteti hunc locum M. Antonin. III. 5. *Μήτε ἀκινήτως ἐνέργει, μήτε ἀνοικονόμητος, μήτε ἀνεξέτιστος.* VPTON.

CAPVT XXVII.

VII. *Ποσαχῶς αἱ φαντασίαι γίνονται.* Verbum *γίνονται* perperam h. l. deest in pab. Sed habent illud iidem codd. in Tabula Capitum libro primo praefixa.

Ibid. πρὸς αὐτὰς. Sic recte Vpt. ut scribendum monuerat Meibom. Mendose olim *πρὸς αὐτὰ* edd. & mscti nostri; sed hi quidem in Capitum Indice verum tenent.

Vers. 1. *ἢ γὰρ, ὡς ἔστι τινὰ, οὕτω φαίνεται.* Sic scripsi cum nostro pb. Caeteri vulgo, *ἢ γάρ ἐστί τινα οὕτως, ὡς φαίνεται.*

Vers. 2. *ἐν πᾶσι τούτοις εὐστοχεῖν, ἔργον ἐστὶ τοῦ πεπαιδευμένου.* Ὁ *πεπαιδευμένος* e Stoicae disciplinae usu intelligendus, quo tria hominum genera distinguebantur: *ὁ ἀπαίδευτος* vel *ὁ ἰδιώτης*; tum *ὁ ἠργμένος παιδεύεσθαι* vel *ὁ παιδευόμενος*, idemque *ὁ προκόπτων*; denique *ὁ πεπαιδευμένος* vel *ὁ φιλόσοφος*. Enchir. c. 5. (c. 10. recens. Wo.) & cap. 48. (Wolf. 71 sq.) Vide Not. ad I. 4. 1. Dicit autem: *in omnibus istis scopum attingere, & nunquam errare, minus esse & rem eruditi hominis & perfecti philosophi:* at nempe is, qui nondum est perfectus philosophus, cui vero curae cordique est ut in via ad veram eruditionem, ad veram sapientiam, profectum faciat, is eam partem curabit quae est maxime necessaria: curabit, ut rectum de rebus bonis & malis judicium ferat, ut perturbationum animi vim frangat; cavebit, ne a pravis consuetudinibus abripi se patiatur: hoc, inquam, prius curabit, hoc prius aget, in hoc prius elaborabit, quam discere volet, quibusnam dialecticis subtilitatibus occurrendum sit Pyrrhonicorum & Academicorum sophismatibus. Hoc argumentum, hoc caput caussae est, quod Dissertatione hac continetur.

Ibid. ἐκείνῳ δεῖ προσάγειν τὴν βοήθειαν. „Ad hunc locum respexisse arbitror M. Anton. V. 36. *Μὴ ἐλκύσαι σε τῇ φαντασίᾳ συναρπάζεσθαι· ἀλλὰ βοηθεῖν μὲν κατὰ δύναμιν, καὶ κατ' ἀξίαν.* VPTON.

Ibid. Πυῤῥώνειοι. Sic bene ed. Cantab. & seqq. cum pabc. Πυῤῥώνιοι edit. vett.

Vers. 3. *αἱ τῶν πραγμάτων πιθανότητες.* „Rerum probabilitates: id est, illecebrae ad assentiendum; ut divitiarum

vitiarum πιθανότης est, eas esse bonum, & expetendas; mortis, eam esse malum, & aversandam." WOLFIVS. „Confer II. 22, 6. III. 7, 24. Laërtius in vita Zenonis, VII. 89. Διαστρέφεσθαι δὲ τὸ λογικὸν ζῶον, ποτὲ μὲν διὰ τὰς τῶν ἔξωθεν πραγματειῶν πιθανότητας, ποτὲ δὲ διὰ τὴν κινουμένην τῶν συνόντων. *Perverti autem rationale animal, interdum exterioribus negotiis inductum, quandoque crebris sermonibus eorum quibuscum versatur.* M. Anton. V. 6. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι λογικῇ τινι πιθανότητι παρήγοντας. *Siquidem & illi rationis specie quadam probabili abducuntur.*" VPTONVS. Apud Laert. l. c. equidem πραγμάτων scribendum putem, pro πραγματειῶν, quod non erat illius loci.

Ibid. βοηθείαν ἀναφύσησεν. ἐφύσησεν h. l. pc. sicut paulo post dant omnes.

Vers. 4. τὸ ἀναῤῥῖπτον ἔθος. „Vide III. 12, 6 sq. & II. 18, 25." VPTON.

Vers. 5. Τάλας ἐκεῖνος. Perperam ἐκεῖνον Ven. & Bas. Correxit Genev. & sqq.

Ibid. ἐξενέχη. Vulgo hæc conjungebant, ἡ μήτηρ ἐξενέχη, quæ separanda esse, ut ad juvenem referatur ἐξενέχη, recte docuit Wolfius: cui tamen in græcis non obsecuti sunt editores ante Vptonum. — „ἐξενέχη, *sublatus, excisus est*; vel pro funditus interiit, vel morte violenta interiit, accipio." WOLFIVS. Satis fuerit, si, quod mox ait, *immatura morte abreptum* intelligamus. *Pater & mater perierunt*; non hoc dicit, ipsos pariter obiisse, ut Wolfius acceperat, sed ita dictum puta, ut quis de se ipse dicit, *perii*; ergo *perierunt*, i. e. *moerore confecti sunt*. De re confer. Ench. c. 16. Tria verba, ἡ μήτηρ, & ἐξενέχη, desunt pc.

Vers. 6. ἀπόσπασον σεαυτὸν τούτων τῶν φωνῶν, τούτων τῶν φαντασιῶν pc.

Ibid. τὰς ἐναργεῖς προλήψεις ἐσμιγμ. Vulgo τὰς προλήψεις ἐναργεῖς, ἐσμιγμένας &c. Placuit series verborum quam secutus est pb. qui nec comma ante ἐσμιγμένας posuit, perperam vero ἐσμιγμ. scripsit. Perperam porro προλείψεις ed. Ven. & Bas. pro προλήψεις. De προλήψεσι dictum cap. 22. ubi vide not. ad VI. 1.

Ibid. ἐσμιγμένας. „*Absersas*; à σμήχω, unde σμῆγμα." WOLFIVS. Idem in versione, *expolitas*, bene; nempe non *ærugine obductas*, sed læves & expolitas, ut, cum fert usus, uti eis possimus. Hoc magis placet, quam *repurgatas*; *puras*, ut vertit Vptonus in Ind.

Vers.

Vers. 7. Cum & vulgo, consentientibus nostris mss. legeretur: *Ὅταν θάνατος φαίνηται, καλὸν πρόχειρον ἔχειν* &c. id est, *cum mors apparuerit, bonum est in promtu habere* &c. monuit WOLFIVS: „Videtur omissum *κακὸν*. *Si mors visa fuerit esse malum, bonum est*, &c." — Tum VPTONVS: „Recte Wolfius. Distingue itaque, *Ὅταν θάνατος φαίνηται κακὸν, πρόχειρον ἔχειν* &c. *Cum mors videatur esse malum, fac in promptu habeas*, &c." — Eodem vero modo curandum hunc locum, Meibomius etiam monuerat. Quibus ego in Græcis edendis obsecutus sum, non modo *κακὸν* scribens, sed & delens *καλὸν*, quo non erat opus; siquidem, ut mos est in præceptis, infinitivus pro imperativo usurpatur, per ellipsin verbi *δεῖ*, *χρὴ* aut *θέλει*: conf. vs. 14. Haud ita raro ista vocabula *καλὸν* & *κακὸν*, per librariorum socordiam levitatemque, commutata inter se deprehendimus. Vide I. 22, 7. *n.* Sic passim apud Simplic. in Comment. in Enchir. Conf. Lexic. Polyb. in Καλός. ubi *τὰ καλὰ γένεσθαι* scribe, pro *τὰ κακὰ*, quod perperam ibi expressum est.

Ibid. ὅτι τὰ κακὰ ἐκκλίνειν καθήκει, καὶ ἀναγκαῖον ὁ θάνατος. „*Mala convenire declinare, mortem autem esse necessariam*; hoc est, inevitabilem, non igitur malam." WOLFIVS.

Vers. 8. *Ἔστω ἐμὲ μὴ εἶναι Σαρπηδόνα.* Ignorant vulgo omnes negantem particulam; & verba ista cum iis quæ sequuntur sic interpretatus est cum Wolfio Vptonus: *Fingam me (liceat enim magnifice loqui) Sarpedonem esse, satu Jovis editum. Abibo, & aut ipse rem bene geram, aut alteri rei bene gerendæ occasionem dabo.* — — *Sint hæc supra nos*, &c. Quæ ad verba sic illi commentati sunt. „*Ἔστω ἐμὲ εἶναι Σαρπηδόνα. Finge me Sarpedonem esse.* Quem Homericus Jupiter quamvis charum filium, morti eripere non potuit." WOLFIVS. — „Mox imitatur orationem Sarpedonis. Homer. Il. *π*. 328.

Ἴομεν, ἠέ τῳ αὖχος ὀρέξομεν, ἦε τις ἡμῖν."

VPTON. Tum ad illa verba, *Ἔστω ταῦτα ὑπὲρ ἡμᾶς. Sint hæc supra nos. Εἶεν δ' ἀλλοι ἐς ἡμᾶς; illud non audit in nos?* rursus hæc notavit WOLFIVS: „Sententiam esse puto: Quamvis non optio detur nobis aut occumbendi, aut pugnandi fortiter in bello; illud tamen non esse a nobis alienum, ut moriamur. Dandam igitur operam,

interrogationis signum proxime post *Τί οὖν*, quod & ignorabant editiones veteres et mssti, delevi; quod ibi fr. positum Arrianus voluisset, haud dubie deinde non *καὶ χαίρον ἔσται* scripsisset, sed *χαίρω μοι ἔσται*, transpositis verbis; quia nulla peculiaris emphasis nunc in pronomine *μοι* vel *ἐμοὶ* inest, propter quam initio dictionis poneretur. De re, quae hic agitur, conf. II. 22, 15 sqq. & Enchirid. 31, 4. ubi vide quae notavit doctissimus Heynius.

Ibid. ἀναλυσον μεμνῆσθαι. „Deest *δεῖ*, vel legendum *μέμνησθε*. *Illud meminisse oportet*; vel, *illud memento-te.*" WOLFIUS. „Ita loco imperativi infinitivus usurpatur. Supple *ὅρα*, *χρή*, aut aliquid simile." VPTON. Nil frequentius. Conf. supra ad vs. 7.

Ibid. ταῦτα οὐ δοκεῖ ἐπείγοντα; *„Non videntur haec urgentia?* Significat, praecepta haec esse maximi momenti." WOLFIUS. *Maxime necessaria.* conf. I. 17, 4 sq. III. 2, 3.

Vers. 15. *Ἐρχέσθω καὶ ἀναπλάτω Πυῤῥήνεος καὶ Ἀκαδημαϊκός. ἐγὼ μὲν γὰρ, τὸ ἐμὸν μέρος, οὐκ ἄγω σχολὴν πρὸς ταῦτα.* Si recte & suo loco stat *γὰρ* post *ἐγὼ μὲν*, necesse est proxime ante ista verba vel exciderint nonnulla, aut cogitatione suppleantur, in hanc sententiam, *hos non curo; horum argutias non moror; procul eos abire jubebo, & alios quaerere quibuscum disputent. Nam mihi quidem non vacat.* *γὰρ* libri hic agnoscunt omnes, sed *μὲν* caret pb. & in pa. inter lineas adscripta est ea particula, a prima tamen manu. De *καὶ* particula, quae est inter *Πυῤῥήν.* & *Ἀκαδ.*, dubitatio oborta fuerat Meibomio, anne cum *ἢ* esset permutanda; recordatus est tamen, supra quoque vs. 2. pariter *καὶ* scribi. Ac sane familiare est Graecis scriptoribus, *καὶ* subinde particulam ponere, ubi *ἢ* exspectasses. Vide Lexicon Polyb. in *Καί.*

Ibid. οὐδὲ δύναμαι συνηγορῆσαι τῇ συνηθείᾳ. *neque possum patrocinari.* vel *suffragari, adstipulari, obsequi mori.* Cui mori? Non aperte declarat: sed, si quid video, significat plerorumque Stoicorum morem, ad Chrysippi exemplum, de professo in certamen cum Pyrrhoniis & Academicis descendentium, &, suas argutias illorum argutiis opponendo, aeternis litibus, quibus parum proficiebatur, sese implicantium. Hunc morem, inquit, si tenent alii, non invideo, nec improbo: puto, illis esse otium, (cf. vs. 20 sq. & loca ibi citata) & habere

habere eos in tuto atque in liquido ea, quæ magis sunt necessaria; at mihi nec vacat, nec possum ego, pro mea parte, morem istum sequi. Iam sæpius vidimus monuimusque, alienum fuisse Epictetum a dialecticis subtilitatibus atque argutiis, quibus nimium delectabantur atque etiam gloriabantur plerique Stoicorum. Neque tamen aperte sententiam suam, ut videtur, declarare audebat; partim veneratione Chrysippi, summi in eodem genere artificis; maxime vero, ne animos juvenum, qui ista magni faciebant, & harum artium peritos singulariter admirabantur, nimium a se alienaret, & contemtum suæ institutionis, quæ ad mores formandos maxime pertinebat, eisdem adferret. Pro eo quod h. l. *συνηγορῆσαι τῇ συνηθείᾳ* dicit, infra vs. 20. *τηρεῖν* ait *τὴν συνήθειαν*, si modo vera ibi scriptura. Pro *συνηθείᾳ* h. l. *ἀληθείᾳ* habet pb.

Ad eadem verba, *συνηγορῆσαι τῇ συνηθείᾳ*, hæc notaverat WOLFIVS: „*Patrocinari consuetudini:* hoc est, sententiæ vulgo receptæ, de cognitione & certitudine rerum, quam oppugnant Sceptici, sublata assensione.“ — Cui Adnotationi his verbis subscripsit SHAFTESBVRIVS: „Recte. Vide Plutarch. de Contrad. Stoicorum.“

Vers. 16. *εἰ καὶ περὶ ἀγριδίου* &c. *Quod si mihi vel de agello negotium esset, alium patronum advocarem.* Nota duplicem usum verbi *συνηγορεῖν*, quod modo *suffragari, adstipulari* significat, ut proxime ante; modo *patrocinari, causam alicujus agere*, uti nunc. Lites interminabiles, quæ Stoicis intercedebant cum Academicis & Pyrrhoniis, confert cum litium contestationibus in judiciis, ubi non solum summa contentione, verum etiam cum omni genere argutiarum, cavillationum, calumniarum, fallaciarum, geri res solet: a quo toto genere alienum se esse ait, & sibi, gravioribus rebus occupato, otium ad illud non suppetere. conf. infra ad vs. 21.

Ibid. *Τίνι οὖν ἀρκοῦμαι; τῷ κατὰ τὸν τόπον.* „*Τίνι*, nempe *συνηγορήσαντι*.“ VPTON. „*τῷ κατὰ τὸν τόπον. Eo quod est hujus loci;* vel uno loco sum contentus: hoc est, vel una loci circumstantia refellit Scepticos. Nisi enim certi esset aliquid, cibus aliis non minus ingereremus, quam nobis ipsis, &c.“ WOLFIVS. „Male accipit Wolf.“ COMES SHAFTESB. „Verte: *Quonam ergo patrono contentus sum? Eo, quicunque sit, qui nunc adest.*

adeſt. Vide I. 28, 29.“ VPTON. — Immo vero, haud ita male Wolfius. Nam quemadmodum I. 28, 29. (quem locum cum hoc conferre ipſe Vptonus juſſit) τὸ κατὰ τὸν τόπον ἀληθὲς non eſt *verum quodcunque ſit quod nunc adeſt*, ſed *verum quod ad illum locum pertinet; id quod in ea re, de qua agitur, verum eſt: verum quod ad caput cauſſæ pertinet, de qua agitur:* ita & hîc τὸ κατὰ τὸν τόπον non eſt *id quodcunque ſit quod nunc adeſt*, ſed *id quod ad hunc locum, de quo quæritur, pertinet; quod ad caput cauſſæ pertinet de qua agitur.* Nam & τίνι οὖν ἀρκοῦμαι non accipio τίνι κατηγορήσαντι, ſed τίνι πράγματι, vel τίνι λόγῳ; *quanam igitur re, quonam argumento contentus ſum? quid igitur mihi ſufficit? Id quod ad hunc locum, quod ad rem ipſam, ad caput cauſſæ pertinet: quod rem ipſam conficit.* Caput quæſtionis, quæ disceptatur inter Stoicos & inter Pyrrhonios atque Academicos, hoc eſt, an detur aliquod criterium veritatis, aliquod clarum ac certum veri judicium; ac primum quidem, verbi cauſſa, quæruntur de *evidentia ſenſuum*, ſive de *certo judicio veri in eis rebus quæ ſenſu percipiuntur.* Ego igitur non in illius quæſtionis difficultates me immitto, quo pacto & quibus rationibus exiſtant ſenſuum perceptiones; (*verſ.* 17.) ſed dico homini Sceptico aut Academico: *Vos evidentiam ſenſuum tollitis; vos negatis, dari ullum certum judicium veri in rebus ſenſu perceptis.* (*verſ.* 19.) Quod ſi ergo vobis exempla adfero, in quibus vos ipſi fateri cogimini, ſenſum nos numquam fallere; ſtat mea ſententia, & corruit veſtrum adſertum; nec opus eſt, ut ad omnes veſtras argutias reſpondeam.

Verſ. 17. Πῶς μὲν αἴσθησις γίνεται, πότερον δ' ὅλων, ἢ ἀπὸ μέρους. *Quo pacto ſenſus fiat;* utrum per totum corpus ſit ſuſus, *an a parte aliqua exſiſtat.* Intelligitur, fuiſſe hanc unam ex infinitis quæſtionibus, quæ a Philoſophis olim ultro citroque jactabatur. Quæ quo pacto ab illis ſit tractata, & quid in utramque partem diſputatum fuerit, jam non occurrit, nec vacat inquirere. Pauca ad hæc SCHEGKIVS notavit, nec tamen ex antiquitatis fontibus. „Et quod *totum animal ſentiat*, & *quod parte certa ſentiat*, defendi poteſt. Quod enim ſentit, totum eſt animal: quo vero ſentit, inſtrumenta ſunt ſenſuum, & partes animalium, non totum animal.“ — Apud Sext. Empir. Pyrrh. III. 188.

188. ex Stoicorum sententia dicitur, ἐξ ὅλου πνεῖσθαι τὸ πνεῦμα (vel τὴν ψυχὴν) καθ' ἑκάστην τύπωσιν. Ceterum in verbis notandum, illa δι' ὅλων, tacite sic ab Vptono esse constituta; ex auctoritate vero, ut puto, codicis, cujus tamen nullam mentionem fecit. Id ipsum vero habent & nostri mssti omnes. πότερον δι' ὅλου mendose dabat Ven. δὴ ὅλῳ ed. Basil. & seqq.

Ibid. ἀπολογίσασθαι ex edit. Ven. restitui; postquam in ἀπελογήσασθαι perperam mutatum esset in Basil. quod tenere posteriores omnes atque etiam Vptonus. Illud est, *rationem reddere, rationem explicare;* hoc, *excusare, defendere.* Vide Lexic. Polyb. & loca ibi citata. ἀπολογίσασθαι habent pac. ἀπολογῆσαι. pb.

Vers. 18. Οὐδέπατε καταπίνειν τι θέλων. „Confer. II. 20, 28 sqq." VPTON.

Ibid. ἀλλ' ἀεὶ ἐπὶ τὸν ἄρτον ἔρχομαι. Perperam ἔχομαι Ven.

Ibid. ὡς πρὸς ἀκοπόν. Sic ex conjectura corrigere non dubitavi. Vulgo omnes ὡς προκόπτων, quod Vptonus, præeunte Wolfio, *tanquam opera pretium facturus*, interpretatus est.

Vers. 20. τοῦ τηρῆσαι τὴν * συνήθειαν, ταῦ πεφράχθαι πρὸς τὰ κατ' αὐτῆς. Vulgo absque mendæ suspicione hæc eduntur, & cum proxime antecedentibus in hunc modum vertuntur: *Quid ergo? non prò virili & hæc retinenda sunt, ut consuetudo defendatur? (observetur?* Vpt.) *ut obturata sint aures, ad ea quæ contra ipsam afferuntur?* At, quam nunc consuetudinem, quem morem dicit? Putaveram statim, illum rursus morem hic dici, qui commemoratus est vers. 15. ubi vide quæ notavimus. Sed tunc haud adparet, quid sit πεφράχθαι πρὸς τὰ κατ' αὐτῆς, id est, *munitum esse* (nam hoc sonat πεφράχθαι) *adversus ea quæ sunt contra illam consuetudinem*, vel *contra illum morem*, haud adparet, inquam, hoc quid sit: aut, rectius ut dicam, adparet, hæc posteriora cum illis superioribus non cohærere. Itaque suspicatus sum in voc. συνήθειαν mendam latere, pro quo si τὴν ἀλήθειαν substituas, in plano & in liquido sunt omnia; eâ sententiâ quam in versione expressi. *Quid igitur?* inquit. *Nonne pro viribus his etiam opera danda est*, scil. his quæ pertinent ad Pyrrhoniorum Academicorumque objectiones refutandas, *ut teneatur defendaturque veritas, & muniatur contra ea quæ illi adversantur.* Ars Dialectica

lectica conferatur cum vallo, quo tenetur, munitur, &c. fenditurque veritas. Sic Cicero de Legib. I, 24. postquam varias partes descripsit quibus viri vere philosophi scientia sapientiaque continetur, his verbis pergit: *Atque haec omnia, quasi sepimento aliquo, vallabit disserendi ratione, veri & falsi judicandi disciplina, & scientia & arte quadam intelligendi, quid quamque rem sequatur, & quid sit cuique contrarium.* Confer Epictetum nostrum III. 26, 15. Notavi supra ad vs. 15. pro συνῳδὰ ibi ἀλῳδὰ scribi in nostro cod. pb. Videtur vocabulum, cujus hic erat locus, per errorem librarii, mutata terminatione, in alienum locum fuisse translatum. Ego in Graeco contextu dubitationem meam addito asterisco significare contentus, in latina versione id, quod h. l. legendum suspicatus eram, expressi.

Vers. 21. Καὶ τίς ἀντιλέγει; &c. *Et quis negat?* Nempe, non ego. *At eum his operam dare oportet, qui potest, cui vacat.* Se vero non posse, sibique non vacare, supra dixerat, vs. 15. Sed dum modeste de se uno loqui videtur, auditores suos potissimum vult admonitos. (conf. ad I. 8, 5.) *Qui adhuc*, ait, *animi perturbationibus distrahitur, qui timet, qui angitur, qui invidia torquetur; is alia negotia habet*, multo magis necessaria, *quibus bene fecerit si operam otiumque suum tribuerit;* nempe is primum animum suum curet, &c. Conf. III. 2, 16.

Hanc fere esse mentem sententiamque hujus sermonis Epictetei putavi; ad cujus dilucidationem (eum non careret difficultatibus) parum vel nihil adtulit Vptonus. WOLFII ad postremum versum *Notata* sunt hujusmodi: „Καὶ τίς ἀντιλέγει; *Et quis contradicit?* Cui? utrum Scepticis? an vero: Quis negat quin ita faciendum sit, ut muniti simus contra Sceptieorum ἀκαταληψίαν." — „Ἀλλὰ τὸν δυνάμενον. *Sed eum qui potest.* Scilicet, διὰ περιέχεσθαι. Eum qui rationes contrarias opponere potest: hoc est, ejus est refutare Scepticos, qui mentis & sensuum integritate est praeditus, quique abundat otio. Quasi dicat, stultos assentiri Scepticis, quorum ita sit absurda oratio, ut eam refutare supervacaneum esse videatur." — „Τὸν δὲ τρέμοντα. *Qui vero timet.* Significat, opinor, infirmi & timidi esse animi, nugis Scepticorum commoveri." Haec *Wolfius*. Ad quae SCHWEIGHAEUSERUS, referente Vptono, breviter, ut solitus erat, adnotavit: „Sensum omnino non vidit Wolfius

sus in Notis." — Quid vero ipse senserit, vir doctus ingeniosusque, non declaravit. Ad verbum σχολάζουσι idem *Shaftesb.* monuit: „Vide infra." Respiciens nempe (ut Vptonus indicat) I. 29, 58. II, 14, 29. III. 2, 16. Conf. supra, Not. ad vs. 2.

CAPVT XXVIII.

De eodem *Argumento*, quod hoc capite tractatus, confer Cap. 18. hujus libri.

Vers. 2. ἡ φύσις αὕτη ἐστὶ τῆς διανοίας. Ante Vptonum edd. omnes ἡ φύσις αὐτὴ ἐστι. Hinc jam olim WOLFIVS: „Lego αὕτη, ab αὐτὸς." — „Recte (inquit VPTON;) & ita noster codex." — Sic & noster pc. Accedit ph. qui ita habet, ὅτι φύσις ἐστὶν αὕτη.

Ibid. τοῖς μὲν ἀληθῶν ἀντιπάσχειν &c. Conf. I. 7, 9. not.

Vers. 3. Πάσχε, εἰ δύνασαι &c. „Verbum πάσχειν ita hic usurpatur, ut supra annotavimus. [ad I. 18, 1. conf. Adn. ad I. 2, 3.] *Afficere animo* quia durius videbatur, verti, *persuade tibi.* Eadem est verbi ἀντιπάσχειν ratio. Simplicius [in Procem. Comment. in Enchir. p. 2. edit. Lugd.] πάσχειν ὑπὸ τῶν λόγων, *moveri atque affici oratione.*" WOLFIVS. Aliud vero est τυθῆναί τι ὑπὸ τῶν λόγων apud Nostrum II. 20, 34.

Ibid. πάθε ἢ ἀντάθε ὑπὸ τοῦ ἀρτίους εἶναι &c. „Pro ὑπὸ τοῦ, lego τὸ ἀρτίους." WOLFIVS. — „Delet ὑπὸ τοῦ Salmasius. *Persuade tibi, stellas esse pares;* seu *persuade tibi, stellas non esse pares. Fieri non potest:* quia stellarum numerus nos latet. Vide Cicer. Acad. [II. 10.] p. 93. edit. Davis." VPTON. De legitima constructione verbi ἀντιπάσχειν, quod nonnisi in scholis usitatum fuisse videtur, haud liquet. Nec enim alibi usquam, quoad sciam, hodie reperitur, nisi hic apud Epictetum nostrum; & ne adnotatum quidem a Lexicographis est. Mendose ἢ ἀντάθε sola edit. Bas. quæ & ipsa paulo ante in ἀντάθε consensit.

Vers. 4. Ὅταν οὖν τις συγκαταθῆται. Sic ex cod. Paris. corrigendum monuit Vpton, [nempe sic habent pab.] pro συγκατάθεται, quod & ipse e superioribus editionibus propagatum in contextu tenuerat.

Ibid. ψευδεῖ συγκατατίθεσθαι. „Sequor nostrum coditem: [cum quo facit pb.] alii συγκατατίθεσθαι."

ϑέσθαι.* VPTON. Percommodus tamen h. l. fuerat aoristus. Cæterum ψευδεῖ h. l. scripsi cum ed. Ven. Bas. Gen. & codd. pac. a τὸ ψευδές. Quæ scriptura miro errori in ed. Col. occasionem dedit, οὐκ ἦθελε δεῖ συγκαταθέσθαι. Correxit errorem editor Cantab. ψεύδει συγκαταθέσθαι scribens, quod tenuit Vptonus; sic vero & in pb. hoc loco scribitur, ut paulo ante.

Ibid. πᾶσα γὰρ ψυχὴ ἄκουσα στερεῖται τῆς ἀληθείας, ὡς λέγει Πλάτων. „In Sophist. p. 228. ed. Steph. Ἀλλὰ μὴν ψυχήν γε ἴσμεν ἄκουσαν πᾶσαν πᾶν ἀγνοοῦσαν. Plato de Legib. lib. IX. p. 860. Ὡς οἱ κακοὶ πάντες, εἰς πᾶσα εἰσὶν ἄκοντες κακοί. In Protag. p. 345. D. Ἐγὼ γάρ" σχεδόν τι οἶμαι τοῦτο, ὅτι οὐδεὶς τῶν σοφῶν ἀνδρῶν ἡγεῖται οὐδένα ἀνθρώπων ἑκόντα ἁμαρτάνειν, οὐδὲ αἰσχρά τε καὶ κακὰ ἑκόντα ἐργάζεσθαι· ἀλλ' εὖ ἴσασιν, ὅτι πάντες οἱ τὰ αἰσχρὰ καὶ τὰ κακὰ ποιοῦντες, ἄκοντες ποιοῦσι. Vide Aristot. Ethic. lib. III. c. 5. Cæterum ad hunc Epicteti locum respexit M. Anton. VII. 63. & XI. 18. Idem lib. II. 1. Πάντα ταῦτα συμβέβηκεν ἐκείνοις παρὰ τὴν ἄγνοιαν τῶν ἀγαθῶν καὶ κακῶν. & VII. 22. Confer autem [Epictet. nostrum] I. 17, 14. I. 18, 4. II. 22, 36.* VPTON. In στερεῖται h. l. consentiunt libri; sed II. 22, 36. στέρεται scribunt omnes, ut est apud M. Antonin. VII. 63. & XI. 18.

Vers. 6. Δύναται οὖν τις &c. Vulgo omnes, Οὐ δύναται οὖν τις &c. quod absque interrogatione saltem erat efferendum, ut fecerunt superiores. Vptonus vero, tenens negantem illam particulam, & tamen interrogandi signum in fine dictionis post μὴ αἱρεῖσθαι δ' αὐτὸ adponens, contrariam invexit sententiam. Nam ferri quidem hæc ratio utcumque posset, si auditor hæc dicens induceretur. Sed Epictetus hoc quærit, *Fieri ne igitur potest*; tum sibi ipse (sive suo, sive auditoris nomine, perinde est) respondet: *Non potest.* Itaque importunam h. l. particulam sustuli. Eadem ratione jam Wolfius versionem adcommodaverat: *Num quis ergo potest id, quod sibi expedire putat, non amplecti?* Quam versionem ad verbum tenuit Vptonus.

Vers. 7. Πῶς ἡ λέγουσα; Intercidisse suspicor particulam δὲ, ut scripserit Πῶς δ' ἡ λέγουσα; ubi subintelligitur λέγει ἀκεῖνο τὸ ἔπος.

Ibid. Καὶ μανθάνω μὲν &c. „Medeæ verba apud Euripidem; [vers. 1087.] ubi tamen pro θρᾷν μέλλω, legitur

legitur τολμήσω. Haec igitur variis lectionibus adjicienda. [Sed] veteres memoriter loca citaverunt; unde passim discrepantia. Vide autem [infra] II. 17, 19." VPTON. Non neglexit istam discrepantiam Musgrav. ad vs. 1086. quae etiam in codd. nonnullis & in vetustissima editione legitur.

Ibid. ἡγεῖτο. „Alii ἡγεῖται. Nos auctoritatem nostri codicis sequimur." VPTON. Mendose ὑγεῖται Ven. Bas. ἡγεῖται Col. Cant. & Lond. anonym. non male. Et sic pabc. Pro συμφορώτερον, quod praecedit, minus recte συμφερωτ. dat pc. Idem paulo ante, τῷ θυμῷ, pro τὸ θυμῷ.

Vers. 8. τίνι ἔχει ἑπολουθῆσαι, ἢ τῷ φαινομένῳ. „τῷ φαινομένῳ, *ei quod apparet.* Verti, *sequi opinionem suam.* τὸ φαινόμενον, scilicet συμφέρειν ἢ ἀληθὲς ὑπάρχειν. Quisque id sequitur, quod aut sibi expedire, aut verum esse judicat." WOLFIVS. Non male τὸ φαινόμενον *opinio* vertitur. Sic enim & ἐρεῖν τὸ φαινόμενον est *dicere suam sententiam*, apud Polyb. & alios. Conf. ad vs. 32.

Vers. 9. Τί οὖν χαλεπαίνεις αὐτῇ. „Si geminetur interrogatio, erit acrior sententia, hoc modo: *Quid ergo ei succenses? eo-ne, quod maximis in rebus decepta est misera?* Ad rem quod attinet, facinorosis irascimur, non quia decepti sunt; sed quia sua voluntate coacti & decepti sunt, quia voluntas prava recto judicio non assentitur. Vt autem ei assentiamur, malo cogenda est." WOLFIVS.

Ibid. ὅτι πεπλάνηται ἡ ταλαίπωρος. Articulum ἡ, qui aberat vulgo, suo e codice adjecit Vptonus; ejusdemque codicis auctoritate idem mox, cum ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου esset editum, τοῦ articulum delevit. In utroque consentientem habet pb. Mox, pro περὶ τῶν μεγ. est ἐπὶ τῶν μεγ. in pc. Pro ταλαίπωρος, cum articulus olim abesset, ταλαιπώρος legendum censuerat Salmas.

Ibid. οὐχὶ δ', εἴπερ ἄρα, μᾶλλον ἐλεεῖς. Quum absque distinctione (quam Vptono debemus) sic olim haec scriberentur, οὐχὶ δ' εἴπερ ἄρα μᾶλλον ἐλεεῖς; monuit WOLFIVS: „Εἴπερ ἄρα aut redundare, aut aliquid deesse videtur." — Hinc VPTONVS: „Inclusive; εἴπερ ἄρα, *si modo fas sit, si ita dicam.* Ita apud Dion. Chrysost. p. 356. ἀλλ' (εἴπερ ἄρα) συνηδίκησάν αὐτοῖς. Sic locum distingue." — Vptono vero jam praeiverat

verat Salmasius, duobus inciſis intercipienda verba εἴτε ἄρα notans. Recte. Hoc dicit Epictetus: *Si modo fas ſit*, inquit, *miſerari quemquam; miſerari hanc potius debebis, quam ei iraſci.* Cum de re, tum de eodem hoc loco, jam dictum eſt ſupra ad I. 18, 3. Formulam εἴτε ἄρα rurſus eodem modo poſitam habes III. 3, 17. & in eadem re, quæ hic agitur, IV, 6, 2.

Ibid. ὡς τοὺς τυφλοὺς ἐλεοῦμεν. „Sic ſupra, I. 18, 6. τὸν ἀποτετοφλωμένον· οὐ τὴν ὄψιν τὴν διακριτικὴν τῶν λευκῶν καὶ μελάνων, ἀλλὰ τὴν γνώμην τὴν διακριτικὴν τῶν ἀγαθῶν καὶ τῶν κακῶν. M. Anton. IV. 29. τυφλὸς, ὁ κατεμύων τῷ νοερῷ ὄμματι. In eandem mentem Horat. Ep. lib. I. 10, 26.

Non, qui Sidonio contendere callidus oſtro
neſcit Aquinatem potantia vellera fucum,
certius accipiet damnum, propiusve medullis,
quam qui non poterit vero diſtinguere falſum.“

VPTON.

Ibid. οὕτω καὶ τοὺς τὰ κυριώτατα τετυφλωμένους. „τὰ κυριώτατα intellige, non *maximis in rebus*, ſed *quorum principales & præcipuæ partes excæcatæ ſunt & claudicant.* Hæ vero ſunt Judicium & Voluntas.“ WOLFIVS. τετυφωμένους pc. In contrariam partem ſæpius inter ſe confunduntur duo iſta verba a librariis. Particulam καὶ poſt εὕτω, quam ignorant vulgo omnes, opportune dedit noſter pb.

Verſ. 10. ἀνθρώπῳ μέτρον πάσης πράξεως τὸ φαινόμενον. Ante Vptonum non comparebat in editis articulus ad φαινόμ. Hinc WOLFIVS: „Lego τὸ φαινόμενον.“ Et VPTON: „Suffragante noſtro codice. Nota autem conſtructionem, τὸ φαινόμενον — — — οὐδενὶ ὀργισθήσεται, Cætera incluſive.“ — Obſcuratus viro docto, parentheſeos ſignis incluſi verba λοιπὸν &c. quæ ſigna quum olim abeſſent, paulo obſcurior erat connexio orationis. Artic. τὸ agnoſcunt tres noſtri codices. Eumdem adjectum voluerat Meibom.

Ibid. οὐ προσπόψει οὐδενί. „Non *offendit* quemquam: a verbo πόπτω, non a πωπτω.“ WOLFIVS. Nempe mendoſe προσπόψει expreſſum erat in Baſ. Ceteri recte. Minus commode vero cum Wolfio Vptonius *neminem offendet* interpretatus eſt, pro *offendetur*, *ſuccenſebit*, quod & connexio orationis hic deſiderabat, & ferebat

ferebat Graeci sermonis usus. conf. III. 22, 89. & Lexic. Polyb. h. v.

Vers. 12. Ἡ Ἰλιὰς οὐδέν ἐστιν, ἢ φαντασία καὶ χρῆσις φαντασιῶν. Conf. ad vers. 32.

Ibid. ἀπάγειν. ἐπαναγαγεῖν pc.

Vers. 13. Ἀπολέλει ἡ Ἰλιὰς αὐ μόνον. „Pro οὐ μόνον ἡ Ἰλιάς." VPTON. — Pro ἀπωλώλει, quod perperam dabant editt. omnes, ἀπολέλει reſcripſi cum pbc.

Vers. 14. Τίνα δὲ καὶ λέγεις. Minime incommoda hic particula καὶ, quam agnoſcunt editt. omnes, ante Vpt. & noſtri codd. pac. Eam, abjectam ab Vptono & a noſtro etiam pb. prætermiſſam, ſuum in locum reſtituere placuit.

Ibid. Οὐδέν; Vulgo absque interrogatione ſcribunt; non male, ſi Epicteto hoc verbum tribuitur. Sed litera majuſcula illud ſcribens Vptonus, ſignificaſſe videtur, ſe pro auditoris reſponſo habere; in quo facile ei aſſenſus fuit. At ſic oportebat interrogative accipere; quod ego feci, ſignum interrogandi adjiciens, & *Nihil ne?* vertens.

Vers. 15. ἐπιχορδὴ ἢ κατασκαφή. Pro ἢ eſt καὶ in pc.

Vers. 16. οἰκημάτια. οἰκήματα pc.

Ibid. νεοσσιαί. νεοσσειαὶ pa.

Vers. 17. *ſq.* Quae verba apud nos complent verſum 18. Ὅμοιον οὖν ἐστι usque Κατὰ τὸ σῶμα ὁμοιότατον. vulgo. in edd. & mſstis codicibus medio verſui 17. inſerta erant, inter iſta, οἷς εἶπας· & πλὴν ὅτι μὲν &c. Vnde turbato nexu orationis, WOLFIVS ad illa verba, κατὰ τὸ σῶμα ὁμοιότατον. πλὴν &c. monuerat: „Videtur poſterius membrum omiſſum, & ſic ſupplendum: ὁμοιότατον, ὅμοιον δ' οἰκία καὶ νεοσσιά; ὁμοιότατον πλὴν &c." — Ad verba κατὰ τὸ σῶμα, notaverat SALMASIVS: „κατὰ τὸ ὅμοια. Ita omnino ſcribendum: nam σῶμα perperam."

Perſpecte vero VPTONVS monuit, perperam vulgo verba complura ſuo loco eſſe mota, & in alienum rejecta. — „Videamus ipſa verba: (inquit) ἢ δεῖξόν μοι, τί διαφέρει οἰκία ἀνθρώπου καὶ νεοσσιὰ πελαργοῦ, οἷς εἶπας; (Ὅμοιον οὖν ἐστι πελαργὸς καὶ ἄνθρωπος; Τί λέγεις; κατὰ τὸ σῶμα ὁμοιότατον.) πλὴν ὅτι μὲν ἐκ δοκῶν καὶ καναμίδων καὶ πλίνθων οἰκοδομεῖται τὰ οἰκίδια, ἤδ' ἐκ βάβδων καὶ πηλοῦ. Quae verba uncis incluſi, e loco ſuo mota eſſe videntur. Redige in ordinem igitur,

&

ἐκ sic lege: Τί μέγα ἢ δεινόν; ἢ δυεῖν μοι, τί διαφέρει οἰκία ἀνθρώπου καὶ νεοσσιὰ πελαργοῦ, ὡς ὄψεις, πλὴν ὅτι μὲν ἐκ δοκῶν καὶ παραμίδων καὶ πλίνθων οἰκοδομεῖται τὰ οἰκίδια, ἡδ' [rectius ἡ δ'] ἐκ ῥάβδων καὶ πηλοῦ; Ὅμοιον οὖν ἐστι πελαργὸς καὶ ἄνθρωπος; Τί λέγεις; κατὰ τὸ σῶμα ὁμοιότατον. Οὐδὲν οὖν διαφέρει ἄνθρωπος πελαργοῦ; Μὴ γένοιτο· ἀλλὰ τούτοις οὐ διαφέρει. *Quid hoc magni aut atrocitatis habet? aut ostende mihi, quid inter hominis domum & ciconiæ nidum, quoad habitationem, interfit, nisi quod e trabibus, cæmentis & lateribus exstruuntur domunculæ, nidus autem e virgultis & luto? Ergo ciconia & homo inter se sunt similes? Quid ais? similillimi si corpora spectes. Nihil ergo differt homo a ciconia? Absit: verum istis rebus* (nempe, domo, & corpore) *non differt.*" — Hæc perspecte, ut dixi, VPTONVS; cujus rationem in ipso constituendo græco contextu adoptare non dubitavi. Præterea vero *vers.* 17. pro ἡδ', quod minus recte vulgo ibi scribebatur, in promtu quidem erat ἡ δ' corrigere, nempe ἡ δὲ (νεοσσιὰ οἰκοδομεῖται) ἐκ ῥάβδων, quemadmodum in versione cum Wolfio Vptonus acceperat ista verba, quæ respondere videbantur illis, ὅτι μὲν ἐκ δοκῶν — — οἰκοδομεῖται τὰ οἰκίδια, *e trabibus — — domunculæ exstruuntur, nidus autem e virgultis & luto.* Sed opportunam his ipsis prioribus verbis medelam obtulerunt codices nostri pbc. pro ὅτι μὲν, ὅτι ὁ μὲν scribentes, scil. ὁ ἄνθρωπος, ut οἰκοδομεῖται non esset passivum verbum, sed medium, quod dicitur, reciproce accipiendum, *exstruit sibi*, & ut τὰ οἰκίδια esset accusativus casus. Ita simul fiebat, ut ἡ δὲ non amplius ad νεοσσιὰ, sed ad πελαργὸς debuerit referri. At hoc nomen quum constanter in masculino genere usurpent Græci, istum quoque errorem sustuli præeunte codice ph. qui plane id, quod desiderabatur, ὁ δ' ἐκ ῥάβδων, exhibebat. Denique (vers. 18.) verba ista, τί λέγεις; commodius ita intelligi putavi, ut ad præcedentem quæstionem pertineant: Ὅμοιον οὖν ἐστι πελαργὸς καὶ ἄνθρωπος; τί λέγεις; Ad quam respondet Epictetus: Κατὰ τὸ σῶμα ὁμοιότατον. Pro οἰκίδια vs. 17. οἰκήματα scribit codex pc. ut supra vs. 16. Pro οἰκοδομεῖται vero, perperam οἰκοδομῆται ed. Ven. & Bas.

Vers. 19. εὑρήσεις, ὅτι ἄλλῳ διαφέρει. „Noster codex, ὅτι ὅλῳ διαφέρει. „Recte forsan." VPTON. Speciem utique habet hæc lectio; nec sperno: neque tamen

men cum vulgato permutare ausus sum, quod tuentur noſtri libri omnes.

Verſ. 21. *περιτετειχισμένον.* „Hic murus aheneus eſto. Horat. Epiſt. lib. I. 1, 60.“ VPTON.

Ibid. μὴ διαφθείρηται τὸ αἰδῆμον. recte *διαφθείρηται* ed. Genev. & ſeqq. cum pab. pro *διαφθείρεται* quod erat in ed. Ven. & Baſ. cum pc. In ſcripturam *τὸ αἰδῆμον*, cum circumflexo in penultima, conſentiunt nunc edd. & msſti. Vide ad I. 25, 4.

Ibid. καὶ ἐκτολιορκῆται. καὶ πολιορκ. pb.

Verſ. 22. *Ἔπταισά, φησι, μεγάλα.* Sic ſcripſi cum pb. quod & per ſe commodius eſt, & uſui Noſtri accommodatum. Cæteri vulgo omnes ignorant h. l. *Φησὶ*, ſed *Φασὶν* deinde interſerunt inter *ἐπῆλθον* & *οἱ Ἕλληνες*, ubi verbum illud delevi præeunte eodem cod. pb.

Ibid. ὅτε ἐπῆλθον. Tempore & mendoſe *ὅτι ἐπῆλθον* ed. Col. & ſeqq. Correxi ex Ven. Baſ. & Gen. ubi *ὅτ' ἐπῆλθον*, & ſic pabc. De corrigenda menda monuit etiam Vpton in Notis.

Ibid. καὶ ὅτε οἱ ἀδελφοὶ. Rurſus *ὅτι*, pro *ὅτε* temere dabant Cant. Lond. anon. & Vpt. Recte *ὅτε* Ven. Baſ. Gen. Col. cum msstis.

Verſ. 23. *πταῖσμα δ' ἦν.* Deeſt conjunctio in pc. non male.

Ibid. ὅτε ἀπώλεσα. *ὅτα* pb. cum aliis in contextu, ſed ibi nunc *ὅτι* inter lineas. Mendoſe veto *ἀπόλεσα* habent ed. Ven. Baſ. invitis msstis.

Verſ. 24. *ἔλαεν.* Bene ſic ed. Vpt. *ἔλαεν* absque iota ſubſcripto habent ſuperiores editiones cum pac. *ἔλαευν* pb.

Verſ. 25. *καθαιρῆται.* „Sic noſter codex, & ms. Par. Alii libri *καθαιρεῖται.*“ VPTON. Subjunctivum poſtulabat particula *ὅταν*. Et in hoc conveniunt pabc.

Verſ. 26. *Ὅταν οὖν γυναῖκες ἀγωνται, καὶ παιδία ἀϊχμαλωτίζηται, καὶ ὅταν αὐτοὶ καταφάζωνται.* „παιδία — — *ὅταν αὐτοί*: vocant Grammatici *σχῆμα πρὸς τὸ σημαινόμενον*. Sic apud Anacreontem:

— — Βρόφος μὲν
ἀσορῷ φέρουσα τόξον.“

VPTON.

VPTON. — At nihil istis verbis commune cum hoc schemate. Distinguuntur *uxores*, *pueri*, *ipsi*; nempe *viri*.

Ibid. καταφάζωνται. Sic recte ed. Genev. & sequentes cum pa. Mendose καταφάζονται Ven. & Bas. cum pc. καταφάγωνται pb.

Vers. 27. Πόθεν οὖν τοῦτο προσδοξάζεις; „*Cur istam opinionem adjungis?* scilicet, *cades, & exsilia esse mala.*" WOLFIVS. „*Vnde itaque hanc opinionem adjicis? unde itaque hoc ipsi tibi verum esse persuades, quod a visis suggestum est?* Legerem προσεπιδοξάζεις, vide A. Gell. lib. XIX. c. 1. nisi ita quoque M. Anton. VII. 64. καὶ μὴ προσδοξάζῃς, *opinionem ne adjeceris:* nihil amplius ex opinione tua adjeceris, quam quod ipse sensus renunciaverit." VPTON. Non turbare Vptonum debuit Gellii locus, ubi verbum προσεπιδοξάζειν alia ratione usurpatur, nempe pro synonymo fere verbi συγκατατίθεσθαι, & ipse Gellius interpretatur *sua assensione approbare.* Habemus apud Polybium, qui præ cæteris multa verba frequentavit e Philosophorum scholis & e Stoa potissimum ducta, similis formæ verbum cognatæque significationis cum προσδοξάζειν, προσδοξοποιεῖσθαι, cum ait: Τὰ μὲν ἄλλα ζῷα, ταῖς τοῦ σώματος ἐπιθυμίαις αὐταῖς δουλεύοντα, διὰ μόνας ταύτας σφάλλεται· τὸ δὲ τῶν ἀνθρώπων γένος, καὶ προσδεδοξοποιημένον, οὐχ ἧττον διὰ τὴν ἀλογιστίαν, ἢ διὰ τὴν φύσιν ἁμαρτάνει. lib. XVII. c. 15, 16. ubi nulla necessitas urgebat, ut verbum istud in duo, πρὸς δεδοξοποιημένον, dirimeremus. Et ex collatione hujus loci Epicteti, & illius quem e M. Antonino Vptonus citavit, intelligitur, verbum illud προσδεδοξασμένον, quod apud Suidam vulgo pro δεδοξοποιημένον legitur, (sub hac ipsa voce Προσδεδοξοποιημένον) non prorsus de nihilo esse, sed fortasse interpretationis caussa fuisse a Grammatico adjectum, & a librariis deinde alieno loco, extruso altero verbo, positum. Vim verbi προσδοξάζειν Seneca expressit, cum ait: *levis dolor est, si nihil illi opinio adjecerit.* &c. Epist. 78.

Vers. 28. ἔλθωμεν ἐπὶ τοὺς κανόνας· Φέρε τὰς προλήψεις. &c. Confer I. 25, 6. II. 11, 11 sqq. II. 20, 21. III. 3, 15. Perperam ἔλθομεν edd. ante Vpt. cum pc. ἔλθωμεν dedit codex Vpt. & pab. Et ita corrigere jusserat Salmas.

Ibid.

Ibid. διὰ τοῦτο γὰρ οὐκ ἔστιν ἐπιεικὲς θαυμάσαι τὸ γινόμενον. „Vertit Schegkius: *Quocirca mirari satis nequeo quod vulgo fieri solet.* Wolfius: *Nemo profecto satis mirari potest ea quæ vulgo fiunt.* Sed hoc certe contra Stoici mentem: haud enim decet mirari ea quæ vulgo fiunt. *Nil admirari:* hoc decantatissimum. Pro θαυμάσαι itaque lego τιμῆσαι, *æstimare;* nam τιμὴ est *pretium quo res aliqua æstimatur.* Deindè scribo interrogative: *Veniamus ad regulas; profer anticipationes: nam ob hanc rem non abunde datur æstimare ea quæ vulgo fiunt.* Sic videtur locus distinguendus, & legendus." VPTON. Nescio quem nodum in scirpo quæsivit vir doctus. Quis nobis persuadebit, adeo ab usu sermonis abhorrere debuisse Stoicum, & præsertim candidum & apertum Epictetum nostrum, ut sibi negatum putaret in familiari sermone verbo *mirari* ulla ratione uti? At quænam in his verbis difficultas: *Mirari satis non possumus pervulgatam hominum levitatem atque constantiam. Ad judicandas res minimi momenti adhibent regulas & certa principia: ubi agitur de re, quæ longe omnium maximi gravissimique momenti est, ibi nulla prorsus cautione opus esse existimant!* Non sane de illa *admiratione* cogitare hic debebat Vptonus, de qua cap. seq. initio agitur.

Vers. 29. τὸ κατὰ τὸν τόπον ἀληθὲς. „Verti, *in quoque rerum genere.* Ad verbum: *id quod eo loco* [potius, *in eo loco*] *verum est.*" WOLFIVS.

Ibid. ἀλλ' ἐμοί. Corrupte ἀλλ' h. l. ed. Ven. & Bas.

Vers. 31. Κρείσσων γάρ εἰμι &c. Ironice dictum: *Nempe ego major sum Achille aut Agamemnone, ut illi quidem, quoniam primo cuique viso statim obsecuti sunt, in tanta mala inciderint, mihi vero nihil tale sit metuendum.* Hæc, si quid video, in universum est sententia hujus loci; quæ satis etiam perspicue in græcis inest verbis, exceptis postremis, ἐμοὶ δὲ μὴ ἀρκῇ τὸ φανόμενον. Hæc quamcumque in partem versem, nullum inde sensum extrico. Itaque aut corruptum verbum ἀρκῇ puto; aut particulam μὴ delendam, ut sit, ἐμοὶ δὲ ἀρκῇ τὸ φανόμενον, id est, *mihi vero satis sit, aliquid esse visum,* scil. *ut continuo illud faciam citra ullum errandi periculum, utque mihi non necesse sit discutere disquirereque rationem ejus sententiæ, quæ meo animo occurrit, aut ejus consilii quod prima*

specie

ſpecie probabile mihi viſum eſt. Re iterum iterumque expenſa, negantem iſtam particulam uncis incluſi, ut merito ſuſpectam, ab iisque temere intruſam, qui orationis connexionem minus perſpexiſſent; quo & pertinet, quod ἀρνεῖ pro ἀρνῇ habent pbc. Pro τοῦ Ἀχιλλ. ἢ τοῦ Ἀγαμεμν. inverſo ordine pc. τοῦ Ἀγαμ. ἢ τοῦ Ἀχιλλ.

Verſ. 32. Ἀτρεὺς Εὐριπίδου. „Periit hæc fabula, temporis injuria, ut & Phœnix.“ [a] VPTON. Euripidis Atreum, præter Epictetum noſtrum, commemoraſſe videtur etiam Dio Caſſius lib. LVIII. c. 24. ut monuit Fabric. in Bibl. Græc. T. I. p. 648. Quare immerito Barneſius ad Eurip. P. II. p. 458. negavit exſtitiſſe illius poëtæ fabulam hoc nomine. Tamen & BRVNCKIVS noſter, in Sophoclis Fragmentis p. 36. contendit, nullum fuiſſe Euripidis Atreum, diverſum ab ejusdem Thyeſte; ut adeo apud Arrianum h. l. intelligendus ſit *Atreus in Euripidis Thyeſte.*

Ibid. τί ἐστι; Τὸ φαινόμενον. — — τί ἐστι; Τὸ φαινόμενον. *&c.* Iſta omnia ſunt φαινόμενα, *viſa.* Poſſis & *opiniones* vertere. conf. ad vſ. 8. Sed vſ. 12. plane vocabulo φαντασία utitur. Sunt nempe *viſa, quæ* (temere quidem & præcipitanter, & non excuſſa, non ad rectæ rationis regulam exacta, ut paulo ante aiebat) *arripuerunt, adprehenderunt, & iis uſi ſunt iſti homines,* adeoque *ſibi propria reddiderunt, ſua δόγματα, ſua decreta fecerunt.* Quare (eodem ſenſu) omnia iſta, δόγματα *eſſe,* ait III. 3, 18. & alibi.

Ibid. Φοίνιξ. Fuit & Sophoclis & Euripidis fabula hoc nomine. Et quamquam Sophoclis Oedipus proxime ante commemoratus eſt, non tamen id ſatis cauſſæ eſſe videtur, cur *Sophoclis* potius, quam *Euripidis Phœnicem* h. l. ab Epicteto citari dicamus cum Fabricio Bibl. Græc. T. I. p. 632.

Ibid. Ἱππόλυτος. Exſtat hodieque *Euripidis Hippolytus;* & periit alia fabula eodem nomine ab eodem poëta edita. Commemoratur vero etiam *Sophoclis Hippolytus;* quem unice hoc loco intelligi voluit Fabricius l. c. p. 627. & ad Sext. Empir. p. 272. Quam in ſententiam BRVNCKIVS, quum nullum fuiſſe Sophoclis drama, Hippolytus inſcriptum, diverſum ab ejusdem poëtæ Phædra, monuiſſet, apud Arrianum h. l. intelligendum eſſe ait *Hippolytum* qui *in Sophoclis Phædra* inducebatur. (in Fragm. Sophoclis p. 36.)

Verſ.

Verſ. 33. Τούτου οὖν μηδεμίαν ἔξ. in legendum: τούτου οὖν μηδεμίαν ἀπιμέλειαν ποιεῖσθαι, ὅπως ἡμῖν εἶναι δοκεῖ; *Cujus eſſe videtur, non curare ut recte ſentiat?* Sanos eſſe negat, qui non ſtudeant veras habere de quibusvis rebus opiniones. Sunt ea quæ ſequuntur, interrogative legenda." WOLFIVS. „Cod. Baſ. habet ποιεῖσθε, cæteri ποιεῖσθαι: ita quoque noſter codex, & τί ὑμῖν δοκεῖ, pro τίνος. Haud male. *Quid vobis videtur; nullam hujus rei habere curam?*" VPTON. ποιεῖσθαι recte ed. Ven. & pabc. & id ante Vptonum jam reſtituerat anonymus editor Lond. In ſequentibus verbis nil mutatum velim, neque ex Wolfii mente, nec ex codicis Vptoniani præſcripto. Multo ſane concinnius τίνος, *cujus (hominis) id eſſe videtur*, quam τί, *quid?* & in τίνος conſentiunt pabc. Nec ὑμῖν in ἡμῖν mutato opus eſt; (quamquam ἡμῖν habet pc.) nec verbum εἶναι ullo modo deſideratur.

CAPVT XXIX.

Verſ. 1. Οὐσία τοῦ ἀγαθοῦ, προαίρεσις τιὰ. Forſan. Ἡ οὐσία ſcripſit, ut II. 1, 4. & a librario prætermiſſa eſt initialis litera, minio pingenda. Habes quidem & οὐσία ἀγαθοῦ abſque articulo I. 20, 14. ſed ibi alia grammatica ratio. Quod autem ait, προαίρεσις τιὰ, id eſt, *certum quoddam voluntatis inſtitutum*, (nam *inſtitutum* latine dicere malui, quam cum Vpt. & Wolfio *affectionem*) pertinet illud ad τὴν χρῆσιν τῶν Φαντασιῶν, *ad uſum viſorum*, & omnino ad uſum in noſtra poteſtate poſitum virium facultatumque noſtrarum; ut docet locis paulo ante citatis; cum quibus conf. I. 8, 16. & ibi notata. Adde I. 30, 4. III. 3, 1.

Verſ. 2. Τί οὖν τὰ ἐντός; Ὕλαι τῇ προαιρέσει. Vide Not. ad verſ. ſeq.

Verſ. 3. Ἂν τὰς ὕλας μὴ θαυμάσῃ. „*Si materiae non admiratus fuerit*, hoc eſt, non magni fecerit. Deſpicientia rerum humanarum commendatur. *Materiam* autem intellige & *res humanas*, non tantum divitias, uxorem, liberos, amicos, honores: ſed etiam tuum corpus, ſanitatem, robur, formam, celeritatem, horumque contraria. Sola enim virtus & ſapientia a materiae appellatione excipiuntur, & ad effectionem potius referuntur: non ſunt ligna & lapides, ſed architecti. Horatius idem docet epiſtola quadam his verbis:

Nil admirari, prope res est una, Numici,
Solaque, quæ possit facere & servare beatum.
WOLFIVS.

„Hoc autem passim inculcat, *Nil admirari;* uti Horat. Epist. 6. lib. I. Quod philosophice admodum & erudite explicatur a Comite Shaftesburiensi in Vol. III. p. 202. Ipse Epictetus, IV. 5, 8. μὴ γὰρ θαυμάζει τι τῶν γινομένων. IV. 1, 77. ὑπέθηκας τὸν τράχηλον, ἂν τι θαυμάσῃς τῶν μὴ σῶν. & alibi. Nec aliter M. Anton. XII. 1. Καὶ παύσῃ ξένος ὢν τῆς πατρίδος, καὶ θαυμάζων ὡς ἐπροσδόκητα τὰ καθ' ἡμέραν γινόμενα. Diog. Laërt. in vita Zenonis, VII. 103. τὸν σοφὸν οὐδὲν θαυμάζειν τῶν δοκούντων παραδόξων. Seneca, Epist. 45. *Hoc nos docet, beatum non eum esse, quem vulgus appellat, ad quem pecunia magna confluxit: sed illum, cui bonum omne in animo est, erectum, & excelsum, & mirabilia calcantem.* Idem de Vita Beata, c. 3. *Aliarum rerum, quæ vitam instruunt, diligens, sine admiratione cujusquam.* Hoc τὸ ἀθαύμαστον vocat M. Anton. I. 15." VPTON.

τὰ ὕλικα quæ sint, recte interpretatus Wolfius est; nempe *ea res, ea objecta*, ut in scholis loquuntur, *in quibus occupatur, circa quæ versatur nostra προαίρεσις, & usus virium nostrarum;* quo pertinent in primis *res externæ.* conf. II. 5, 1. not. II. 6, 1 sq. Sed certo respectu alibi etiam ipsam *mentem* nostram, *τὸ ἡγεμονικὸν, ὕλην* dicit *τοῦ καλοῦ κἀγαθοῦ*, III. 3, 1. Itempe quatenus hoc sibi propositum habet, in hoc elaborat vir bonus, ut mentem suam excolat atque perficiat.

Ibid. δόγματα, ὀρθὰ μὲν ὄντα &c. „Ὀρθὰ, *recta*, & στρεβλὰ, *curva*, pari modo, idque in re philosophica, opponuntur apud Horat. Epist. lib. II. 2, 44.

Scilicet ut possem curvo dignoscere rectum."
VPTON.

Vers. 4. *τὸ θεῖον. θεὸν* pc. temere.

Ibid. Μὴ ἀλλὰ παρὰ σεαυτοῦ. Frigide & languide hæc nunc repetuntur, postquam graviter & signate modo dixerat, esse hanc legem a Deo constitutam, *παρὰ σεαυτοῦ λάβε.* Quare dubito, an ista ab auctore sint; quæ imperite intrusa videtur. Sed poterat repetitis his verbis veluti transitu uti ad ea quæ sequuntur.

Vers.

Vers. 5. *ἵνων ἀπειλῇ ὁ τύραννος*, &c. Vide I. I. 23 sq. I. 25, 30.

Ibid. *καὶ μὲ κωλῇ. καὶ μὴ κωλῇ* Ven. Bas. Gen. Col. nec aliter pbc. Hinc WOLFIUS: „*καὶ μὴ κωλῇ, & non vocet.* Lego *καὶ μὲ κωλῇ, neque vocet.* Sæpe mentionem facit Epictetus accessus ad Cæsarem, ut rei maxime formidabilis." — Illud *μὲ* in contextum recepit editor Cantab. & tenuit anonymus Lond. & Vptonus. Monuit tamen VPTON in Notis, *καὶ κωλῇ* dare suum codicem, deleta vocula *μή*. At vide, ne *καὶ μ' ἐγκα-λῇ* scripserit Arrianus; quod & per se probabile videri poterat, & ex vers. 10. confirmari videtur. Ad vulgatam olim scripturam Meibomius adnotaverat: „Forsan *μετακαλῇ*, aut *μὲ κωλῇ*, vel *μὴν κωλῇ*."

Ibid. *Τίνι ἀπειλεῖς*, & mox *χαρᾷν ἀπειλεῖς*, & *Vers.* 6. *τῷ τραχήλῳ ἀπειλεῖς*. Omnibus his locis *ἀπει-λεῖς* suo e codice edidit Vptonus, pro *ἀπειλεῖ*, quod habebant superiores editiones cum pbc.

Vers. 6. *Κἂν ἐξορισμὸν ἀπειλῇ· τὸ αὐτό.* „*Τὸ αὐ-τό, tantundem est, idem est.* Probo tamen Salmasii lectionem, *τῷ αὐτῷ*, scil. *ἀπειλεῖς*. Illud *ὅλῳ* quoque defendi possit ex IV. 1, 153. hoc modo: *Εἰς φυλακὴν σε βαλῶ.* "*Ὅλῳ τῷ σαρκιδίῳ. κἂν ἐξορισμὸν ἀπειλῇ· Τῷ αὐτῷ. In custodiam te conjiciam: Corpusculo toti*, inquam, minitaris. *Si exilium minitetur: Eidem*, inquam, minitaris." VPTON. De illo, *ὅλῳ τῷ σαρκιδίῳ*, adsentior viro docto, intelligendum esse *ἀπειλεῖς*. In *Τῷ αὐτῷ* frigidum id mihi videtur intelligere. Sed *τὸ αὐτὸ* intelligo *φημί*, *idem respondeo*.

Vers. 7. *πέπονθα*. Ne cum Meibomio *πέπονθε* suspiceris legendum; vide supra, ad I. 2, 3.

Vers. 8. *οὐδὲ εἷς. οὐδεὶς* pc.

Vers. 9. *Τμεῖς οὖν, οἱ Φιλόσοφοι, διδάσκετε καταφρονεῖν τῶν βασιλέων.* Conf. IV. 7, 33. Seneca, Epist. 73. *Errare mihi videntur, qui existimant, philosophiæ fideliter deditos, contumaces esse ac refractarios, & contemtores magistratuum ac regum, eorumve per quos publica administrantur. E contrario enim, nulli adversus illos gratiores sunt: nec immerito. Nullis enim plus præstant, quam quibus frui tranquilla otio licet.*" VPTON. Respexit fortasse Epictetus id quod in Socratem etiam dixerat accusator, *sermones ejus ἐναλεῖν τοὺς νέους καταφρονεῖν τῆς πατριτείας πολιτείας.* Xenoph. Memorab. I. 2, 9.

Ibid. Τίς ἡμῶν διδόασιν ἀντιποιεῖσθαι πρὸς αὐτοὺς τῶν ἐκεῖνοι &c. „Αὐτοὺς pro αὑτοὺς saepissime in hoc libro. Τίς ἡμῶν διδόασιν ἀντιποιεῖσθαι πρὸς αὐτοὺς τούτων, ὧν ἐκεῖνοι ἔχουσιν ἐξουσίαν; *Quis nostrum dicet, sibi ipsis arrogare eorum aliquid, quorum isti habent potestatem?*" VPTON. Et mihi suspectum fuit τῶν, quod ante ὧν vulgo legitur, quod utique in τούτων mutandum videtur, nisi prorsus deletum malimus, cum satis per se sit ὧν ἐκεῖνοι ἔχουσιν ἐξουσίαν. Quod ad αὐτοὺς adtinet, quod invitis libris omnibus in αὐτοὺς mutatum Vptonus voluit, ne ad eam quidem conficiendam sententiam, quam ille in istis verbis quaesivit, mutatione ea opus foret; quandoquidem quavis fere pagina pronomen istud, quod absolutum proprie & demonstrativum est, pro reciproco usurpatum videmus. At non dicunt Graeci, quoad quidem nobis compertum, ἀνθρωποῦμαι τούτου πρὸς ἐμαυτόν, *mihi ipsi hoc arrogo* vel *vindico*; sed satis est ἀνθρωποῦμαι τούτου, aut, si quid amplius ad exprimendam illam sententiam desideres, oportebat αὐτὸς vel ἐγὼ αὐτὸς ἀνθρωποῦμαι τούτου. At ex vulgato & haud dubio usu praepositionis πρὸς, dictio haec, ἀνθρωποῦμαι τούτου πρὸς αὐτὸν, ad verbum latine sonabit, *vindico hoc mihi adversus illum*, i. e. *de hoc cum illo contendo, hoc illi praeripere conor.* Quam in sententiam diserte Suidas Ἀντιποιήσασθαι per φιλονεικήσασθαι, id est, *qui contendit*, exponit. Atque ita plane rursus Epictetus noster II. 10, 8. IV. 7, 34.

Vers. 10. ἀναπείθω ἀνθρωποῦσθαι. ἀνθρωποῦσθαι ἀναπείθω pa.

Vers. 11. δέδωκα. ἔδωκε pa. minus commode.

Ibid. Ποῦ δύνασαι ὑπεῖπας δόγμα ἀλλότριον; Nota πῶς pro πῶς positum, ut passim aliàs. conf. ad II. 19, 21. Post ἀλλότριον cum abesset in editionibus omnibus interrogandi signum, interrogative legenda ista verba monuit Vptonus in Notis. Pro δύνασαι, perperam δύναμαι habet pb.

Ibid. Προσάγων, φησὶν, αὐτῷ Φόβον. „Conf. I. 17, 25. φησὶν est objiciendi formula; de qua ad I. 4, 9." VPTON. Perperam προσάγω pc. pro προσάγων.

Vers. 12. αὐτὸ αὐτὸ ἐνίκησεν. „Scil. δόγμα. Codex tamen noster αὐτὸς αὐτὸν." VPTON. αὐτὸ. αὐτὸ pab. ut editi. αὐτὸ αὐτὸ pc. ne sic quidem male, ac fortasse etiam melius. In eamdem sententiam mox ait, προαι-

ρεσιν

ρεσιν οὐδὲν ἄλλο ποιῆσαι δύναται, πλὴν αὐτὴ ἐνεργὸς εἶναι. conf. I. 17, 26. Et hæc quidem dictio satis plana atque aperta, *voluntatem nihil aliud vincere potest, nisi ipsa se.* Illud vero, *decretum ipsum se vicit*, utique παραβόξως quodammodo & non satis adæquate expressum videri poterat; nam *idem decretum* non *ipsum se* vincere potest, sed *aliud* decretum vincit *aliud*; quemadmodum *alius impetus alium vincit*, & *alia adpetitio vel adversatio aliam vincit adpetitionem vel aversationem*, ut III. I. 17, 24. Quare specie non caret, quod in suo codice scriptum Vptonus ait, αὐτὸς αὑτοῦ, quod etiam SALMASIVS ad oram sui libri adnotaverat; ubi tamen rursus MEIBOMIVS adscripsit: „melior est extus lectio."

Vers. 13. Τὸ κρεῖσσον καὶ περιγινόμενον τοῦ χείρονος, περιγινέσθω. pc. — Ad rem quod spectat, hæc adnotavit vir doctus: „Confer infra, vs. 19. & III. 17, 6. & III. 22, 101. M. Anton. V. 16. Ἡ οὐκ ἦν ἀναγκαῖον, ὅτι τὰ χείρω τῶν κρειττόνων ἕνεκεν, τὰ δὲ κρείττω ἀλλήλων; & mox sect. 30. Ὁ τοῦ ὅλου νοῦς κοινὸς οἶκός. πεποίηκε γοῦν τὰ χείρω τῶν κρειττόνων ἕνεκεν καὶ τὰ κρείττω ἀλλήλοις συνήρμοσεν. & sapius alibi Seneca, Epist. 90. *Naturæ est, potioribus deteriora subministrare.* Plato in Protag. p. 338. B. edit. Steph. Οὐκ ὀρθῶς ἂν ἔχοι τὸν χείρω τῶν βελτιόνων ἐπιστατεῖν. Apud Dionys. Halic. Rom. Hist. p. 5. [lib. I. c. 5.] senarius laudatur, sed interpretes non notaverunt:

Ἄρχειν δὲ καὶ τῶν ἡδόνων τοὺς κρείττονας.

Philemon quoque apud Stobæum, Floril. tit. LXII. [Serm. LX. p. 383.] *Minora esse maiorum* dicit: ita enim accipio; hodie tamen verba sunt corrupta. Lego adeo, pro ἡδόνων δὲ μείζονα, μειζόνων τὰ δ' ἥδονα. Levissima est mutatio; sensus commodus, & philosopho dignus:

— — Πάντ', ἂν σκοπῇς, ὅλως
ἑτέρων πέφυκε, μειζόνων τὰ δ' ἡδέα.

Omnia si consideres, prorsus aliorum sunt [*servi,*] *& minora quidem majorum.* Et Dio Chrysost. Orat. III. p. 47. Οὐκοῦν καὶ ἄλογον (scribe ἡδὺ, cum interpr.) ἀνάγκη τὸν βίον εἶναι τοῦ ἀγαθοῦ βασιλέως. ὁρᾷς γὰρ ὅτι ταπεινοῦ τὸ βέλτιον τοῦ ἥδονος ἔτυχεν ὁ θεὸς προνοῶν τε καὶ ἄρχειν. ἄνευ τέχνης μὲν βιτεχνίας, ἀσθενείας

πάλιν δὲ ἄνωθεν, καὶ ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου τὸν Θρόνισμον προνοεῖται καὶ προβουλεύεται ἐπιμελῶς. ἐν πᾶσι δὲ τούτοις ἐπιμελείας, τὸ ἄρχειν, οὐδαμῶς ἡδύμον, οὐδὲ, (lege ἀλλὰ) ἀνίσχνον· οὐδὲ πλέον ἔχειν ἀνέσεως καὶ σχολῆς, ἀλλὰ, φροντίδων καὶ πόνων. *Proinde & suaviorem esse necesse est vitam boni regis. Videt enim ubique ita Deus ordinasse, ut id quod melius est, imperet & provideat inferioribus, verbi gratia, fecit ut ars ei quod est sua arte, ut potentia impotentiae, sapientia insipientiae provideat & prospiciat. In omnibus autem his curis, principatus res non est segnis, sed laboriosa; neque in se habet ramissionem & otium, sed studia & labores.*" VPTON.

Vers. 15. οἱ δὲ μή. Omnes ante Vptonum ὁ δὲ μή dabant. οἱ δὲ vero in versione expressit Wolfius, & sic in graecis corrigere jussit; quod fecit Vpton, additipalantes ipsius codice & nostro pb. Eandem correctionem ad oram sui libri notaverat Meibom.

Vers. 16. Σκοπεῖσθε οὖν ἵνα πάθῃ ταῦτα. „Prosopopoeia est." WOLFIVS. Delevi comma, quod post οὖν vulgo interferebant. ἵνα vim interjectionis habet, *itane?* Ellipsice, pro *fierine debebat, fierine poterat, ut Socrates* &c. ἵνα ταῦτα πάθῃ pb.

Ibid. Ἐν οὖν τῷ Σωκράτους σωμάτιον. Vulgo omnes πραγμάτιον. Sed: „Lego σωμάτιον." WOLFIVS. — „Codex Sulmanst. " πράγματιον, in margine " σωμάτιον. Forsan recte. τὸ πρᾶγμα — — πραγμάτιον: Hinc caussa librariis errandi: si modo sit error. vide III. 1. 31. & Indicem in voce Πρᾶγμα." VPTON. — At locus. iste, III. 1. 31. nil prorsus hanc facit, quod & ipse Vptonus in Ind. intellexisse videtur, cujus verba in Nota ad l. c. referemus. Et haud dubie aut σωμάτιον fuit h. l. scribendum, quod feci, aut σαρκίδιον ex vers. 6. Meibomius σαγμάτιον suspicatus erat. Vulgatum vero pertinaciter tenent codices nostri. Simili dormitatione ac negligentia scriba codicis pc. mox pro τῷ σωματίῳ, in quod ceteri libri consentiunt, τῷ σωματίῳ scripsit. Hoc loco, cum σωμάτιον scribere deberet librarius, aberravit oculo ad vocabulum πρᾶγμα, quod paulo ante praecesserat. Pari ratione in contrarium errorem incidit librarius ille, qui Archytae fragmentum scripsit, quod Thom. Gale in Opuscolis Mythol. &c. p. 732. exhibet: cum πράγματα scribere deberet, oculo aberrans ad vocabulum

ἐπὶ τέλευτῆς, quod paulo post sequebatur, σώματος scripsit.

Ibid. καὶ συρῇ. „Pro συρῇ, σύρηται magis placeret." VPTON. Non video, cur præsens tempus, quam aoristum mallemus, præsertim cum & præcesserit & sequatur aoristus.

Ibid. τῷ σώματι τοῦ Σωκράτους. Sic fere e codice edidit Vptonus, cum quo fidit noster pb. Alii τῷ Σωκράτους, quod magis etiam placet.

Ibid. κρείττονα ἀποφύγῃ. Vulgo ἀποφεύγῃ edd. & mssti. „Atque *illud confugiat.*" Potest de interitu corporis intelligi, quem fugam appellat. Sed legendum opinor ἀποψύχῃ, ab ἀποψύχω; non ab ἀποφεύγω: corpus enim manet, sed anima fugit. Apud Sophoclem est ἀπεψύξαν βίου, pro ἀπεθάνετον. Interpreteris igitur licet: *atque illud mori*, vel *frigore obcorpescere*; ut alludatur ad Platonis Phædonem, ubi Socrates βαρύνεσθαι τὰ σκέλη, & ipse ψύχεσθαί τε καὶ πήγνυσθαι." WOLFIVS. „Huic Wolfii interpretationi atque emendationi assipulatur vir Nobilis, Comes Shaftesburiensis." VPTON. Ego vero haud cunctanter recipiendam duxi. Etiam rude per se ἀποψύχειν *vita fungi* significat, & *animam efflare*, ut docuit Stephanus in Thes. h. v. Et Suidas: ἀποψύχειν, ἀποθνήσκειν. Vulgatum tenent pab. In pc. est ἀναψύξῃ, quod nihilo melius.

Vers. 18. Ποῦ ἂν ἡ οὐσία. Sic scripsi cum nostro pc. Cæteri vulgo Ποῦ οὖν ἡ οὐσία.

Ibid. προσχῶμεν. Literam σ duplicavi. Vulgo omnes προσχῶμεν, mendose.

Ibid. Ἐμὲ δ' Ἄνυτος καὶ Μέλητος &c. Ex Platonis Apol. Socr. c. 18. ed. Forst. p. 93. Confer Nostrum II. 2, 15. III. 23, 21. & Enchir. in fine.

Ibid. γενέσθαι. γενέσθαι ed. Ven. perperam, & refragantibus nostris mssti.

Vers. 19. ὅτι χείρονα ἔχων δόγματα. „Lego ὅτι ὁ χείρονα &c." WOLFIVS. Commodus utique foret articulus; sed fortasse non necessarius.

Ibid. τοῦ κρείττονος ἐν δόγμασιν. Recte hæc conjunxit Vpt. præeunte Lond. anon. & Wolfio. Sic vero & mssti nostri omnes. Perperam superiores editores verba ἐν δόγμασιν sequentibus junxerant; quem errorem notavit etiam Salmas.

Ibid. κεφαγγεύσθαι. Sic primus edidit Cantabrigiensis, quemadmodum vs. 13 legebatur; idque tenuere

Lond. & Vpt. Sic vero habet etiam codex pb. Olim *περιγενέσθω* h. l. legebatur, cum pec. quod ignoscit.

Vers. 21. *πρὸ τοῦ λύχνου ἀπώλεσεν.* „Vide supra, I. 18, 15.“ VPTON.

Ibid. τοσοῦτου ὠνήσατο λύχνου. Olim *τοσοῦνου.* Tum: „Lego *τοσούτου* vel certe *τοσούτων.*“ WOLFIVS. — „Clare exhibet noster codex *τοσούτου.*“ VPTON. a quo id receptum, consentiente pb.

Ibid. Τοῦτο ἔδοξεν αὐτῷ λυσιτελεῖν. „Huc idem quod supra dicit, I. 18, 15. *ὅτι ἔπαθέ τι ὁ ἔρως αὐτῷ ἀπίθανον.*“ VPTON.

Vers. 23. *Καὶ πολλὰν ἔπραξε ἂν εἰσαγωγήν.* Vulgo edd. omnes *ἔπραξαν ἂν εἴσω.* Ad quæ WOLFIVS notavit: „Lego *ἔπραξ' ἂν. Εἰσαγωγὴν* hic intelligo *εὔλογον διδασκαλίαν, Quamnam ita efficax doctrina, quod compendium, quæ ratio id mihi præstare potuisset?*“ — Tum VPTONVS: „Recte Wolfius corrigit: vide omnino II. 16, 34. [& ibi not.] II. 17, 27. Nota interea significationem vocis *πράττειν*, latissimo sensu. Dicimus Anglice, *to make*, eodem fere modo. Verte autem: *quibus elementis instructius esse potui?*“ — Mendosam scripturam in contextu reliquerat Vptonus. *Ἐγὼ ἔπραξε ἂν εἰσαγ.* scripsi cum pbc. a quibus non multum discedit pa. qui *εἰσαγωγ. ἔπραξ' ἂν* scribit.

Ibid. ἰσχυρ. ἐπιλαβ. μοῦ τοῦ ἱματίου. ἰσχυρότερός μου ἐπιλ. τοῦ ἱμ. pb.

Ibid. περιπατάνταξε περιπατάντας pc. nescio an rectius.

Ibid. συμβάλλωσι. ἐμβάλλωσι ps.

Vers. 24. Ἄλλο οὖν οὐδὲν ἔμαθον; „Potius ἔμαθες;“ VPTON. Minime vero! Bene habet vulgata, in quam consentiunt libri. Dixerat vers. præced. *Aliud discere non potui, ut, si decem me traherent rapientque, ego non traherer.* Nunc ait: *Aliud ergo nihil didici?* Respondetque: *Immo, didici, quod in mea non sit positum voluntate, id ad me non pertinere.* Cæterum, pro Ἄλλο οὖν, in quod consentiebant edd. & mssti, Ἀλλ' οὖν posuit Vptonus sua auctoritate: quod quidem videri poterat nihil differre ab altera scriptura; sed e versione latina intelligitur, Ἀλλ' absque accentu scribere eum voluisse, quod esset ex Ἀλλὰ decurtatum: nam in versione, pro ea quod Wolfius habebat, *Aliud ergo nihil didici?* ipse, *At igitur nihil didici?* posuit.

Ibid.

Ibid. ἵνα πῶν &c. Naturalis verborum ordo hujusmodi: *ἵνα ἴδῃς, ὅτι πᾶν τὸ γινόμενον, ἂν ἐπιμελητοῦ ᾖ, οὐδὲν ἐστι πρὸς ἡμᾶς.*

Vers. 25. *Πρὸς τοῦτο οὖν οὐκ ὠφελῆσαι; ὠφελῆσαι* dabant Ven. & Bas. ΩΦΕΛΗΣΑΙ vero: *Legit ὠφέλησαι*, passivi præteriti secunda persona. — Atque ita edidit Colaniensis, & sequentes. Recte, puto: quamquam vim horum verborum & connexionem cum præcedentibus non satis me percipere fateor. Interim sic accipio: Postquam versibus nonnullis præcedentibus in prima persona, ut aiunt Grammatici, locutus est, ac veluti de se dixit id quod ad quemque philosophum pertinet; nunc subito, no de se quo videretur loqui, ad auditorem (ad quem ista perinde spectabant) se convertit, ex eoque quærit: *Non tu eadem hæc didicisti? non tu ex eis, quæ didicisti, eumdem percepisti fructum, ut persuasus sis, ac firmiter hoc teneas, nihil ad te pertinere id, quod non sit in tua positum voluntate?* conf. vs. 35. Sed ut hæc sententia atque hæc orationis connexio clarius intelligeretur inesse in his verbis, videtur differte significateque adjiciendum fuisse *σὺ* pronomen. Quare vide, ne in hunc modum Arrianus scripserit: *Πρὸς τοῦτο σὺ οὐκ ὠφέλησαι.* Nempe eo loco, quo *σὺ* posui, commode careret potestmus particula *οὐ*, quæ vulgo ibi legitur. At *σὺ* nullus e nostris libris agnoscit. *ὠφέλησαι* perspicue dant pbc. *ὠφελῆσ σε* pa. in contextu; sed in ora *ὠφελῆσαι.*

Vers. 26. *Καθήμενος λοιπὸν &c.* Pergit in superiore oratione, & rursus in prima loquitur persona: dum de se loqui videtur, aliis præcepta tradens, eosque, quid faciendum, monens.

Ibid. ὁ ταῦτα κραυγάζων. *Is qui* præ cæteris (conf. v. 22.) cum risu atque ludibrio *ei acclamaverat, Philosophe, quid te juvant tua præcepta atque decreta?* *Οὔτε τῶν σημαινομένων ἀκούει &c. Non intelligit hic homo vim verborum: nec quamnam vis sit præceptorum, quæ ille videt, nec quid ipse dicat, novit.* &c. *Quid ergo tua refert, quid ille vociferetur? Ἄφες αὐτόν. Omitte illum!* Quod in singulari numero hoc vers. dicit *ὁ ταῦτα κραυγάζων*, cum vs. 22. in plurali numero *ἐπικραυγάζουσιν ἄλλοι* dixisset, turbare nos illa *ἀνωμαλοσυμβία* non debet, quam fert usus Epicteti in hisce sermonibus, de quo jam monui ad I. 24, 14. Vide infra vs. 34. & vs. 59.

Vers. 27. Ἀλλ' ἴθι δεῦρο &c. Prosopopoëtica totam orationem, (ut jam supra Wolfius monuit,) & mimica quodammodo. Quo in genere mirus est artifex Epictetus. Hoc loco notavit VPTONVS: „Videtur *αὐτὸν* [in Ἄφες *αὐτόν*] referri ad eum de quo supra, ὁ *ταῦτα προαγορεύων*. Ἴθι δεῦρο, ad Epictetum." — Recte.

Ibid. μηκέτι χρείαν. μὴ χρείαν pc.

Vers. 28. Μέχρις ἂν οὗ ὁ λόγος αἱρῇ. „*Quoad ratio exigerit, abtinuerit.* Platoni frequens loquendi modus." WOLFIVS. — „Plato in Critone, sect. 4. ἕστιν ὁ λόγος οὕτω αἱρεῖ, *quandoquidem sic exigit ratio.* Herodot. lib. II. c. 37. καὶ δὴ καὶ ὁ λόγος οὕτω αἱρέει. M. Anton. II. 5, ἀπὸ τοῦ αἱροῦντος λόγου, *a rationis dictamine.* Idem IV. 24. καὶ ἅσα ὁ τοῦ Φύσει πολιτικοῦ ζώου λόγος αἱρεῖ, καὶ ὡς αἱρεῖ. *Quæque animantis civilis ratio dictat, & quomodo dictat.* Sic legendum II. 2, 20. non λόγος ἀρκεῖ." VPTON. — Articulum ὁ adjeci ex pc. conf. infra, III. 24, 58. & Enchir. c. 22, 3. Ab aliis abest; nec id male, ut II. 2, 20. & III. 24, 44.

Ibid. λάβετε αὐτό. „*Accipite* [vel, *sumite*] *corpus*: ipse enim derelinquam. Hæc spectant ad sapientem αὐτοφόνευτον, & sibi ipsi manus inferentem. Hoc concedit; σκαιόν tamen, neque ἐκ τῆς τυχούσης προφάσεως. Vide omnino I. 9, 20. & quæ ibi notavimus." VPTON.

Vers. 29. μὴ μαλθακίζου. μὴ κακῶς pb. quod ita dictum intelligi possit, ut κακὸς στρατιώτης dicitur *ignavus miles.* Sed bonum solœcismi vulgatum.

Ibid. πάλιν γὰρ &c. πάλιν, *rursus*, *vicissim.* Non erat cur solœcismi hoc Meibomius, πάλαι legere jubens.

Ibid. χρείαν γὰρ ἔχει κόσμου τοιούτου &c. „Vide ad I. 6, 23." VPTON.

Ibid. ἀλλ' ἐὰν σημήνῃ τὸ ἀναλήμπτειν. „Vide ad I. 9, 16." IDEM. ἀλλ' ἐὰν σημήνῃ pc.

Vers. 30. λέγειν δεῖ ταῦτα πρὸς τοὺς πολλούς; Sic rursus vs. 64. πεῖσαι δεῖ ταῦτα πρὸς πάντας;

Ibid. τὸ αὐτὸν πείθεσθαι. Sic edd. vett. consentientibus mss. Præter rem αὐτὸν scripsit Vpton. cum anon. Lond.

Vers. 31. Σήμερον Σατορνάλια ἄγεται. „*Bona Saturnalia! Io Saturnalia!* Hic solennis clamor festis Saturni diebus. Livius XXII. 1. *Per urbem* „Saturnalia! *diem*

diem ac noctem clamarunt. Petronius, c. 58. O Saturnalia! *Rogo, mensis Decembr est.* Vbi Heinsius legit, *O Saturnalia!* Sic enim, seu *Bona Saturnalia!* servi per urbem discurrentes clamitabant. Martialis lib. XIV. 79. [XIV. 70.]

Iste tibi faciet Bona Saturnalia *porcus.*

Idem lib. XI. 2.

Clamant ecce mei, Jo Saturnalia, *versus.*

Vbi tamen, ut versui melius consulatur, malim *Bona Saturnalia*; quamquam altera lectio defendi posset. Catullus:

Saturnalibus, optimo dierum.

VPTON.

Ibid. λέγομεν. „Adderem μή, vel τί; num, vel quid dicimus?" MEIBOM. At etiam nudum per se verbum interrogative intelligi poterat.

Ibid. ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ ἐπίνο. ἀλλ' αὐτοὶ pc. & caret καί.

Vers. 32. μεταπαίσαι. μεταποιῆσαι pc. temere.

Ibid. μὴ δόντ. οὐ δόντ pb.

Ibid. δὲν δὲ μὴ τοῦτο θέλῃ. „Si te sibi applaudere noluerit. Malim θέλῃς. Si tu ei applaudere nolueris." WOLFIVS. Et ego θέλῃς malueram.

Ibid. σιώπα λοιπόν. „σιώπα. λοιπὸν τοῦτον &c." SAL. MASIVS. — „At Meibomius; λοιπὸν plane cum σιώπα conjungendum. Mihi magis Meibomii distinctio placet; nam sic in Enchir. c. 46. [c. 49. ed. Wolf.] σιώπα τὸ πολὺ." VPTON. Et λοιπὸν cum σιώπα jungunt edd. & scripti libri omnes.

Vers. 34. Νέῳ γὰρ ἀπὸ σχολῆς ἄνευρι εἰς περίστασιν ὁμοίως ἔστι τῷ μειρακιεύεσθαι &c. Vulgo in edd. omnibus inde a Bas. comma interseritur post Νέῳ γὰρ ut cohærerent illa, ἀπὸ σχολῆς ἄνευρι εἰς περίστ. quæ vertebant, *qui e schola abiens in discrimen incidit.* Quod speciosius erat id quod VPTONVS ad h. l. adnotavit: „Cod. Salmant. [id est editio Salmanticensis] in marg. νέος. Et sic legendum arbitror. *Juvenis enim, qui e schola abiens in discrimen incidit, similis est ei, qui* &c." — Et νέος etiam Meibomius suspicatus erat; idque ipsum codex noster pb. (qui in contextu quidem cum aliis omnibus in νέῳ consentit) superne inter lineas adnotatum habet. Ego vero, quamquam omni ex parte emen-

emendata esse verba, qualis cum mastix & edd. exhibui, pronunciare minime ausim, tamen haud dubie dativum νέῳ ad τῷ παιδοτρίβῃ referendum putavi, simul vero comma post Νέῳ γὰρ delendum, quod nec editio Ven. nec scripti libri agnoscunt, ut cohaererent haec, νέῳ ἀπὸ σχολῆς, id est, *juveni e schola, juveni scholastico, juveni studioso*, quemadmodum dicimus ἀπὸ περιπάτου, ἀπὸ στοᾶς. Id ipsum etiam MEIBOMIVS spectavit, cum adscripsit: „Vel distingue νέῳ γὰρ ἀπὸ σχολῆς, ἀπ." — Quod si quis tamen νέος praetulerit, cum eo equidem non contendam; & poterit is, ut alia taceam, praesidium sibi aliquod videri invenire in II. 8, 15 sq. & II. 1, 36. quibus tamen locis non ἀπὸ praepositio, sed ἐν adhibetur. Confer vero etiam II. 17, 37.

Ibid. κἂν τις εὔλυτον αὐτῷ προτείνῃ, &c. Editi & scripti omnes, quoad novimus, εὔλογον legunt: quod licet ferendum tenendumque alicui videri possit, mihi tamen temperare non potui, quin εὔλυτον corrigerem. Agitur περὶ ἀναλύσεως, de *solutione syllogismorum*; & opponitur συλλογισμὸς εὔλυτος, *solutu facilis*, τῷ πεπλεγμένῳ καὶ μὴ ψῶς, *scite nexo*, *artificiose perplexo*. Exercitatio haec juvenum erat, in arte dialectica versatum, (& apud Stoicos non juvenum solum exercitatio, sed etiam praeceptorum qui luminis scholae habebantur,) *syllogismos nectere*, *aliisque solvendos proponere*, & *ab aliis propositos solvere*. Quem morem rursus respiciens Noster, II. 13, 26. ait: εἰς τὴν γυμνὴν ἀπελθὼν παίδων, καὶ πλέκε συλλογισμούς, καὶ ἄλυε πρότερος. & IV. 6, 15. ἄνω κάτω στρέφω τοὺς προτεινομένους, καὶ ἄλλους πλέκω, καὶ μετασκευάζομαι ὑπ' αὐτῶν. Quo pertinent *laquei* quos Cicero dicit *Stoicorum*, Tusc. V. 27. de Orat. I. 10. Dicitur autem non modo ἀναλύειν *syllogismos*, sed & λύειν; ut, κομψὴν συλλογισμάκιον ἔλυσας, II. 18. 17. Unde εὔλυτος συλλογισμὸς, *solutu facilis*. In pa. sicut in reliquis codd. εὔλογον quidem hodie scriptum legitur; sed littera ο post λ ex alia litera, nescio quo, effecta videtur a recentiori manu.

Ibid. οἱ ἀθληταὶ τῶν παίδων νεανίσκοις ἀναμισγόμενοι. Hoc dicit: *Qui in palaestra exercentur*, ubi aliquem in arte profectum jam fecerunt, *non delectantur si componuntur cum adolescentibus parum validis & in arte adhuc prorsus rudibus*. (Vide Not. ad I. 24, 1. & Simplicii locum ibi citatum.) Οὐ βαστάζει μὲ, φησὶν. *Iste me non adtollit*. Sic dicit aliquis athleta, sua arte jam

jam aliquatenus confidens, ubi fecum committi videt gracilem & invalidum juvenem. Quæ sequuntur verba, Οὗτός ἐστιν εὔφυὴς νέος, statim cum proxime præcedentibus ita connectenda putaveram, ut idem athleta diceret: *hic* (alter) *est fortis & nobilis juvenis; cum hoc me compositum velim.* Sed, quæ continuo sequuntur, suadent, commodius hæc cum Wolfio pro Epicteti verbis accipi, qui dicat: *Ita se gerit nobilis & bona indolis juvenis. At vos nimirum non ita.* &c. conf. II. 6, 23. Est autem ad eadem verba WOLFII Adnotatio hujusmodi: „Οὗτός ἐστιν εὔφυὴς νέος. *Hic est bona indolis adolescens:* scilicet, qui se in difficilioribus exerceri vult. Lego ἀνεφάνητος, non πανοπτικῶς." — id est, positive, non interrogative; nam post εὔφυὴς νέος interrogandi signum posuerant veteres editores, quod etiam tenuere sequentes, & ne Vptonus quidem sustulit. βαστάζειν est *sublimem tollere*, ut apud Polyb. XV. 26, 3. & apud Nostrum II. 9, 22. Hinc de luctatore usurpatur, qui adversarium *sublimem tollit*, ut *humum sternat*; quemadmodum aliis αἴρειν, vel ἁρπάζειν. Sic apud Lucian. Deor. Dial. XIII. 2. ἁρπάσας σε ῥίψω ἐπὶ κεφαλήν. Ac videtur verbum fuisse usitatum in palæstra βαστάζειν, quamquam nusquam notatum istum usum reperio. Nota vero rursus subitum a plurali numero ad singularem transitum: οἱ ἀθληταὶ ἀνεπαισθητῶσιν, &. mox ἥρωϊν. Vide ad I. 24, 14. Pro βαστάζειν, temere βιβάζειν scripsit pc.

Vers. 35. Οὔ. *Non.* Intellige: *At plerique vestrum non ita: sed* &c. conf. vs. 40. Rursus quæ sequuntur, ironice & mimice expressa vides.

Ibid. κλάειν. κλαίειν, absque subscripto iota, ed. Ven. cum pbc. κλαίειν ed. Bas. & seqq. cum pa. Vide ad I. 28, 24. Negative οὐ κλαίειν legendum suspicatus erat Meibomius; minus feliciter.

Ibid. εἰ ταῦτα οὐκ ἔμαθες ὅστ' ἔργῳ δεῖξαι. Ante Vptonum sic edebatur: εἰ ταῦτα οὐκ ἔμαθες, οὐχ ὅστ' ἔργῳ δεῖξαι, &c. Ad quæ WOLKIVS: „Lego ἔμαθες; πανοπτικῶς. Et postea, εἰ οὐχ ὅστ' ἔργῳ." At illa, οὐχ ὅστ' ἔργῳ MEIBOMIVS adnotavit: „Omitterem οὐχ." — VPTONVS vero: „Nos autem ejecimus οὐχ, auctoritate nostri codicis." — At negantem particulam pertinaciter nostri libri omnes: quare vide, ne exciderit nonnihil, legendumque sit οὐχ ὅστε λόγῳ, ἀλλ' ὅστ' ἔργῳ. Quod vero præcedit pronomen Τίνα; id perperam

perperam editio Baſ. & ſeqq. nulla interpoſita diſtinctione cum *εἰ ταῦτα* &c. conjunxerant. Interrogandi ſigno ab his ſeparanda monuit Salmaſ. Idque ſignum perſpecte jam adjecerat editor Lond. anon. & tenuit Vpton. Puncto interpoſito jam olim ſeparaverat ed. Ven. cum pab. commate diſtinxit pr.

Verſ. 36. *Ἐγὼ τινα εἶμι τῶν παιδευθέντων ὑπ' ἐκείνου* &c. „*Ἐγὼ τίνα* &c. interrogative, non enunciative, prout e ſequentibus patet. Nil enim tale de ſuis credidit Epictetus. Sic itaque totum locum interpretare: *Et pugiles, adoleſcentes boves moleſte ferunt. Non me attollit, inquit.* (pugilum e numero unus.) *Hic eſt bonæ indoles adoleſcens.* (qui nempe, ut Logicus iſte, ut pugiles, dura quærit ad probandas vires & exercendas.) *Non ita:* (ironice Epictetus, Tu inquis nihil tale:) *at cum tempus ad dura vocat, ploranduſ eſt, & dicendum, Vellem adhuc diſcere. Quinam? ſi hæc non didiciſti. ut re ipſa monſtrares, in quem uſum ea didiciſti? Ego-ne arbitror,* &c.“ VPTON.

At dubitare tamen ſubit, recta-ne Epictetus *negare* voluerit, eſſe *ullum* e ſuis auditoribus, cui ita cordi eſſent. Sane & mox in fine vſ. 37. non ait, *nemo e vobis eſt;* ſed, *nemo-ne e vobis fuerit?* Et quod initio ejusdem vſ. ait: *tales vos omnes eſſe debebatis;* ſignificare videtur, non deſperaſſe ſe, eſſe forſan unum aut alterum. Alibi, ubi de exiguo ad pæne nullo fructu conqueritur, quem e ſuis præceptis ſuisque cohortationibus capiunt auditores, ut I. 9, 10 ſqq. II. 16; 15 ſqq. II. 19, 29 ſqq. lenit mollitque reprehenſionis acerbitatem eo, quod ita loquitur, ut partem culpæ in ſe ipſe ſuscipere videatur. *νεκρὸς μὲν ὁ παιδευτής, νεκροὶ δ' ὑμεῖς.* I. 9, 19. *οὐ γὰρ μεμέληκεν ἡμῖν, οὐ δὲ μελήσειν.* II. 16, 18. *ἢ παρ' ἐμέ ἐστιν, ἢ παρ' ὑμᾶς, ἢ, ὅπερ ἀληθέστερον, παρ' ἀμφοτέρους.* II. 19, 33.

Ibid. ᾄδειν. „Vide ad I. 22, 17.“ VPTON.

Ibid. καθήμενον ἐν γωνίᾳ. Sic recte Vpt. cum ed. Ven. & Baſ. conſentientibus nostris. Sic infra, vſ. 55. *ἐν γωνίᾳ καθεζόμενοι.* Temere h. l. in ed. Gen. omiſſa eſt vocula *ἐν*, errore operarum, in alias editiones inde propagato. Adjiciendam propoſitionem notavit Salmaſ.

Ibid. στεφανωθῆναι Ὀλύμπια. „*Coronari Olympia.* Sic Horat. Epiſt. lib. I, 1, 50.

Magna coronari *contemnat* Olympia,

Eodem

Eodem modo Ennius, *vicit Olympiâ.* Vide Ind. in voc. Ὀλύμπια.“ VPTON.

Ibid. πότε τις ἀρα καταγέλασ τοιοῦτον ἀγῶνα; Olim καταμελεῖ τοιοῦτον ἀγῶνα. Ad quæ WOLFIVS: „*Quem do quis mihi negligit tale certamen?* Apud Isocratem, οἱ μὲν τολλῶν καταμελοῦσιν. Nec constructio, nec sententia, satis placet: nec tamen occurrit, quid pro καταμελεῖ reponendum esse videatur. Neque enim καταμέλει, neque καταβαλεῖ placet. Videtur generosus adolescens his verbis expostulare cum eo cujus culpa fiat, ne in tale certamen descendat. Qui aliquid melius invenerit, candide communicet.“ Hæc ille. VPTONVS: „Noster codex καταγέλασ, cæteri καταμελεῖ, quod cum nihil sit, haud miror hæsisse interpretes.“ In καταγέλασ consentiunt pabc.

Vers. 37. Οὕτως ἔχειν δόξει. Οὕτως δεῖ ἔχειν pc.

Ibid. ἐν μὲν τοῖς Καίσαρος μονομάχοις. „Cæsares ad suas & populi voluptates proprios alebant *gladiatores:* ii vocabantur Fiscales, & Postulaticii; Arrianus dicit Καίσαρος μονομάχους. Consule Lipsi Saturn. lib. II, c. 16. Vide quoque Martial. Epigr. 19. [Epigr. 20.] in Spectac. ubi Myrinus & Triumphus nominantur e ludo Cæsaris; ex eodem ordine Epigr. 27. [29.] Priscus & Verus. Seneca, de Provid. c. 4. *Ego Mirmillonem sub C. Cæsare de raritate munerum audivi querentem. Quam bella,* inquit, *vitas perit! Avida est periculi virtus; & quod tendat, non quid passura sit, cogitat.*“ VPTON.

Ibid. οἱ ἀγανεῖς. Deest οἱ pc.

Ibid. Φαυῆσεται. Φαίνεται pb.

Vers. 38. Ἡθέλον πλεῦσαι. „Nicopoli profectus scilicet Romam usque.“ VPTON.

Ibid. τῶς μελετᾷ τὴν ὑπόθεσιν. „*Quomodo tractet causam.* μελέται sunt declamationes, quibus hîc res adversæ comparantur; quod, ut declamationes eloquentiæ, sic hæc virtutis sint exercitatio.“ WOLFIVS. Immo μελέται & μελετᾶν de cujusvis generis *meditationibus* dicitur & *exercitationibus;* & figillatim etiam de athletarum exercitationibus. Hesychius: Μελετᾷ· ἀσκεῖ, ἐπιμελεῖται, γυμνάζεται. Μελέτη γὰρ, ἡ ἄσκησις. Quod de mutanda distinctione monuit Salmasius, post τῶς μελετᾷ interpositum punctum volens, ut accusativus τὴν ὑπόθεσιν ad sequentia trahatur; ea novatione nil opus esse videtur. In vulgatam distinguendi rationem consentiunt libri.

Vers.

Vers. 39. Οὐ δῆλον, φησί. Non erat causſa, cur φησὶ ſolicitaret Meibomius, adnotans: „Puto φῄς.“

Ibid. Ἀλλαξόν μοι τὴν ὑπόθεσιν. „Vide I. 12, 17.“ VPTON.

Ibid. χρήσασθαι τῇ ὑποθέσει. τῇ cum abeſſet ab editis, adjiciendum monuit Wolfius e conjectura; & adjecit Vpton, ſuffragante ipſius codice, noſtrisque codd. pbc.

Vers. 40. Σόν ἐστι, προτεῖναι ἐμοὶ, μελετῆσαι καλῶς. προθεῖναι, pro προτεῖναι, dabat Baſil. ex intempeſtiva ipſius editoris (puto) conjectura; quod quum tenuiſſent ſequentes editores, atque ipſe etiam VPTONVS; monuit tandem hic in Notis: „Cod. Ven. & Salmant. προτεῖναι. Recte admodum, & ſic ſupra, vſ. 34. Dele interrogationem. Quoad verba, haud abſimile iſtud Virgilianum:

— — — *Tuus, o Regina, quid optes*
explorare labor, mihi juſſa capeſſere fas eſt.“

Sic ille. Et in προτεῖναι conſentiunt pbc. Interrogandi ſignum poſt καλῶς poſuerant editores omnes. Illud delere juſſit Vptonus: at, quo pacto capienda ſint illa verba, non declaravit. Nempe, quod jam ſæpe vidimus, atque monuimus, ita fere tota in actione poſiti ſunt hi ſermones Epicteti, ut oratioris connexio ſubinde obſcuritatis aliquid habeat, ob ellipſin nonnullorum verborum, quibus (ſi minus animatam atque rapidam velles orationem) indicari potuerat ſententiarum connexio. Hoc quidem loco adſentior Germanico Interpreti, ſupplenda eſſe hujusmodi quædam verba: *Tu cogitare, tu dispenſatori certaminis dicere debebas: tuum eſt proponere* &c. Ἔδει λέγειν, Σόν ἐστι &c. Quo deinde refertur id quod ſequitur: Οὐ· ἄλλα &c. Quæ formula ita intelligi debet, ut in verſione poſui, *At tu non ſic*, nempe, *tu non ſic ais, non ita facis, ſed* &c. proſſus ut ſupra, vſ. 35. & ſæpe aliàs. Vide III. 1, 37 & 45. III. 22, 50.

Ibid. μὴ τοιοῦτό μοι προβάλῃς τροπικόν. „Quid τρόποι ſint apud rhetores, notum eſt. Sed quid τροπικὸν hic ſibi velit, niſi pro *obſcuro* & *intricato* ponatur, non video. Ne τοπικὸν quidem ſatis placet.“ WOLFIVS.

„*Noli proponere mihi tale tropicum, ſed tale.* Τροπικὸν, vox Stoicæ Logices, eadem ac συνημμένον.

[id

[id est, *propositio connexa in syllogismo hypothetico.*] Nam in Dialecticis propria sibi habuisse vocabula Stoicos, docet Philoponus in Priora Analytica Aristot. quae vocabula cum Aristotelicis confert:

Peripatetici	Stoici
1. πράγματα	1. τυγχάνουσα
2. νοήματα	2. ἐκφορικὰ
3. φωναὶ	3. λεκτὰ
4. ἡγούμενον	4. ἡγούμενον
5. ἑπόμενον	5. λῆγον
6. συνημμένον	6. τροπικὸν
7. μετάληψις	7. πρόσληψις
8. συμπέρασμα	8. ἐκφορά.[a] [Immo ἐπιφορά.]

VPTON. Totum Philoponi locum huc spectantem transcripsit Fabricius ad Sext. Empir. Pyrrh. II. sect. 3. ubi ejusdem etiam Fabricii reliqua consule notata. Ibi videbis etiam, syllogismi conclusionem, quae Peripateticis τὸ συμπέρασμα dicebatur, a Stoicis non ἐκφορὰν fuisse nominatam, sed ἐπιφοράν; quo vocabulo eadem notione passim etiam Epictetus noster utitur. De verbo προβάλῃς, quum προβαλῇς mendose editum esse, recte monuerat WOLFIVS: „Legendum προβάλῃς active." — Cui tamen nemo ante nos obsecutus est. προβάλῃς vero recte habet pb. προβαλῇς pac. ut editi. Vocabulum τροπικὸν in τροπικὸν detorsit pc.

Ibid. μὴ τοιαύτην ἐπενέγκῃς τὴν ὑποφοράν. „Μὴ τοιαύτην ὑπενέγκῃς τὴν ὑποφοράν. *Ne talem objicias objectionem:* sic enim in scholis vulgo appellant, quam Ulpianus, Demosthenis interpres, ἀνάθεσιν vocat. ὑποφορὰ & ἀνθυποφορὰ quid sint apud rhetores, notum est. Sensus hujus loci esse videtur: non minus ineptum esse, qui talem vel talem casum objici sibi postulet, quam declamatorem qui ab adversario nihil velit sibi objici, nisi quod ipsius cauſſae serviat.[a] WOLFIVS. — „At nihil nobis cum Rhetoribus, sed cum Dialecticis. Vide supra quae ex Philopono citavimus." VPTON. At Rhetoricis & Dialecticis multa communia: & sicut apud rhetores ὑποφορὰ est ὁ τοῦ ἐχθροῦ λόγος, *adversarii oratio*, (quod ex Hermogene etiam docuit H. Stephanus, praeeunte Budaeo) sic nihil impedit, quo minus idem vocabulum apud Dialecticos etiam eadem notione in usu fuisse credamus. Et ipse etiam Vptonus, cum Wolfius convertisset, *ne ad istum modum mihi occurrito, sed hoc modo;*

do; in eamdem sententiam interpretatus est; *ne talem objicias objectionem, sed talem.* Denique in eis, quæ ex Philopono paulo ante Vptonus protulit, nihil est quod nunc huc spectet. Ceterum, quod pro verbo ἐπενέγκῃς, quod hoc loco agnoscunt libri omnes, ὑπενέγκῃς adtulit Wolfius in Notis, casu-ne id factum sit, an consulto, nescio: illud scio, percommodum id fore, si darent codices, & vel absque codicum auctoritate speciem habere; quum præsertim & aliàs verbum ὑποφέρειν *objicere* significet, sicut nomen ὑποφορὰ *objectionem* denotat; quo accedit, quod in mssstis libris nexus literarum σπ & υπ ita sint inter se similes, ut interdum ægre discerni, eoque facilius permutari inter se possint. Sed quoniam nec verbum ἐπιφέρειν, in quod consentiunt libri, per se ullo modo incommodum hoc loco visum erat, mutare non sum ausus.

Vers. 41. "Ἐστιν χρόνος τάχα, ἐν ᾧ οἱ τραγῳδοὶ &c. „Ἐστὶ [sic ante Vptonum edebatur] χρόνος τάχα. *Est tempus fortasse.* Lego ἔσται, *erit.* Sententia est: Histriones fortasis aliquando non arte sua, sed ornatu erunt freti. Sic philosophi barba & pallio, non vita & moribus; sicut pseudomonachi cucullo, non pietate & vitæ sanctitate." WOLFIVS. „ἔσται noster codex, non ἐστί." VPTON. Codici Vptoni suffragantur nostri pbc. τάχα commodius h. l. *mox, brevi,* quam *fortasse,* vertendum putavi: quemadmodum vernaculo sermone similiter dicere solemus, *bientôt le tems viendra.* Vtrumvis prætuleris, intelligi par est, esse hanc ironicam loquendi formulam, quæ in familiari sermone usitata fuisse videtur.

Vers. 42. γελωτοποιὸς, *scurra;* qui personæ alicujus tragicæ ornatum sumit, sed partes ei convenientes agere nescit; aut consulto ea loquitur agitque, quæ ab istius personæ ratione prorsus abhorrent.

Vers. 43. καὶ ἐν εἰδώλῳ αὐτὸν προσαγάγῃ. „*In simulacro,* vel *umbra, eum adduxerit.* Non assequor quid sibi velit, nisi forte umbræ mortuorum, ut Polydori in Hecuba Euripidis, nudæ in scenam [uti nimirum ratio suadebat] aut involutæ fasciis prodierint, sine ornatu tragico." WOLFIVS. — „Forte ἐν φασγάνῳ, ut infra, (IV. 8, 34.)" COMES SHAFTESB. — „Placet mihi Wolfii interpretatio; sic enim Πολυδώρου εἴδωλον apud Euripidem in Hecuba προλογίζει. (Vbi tragœdus, cujus eæ erant partes, solertiæ suæ speciem edere

edere debebat, & illius demonſtrandæ quam maxime occaſionem habebat, quamquam nec cothurnis, nec palla ornatus.] Lego autem προαγάγῃ cum Salmaſio, pro προσαγάγῃ; ſic mox προαχθῆναι." VPTON. In προαχθῆναι verſ. 47. conſentiunt libri. Et commodum utique h. l. προαγάγῃ foret: ſed προσάγειν eodem prorſus modo, pro *producere*, uſurpatur; aut certe ita promiſcue iſta verba paſſim poſuere librarii, ut, utrum verum ſit, utrum falſum, ægre dignoſcas. Confer Polyb. VI. 20, 4 ſqq. XVIII. 29, 8 ſq. & utroque loco notata. Sic mox apud Noſtrum vſ. 49. in προσαγαγεῖν conſentiunt libri, & vſ. 45. in πρόσελθε. Et h. l. προσαγάγῃ pab. In pc. vero plura in hac regione verba prætermiſſa ſunt. Quibus quidem omnibus in locis προσ in προ mutatum voluerunt Salmaſ. & Meibom.

Verſ. 44. Καὶ ἐνθάδε. Λάβε ἡγεμονίαν. Vulgo omnes absque diſtinctione, Καὶ ἐνθάδε λάβε ἡγεμονίαν. Quod Vptonus cum Wolfio vertit: *Etiam hic accipe principatum;* quo ſenſu, ipſi viderint. Ego conciſe, (ut ſolet, & ut hoc maxime ſermone loquitur) dictum accipio, pro Οὕτως καὶ ἐνθάδε. *Sic & hic:* (nempe, *in ea re de qua nos agimus, in vitæ actione,* in qua Philoſophi eſt, recte agere partes quas illi moderator certaminis & dispenſator rerum tribuit. Dicit ille tibi:) *Cape præfecturam!* Tu dicere debes: *Accipio, & in ea oſtendam,* &c.

Verſ. 45. Θὲς τὴν πλατύσημον. „Vide ſupra, I. 24, 12." VPTON.

Ibid. πρόσελθε ἐν προσώπῳ τοιούτῳ. „Πρόσελθε, *prodi, egredere,* tanquam tragœdiæ perſona, ſcribendum cum Meibomio, pro πρόσελθε." VPTON. At, quemadmodum προσάγειν eadem notione ac προάγειν, (ut ad vſ. 43. dictum) ſic & paſſim προσέρχεσθαι eodem modo ac προέρχεσθαι uſurpatum reperitur. Et nihil hic variant libri. Conf. IV. 1, 11. Addé Polyb. XVIII. 29, 9. aliaque loca in Lexico Polyb. ad hoc verbum citata.

Ibid. οὐ δέδοται μοι καλὴν φωνὴν εἰσαναγκεῖν. Conf. vſ. 42. Φθέγξαί τι, & vſ. 43. ἂν φωνὴν ἔχῃ.

Verſ. 46. Πῶς οὖν ἀναβαίνεις νῦν. „Ἀναβαίνεις, ſcil. ἐπὶ τὸ βῆμα. *Aſcendis ad tribunal,* dicendi teſtimonii cauſſa. Crebrum eſt apud Demoſthenem & alios oratores, καὶ τούτων ἀνάβητέ μοι μάρτυρες." WOLFIVS. At, quod de teſte ait, id nunc demum ſequitur. Itaque hic,

NOTAE AD EPICTETI DISSERTATIONES AB ARRIANO DIGESTAS.

LIB. II. CAP. I.

TIT. *Ὅτι οὐ μάχεται τὸ θαρρεῖν τῷ εὐλαβεῖσθαι.* Diogenes Laërt. in vita Zenonis, VII. 116. *Εἶναι δὲ καὶ εὐπαθείας, φασὶ, τρεῖς· χαρὰν, εὐλάβειαν, βούλησιν. καὶ τὴν μὲν χαρὰν ἐναντίαν φασὶν εἶναι τῇ ἡδονῇ, οὖσαν εὔλογον ἔπαρσιν· τὴν δὲ εὐλάβειαν τῷ Φόβῳ, οὖσαν εὔλογον ἔκκλισιν· Φοβηθήσεσθαι μὲν γὰρ τὸν σοφὸν οὐδαμῶς, εὐλαβηθήσεσθαι δέ.* Et mox: *ὑπὸ δὲ τὴν εὐλάβειαν* [*κίπτειν*] *αἰδῶ, ἀγνείαν.* [id est:] *Cautioni subjungi ajunt verecundiam, castitatem.* Plutarch. de Contrad. Stoic. p. 1038. *Καὶ ἡ εὐλάβεια τοίνυν λόγος ἐστὶν ἀπαγορευτικὸς τῷ σοφῷ. τὸ γὰρ εὐλαβεῖσθαι, σοφῶν ἴδιον, οὐ φαύλων ἐστί.* Cicero, Tusc. Disp. IV. 6. *Quoniamque, ut bona naturâ adpetimus, sic a malis natura declinamus; quæ declinatio cum ratione fit,* Cautio *adpelletur, eaque intelligatur in solo esse sapiente: quæ autem sine ratione, & cum examinatione humili atque fracta, nominetur* Metus. *Est igitur Metus, ratione aversa cautio.* Seneca Epist. 85. *Non timebit illa, sed vitabit.* Cautio *illum decet;* timor *non decet.* Vide autem infra, cap. 5. *Πῶς συνυπάρχει μεγαλοφροσύνῃ καὶ ἐπιμέλεια.*[a] VPTON.

Vers. 2. *ἐναντίον δὲ γάρ τινες δοκεῖ.* Olim *ἐναντίως* legebatur. Hinc WOLFIVS: „Lego *γάρ τινες ἔχειν δοκεῖ.*[a] — Sed VPTON: „At noster codex, quem sequor, *ἐναντίον* exhibet.[a] — Sic & pabc. In pa. quidem primum fuerat *ἐναντίως*, sed correctum *ἐναντίον* ab eadem manu.

Vers. 3. *δοκεῖ μοι τοιούτου τινὸς ἔχεσθαι.* *Videtur mihi esse hujusmodi.* Rarior locutio pro *οὕτω πως ἔχειν.* Quasi dicas, *ad tale quid pertinere; cum tali quadam ratione esse conjunctum; a tali quadam ratione pendere.*

Ibid.

Ibid. πρὸς τὰ αὐτά. Sic ſcripſi cum pab. Vulgo ταυτὰ vel ταὐτὰ, cum pc.

Verſ. 4. ἡ οὐσία τοῦ ἀγαθοῦ &c. „Vide ſupra, I. 20, 15. & I. 29, 1.“ VPTON.

Verſ. 5. τὰ προαιρετικὰ. τὰ προαιρετὰ legendum cenſuit Wolfius, nulla neceſſitate. Vide Adnot. ad I. 22, 18.

Verſ. 6. τῇ εὐλαβείᾳ. Caret τῇ pc.

Ibid. μὴ ἐΦ' ἡμῖν. οὐκ ἐΦ' ἡμῖν pb.

Verſ. 7. οὕτω μὲν ἅμα. „Ita noſter codex: alii οὕτως ἅμα.“ VPTON. — οὕτως ἅμα pabc. cum edd. ante Vpt. quod vide ne teneri debuerit. Sane vereor, ne alieno loco hic ſtet μὲν particula. Lubens acciperem οὕτω μὲν, ni continuo ſequeretur ἅμα μὲν. Sed vel ſic οὕτω μὲν præferrem.

Ibid. νὴ Δία, διὰ τὴν εὐλαβ. Præpoſitio διὰ poſt Δία temere omiſſa eſt in ed. Cant. errore operarum, in anon. Lond. propagato.

Ibid. συμβήσεται Θαῤῥεῖν ἡμῖν. ἡμᾶς pb. Neutrum male: ἡμᾶς ad Θαῤῥεῖν referendum; ἡμῖν a συμβήσεται pendet.

Verſ. 8. ὅτε Φαβοῦν]αι Φεύγουσαι αἱ ἄλλοι τὰ πτερὰ. „Ita optime noſter codex, & ms. Par. Cæteri dant τὰ πτηνὰ. Alluſit autem ad morem illum cervos in venatione terrendi vario plumarum diſcolorum nexu: *Lineam* dixerunt, ſeu, a re, *formidinem*. Deſcribit Nemeſianus:

Linea *quinetiam, magnos circumdare ſaltus*
quæ poſſit, volucresque metu concludere prædas,
digerat innexas non una ex alite pinnas.
Namque urſos, magnosque ſues, cervosque fugaces
terrificant, linique vetant tranſcendere ſeptum.

Ovid. de Remed. Amor. lib. I.

Aut pavidos terret varia formidine *cervos.*

Virgil. Georg. III. 371.

Puniceæve agitant pavidos formidine *pinnæ.*

Vide & Aeneid. XII. 749. Ovid. Metam. XV. 475. Lucan. IV. 437. Senec. Hippol. vſ. 46. Hanc lineam ſ. formidinem appellat Oppianus μήριν∂ον δειμαλέην, *lineam formidoloſam*; & δεῖμα πολύχροον, *multicolorem formidinem.*“ VPTON. — In τὰ πτερὰ conſentiunt pab, quod vocabulum ſicut proprie *alas* ſignificat, ſic in eadem

dem re eodem latino nomine Virgilius uſus eſt, Aen. IV. 121.

Dum trepidant alae, ſaltusque indagine cingunt.

In *Φεύγουσαι* & *αἱ ἔλαφοι* recte conſentiunt iidem codd. mesti cum edd. Sed in pc. ſic ſcribitur: *ὅτε φοβῶνται, φεύγουσιν οἱ ἔλαφον· τὰ πτηνὰ τοῦ τρέπεσθαι*; Mox *πρὸς τίνα* recte dederunt pab. Et ſic jam ediderat anonymus Lond. Superiores perperam *πρός τινα*, enclitice.

Verſ. 10. *ἐν τοῖς ἀπροαιρέτοις.* Editiones omnes, ne Vptoniana quidem excepta, *ἐν τοῖς ἀπροαιρετικοῖς* dabant. Ad quem locum VPTONVS monuit: „Noſter codex *ἀπροαιρετοῖς*. Sed vide ſupra Wolfii notam.“ — Nempe Wolfii Notam dicit ad vſ. 5. quam nos ſuperius ad I. 22, 18. retulimus. Recte vero Vptoni codex; quem tamen non *ἀπροαιρετοῖς*, circumflexa ultima, dediſſe puto, ut Vptonus retulit, ſed *ἀπροαιρέτοις* penacute, quemadmodum uſus & grammatica ratio poſtulabat. Idque ſequi debuerat Vptonus, quod etiam Wolfius l. c. ſuaſerat; ubi vide quæ nos ad Wolfii Adnotationem inſuper monuimus. Idem vocabulum *ἀπροαίρετος* habes I. 4, 27. tum hoc ipſo capite vſ. 4, 5 & 6. & ſæpe aliàs. Et *ἀπροαιρέτοις* h. l. recte ſcribitur in pbc. Sic etiam ſcribendum monuerat Meibomius, quum *ἐν τοῖς προαιρετικοῖς* ſuaſiſſet Salmaſius.

Verſ. 11. *αἰδήμον.* Tenui hanc ſcripturam, quam h. l. præferebant editiones poſteriores, inde a Genev. Superiores (Ven. & Baſ.) *αἴδημον* dederant, minus recte. Vide ad I. 25, 4. In *αἰδήμον* conſentit pb. Sed pac. hoc loco *αἴδημον* ſcribunt.

Verſ. 12. *ὅπου προαίρεσις.* „Sic noſter codex & ms. Par. Alii codices *προαίρεσιν.*“ VPTON. — Recte nominativum recepit vir doctus; intelligitur enim verbum *ἐστὶν*, quod mox diſerte adjicitur, *ὅπου τὰ μὴ ἐφ' ἡμῖν ἐστι.* Verum tuentur tres Pariſini; *προαίρεσιν* habebant edd. ante Vpt.

Ibid. τὴν ἔκκλισιν. Mendoſe *τὴν ἔκκλησιν* Ven. & Baſ.

Verſ. 13. *Οὐ κατθανεῖν γὰρ &c.* „Euripidis verſus. Vide Barneſii Eurip. p. 514. inter Fragmenta. (vſ. 417.)“ VPTON.

Verſ. 14. *Ἔδει οὖν πρὸς μὲν τὸν θάνατον τὸ θάρσος ἐστράφθαι &c.* Ante Vptonum ſic edebatur: *Ἔδει οὖν πρὸς μὲν τὸν θάνατον τὴν φυγήν· πρὸς δὲ τὸ παρὰ αὐτοῦ δόγμα* &c. omiſſis inter *τὸν θάνατον* & *τὴν φυγήν* novem-

novemdecim verbis, quæ e codice suo Vptonus supplevit. Quæ nesciens WOLFIVS, ad ista verba, πρὸς μὲν τὸν θάνατον τὴν φυγήν, monuerat: „Lego οὐ τὴν φυγήν. *Non fuga est morti opponenda.* Si quis legere maluerit πρὸς τὸν θάνατον καὶ τὴν φυγήν, *adversus mortem & exilium*; erit ἀναπτόητον. Quare πρὸς τὸ περὶ αὐτοῦ δόγμα pro ἀλλὰ πρὸς τὸ accipio." — Pari ratione οὐ post Ἔδει οὖν inserendum Gatakerus censuerat ad Anton. XI. 23. — VPTONVS vero: „Magna (ait) erat lacuna in omnibus codicibus, quam ex nostro codice supplevi. Vide ad I. 18, 8. Haud mirum itaque, hæsisse interpretes. Cæterum haud absimile dictum *Diogenis*, memoratur apud Laert. VI. 38, qui ajebat, *se objicere fortunæ quidem confidentiam, naturam legi, perturbationi rationem.* Ἔφασκε δὲ ἀντιτιθέναι τύχῃ μὲν θάρσος, νόμῳ δὲ φύσιν, πάθει δὲ λόγον." — Hæc ille; opportune sane: nam nostri quidem codices in eodem cum editis luto hærebant. Ad verba quod attinet, phrasis illa, ἔδει πρὸς τὸν θάνατον τὸ θάρσος ἀντιτίθεσθαι e militari usu desumta videtur: *ut scutum obvertitur objicitur que illi ab hoste imminenti, sic imminenti morti, veluti scutum, obvertenda est fiducia.* Conf. Polyb. XVIII. 13, 7.

Ibid. τὸ διαφορητικόν. „Fortasse τὸ διάφορον. Si lectio mendosa non est, significat hæc vox *dogma quo mors statuitur non malum, sed indifferens quiddam esse.* Verbum ἀντιτιθέναι, aut ἀντιτάξαι, a librario videtur omissum." WOLFIVS. Post ea, quæ supplevit Vptonus, nihil deest. E superioribus huc loco intelligendum verbum στρέφουσι, aut στρέφουσιν. Vocabulum vero τὸ διαφορητικὸν non sollicitare Wolfius debebat: est enim legitime deductum a verbo διαφορεῖν, & idem valet ac τὸ διάφορον, vel ἡ διαφορία. Vsurpatur autem verbum διαφορεῖν non de *rebus* solum *indifferentibus*, ut II. 6, 2. sed & de *personis*, significatque *indifferentem esse interitu alicujus rei, rem pro indifferente habere*, ut apud Polyb. XXXI. 22, 10.

Vers. 15. Ταῦτα δ' ὁ Σωκράτης — — μορμολύκεια ἐκάλει. In Phædone: τὸν θάνατον φοβεῖσθαι, ὥσπερ οἱ παῖδες μορμολύκεια. [Phæd. c. 24. ed. Forst. φοβεῖσθαι τὸν θάνατον, καθάπερ μὴ δεδίοιμεν τὸν θάνατον, ὥσπερ τὰ μορμολύκεια.] Et in Critone, p. 46. edit. Steph. [c. 6. ed. Forst.] οὐδ' ἂν τἆλλα τῶν νῦν παρόντων ἢ τῶν πολλῶν φόβοις, ὥσπερ παῖδας, ἡμᾶς μορμολύττεται, δεσμοὺς

δεσμοὺς καὶ θανάτους ἐπιέμενοντα, καὶ χρημάτων ἀφειλόμενος. Huc respexit M. Anton. XI. 23. Cæterum confer III. 22, 106. Quodque interea notandum est: tyrones in philosophia & hîc & alibî *pueros* vocat, aptâ translatione. Sic Marcus [Anton.] II. 12. Φύσεως ἔργον ἐστὶ τις φοβεῖται, παιδίον ἐστί. Audiamus Lucretium II. 54.

Nam veluti pueri *trepidant, atque omnia cæcis*
in tenebris metuunt; sic nos in luce timemus
interdum nihilo quæ sunt metuenda magis, quam
quæ pueri *in tenebris pavitant finguntque futura.*

Notatur a philosophis, admirationem præcipue ineſſe puerorum & juvenum animis: quod ideo monui, ut locum in Cebetis Tabulæ emaculem, qui ita se habet: καὶ ἐθαύμασά γε, ἔφη, αὐτὸν τολὺν χρόνον νεώτερος ὢν, πολλὰ καὶ σπουδαῖα διαλέγεσθαι. At ope codicis manuscripti scribo: καὶ ἐθαύμασά γε, ἔφη, αὐτὸν τολὺν χρόνον νεώτερος ὢν. πολλὰ γὰρ καὶ σπουδαῖα διαλέγεται. *Et cum utique admiratus sum* (vel, audivi cum cum admiratione; namque οἱ θαυμαζόμενοι sunt discipuli;) *longo tempore cum junior essem: nam plurima, eaque eximia disserebat.* Egregia sane restitutio: male se habent tamen editi codices, quos videre contigit. Præterea, consule Aristot. Ethic. lib. I, c. 3. in fine. VPTON. Cebetis locum ita, ut ex cod. msto emendavit Vptonus, jam vicesimo anno priusquam iste Vptonus scripsit, Johnsonus ediderat; ut quidem ex Villebrunii Adnotatione ad eundem locum (in nupera ejusdem libelli editione) intelligo, nam Johnsoni editio nunc ad manus mihi non est. Eademque modo ex editione Gronovisna repræsentavit Hemsterh. post Luciani Colloquia selecta. Pro μορμολύκεια h. l. edit. Ven. μορμολύκια habet, sed mox deinde in ει cum reliquis consentit.

Ibid. δι' οὐδὲν ἄλλο, ἢ ὥσπερ καὶ τὰ παιδία πρὸς τὰς μορμολυκείας. „Constructio duriuscula est, sed plana sententia. *Non alia de causſa*, inquit, *res exterreſcimus, quam pueri larvas.* Hoc est, *imperitia nos timidos facit.* τὸ μορμολύκειον, genere neutro, usitatius est." WOLFIVS. „Πρὸς τὰς μορμολυκείας. Ita codices, quos consului: non πρὸς τὰ μορμολύκεια, uti lexica habent." VPTON. Idem Vptonus in Indice ait: „Dé scriptura dubito: & legendum forsan πρὸς τὰ μορμολύκεια." — Nempe sic non modo paulo ante, sed & rursus τὸ μορμολύκειον

μολύνειν habent omnes vſ. 16. & 19. At in τὰς μορμολυκείας conſentiunt h. l. libri omnes. Conſtructio autem verborum ita intelligenda, ut ὥσπερ valeat ὡ δ', nempe ὡ οὐδὲν ἄλλο, ἢ ὡ δ' ὁ καὶ τὰ παιδία, ſcil. ὡ ἀμαθίαν, ut recte Wolfius interpretatus eſt.

Verſ. 17. Στρέψας αὐτὸ, κατάμαθε. Mendoſe κατανμάθες edidit. omnes ante Vptonum, excepta ed. Salmanat. Hinc: „Lego κατάμαθε, *Inverte, ut ita eſſe cognoſcas.*“ WOLFIVS. — „Recte. Sic ed. Salmanat. Vide infra, vſ. 19.“ VPTON. In veram ſcripturam conſentiunt pleq.

Ibid. ὡς πρότερον ἐκεχάριστο. „*Vt prius ſeparatus fuerat.* Sentit animos eſſe ante corpora, & in ea dimitti, ex univerſa mente divina delibatos, ut alt Cicero.“ WOLFIVS.

Verſ. 18. Ἵνα ἡ περιόδος ἀνύηται τοῦ κόσμου. „Confer III. 24, 10. IV. 1, 100. Hoc autem ſecundum Heracliti dogma, apud Laert. IX. 8. Ἕνα εἶναι κόσμον, γεννᾶσθαί τ' αὖτον ἐκ πυρὸς, καὶ πάλιν ἐκπυροῦσθαι κατὰ τινὰς περιόδους ἀναλλάξ τὸν σύμπαντα ἀΐδιον.“ Inde Zeno apud eundem Laert. VII. 137. de Deo, κατὰ χρόνων τινὰς περιόδους ἀναλίσκειν εἰς ἑαυτὸν τὴν ἁπᾶσαν οὐσίαν, καὶ πάλιν ἐξ ἑαυτοῦ γεννᾶν. M. Anton. XI. 1. Τὴν περιοδικὴν καθαγίασίαν τῶν Ὅλων ἐπεκδιαμβάνει. *Vniverſi per intervalla certa renovationem mentis comprehendit.* In hanc rem lib. V. 13. & ſaepius alibi. Cicero in Somn. Scip. *Propter eluviones exuſtionesque terrarum, quas accidere tempore certo neceſſe eſt.* Ad hanc καθαγίασιαν alluſit Virgilius, Ecl. IV. 5.

Magnus ab integro ſæclorum naſcitur ordo.“ VPTON. Mox pro ἡνυσμένων, perperam & invitis noſtris libris erat ἡσυμένων in ed. Ven. & Baſi.

Verſ. 19. Τραχίας κινήσεως τὸ ἀφελθὸν, εἶτα πάλιν λείας. „Elegans periphraſis de voluptate & dolore: uſitata a M. Anton. V. 26. Τὸ ἡγεμονικὸν καὶ κυριεῦον τῆς ψυχῆς σου μέρος ἀτρεπτον ἔστω ἔναντι τῆς ἐν τῇ σαρκὶ λείας ἢ τραχείας κινήσεως. *Quæ principatum ut dominium obtinet pars animæ tuæ, immota maneat ad levem, vel aſperum carnis tuæ motum.* Sic lib. IV. 3. λείως ἢ τραχίως κινουμένῳ, *leniter ſive aſpere moto*, id eſt, *a voluptate vel dolore*, uti recte Gatakerus. Et lib. X. 8. Τὸ δὲ ἀνάφλεον, τὴν ὑπόστασιν τοῦ φρονοῦντος μορίου ὑπὲρ λείας ἢ τραχείας κινήσεως τῆς σαρκὸς

Magnanimi vero, subvectionem mentis supra omnem lectum asperumve curatis affectum. Eodem modo locutus est Cicero Tusc. Disp. II. 26. [27.] *Quicquid* asperum *alienumque a natura sit.*" VPTON.

Ibid. ἡ θύρα ἤνοικται. „Vide ad I. 9, 20." VPTON.

Vers. 20. Πρὸς πάντα γὰρ ἠνοῖχθαι χρὴ τὴν θύραν. „*ad omnia oportet apertam esse* (vel *patere*) *januam.* Sacra (ut superiore tomo [in Notis ad Enchirid.] diximus) philosophorum anchora est, sibi, rebus undique desperatis, mortem consciscere. Vnde apparet, eos, quamvis aliud dixerint, sensisse, dolorem, vitam & mortem non esse ἀδιάφορα. Nam si dolor malum non est, & inter vitam & mortem nihil interest; quae causa esse possit, cur vitae mors praeferatur, quantumvis janua pateat." WOLFIVS. — „Noster codex χρή, quam lectionem in contextum recepi." VPTON. — Scilicet olim editi omnes ἠνοίχθαι δεῖ dabant. Et sic pabc. Quod vero πρὸς πάντα ait, id est *ad omnia*, hoc dicere videtur, ad quemvis casum, qui talis sit, ut vel ferri ab homine nullo prorsus modo, vel non honeste ferri possit; quem proinde vir sapiens veluti vocem Dei esse judicat, signum receptui dantis homini. Vide I. 9, 16—20. & loca ibi in Notis citata. Quod vero ἠνοίχθαι χρὴ ait, id est, *patcat oportet*, id non satis mihi, quo pertineat, liquere fateor. Non enim hoc vult dicere, *nos debere eam aperire;* sed, *apertam eam esse*, modo ipse dixerat, & saepe aliis dicit. Vide igitur, an satis sana atque integra oratio sit. Mihi visus erat tale aliquid voluisse praecipere: *quus esse, ut ad quemvis casum cogitemus, apertam esse januam.* Sed nihil definire ausim. Pro ἠνοίχθαι, mendose ἠνοῖσθαι est in Ven. & ἠνοίχθαι in Bas.

Ibid. καὶ πρᾶγμα οὐκ ἴσχομεν. „Id est, *nec ullam moram experimur, quo minus janua aperiatur.*" VPTON. At iste scribens vir doctus, non satis considerasse videtur ea quae proxime praecedunt. Quae est enim, quaeso, haec oratio: *janua ad omnia aperta esse debet, nec ullam moram experimur, quo minus janua aperiatur.* Immo, quoniam ad quemvis casum aperta est janua, *nullo negotio, sine difficultate exire nobis licet; expeditus exitus est.*

Vers. 21. τοῖς μὲ οὖσι κατακεκλεισμένοις. „Sic noster codex: vide mox vs. 25. Alii codices κατακεκλεισμένοις." VPTON. Cum Vptoni cod. facit noster ph.

Vers.

Vers. 22. Οἱ γὰρ τοῖς πολλοῖς περὶ τούτων πιστεύουσιν. „Ex iis quæ sequuntur, apparet, pro πολλοῖς legendum νόμοις vel νομοθέταις, non *vulgo*, sed *legibus*, aut *legum latoribus*." WOLFIVS. „Nil mutandum. Est familiaris hic loquendi modus: & sequentia non impediunt; quippe in δημοκρατίᾳ ipsi οἱ πολλοὶ sunt νομοθέται; & philosophis ipsi reges, *vulgus*." COMES SHAFTESBVR. Τοῖς πολλοῖς, *plerisque hominibus*; non quo sensu οἱ πολλοὶ opponuntur sapientibus. Apud antiquos utplurimum οἱ τῶν ἐλευθέρων παῖδες soli erudiebantur disciplinis. Vide Xenoph. de Cyri Instit." VPTON.

Vers. 23. Οὔτω. νῦν ἄλλο τί ἐστιν ἐλευθερία. Post Οὔτω commode Vptonus, & consentientibus nostris mss. punctum posuit, quo carebant olim editi. Præiverat Vptono Wolfius in versione. Particulam νῦν vero præter rem sollicitavit idem WOLFIVS, scribens: „Fortasse μὴν pro νῦν legendum, *nam* pro *nunc*?" — Sane & alibi interrogationi inservit eadem particula, veluti II. 17, 17.

Ibid. ὃς βουλόμενος, διαζῆν. Vt *volumus* dagere. διαζῆν sæpe διαγωγὴν Stoicis omnem *totius vitæ cursum* significat. Cicero *libertatis* esse proprium, *sic vivere ut velis*, affirmat." WOLFIVS.

Ibid. βούλεσθε ζῆν ἁμαρτάνοντας; „*Vultis vivere delinquentes?* Verecundior fuit illa ætas nostro sæculo. Nam complures invenias, qui, rogati, an velint helluari, adulterare, scortari, ludere, otio torpescere, sibi convenire impliciores, imbecilliores opprimere, respondere non dubitent, se, si ita faciant, vitam vitalem non judicaturos. Sentiunt enim, hæc aut *peccata* non esse; aut non tanta, ut propterea suis commodis non consulant, & genio non indulgeant. Denique aliter vivi posse nonnulli negabunt, si verbo minus, at vita & moribus. Sed hæc fortasse ἀπροσδιόνυσα. Nam τὸ ἁμαρτάνειν etiam de *frustratione* intelligi potest. Tum vero nemo erit, qui se velle ἀπρονοήτως respondeat." WOLFIVS. „Vide hujus libri cap. ult. & lib. IV. cap. 1. in initio." VPTON.

Vers. 24. τῇ αὐτῇ ὁδῷ. „*Eadem viâ*, id est, eadem certa ratione atque methodo. Vide ad I. 4, 29. & I. 16, 18." VPTON. Equidem vocab. ὁδὸς nunc non illa significatione potione accipiam, quam Vptonus dicit; sed τῇ αὐτῇ ὁδῷ, *eâdem viâ*, accipio, pro *simul, eodem tempore & eadem ipsa re, eodem ipso.*

Vers. 25. Πῶς οὖν ὅτι &c. „Πῶς οὖν ἔτι ὑμῖν πιστεύσωμεν, ὦ φίλτατοι νομοθέται, Ὅτι οὐκ ἐπιτρέπεται παιδεύεσθαι εἰ μὴ τοῖς πεπαιδευμένοις. *Quomodo igitur vobis posthac credemus, charissimi legumlatores,* dicentes, *Non licuisse erudiri nisi ingenuos.* Ante haec verba, ὅτι οὐκ, frequens ellipsis τοῦ, λέγοντες.“ VPTON. Particulam istam ὅτι utrum sua e conjectura, an codicis sui auctoritate adjiciendam censuerit, non declaravit vir doctus: nostri quidem libri eam ignorant. Caeterum, quod πιστεύσωμεν in Notis scripsit, pro πιστεύσομεν, quod cum libris omnibus in contextu tenuit, casu, non consilio, factum puto, praesertim quum & ipse in versione *credamus* scripserit. Quod vero in fine πεπαιδευμένους scripsit pro ἐλευθέρους, non deliberato utique, sed fugiente calamo, animo aliud agente, ut subinde fit, factum, nisi prorsus operarum errore peccatum. ὅτι, si ex codice ductum constitisset, non invitus recepissem: sed, cum incerta res esset, ampliandum putavi.

Ibid. τοῦτό ἐστιν, ὁ Θεὸς οὐκ ἐπιτρέπει. Sic, ὁ Θεὸς, edidit Vptonus cum Cantab. & Lond. anon. praeeunte Wolfio. Olim ὁ Θεὸς edebatur. Unde WOLFIVS: „Τοῦτ' ἐστιν ὁ Θεὸς οὐκ ἐπιτρέπει. *Hoc est quod Deus non permittit.* Malim ὁ sine accentu. *Nos, hoc est, Deus non permittit.*“ — Nempe philosophi ex rationis praescripto *id* dicunt; rationis autem praescriptum, est vox Dei *in nobis*. Caeterum in ὁ Θεὸς (non ὁ Θεὸς) consentit noster codex pc. Nescio an & pab. qui haec mihi scribenti non amplius ad manum sunt.

Vers. 26. Ὅταν οὖν στρέψῃ τις ἐπὶ στρατηγὸν τὸν αὐτοῦ δοῦλον. — „*Si quis verterit coram praetore servum suum.* Vtrum *certus* fuerit *manumissionis ritus*: an vero simpliciter dicat *sistere praetorio*, [*praetori*, puto, scribere voluerat;] *adducere ad praetorem*, & *coram eo libertate donare*; aliis disceptandum relinquo; sicut & illud quod libro IV. saepius occurrit, παρρησίαν ἄγειν καὶ ἀδεᾶν. Nostra enim, nunc quidem, nihil interest, quibus caeremoniis servi liberati fuerint olim. Hoc nobis satis est, Epictetum negare, tam patronum, quam libertum, utut paruerint legibus, esse liberos, dum affectibus serviant.“ WOLFIVS.

„στρέψαι, *vertere*, pro *manumittere*; festive, ut moris est. Sic Persius, Sat. V. 75.

— — *Hen*

Hæc ſtatiles veri, quibus una Quiritem vertigo facit.

Et mox:

Verterit hunc dominus, momento turbinis exit Marcus Dama.

Ritus erat, ut conſulibus [immo prætoribus] in ſella ſedentibus ſervi manumittendi in medium prodirent; quorum ſervorum capite aut manu prehenſa, domini hæc verba ex formula dicebant: *Hunc hominem liberum eſſe volo:* deinde circumagebant; quod dicitur a Perſio *vertigo*, Græcis περιδίνησις & περιστροφή. Seneca Ep. 8. *Philoſophiæ ſervias oportet, ut tibi contingat vera libertas. Non differtur in diem, qui ſe illi ſubjecit & tradidit: ſtatim circumagitur. Hoc enim ipſum, Philoſophiæ ſervire, libertas eſt.* VPTON. Conf. Appian. de Bell. Civil. IV. 135. Pro στρέψει, eſt ἐπιστρέψει in pc. quod neminem turbare debet. In verbum ſimplex mox conſentiunt omnes. Si compoſito opus fuiſſet, περιστρέψει erat dicturus, quemadmodum Appianus loco citato.

Ibid. καὶ εἰκοστὴν αὐτοῦ δοῦναι δόφλει. *Viceſimam de eo dare:* ſive peculii, ſive pretii partem intelligo, quanti vel emptus fuerit vel venire potuerit. Vectigal venditionis fuiſſe videtur vigeſima pretii pars, quæ magiſtratui penderetur. WOLFIVS.

Vectigal ſolvebatur ex manumiſſione ſervorum: in auro plerumque ſolvi ſolebat, & ad ultimos caſus in ærario ſanctiori ſervabatur: inde dicebatur *Aurum viceſimarium.* Vide Liv. XXVII. 10. Et VIII. 16. *Cn. Manlius conſul legem novo exemplo, ad Cutrium, in caſtris, tributim,* de viceſima eorum qui manumitterentur, *tulit.* Ejus vectigalis meminit Cicero ad Att. lib. II. Epiſt. 16. *Portoriis ſublatis, agro Campano diviſo, quod vectigal ſupereſt domeſticum, præter* viceſimam? Et Tacitus, Annal. XIII. 31. *Vectigal quoque quintæ et viceſimæ venalium mancipiorum remiſſum.* Huic colligendo vectigali præfecti fuerunt, *Viceſimarii* dicti. Arrianus infra, lib. IV. c. 1, 33. *Δοκεῖτε ὅτι τοῖς εἰκοστώναις ἐπιδυμεῖ δοῦναι ἀργύριον;* *Putatis quod pecuniam viceſimariis dare cupiat?* In quo loco εἰκοστῶναι ii appellantur, *qui aurum illud viceſimarium exigerent;* niſi malis εἰκοστώνας legere cum Lipſio in Excurſu ad Tacit. XIII. 31. In vet. Gloſſ. Ἐικοστάτης, ὁ τὰς εἰκοστὰς

στὰς ἑκατοστάς. *Vicesimarius, qui vicesimas exigit.*" VPTON. Vide Not. ad IV. 1, 33. αὐτοῦ δοῦναι, pro ἀντ' αὐτοῦ, pro more, ubi de pretio agitur.

Vers. 28. ὁ ἄλλους στρέφειν δυνάμενος. „*Tu qui alios vertere*, hoc est, coram praetore manumittere potes. στρέφειν pro στρέφειν perperam esse scriptum apparet." WOLFIVS. „Codex Salmant. * τρέφειν, [&] in marg. * στρέφειν. Omnes alii codices, quos videre contigit, [editiones omnes ante Vptonum] τρέφειν, male; ut Wolfius monuit." VPTON. — Verum tuentur pabc.

Ibid. οὐ τύραννον. Ante Vptonum οὐ τὸν τύραννον edebatur; & sic dant pac. „Auctoritate nostri codicis e contextu ejecimus articulum τὸν, & recte: nam, ut παράσιτον, παιδάριον, sine articulo leguntur, sic quoque τύραννον legi debet." VPTON. Codici Vptoni adsentitur noster pb.

Vers. 30. Ἀλλ' οὐκ ἐνέγνως σοι; οὐδ' ἔγνως τί ποιῶ; *Nonne legi tibi? nonne cognovisti quid agam?* Verba discipuli sunt, suum scribendi studium jactantis." WOLFIVS. — Conf. vs. 34. & I. 8, 10. I. 26, 1 & 13.

Eod. vs. & seq. Ἐν λεξειδίοις. Δεῖξον πῶς ἔχεις. „*In verbis. Ostende quomodo* &c. Respondet Epictetus, inane esse scribendi studium, nisi animo sis tranquillo. Sed pertinent hæc non ad discipulos artium dicendi, quorum laus est emendate loqui, subtiliter disputare, ornate scribere: sed ad doctrinæ morum atque officii auditores." WOLFIVS.

Vers. 31. ἐκεῖνα δὲ τὰ περιόδια, ἂν νοῦν ἔχῃς, ἆρας ποῦ ποτε ἀπαλείψεις. „Πού legendum, cum gravi, *Auferes aliquo, & deleto.* Τὰ περιόδια, utrum *orationem periodicam*, an vero *scripta trivialia* (ut vulgo dicunt) *& pervulgata*, & jam ab aliis pertractata, vocet, ut sit idem fere quod τὰ ἐγκύκλια, affirmare non possum." WOLFIVS. Τὰ περιόδια Vptonus cum Wolfio *illa pervulgata* vertit. In Indice vero hæc ad h. l. monuit idem VPTONVS: „Περιόδιος, *qui habet periodos*, τὰ περιόδια, *illos orationum circuitus*, vide Cicer. in Oratore ad Brut. [c. 61.] Quinctil. IX. 4. Sed forsan legendum τὰ περιοδικά. Nam περιοδικὸς λόγος est apud rhetores oratio longis verborum ambitibus circumducta." — Hæc ille. Ego vero non video, cur vulgatum solicitetur. Amat Epictetus, quod quælibet harum Dissertationum pagina docet, ex Stoicorum more, diminutiva

nativa nomina. τὰ περιόδια igitur intelligo quasi *circuitus periodos*, id est, *verborum circuitus ambitusque solerter tornatos*, quibus singularem operam dabant, & quibus gloriabantur juvenes artis rhetoricæ studiosi; quemadmodum dialecticæ artis studiosi nectendis astute syllogismis, & subtiliter solvendis eis qui essent ab aliis propositi, gloriam maximè captabant. Conf. I. 8, 6 sqq. ἆρα est *tollere*, vel *abjicere*, ut III. 3, 14. τοῦ τοτε scripsi, pro τοῦ τοτε cum circumflexo, quod erat in editis. Est enim hic non interrogativa particula, sed enclitica, quæ nunc accentum habet ob sequentem encliticam τοτε. Verti *aliquando tandem*; sed proprie est *alicubi tandem*; vel, τοῦ pro τοῦ accepto, (ut frequenter admodum adverbia *in loco* significantis notione *ubi locum* usurpantur) *quocumque tandem*. Paulo ante, perperam ἔκλυσιν ed. Ven. & Bas. pro ἔκλισιν. In περιόδια nil mutant libri.

Vers. 32. Τί οὖν; Σωκράτης οὐκ ἔγραψε; „*Quid ergo? Socrates non scripsit?* Discipulus suum scribendi studium exemplo Socratis defendit." WOLFIUS.

Ibid. Καὶ τὰ τοιαῦτα; ἀλλὰ πῶς; „Epictetus etiam Socratem permulta scripsisse concedit; verum non ad ostentationem, sed corrigendi sui causa. An pro *Socrate* aliud nomen ponendum sit, haud satis scio. Nam Laërtius scriptorum Socratis non meminit, si ego recte memini; nisi quod Euripidi poëtæ navasse operam creditus fuerit; immo in Proœmio sui operis Socratem inter eos recenset, qui nihil a se scriptum reliquerunt." WOLFIUS. „Scripsit Socrates; sed non ἐπιδεικτικῶς, uti sophistæ: neque unquam authoris titulo insignitus est." UPTON.

Diogenes Laërtius, Socratem in eorum numero referens qui nihil prorsus scriptum reliquerunt, lib. I. c. 16. κατά τινας adjecit, i. e. *ut nonnulli contendunt*. In his vero Cicero est, qui lib. III. de Orat. c. 16. præcise ait: *ingenium quidem Socratis variosque sermones immortalitati scriptis suis tradidisse Platonem; ipsum vero Socratem literam nullam reliquisse.* Cum quo Plutarchus aliique consentiunt. Ac sane ne ullum quidem unum scriptum ubique commemoratur, quod Socratem auctorem habuisse constet; nedum plura, quod Epictetus noster dicere videtur. Itaque GODOFR. OLEARIUS, in Schediasmate de Scriptis Socratis, latinæ versioni Hi-

storiae Philosophiae Thomae Stanleii inserto, Tom. I. p. 206. segm. 9. judicavit, pro ἔγραφε h. l. apud Arrianum διέλεγε aut συνεζήτησε vel aliquid simile potius legendum, quam cum Wolfio statuendum, pro *Socrate* aliud nomen fortasse substituendum. Et ego lubens sane pro ἔγραφε aliud verbum acciperem, si aut codices offerrent, aut si occurreret aliquod quod cum illo facile commutari a librariis potuisset. At nihil tale occurrit; &, quod mox deinde sit, ταῦτα γράφει Φιλόσοφος, indicare videtur, hoc etiam loco verbum ἔγραφε positum ab Arriano fuisse. Quod si ita est, non nimis quidem accurate locutus Epictetus fuerit, cum ei, qui id dixit (aut ipse sibi, quaestionem illam nomine auditoris moventi) respondit, Καὶ τίς τοσαῦτα; id est, *Et quis tam multa scripsit, quam ille?* Sed aut ad quaestionis formam accommodasse responsionem existimandus erit; aut *Platonicum Socratem* dixisse; aut hoc voluisse, Socratem, quae secum meditatus est & quae deinde in colloquiis suis data occasione disseruit, in commentarios sibi in suum usum retulisse; sive quae est alia verior commodiorque ratio locum hunc expediendi.

Eod. vers. 32. *& seq.* καὶ διὰ μέλαν γέ τινα τρόλιψιν ἐγύμναζε χρηστικῶς. Ταῦτα γράφει Φιλόσοφος. λεξείδια δὲ καὶ ἡ ὁδός, ἣν λέγω, ἄλλοις ἀφίησι. Olim, ante Vptonum, sic legebatur καὶ διὰ — — ἐγύμναζε χρηστικῶς. ἣν λέγω &c. omissis verbis Ταῦτα γράφει &c. (Neque aliter libri nostri pabc.) Vnde WOLFIVS: „Obscurus (ait) & suspectus locus, quem me non intelligere fateor, nisi post χρηστικῶς comma ponatur, & λέγων participium pro verbo λέγω, ut sit sententia: *Socratem scripsisse ea, quibus in congressibus alios erudiret, alios argueret;* sicut Demosthenes ea domi scribere solitus fuit, quae pro concione dicturus esset. Γυμνάζειν χρηστικῶς, &, ut Simplicius loquitur, ζωτικῶς, est tractare διὰ τὴν χρείαν vel χρῆσιν, ἵνα χρῆται, ut ea uteretur, καὶ διὰ ζωῆν, ut ita viveret. ἣν λέγων ἀφίησιν ἄλλοις, *quam dicendo, velut telum, aut amentatam hastam, in alios vibraret ac contorqueret.* Pro ἀφίησι fortasse legendum ἀφίῃ vel ἀφῇ." Haec *Wolfius*.

VPTONVS vero: „Ταῦτα γράφει Φιλόσοφος. λεξείδια δὲ καὶ ἡ ὁδός. Haec omnia fide nostri codicis supplevi. Verumenimvero duriuscula est structura & ἀνακόλουθος: λεξείδια δὲ καὶ ἡ ὁδός, nisi legas λεξείδια δὲ καὶ τὴν ὁδόν. Vide ad I. 7, 20. Interea μακαρίοις nota: nam

μακάριοι

μακαρίους. Sophistæ dicebantur; immo vero δαιμόνιοι, θεῖοι, δαιμόνιοι; aliisque id genus appellationibus ornari erant. Nunc videamus locum: Ταῦτα γράφει φιλόσοφος. Haec explicant ea quæ supra de Socrate & scriptis ejus dixit. *Semper unam saltem notionem sic tractabat* (Socrates,) *ut eam ad usum accommodaret. Quod vero ad sermunculos istos, & Methodum, quam dico, attinet, aliis relinquit, iis nempe qui nihil sentiunt, aut beatis istis*, (sc. Sophistis,) *qui otium agunt propter vitam imperturbatam, aut iis qui propter stultitiam nullam habent rationem eorum quæ sequuntur.*

De vocab. χρηστικῶς vide ad II. 9, 19. Cæterum quin mendum lateat in illa voce ἡ ὁδὸς, vix dubitari potest. Neque vero satis videtur, τὴν ὁδὸν corrigere. Sane, quænam sit illa *Methodus*, quam interpretatur Vptonus, mihi non liquet. Equidem suspicatus eram, rursus τὰ παιδία hic dixisse Epictetum, ut vers. 31. sed cum hoc non convenit quod sequitur ἢν λέγω. Itaque videndum, an certius quid alii largituri sint codices. Quidquid fuerit, quod hic legendum sit, hoc dicit Epictetus: *studium flosculorum rhetoricorum, aliorumque id genus artificiorum, aliis relinquit is qui serio veræ Sapientiæ studet.* τοῖς ἀνοήτοις, *iis qui sensu carent.* Nonnumquam pro *stupido* usurpatur hoc vocab. ut IV. 1, 30. aliàs nude pro *eo qui nullo sensu rerum* (quæ aliis asperrimæ videntur) *tangitur*; ut de Cynica philosopho, III. 22, 100. Et consulto hic vocabulo isto uti videtur, quod in utramque partem accipi potest, & quod in utrumque genus hominum convenit, quos mox nominat; ἢ τοῖς μανικοῖς &c. ἢ τοῖς μὲν — — διὰ μανίαν. τοῖς μανικοῖς, ft ad *Sophistas* pertinet, ut Vptonus voluit, ironice dictum intelligi debebit. Sed ex Epicteti ratione aliter videtur accipiendum; scil. de eo, qui in Sapientiæ studio jam satis confirmatus est; qui in eis philosophiæ locis, qui sunt præcipui & principales, qui ad animum & ad mores formandos maxime spectant, jam satis elaboravit, probabilemque progressum fecit. Nempe de Rhetoricis artificiis idem judicat Philosophus noster, quod de Dialecticis subtilitatibus, & de omnibus subtilioribus & ad speculationem magis, quam ad vitæ usum, spectantibus partibus Philosophiæ. Conf. I. 29, 58. & loca ibi citata.

Ibid. τοῖς σχολὴν ἄγουσιν· τὴν σχολ. ἀγ. pc. & caret τοῖς.

Ibid.

Ibid. τοῦ μηδὲν τῶν ἐξῆς &c. Articulum τῶν, quem ignorabant alii, suo e codice suppleuit Vptonus.

Vers. 34. καιρῷ καλοῦντος, *vocante tempore*; nempe *tempore discriminis*.

Ibid. καὶ ἀμπαρεσκεύην. „Sic noster codex. [Nec aliter nostri pabc.] Perperam alii [nempe edd.] ἀμπαυόμην. M. Anton. V. 5. παρασκευάσθαι, ubi consule Gatak. & enarratores ad Pauli Apost. I. Ep. ad Corinth. c. 13, 4. ἡ ἀγάπη οὐ παρασκεύαται." VPTON.

Ibid. Ἰδοῦ πῶς διαλόγους συντίθημι. „Quod fecerunt ad imitationem Socraticorum. De re memorat M. Anton. I. 6. τὸ γράψαι διαλόγους. Quod scriptionis genus paulo post plurima habere φαντασιοπληκτα & ad ostentationem comparata innuit." VPTON. Quod συντίθημαι pro συντίθημι scribitur in Vptoniano contextu, operarum errore commissum est; quem corrigere ipse iussit editor in Notis.

Vers. 36. περὶ αὐτῶν ποτε. περὶ τῶν ποτέ pb, περὶ αὐτοῦ ποτὲ pc. sed id ab eadem manu mutatum in αὐτῶν ποτε.

Vers. 38. σὺ ἀποθνήσκειν. „*Tu mortem meditare.* Nam, ut ait Cicero [Tusc. I. 30.] ex Platone, *tota philosopherum vita commentatio mortis est.* Vide ad IV. 1, 172." VPTON.

Vers. 39. Πάντα ταῦτα θαρρούντως. Olim θαρρούντος edebatur. Hinc WOLFIVS: „Scilicet ἔργα δεινὰ. *Omnia haec sunt animi imperterriti signa.* Legendum aut πεποιθότος, aut, si πεποιθότως adverbium recte se habet, eodem modo etiam θαρρούντως adverbialiter legendum, ut subaudiatur μεθοπτέον, aut ποιητέον: *haec omnia faciendo sunt fidenter, & ut ea fis fretus qui* &c. Intelligit autem Deum, a quo, tanquam a lanista exercentur homines rebus asperis, ad edendum virtutis specimen. Sicut dicunt σύνεσθαι τῷ κυνηγέτῃ, ita etiam πεποιθότως τῇ κυνηγετικῇ: sicut Cicero, *congruenter naturae vivere.* Paulo post lege κατατυχθεὶς ἀντὶ κρθεὶς. Nam κατάγειν hic locum habere non videtur." — VPTONVS: „θαρρούντως. Hanc nostri codicis est lectio, item edit. Salmant. Alii libri habent θαρρούντος. Mox quoque ex nostro codice κατατυχθεὶς pro κατακρθεὶς repositum." — „In κατατυχθεὶς Vptono suffragatur noster pb. In θαρρούντως consentiunt pabc. Salmasius, sicuti

Wol-

Wolfius, intactum relinquens διαβεβοῦλος, quod olim vulgatum erat, τετοιοῦτος in τετοιοῦτος mutandum censuerat. Post κεκλημένοι deest σε in pc.

Ibid. λογικὸν ἡγεμονικὸν. Post λογικὸν comma inter seruerant ante Vptonum omnes. Monuerat vero WOLFIVS: „λογικὸν ἡγεμονικὸν lego sine distinctione: *mens cujus est principatus; quæ cum in homine locum tenet, quem in exercitu imperator.* Res vero adversæ hostibus conferuntur." — Conf. ad I. 20, 11.

Ibid. πρὸς τὰς ἀπροαιρέτους δυνάμεις. „*Facultates* seu *vires non voluntarias* appellat ea quæ nostri arbitrii non sunt: ut exilium, mors, labor, dolor, ignominia, &c." WOLFIVS.

CAPVT II.

Vers. 1. ὁ ἀνὴρ. Deest ὁ pb. minus recte, ut mihi videtur. Significat adjectus articulus, verba hæc facta ad hominem qui in eo erat ut in jus iret; quo etiam pertinet adjectum pronomen σὺ. Articulus si abest, hoc dicit: *Quod si in jus ambulas, vide* &c.

Ibid. τοῦ θέλεις κοιμᾶσαι. Satisne sana hæc sint, dubitare licet. Vertit Vptonus cum Wolfio, *ubi proficere velis*; a qua interpretatione nec non multum discessimus. In ora pa. in hac regione a prima manu adjecta hæc nota, ἢ τοῦ. quæ quo pertineat non intellexi: si ad τοῦ, non video quid juvet.

Vers. 3. Τὰ γὰρ ἐπὶ σοὶ — — θέλων τηρῆσαι. Conf. vs. 9. Pro hoc est τὰ ἴδια τηρεῖν vs. 20. Quibus opponitur, τὰ ἐκτὸς τηρῆσαι, vs. 15.

Ibid. τίνος ἔτι ἐπιστρέφῃ. „*Quem posthac curabis?* Sic rursus vers. 6." VPTON.

Ibid. τίς γὰρ αὐτῶν κύριος; Perperam κυρίως expressum erat in Ven. & Bas., Sed in ora Bas. notabatur κύριος, quod in contextum recte receperunt posteriores editores. Nec aliud habent pab. In pc. vero hoc loco plura quædam verba desunt.

Vers. 4. ἃ μὴ φαίνεταί σοι. Pro ἃ μὴ habet ὧν οὐ pb. quæ perperam e superioribus repetita sunt.

Vers. 5. Πρᾶξει μέν τι τοιοῦτον. „*Faciet ille quidem tibi quædam, quæ videntur esse formidabilia.* Nisi requeretur, τῶν δυνατῶν ποιήσει; legendum suspicarer πρόσεστί σοι." WOLFIVS. Nil variant libri.

Ibid. ἵνα δὲ καὶ ἐκκλίνωμεν αὐτὰ πάντες. „Respondet πάντες verbo superiori πράξει. Ut autem ne patiamur, *tua*

tua aversatione. VPTON. Multo commodius Wolfius verterat: *ut autem tu ea sit feras, ut averseris:* sed tamen rectius semper *declinare, refugere*, interpretabimur.

Vers. 7. Τοῦτό σοι προοίμιον. MERICVS CASAVB. p. 39. l. 1. ad M. Anton. lib. X. f. 38. ἐστὶν ἡ ῥητορικὴ, id vult Antoninus, τὴν προαιρετικὴν δύναμιν, seu, quod eodem redit, dogmata & opiniones cujusque, a quibus pendet ἡ προαίρεσις, ῥητορείαν recte posse nuncupari; ut quae plus possint ad impellendos in hanc vel illam partem animos, quam ῥητορεία quaevis: cujus iniqui virtutem quantum passim tribuant scriptores antiqui, ex multis eorum querelis notum est. Rem fuse docet Arrianus in Epictetum, L. II. c. 23. Περὶ τῆς τοῦ λέγειν δυνάμεως. *Quantum tribuendum sit Eloquentiae.* Vide & ejusdem libri cap. 2. περὶ Ἀταραξίας: ubi notanda verba quae fortasse cogitabat (perpetuus Arriani imitator) Antoninus, cum haec scriberet: Τοῦτό σοι προοίμιον, τοῦτο ἔκπληξις, τοῦτο πίστις, τοῦτο νίκη, τοῦτο ἔπαινος, τοῦτο εὐδοκίμησις. *Hoc tibi exordium est, haec admiratio, haec confirmatio, haec victoria, haec probatio, haec gloriatio.* Huc facit & Senecae de vera fortitudine locus, Epist. 85. *Non est enim fortitudo inconsulta temeritas, nec periculorum amor, nec formidabilium appetitio. Scientia est distinguendi quid sit malum, & quid non sit; diligentissima in tutela sui fortitudo est, & rudem patientissima eorum, quibus falsa species malorum est.* Haec Casauboniana ad h. l. retulit Vptonus. Ceterum quod Procemii, & variarum partium usum me minuit Epictetus, quibus oratio constat, id plane suo sit loco, quoniam sermo hic instituitur cum homine qui litem coram judice pendentem habebat, & in eo erat ut causam suam publice diceret.

Ibid. τοῦτο εὐδοκίμησις. εὐδοκίμησιν Vptonus cum Wolfio *gloriationem* vertit, quod & nos tenuimus. Idem vero, VPTONVS in Indice vocabulum esse statuit e rhetorum paritet scholis desumtum, eam partem orationis significans, quae *approbatio* dicitur; quo nomine quid intelligatur, explicat auctor ad Herenn. lib. II. cap. 6.

Vers. 8. ὁ Σαπράτης. Caret δ pa.

Ibid. Οὐ δοκῶ οὖν σοι ἄτοπόν τὸ βίῳ πρὸς τοῦτο παρασκευάζεσθαι. In Apolog. Xenophontis: [sub init.] Ἐκεῖνον γὰρ ἔφη [Ἑρμογένης,] δρᾶν αὐτὸν περὶ τούτων μᾶλλον

μᾶλλον διαλεγόμενον, ἢ περὶ τῆς ὕλης. ἀλλὰ Οὐκ ἔχεις μέντοι σκοπεῖν, ὦ Σώκρατες, καὶ ὅ τι ἀπόκρι-
σαι; Τὸν δὲ τὸ πρῶτον ἀποπεινᾶσθαι. Οὐ δοκῶ σοι ἀπο-
λογήσεσθαι μᾶλλον διαβεβαιούμενος; Ἔπειτα δ' αὖτον ἐρω-
τᾶν, τίς; Ὅτι οὐδὲν ἄδικον ἐπηγγέλκαμεν ποιῶν; ἢν γὰρ
νομίζω μελέτην εἶναι μᾶλλον ἀπολογίας. Confer & Ἀπομν. lib. IV. cap. ult. ſ. 4." VPTON. Apud Arrianum noſtrum pro παρασκευάζεσθαι legendum ſuſpiceris παρε-
σκευάσθαι in præterito tempore. Id quidem & per ſe commodius foret, & cum Xenophontis verbis, e quibus hæc ducta ſunt, melius conveniret.

Verſ. 9. οὐδὲν οὐδέποτ' ἄδικον. „Ita ms. Pariſ. [nempe noſter pa.] Vulgo οὐδὲν ποτ' ἄδικον." VPTON. οὐδέν ποτ' edd. ante Vpt. οὐδέποτ' pbc. absque οὐδέν.

Verſ. 10. λέγω σοι, ἤδη αὐτόθεν παρασκευάζου. Comma inſerui poſt σοι, ut verba ἤδη αὐτόθεν ad παρασκευά-
ζου referrentur, ſicut vſ. 14. ἤδη αὐτόθεν βλαὲ jungun-
tur. Cum abeſſet vulgo diſtinctio, ἤδη αὐτόθεν cum λέ-
γω σοι junxerunt Wolfius & Vptonus in verſione, *jam tibi dico proinde.*

Ibid. καὶ τὸν ἀνθρωπον. καὶ τοῦ ἀνθρώπου ſuſpicatus eram. Corrupte τὸν ἄδικον pb.

Verſ. 11. γονάτων ἅψασθαι. „Supplicantium more." VPTON.

Ibid. εἰ οἰμῴξει. Sic Vpton; olim καὶ οἰμῴξει. WOLFIVS vero: „Fortaſſe, εἰ οἰμῴξεται." — „Huic lectioni favet noſter codex." VPTON. In εἰ conſentiunt pub. ἢ habet pe.

Verſ. 13. ἀλλ' ἀκλῶς, καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας, ἢ ταῦτα ἢ ἐκεῖνα. „Nam, ut ait Horatius Sat. II. 7, 18.

— — — *Quanto conſtantior iſtem*
in vitiis, tanto levius miſer, ac prior ille
qui jam contento, jam laxo fune laborat.

Ita quoque Epictetus lib. IV. c. 2. [vſ. 9.] εἰ μὴ ἀφεὶς σαυτὸν, ὅλος ἐπόκλινον ἐπὶ τοῦτο. Conf. Com. Shaftesb. Vol. I. p. 131. ubi hac de re philoſophice diſſerit." VPTON.

Ibid. ἀγεννῆς. ἀγενῆς pub.

Ibid. ἀκαλόρροσον. „Angl. *cry out*, vel *yield*." VPTON.

Ibid. πλαγὰς πολλὰς. πολλὰς πλαγὰς pb.

Verſ.

Vers. 14. *διέλε*, scil. *τὰ πράγματα*. „Conf. II. 5, 4. II. 6, 24. II. 19, 15. Vide etiam M. Anton. III. 11. VII. 20. XII. 10.“ VPTON. Perperam *διέλε* scripserunt Ven. & Bas.

Ibid. τοῦ Φύσει χρηστὸν καὶ ἀγαθὸν; οὗ καὶ ἀλήθεια. ὅπου ἀλήθεια, καὶ τὸ Φύσις, ἐκεῖ τὸ εὐλαβές· ὅπου ἡ ἀλήθεια, ἐκεῖ τὸ θαρραλέον, ὅπου ἡ Φύσις. „Postrema verba, *ὅπου ἡ Φύσις*, aut redundare videntur, aut transposita esse, aut aliquid omissum. Fortasse legendum, ut supra etiam, *ὅπου ἀλήθεια καὶ οὐ Φύσις, ἐκεῖ καὶ τὸ θαρραλέον*. Hanc lectionem in convertendo secutus sum. *Naturam* autem *& veritatem* intellige de *vero judicio & recta voluntate hominis*. *τὸ εὐλαβές* intellige, *cavendum ne perperam judices aut appetas*. *τὸ θαρραλέον*, si recte sentias & appetas, *confidendum esse*, neque mali quicquam timendum.“ WOLFIVS.

„Mihi hæc verba delenda videntur, *ὅπου ἡ ἀλήθεια — — ὅπου ἡ Φύσις*. Solent enim oscitantes librarii eadem repetere. Hoc modo igitur forsan legendum: *Ποῦ Φύσις κακὸν καὶ ἀγαθόν; Οὗ καὶ ἀλήθεια. Ποῦ ἀλήθεια; Οὗ καὶ Φύσις· ἐκεῖ τὸ εὐλαβές, ἐκεῖ τὸ θαρραλέον*. Vide II. 13, 3.“ VPTON. — Eodem modo legendum distinguendumque jam censuerat Salmasius: *τοῦ ἀλήθεια; οὗ καὶ Φύσις· ἐκεῖ ἡ εὐλαβ.* Wolfii versionem intactam tenuit Vptonus; neque ego quidquam in ea mutavi. Nam ita turbata mihi Graeca h. l. visa sunt, ut de eis sanandis, aut tolerabili aliquo modo explicandis, adhuc quidem, prorsus desperaverim; neque enim per se sensum ullum extricare ex eis valeo, neque, quo pacto vel cum præcedentibus cohæreant, vel cum sequentibus, perspicio. Nihil vero remedii offerunt scripti libri, qui a vulgata scriptura nihil quidquam discedunt, nisi quod, pro *καὶ οὐ Φύσις*, pejus etiam *καὶ οὐ Φύσις* dent pab. cum ed. Ven. ubi *οὐ* habet pc. cum edit. Bas. & seqq. *περὶ τοῦ εὐλαβεῖσθαι καὶ τοῦ θαρρεῖν* superiori capiti dictum est, sed in alium sensum.

Vers. 15. *Ἐπεὶ τί δοκεῖς;* Sic pb. cum aliis in contextu, sed ibi inter lineas *ἐπεί τοι* scriptum, interrogandi vero signum non post *δοκεῖς*, sed deinde sensum post *βλάψαι δὲ οὔ*; ponitur. Haud sane absurde.

Ibid. Ἐμὲ φ' Ἅπτος. Vide ad I. 29, 18.

Vers. 16. *ἐντεῦθεν οὐ φέρει.* „Nempe *πρὸς τὰ ἐκτὸς τηρῆσαι*.“ VPTON. Recte. Sic & WOLFIVS: „Hanc

„*Hanc viam non hunc ferre; sciliect ad perversitatem vitæ & fortunarum.*“

Ibid. ἀλλ' ἄλλῃ. ἄλλῃ, absque jota subscripto dabant Ven. Bas. & Genev. WOLFIVS vero, *sed alio*, vertit; & in Notis sic scripsit: „ἀλλ' ἄλλῃ, *sed alio*. Lego adverbialiter: *Non deducit ad conservationem, sed perniciem.* Si ἄλλῃ nomen esse placet, sententia nihilominus constabit, *aliam esse viam*, qua vita & fortunæ conferventur, supplicem gestum, lacrymas, deprecatores, προϊέναι & liberum productionem. Vide Apologiam Platonis.“ — Wolfii rationem secuti sunt editores Colon. Cantab. Lond. anon. & Upton, ἄλλῃ exprimentes. In codicibus nostris, etiam ubi opus erat, perraro subscribitur jota.

Ibid. τί οὖν ἐστιν ὅτι οὐκ ἔχει λόγον, καὶ προσοφλίσκει; „τί οὖν ἐστιν; ὅτι οὐκ ἔχει λόγον καὶ προσοφλίσκει. *Quid ergo est? Quod absurdum est, atque etiam irritat.* Socratis illa oratio de Anyto & Melito absurda est, scilicet si vitam conservare velit: atque etiam irritat animos judicum, qui reum superbum esse & se contemni putant, affectu scilicet reorum lamentationibus & supplicationibus. τὸ λόγον ἔχειν, est idem quod εὔλογον εἶναι καὶ μετρίον εἶναι. Si cui placet, sic etiam distinguat licet: τί οὖν ἐστιν ὅτι οὐκ ἔχει λόγον, καὶ προσοφλίσκει. Ut sententia sit: *Hæc ipsa oratio non vitæ cupido non convenit, ut etiam irritet judices.* Locus subobscurus est. Quare, conjecturis meis expositis, ἐπέχω καὶ δια σκέπτομαι de iis etiam quæ sequuntur.“ WOLFIVS. „τί οὖν ἐστιν, ὅτι &c. *Quid ergo in caussa est, quod eorum* (scil. accusatorum) *nullam habeat rationem, sed insuper irritet?* Ἔχει autem est lectio nostri codicis, & edit. Salmant. Cæteri libri [edd.] dant ἔχοι.“ UPTON. In ἔχει consentiunt nostri, pabc. & sic scripsit etiam Wolfius in Notis. Interrogandi notam editi omnes cum mss. post προσοφλίσκει ponunt, non post ἐστιν, ut Wolfius fecit. Sub Graio contextu, Wolfii versionem tenuerat Uptonus: *Quid ergo est? Nec rationem sibi habet, atque insuper irritat.* Ego vero non magis quam Wolfius, locum hunc expedio: quem quocumque modo interpreteris, corruptum aut mutilum puto. Nec vero commoda medicina occurrit.

Vers. 17. ὁ ἐμὸς Ἡράκλειτος, meus Heraclitus, „Epicteti popularis seu familiaris.“ UPTON *in Ind.* Caret ὁ pb. minus commode.

Ibid. τί μᾶλλον ἀφίνει. Perperam *μᾶλλον* edidit vett. quae saepius in hoc verbo peccarunt. Correxit anonymus Lond. Ee veram habent pbc.

Ibid. ὑμεῖς τὸ μᾶλλον. Ante Vpt. editi omnes, *ὑμεῖς τὸ πλέον.* Unde WOLFIVS: „Fortassis ut *τὸ πλέον*, redundante articulo; aut *ὑμεῖς γὰρ μᾶλλον.*" At *τε* suo e codice edidit Vptor, cui adsentiuntur nostri tres. Meibomius aut delendum *τὸ*, aut in *τοι* mutandum noverat.

Ibid. καὶ οὗτοι κατέστρεψε τὸ πραγμάτιον. „*τὸ κατατρέφειν* & *evertere* & *finire* est. Potest igitur intelligi, *eum sic peroravisse.* Sed quia mentio fit Socratis, cujus magnanimo responso sic exarserunt judices, ut capitis hominem innocentissimum condemnarent; eundem etiam Heraclidi causae exitum fuisse probabile est." WOLFIVS. Sic & idem in versione, quam tenuimus cum Vptono: *Atque ita negotiolum evertit.* Equidem tamen malueram, *atque sic peroravit: atque hunc orationis finem fecit;* si modo *καταστρέφειν τὸ πραγμάτιον* eodem modo dici possit, ut *καταστρέφειν τοὺς λόγους, τὴν ἀγορίαν, &c.* apud Polybium aliosque. Sed in Wolfiana versione adquiescendum putavi.

Vers. 18. Τίς χρεία; Olim *τί χρεία;* Hinc WOLFIVS: „Lego *τίς χρεία. Quis usus?: Quorsum opus fuit* tali epilogo? Videtur reprehendere *κακοζηλίαν* Heraclidi sui, qui judices sine ulla causa irritarit. Socrati enim gravissimae causae fuerunt, cur responderet judicibus, sese meruisse, ut amplissimis honoribus & praemiis decoraretur. Nam & interrogatus erat, & non innocentiam tantum suam, sed & merita in remp. profiteri necesse habebat, & sic animi constantiam declarabat." — *τίς χρεία*, pro *τί*, Vptonus demum in contextum recepit, auctoritate sui codicis; cum quo faciunt nostri pbc.

Vers. 20. εἰ δ' ὑπακούσεται λόγος τί ἐρεῖ. Vulgo omnes: *εἰ δ' ὑπακούσει, λόγος ἐρεῖ.* Hinc: — „*Εἰ δ' ὑπακούσεται*, scil. *δίκῃ τῇ δικαστῇ. si judici parere, aequae judicio stare velit.* *λόγος ἐρεῖ καὶ ταῦτα, τό γε παρ' αὐτοῦ. Satis est orationem habere, & judici probare causam, quatenus id in oratione situm est.* Nam in epitaphio Demosthenis scribitur, Eloquentiam non plus valere, quam quantum auditores a se impetrari sinant." WOLFIVS.

„*λόγος*

„λόγος αἱρεῖ. Forte αἱρῇ. Vide supra lib. I. c. 29. [vs. 28.] & Gatak. ad Marc. II. 5." COM. SHAFT. — „Recte vir nobilis. Vide ad I. 29, 28. Ms. Paris. non αἱρεῖ, sed αἱρῇ exhibet. Lapsus proclivis, pro αἱρεῖ, seu αἱρῇ. Idem error in Plat. de Rep. lib. X. p. 604, edit. Steph. ὁ λόγος ἕρει, pro αἱρεῖ. Tota autem sententia sic legenda & interpretanda videtur: Εἰ δ' ὑπακούσεται λόγος αἱρῇ, καὶ πείσας, τὸ τε παρ' αὐτὸν, τὰ κ. τ. λ. Si vero judici parere & persuadere (quantum in se est) ratio exegerit, ordine cætera facienda sunt, quæ is locus (intellige, Forum, s. Prætorium) postulat; modo conservet quod proprie tuum est; nempe constantiam & personæ decorum." VPTON. — Nihil opus erat subjunctivo αἱρῇ. Satis erat αἱρεῖ, quod haud cunctanter adoptavi, cum mendosum ἀρεῖ in contextu reliquisset Vptonus. Et αἱρεῖ plane habet pb. ἀρεῖ pac.

Ibid. τὰ ἑξῆς τούτῳ προσήκοντα, τηροῦντι μάλιστα τὰ ἴδια. „Ordine cætera facienda sunt, quæ is locus (forum s. prætorium intellige) postulat. Sententia est opinor: Qui tam elato sit animo, ut Heraclitus ille fuerit, ei negligendum potius agellum fuisse, quam in judicium veniendum. Sin agellum non negligat, ita cautum agendum, ut locus, res & tempus postulet: conservato tamen decoro, ne sese nimis abjiciat. Hoc enim est, pro τηρεῖν τὰ ἴδια, *conservare sua*, hoc est, τὸ πρέπον, nihil enim tam decet, quam servare constantiam) καὶ τὰ ἀφ' ἡμῖν, & *ea quæ nostri juris sunt*. [conf. vs. 2—4.] Τὰ ἴδια τηρεῖν, pro *rem suam familiarem tueri*, usurpare, non est moris Epicteti; qui eam κτῆσιν appellare solet, aut πρᾶγμα, aut χρήματα; aut (ut hic) ἀγρίδιον." WOLFIVS. — Mendose τὰ ἑξῆς τοῦτο dederat Vpt. Recte τούτῳ Bas. & seqq. Mendosum τοῦτο tenent pabc.

Vers. 21. Τράθου μοι. Vulgo omnes ὑπόθου, cum accentu in ultima. Pemcute scribendum putavi, sic jubentibus præceptis grammaticis. cf. II. 15, 6. Eadem ratione apud Hesychium σύνθου & ταπόθου habes. Et sic ὑπόθου h. l. scribit pa, sed ὑποθοῦ pab. De re, hæc monuerunt interpretes: „*Præcipe*, aut *da mihi consilium*; *mone quid facto sit opus*. Sententia est: Non tum demum petendum esse consilium, cum in discrimen ventum sit: sed ita quemque institutum & meditatum esse oportere, ut in quovis negotio in promtu habeat, quid se facere deceat; sicut is qui scribendi artem tenet, quodvis propositum nomen scribere norit." WOLFIVS. —

„Verte: *Ea quoque ratione silentium est dicere, Proponе mihi aliquid. Quid tibi proponam?*“ VPTON. — Non video equidem, cur a Wolfii interpretatione, quam in verſione recte tenuit, nunc diſcedat Vptonus. Verbum ὑποτίθεσθαι manifeſte nunc eadem notione accipiendum, qua nomen ὑπόθηκαι mox verſ. 25. & frequenter aliis, nempe de *praecepto*, *monito*, *admonitione*. Conf. I. 25, 5. & ibi not. Intelligi autem ex hoc ipſo loco par eſt, hominem illum, qui ad cauſſam aliquam coram judice agendam proficiſcebatur, rogaſſe Epictetum, ut ſibi praeceptum aliquod atque monitum daret de inſtituto quod in eo negotio tenere deberet. Reſpondet Epictetus: Generalia praecepta atque monita tu non intelligis; neque ad ea vel percipienda vel tenenda atque ſequenda praeparatum animum habes; & multum temporis, atque otii, quod tibi nunc non ſuppetere video, requireretur, ad totam rationem, totumque inſtitutum, quod in rebus hujus vitae adminiſtrandis tenere homo debet, explicandum. Quodſi vero *particulare aliquod praeceptum ſive monitum* tibi nunc tradam, nullus ejus tibi uſus erit. Eodem fere modo ad alium hominem diſſerit, qui eum, ut ſibi aliquid diceret, rogaverat cap. 24. lib. II.

Verſ. 22. ὅλον εἰ ἀγράμματος. „Inſerui ὅλον, [quod ignorabant ſuperiores omnes editt.] fide noſtri codicis.“ VPTON. — Deeſt illa vox in noſtris codd. ut in olim editis.

Verſ. 23. ὅτι Δίων. „Dion uſurpari θειοτάτως & exempli gratia, obſervabam ad I. 12, 13. Sic apud Laert. in vita Zenonis, VII. 65. Δίων περιπατεῖ. Sic apud Sext. Empiricum [ſexcenties,] & apud Plutarchum.“ VPTON.

Ibid. ἀπὸ παραλόγων ἀκούσας αὐτῷ προβάλλῃ. Perperam editiones omnes, nec Vptoniana exceptа, προβαλῇ ſcripſerant; quod ſuo loco ſtetiſſet, ſi praeceſſiſſet ἀπὸ ἀναλήψεώς αὐτοῦ. Sed poſt παραλόγων ἀκούσας neceſſario activum προβάλῃ requirebatur. Ferri potuiſſet προβαλεῖν in Medio; ſed paſſivum προβαλῇ ferri nullo modo poterat: & in ipſo paſſivo non tam aoriſtus ſecundus hujus verbi in uſu eſt, quam aoriſtus primus, ut verſu ſuperiori. Similiſſimam mendam jam ſuſtulimus I. 29, 40. ἀκούσας eſt *audiverit, is cujus eſt proponere nomen*: vel *illa notione eminentiore*, ſcil. *praeceptor*. Haec ſcripſeram, cum προβάλῃ plane ſcriptum reperi in pb. προβαλεῖ pc. προβαλῇ pa.

Ibid. τί γράψαι; τί γράψῃ; pbc. Neutrum male.

Vers. 24. ἔχεις καὶ παρασκευάσασθαι. Sic suo e codice edidit Upton. Olim ἔχεις καὶ παρασκευᾶσαι, neque aliud dant nostri libri. Ad quæ verba WOLFIVS hæc notavit: „Ἔχεις καὶ παρασκευάσαι. *Potes parare te.* Malim ἔχεις, scilicet τὴν τέχνην, *tenes artem: καὶ παρασκεύασαι*, [videtur παρασκευάσαι scribere voluisse,] *& paratus es.* Memento, Lector, ex tempore habitas fuisse has disputationes, ac tum aliud ex alio in mentem venire dicenti: quo minus mireris, cum institutus sermo sit de constantia, seu animo perturbationis expertę; nunc de præparatione philosophica dici, etsi hæc ad servandam constantiam plurimum facit." — De occasione, qua ad posterius istud argumentum transiit, vide quæ notavi ad vers. 21.

Ibid. ἐν γὰρ ἄλλο τι. Mendose δὲ pro γὰρ habent editt. Gen. Col. Cant. & Lond. anon. Veram lectionem ex priscis editionibus tacite restituit Upton. eamdemque tenent nostri mssti. Vide Not. ad I. 9, 2.

Vers. 25. κωλύσεσθαι. Perperam κωλύσεσθαί pc.

Vers. 26. Τίς δ' ἐστὶ κύριος; „Vide infra, II. 13, 23. & Enchir. c. 14, 2. [Wolf. c. 20.]" UPTON.

CAPVT III.

Vers. 1. γράμματα — — συστατικά. „De *epistolis* seu *literis commendatitiis* vide Suic. Thes. v. Συστατικός." UPTON.

Ibid. ὅτι μὲν ἄνθρωπος. „Cicero de Legib. I. 9. *Natura speciem ita formavit oris, ut in ea penitus reconditos mores exprimeret: — — & is qui adpellatur vultus, qui nullo in animante esse præter hominem potest, indicat mores.*" UPTON.

Vers. 2. εἰ ἀγυρογνωμικός ἐστι, γνώσεται· σὺ γὰρ σαυτὴν συστήσεις. „Hunc locum supplevi atque emendavi ex nostro codice; qui in aliis sic legitur, εἰ ἀγυρογνωμικός ἐστι, σὺ σαυτὴν συστήσεις." UPTON. Cum Vptoni codice consentit noster pb.

Vers. 3. Ἴδε οὖν &c. „Confer II. 13, 18. IV. 5, 16 sq." UPTON.

Vers. 4. Ἀλλ' ἐπὶ συλλογισμῶν &c. „At vero in re *syllogistica*, affer quem velis, & *dijudicabo* tibi, *quis syllogismos* rejolvere *potest*, quis non. (Nam dicuntur

ἀναλυτικοὶ, qui utuntur τῇ ἀναλύσει.) *Quamobrem? Quia novi syllogismos resolvere: habeo facultatem quam eum oportet habere, qui in re syllogistica bene institutos cognoscere possit. In vita vero quid ago? Nunc dico bonum, nunc malum. Quid caussæ est? Contrarium quam quod in re syllogistica evenit, inscitia nempe atque imperitia.* Sic verte & distingue." VPTON. Nempe sub Græco contextu Wolfianam fere versionem tenuerat Vpton, quæ sic habebat: *Eodem modo quam vis affer ratiocinationem; eam ego dijudicabo quæ resolvi, quæ non resolvi possit. Quamobrem? Quia scio resolvere* &c. Inter ἐπὶ & συλλογισμ. exspectabam insertam μὲν particulam; sed in nullo libro eam inveni. Pro ἐπὶ συλλογισμῶν vers. 4. perperam ἐπὶ συλλογισμῷ dabant ante Vptonum omnes; sed vs. 5. in ἐπὶ τῶν συλλογισμῶν consentiebant. Et b. l. ἐπὶ συλλογισμῶν habet pb. ἐπὶ συλλογισμοῦ pc. Sed in συλλογισμῷ cum vett. edd. facit pa.

Vers. 5. Νῦν μὲν λέγω ἀγαθὸν, νῦν δὲ κακόν. „Deesse videtur τὸν αὐτὸν *eundem*; vel τὸ αὐτὸ, *idem*. Nam & ad rem & ad personam accommodari potest." WOLFIVS. Haud incommode subintelligi videtur pronomen.

Ibid. Τί τὸ αἴτιον; &c. „Τί τὸ αἴτιον: τὸ ἀνεπιστ. ἢ [nempe sic ante Vptonum edebatur] ἐπὶ τῶν συλλογισμῶν ἀμαθία καὶ ἀπειρία. *Quæ caussa est? Contrarium: ratiocinationum inscitia & imperitia.* Dubium est, mihi quidem, utrum id velit quod dicere videtur: Dialecticæ inscitiam caussam esse ignorantis & inconstantis judicii: an vero significet, ut syllogismos dijudicemus, in caussa esse Dialecticæ peritiam; ut homines dijudicare non possimus, in caussa esse, vel quod κριτήρια hic, ut in Dialectica, nulla habeamus; vel quod Dialectica in umbra per otium abutamur, non autem ad dijudicandas res, homines, & opiniones adhibeamus. Euripides quidem queritur:

Ὅτῳ τὸν ἐσθλὸν χρὴ κακοῦ διειδέναι,
σύδεις χαρακτὴρ ἐμπέφυκε σώματι.

Nullam esse notam corpori impressam, qua homo improbus a viro bono dignoscatur. Pythagoras tamen ἐφυσιογνωμόνει τοὺς παραγινομένους, e lineamentis corporis conjecturam de animo cujusque capiebat. Si legeretur ἢ ἐπὶ τῶν συλλογισμῶν εὐμαθία καὶ ἐμπειρία, *syllogismorum scientia & peritia*; sententia esset argutior: *nos*

idco

idea in vita minus fapere, quod Dialecticis argutiis ei-mis occupemur." WOLFIVS.

„*ἢ ἐπὶ τῶν ἀνθλαγμάτων.* Commentator hic mendo-fum aliquid non immerito ſuſpicatur. legendum credo *τῶν βιωτικῶν*: ſic ſupra, I. 25, 3. & infra, IV. 1, 69." COMBS SHAFTESBVR. „Vide ad verſ. 4. Pro *ἢ*, no-ſter codex recte *ἆ*. Et dele interrogationem." VPTON. Nempe in fine capitis, poſt *ἀνωφέλη*, interrogandi ſignum in contextu poſuerat Vptonus; quod ſignum ignorabant ceterae editiones, & delere rurſus ipſe recte jubet in Notis. *ἢ* cum Vptono cod. dat noſter pc. Cæteri *ἡ*, ut olim edebatur. Perſpecte vero jam Salma-ſius ita ſcribendum diſtinguendumque monuerat, ut cum Vptono edidimus.

CAPVT IV.

TIT. *μοιχείᾳ.* Perperam *μοιχίᾳ* pa. & hoc loco, & ſupra in Indice Capitum.

Verſ. 1. *πρὸς πίστιν γένους.* „Vide I. 28, 20. IV. 9, 9." VPTON.

Ibid. τοῦτο ὁ ἀνατρέπων. ὁ ἀνατρ. τοῦτο pc, quod non præferam vulgato.

Ibid. τοῦ ἀνθρώπου. τοῦ δὴ ἀνθρώπου pc, otioſa in-truſa particula.

Ibid. Φιλολόγων. Φιλοσόφων h. l. ſolus pa, qui ta-men & ipſe vſ. 6. & vſ. 11. in *Φιλολογ.* cum ceteris conſentit.

Verſ. 2. *Ἀλλ' ἄν, φησίν.* Caret *Ἀλλ'* pc.

Ibid. Τί γὰρ ἄλλο. Rurſus ex ed. Ven. & Baſ. re-ſtitui *γὰρ*, quod cum perperam in *δὲ* eſſet a poſterio-ribus editoribus mutatum, ad corruptam iſtam ſcriptu-ram, *Τί δὲ ἄλλο*, hæc notavit VPTONVS: „Ms. Par. & cod. Salmant. *τί γὰρ*. At *δὲ* & *γὰρ* promiſcue uſur-pantur." — Vide ad I. 9, 2. & paulo ante ad II. 3, 24. Mirum vero, quod editionis Ven. non mentionem fecerit Vptonus, quæ tamen ſemper ei ad manus fuit, in qua perſpicue *γὰρ* expreſſum. In ed. Baſ. eſt rurſus h. l. illud ſcripturæ compendium, quod ſæpe decepit poſteriores editores.

Ibid. Τίνας τὸν πλησίον, &c. „Confer II. 10, 17. & IV. 9, 8 ſq." VPTON.

Verſ. 3. *αὐτοὺς καταδέσομεν; αὑτοὺς*, pro *ἑαυτοὺς* poſitum, e ſuperioribus editionibus revocavi, cum in *αὐ-τοὺς*

τοὺς suo more plusier eam mutasset Vptonus. In αὐτοὺς consentiunt pabc.

Vers. 4. εἰ ἦν. Corrupte εἰ ἧς ed. Ven. Quod in εἰ ἦν mutavit editor Basileensis; idque tenuere sequentes, atque etiam Vptonus. Perperam. Non erat hic locus subjunctivo præsenti, sed imperfecto indicativi.

Ibid. σπουδήσας — — σπεῦσον. „Σπεῦσον eodem sensu ac σπούδασον usurpatur apud Aristoph. in Plut. vs. 814. Vide ibi Kusterum. Cæterum confer III. 24, 33. III. 26, 25." VPTON.

Vers. 5. Τί δὲ ποιήσωμεν; „Angl. *What shall we make of you?*" VPTON. ποιήσομεν in indicat. volebat Salmasius. Sed non sollicitandum vulgatum.

Ibid. καὶ τίς σοι πιστεύσει; Exspectabam, μὴ τίς τί σοι πιστεύσει; Sed & in isto adquiesco. Cæterum πιστεύσει recte edituv inde a Cantab. consentientibus nostris, inastia. Temere olim πιστεύσῃ edebatur.

Ibid. Desunt verba ὡς κόπρον in pb. ὡς κόπρον mendose scripsit pc.

Vers. 6. Οὐδεὶς μου ἐπιστρέφεται, ἀνθρώπου φιλολόγου; „*Nemo me curat, hominem studiosum.* Querela usitata nostri ordinis, hoc est, scholasticorum, negligi nos & non dignis affici præmiis. Si viri docti, prudentes, modesti, omnis officii studiosi sumus, fit fortasse nobis injuria. Sed si & pertenui doctrina sumus, & ignavi, negligentes, corruptis moribus, quid postulamus? Eone honos nobis habendus, quod in Academiis, ignava opera, qualemcumque Latinæ aut Græcæ linguæ facultatem, sine judicio & doctrina rerum, sine morum emendatione consecuti sumus? Quos nos ipsi facimus? Verba Latina & Græca, adde etiam Hebræa, neminem faciunt eruditum: sed cognitio bonarum artium, cum qua civilis prudentia, industria, vitæ integritas, in omni genere officii diligentiæ assiduitas conjungenda est. Hæc cum præstiterimus, aut non negligemur, aut justas querelarum causas habituri sumus. Vt vero nunc plerique vivimus, liberalius nobiscum quam pro merito & dignitate nostra agitur." WOLFIUS.

Ibid. ὄνου εἰ· οἱ σφῆκες γαυάσσουσιν. Cum omnes vulgo οἱ σκώληκες legerent, adoptare emendationem non dubitavi, ab VPTONO propositam. „Οἱ σκώληκες, *vermes.* (Inquit.) Quid si οἱ σφῆκες, *vespæ?* Nam mox Φεύγουσι πάντες &c. [Anglice:] *All people drive em off, and if they can, strike em down.* Sic est: omnes

omnino tua a se abigunt, & ubi possint, percussos humum projiciunt.] Immo vero translatio, quæ sequitur, [vs. 7.] *οὐ πάντρον ἔχεις*, a *vespis*, non a *verberibus*, sumitur." — Vulgatum *ἐκβάλλειν* pertinaciter tamen tenent libri nostri. Verbum *φεύγειν* activa notione *abigendi*, *fugandi*, nusquam (quod equidem novi) usurpatum reperitur. Itaque *φεύγουσι* est *vitant*, *fugiunt*.

Vers. 8. *οὐκ ἀλλὰ αἱ γυναῖκες πρὸς φύσιν; Κύριε λέγω.* „*Nonne sunt mulieres naturæ communes? Assentior*," inquit Epictetus. Atque ita Zeno & Chrysippus, apud Laërt. VII. 33. & 131. Non solum Plato in Republ. lib. V. Vide autem Fragm. p. 760. Lucian. in Fugitiv. p. 509. [cap. 18. T. III. ed. Reitz. pag. 374.] *Εἶτα κοινὰς πάντας ἄπαντι τῷ ξυνοῦσι προβάλλεται, Πλάτωνός σε δόγμα εἶναι ποιεῖν· οὐκ εἰδότος ὅτως ὁ ἱερὸς ἐκεῖνος ἡξίου κοινὰς χρῆσθαι τὰς γυναῖκας.*" VPTON. Fragmentum Epicteti quod citavit Vptonus, illud est quod Stobæus exhibet, Serm. VI. p. 82 med.

Ibid. ἀνάγκασον ἐλθεῖν. Vulgo omnes, *ἀνάγκασον ἀνελθεῖν*. Ego vero rursus obsequendum VPTONO putavi, monenti: „Lege *ἀνάγκασον ἐλθεῖν*, uti mox vs. 9." — In *ἀνελθεῖν* tamen consentiunt libri.

Ibid. παρακειμένου. τιμωμενακειμένου pc. quod vulgatum præferendum videtur.

Ibid. ἢ λείψω πλέον. Particulam *ἢ*, cum abesset vulgo, adjecit Vptonus e suo codice: cui suffragatur noster pb.

Ibid. πολὺς συνέσται &c. „Hæc præstant ad Socratica convivia apud Platonem & Xenophontem." VPTON.

Vers. 9. *τὸ δὲ ἅλυσον.* „Vide Cicer. de Finib. III. 20. p. 261. edit. Davis." VPTON.

Ibid. Ὅταν οὖν παίσωσιν. Pro *ὅταν*, quod olim vulgatum erat, tacite *ὅτων* edidit Vptonus. Recte *ὅτων*, & puto præeunte ipsius codice: sic fere nostri duo.

Vers. 11. *Ἀλλὰ καὶ φιλολόγους εἶναι.* Ignorant h. l. *καὶ* edd. ante Vpt. cum pc, nec male. Tacite adjecit Vptonus, suum puto codicem secutus, cum quo facit pb.

Ibid. Ἀρχέδημον νοεῖ. „*Archedemum intelliga.* Videtur adulterium excusare auctoritate magistri, qui fortasse, ut & Zeno, censuit, sapientibus communes esse debere uxores. Sed Epictetus, quamvis Stoicus, non

otiosis Stoicorum deliramenta probasse videtur: ut & Panaetius autore Galeno." WOLFIVS. „Parum ad rem Wolfius. Haec autem Epictetus dicit ex persona philologi istius; nulla cum sugillatione Stoicorum. Vide Fragm. p. 760, & supra ad vers. 8. *Archedemus* erat nobilis Stoicus, ex Tarso Ciliciae. Vide Strab. lib. XIV. Cicer. Acad. II, 47. Laërt. VII. 40. Ad rem Cebes: Οὐδὲν γὰρ κωλύει εἰδέναι μὲν γράμματα, καὶ ἀναγινώσκειν τὰ μαθήματα, ὁμοίως δὲ μάθυσον καὶ ἐγκρατῆ εἶναι, καὶ φιλάργυρον καὶ ἄδικον καὶ προδότην, καὶ τὸ πέρας ἄφρονα." VPTON. De Archedemo cf. Fabric. Bibl. Gr. lib. III, c. 15. T. II. p. 390. Ejusdem rursus meminit Epict. infra cum Chrysippo & Antipatro. II. 17, 40.

Ibid. τί γὰρ διαφέρει. „Haec verba desunt in nostro codice & Ms. Par. Male." VPTON. Desunt in pal. Sed habet ea pc.

CAPVT V.

VIT. *μεγαλοφροσύνη, μεγαλοψυχία* h. l. pc. qui tamen in Indice Capitum vulgatum tenet.

Vers. 1. *Αἱ ὕλαι ἀδιάφοροι.* „*Materiae sunt indifferentes:* hoc est, Res per se neque bonae neque malae. *Ὕλη* a Latinis non ita usurpatur, ut a Graecis. Quare verti, quasi scriptum fuisset *τὰ ὄντα* vel *τὰ πράγματα τὰ ἐμπειρογνώμονα καὶ μετακειριζόμενα.*" WOLFIVS. Scil. in versione sic posuit: *Res ipsae quidem sunt indifferentes.* Conf. c. 6, 1 sq. & I. 29, 3. not.

Vers. 2. *τὸ ἀπερισκέπτως καὶ μὴ σπουδαίως, μηδ' ἐπισεσυρμένως.* „*Edd.*, *temere, frustra.* [*praecipitanter, inconsiderate.*] *τὸ μὴ σπουδαίως, cum nihil temere agitur.* *τὸ μὴ ἐπισεσυρμένως* significare hic videtur *vigilantiam* & *acrimoniam.* *σύρματα* sunt *longa pallia* Comicorum, ad pompam, non ad rem gerendam accommodata. Vide Tom. I. [nempe Enchir. cap. 81, 5. quod est cap. 38. extr. e recens. Wolf.] *ἐπισύρειν* est *attrahere, accersere aliquid supervacaneum.* Possit ergo etiam de *frugalitate* intelligi. Simplicius [ad Epict. l. c. pag. 221.] *τὸ ἐπισεσυρμένον* interpretatur *τὸ ἀκάθαρτον.* Vide Tom. II. [Nempe Wolfii versionem Simplicii cum ejus Admot.]" WOLFIVS.

„*τὸ ἐπισεσυρμένον. ἐπισύρω, attraho, post me traho.* In incessu aut cursu dicitur *ἐπισύρεσθαι*, qui pedes aegre post

poſt ſe trahit. M. Anton. VIII. 51. *μήτε ἐν τοῖς πράξεσιν ἐπισύρειν, nec in actionibus languidus.* Vbi Gatakerus: „*ἐπισύρειν*, *languide agere*, tractum ab equis, qui apud medicos veterinarios *ἐπισύρειν* dicuntur, cum ilia trahentes languide incedunt.“ Hinc *ἐπισεσυρμένως*, *male coagmentatum*, *diſſolutum*, *laxum*, *languidum*, *remiſſum*. Et *ἐπισεσυρμένως*, *ſordide*, *remiſſe*.“ VPTON, *in Ind.* — *Τὸ ἐπισεσυρμένον*, *negligentia*, *ſegnities*; IV. 4, 46. *ἐπισεσυρμένως*, ſegniter, negligenter. Confer Heynium ad Enchir. 31, 5. Eumdem uſum verbi *ἐπισύρειν* & conjugatorum apud Polybium obſervavimus; vide Lexic. Polyb. in *ἐπισύρειν*, & in *ἐπισυρμός*.

Ibid. *Ἂν μιμῆται τοὺς παιδιοῦντας*. „*Quando videlicet imitatus eos fueris, qui ludunt talis.*“ Similis eſt apud Terentium ſententia, quum inquit in Adelphis:

Ita eſt vita hominum atque ſi ludas teſſeris.

Prudentia enim omnis fortuna moderanda eſt. Neo diſſimile huic eſt, quod Plato in decimo de Repub. monet his verbis: *ὥσπερ ἐν πτώσει κύβων, πρὸς τὰ πεπτωκότα τίθεσθαι τὰ αὑτοῦ πράγματα, ὅπη ὁ λόγος αἱρεῖ βέλτιστ' ἂν ἔχειν.*“ SCHEGKIVS. — „Vide M. Antonin. VII, 38. atque ibi Gatak.“ VPTON.

Verſ. 3. *τεχνικῶς χρῆσθαι*. „*Τεχνικῶς*, *arte*. Sic Terent. Adelph. Act. IV. Scen. 7.

Si illud, quod eſt maxime opus, jactu non cadit,
illud quod cecidit forte, id arte ut corrigas.

Arte, id eſt, *ſecundum artem*, *τεχνικῶς*. Sic Virgil. Georg. IV. 56.

— — — — Arte *recentes*
excudunt ceras.

Et Aeneid. lib. I. 643.

Arte *laboratæ veſtes.*

Phædrus, lib. II. [in Epilogo,]

Et arte *fictas animus ſentit fabulas.*“

VPTON. Pro *μέλλει*, paulo ante, perperam & invita mss. *μέλει* ſcribunt ed. Ven. & Baſ. ut ſæpe alias, & mox rurſus infra vſ. 11.

Verſ. 4. *τὸ προηγούμενον ἔργον ἐκεῖνο*. „Scilicet *ἐστί*. *Illud eſt præcipuum vitæ munus.* Quodnam? *Τῷ πεφύσθαι ἐπιμελῶς* [*καὶ τεχνικῶς*] *χρῆσθαι*. *Eo, quod ceciderit, recte uti.* Quomodo id fiet? Diviſione rerum no-

ſtrarum

strarum & alienarum." WOLFIVS. Olim τὸ μὲν προηγούμενον edebatur, & sic dant pac. Particulam μὲν tacite delevit Vptonus; commode, & præeunte puto codice quo usus est: noster certe pb. eamdem paritet ignorat. τοίνυν μὲν προηγ. legitur in ed. Cantabr. omisso τὸ articulo, errore operarum, quem errorem repetiit Lond. anon.

Ibid. ἄλλα τὰ πράγματα. „Vide II. 2, 14. II. 6, 34. M. Anton. III. 11." VPTON.

Vers. 5. ἐν δὲ τοῖς ἀλλοτρίοις μηδέποτε μητ' ἀγαθὸν ὀνομάσῃς, μήτε κακόν. *Ne nomines;* id est, *ne pronas.* Simili dictione, sed in diversam nonnihil sententiam, utitur II. 8, 4. οὐ λέγεις ἐπ' αὐτῶν τὸ ἀγαθόν. conf. ibid. vs. 9.

Vers. 6. καὶ ταύτῃ παρὰ τὴν Φύσιν. Vulgo omnes sic legunt: καὶ ταύτην τὴν παρὰ Φύσιν. Hinc: — „Fortasis καὶ ταύτῃ (scil. τῇ προαιρέσει) παρὰ τὴν Φύσιν. προαίρεσις, *voluntas*, sive *delectus*, *respuit temeritatem*." WOLFIVS. „Lego καὶ ταύτῃ παρὰ τὴν Φύσιν. *Atque ea de caussa contra naturam*." VPTON. Cujus rationem probavi, atque in contextu sequi non dubitavi. A lectione olim vulgata nil discedunt nostri libri, nisi quod in ora pb. hoc loco scribitur ταύτῃ τοι παρὰ, ut fit καὶ ταύτῃ τοι παρὰ Φύσιν. Et παρὰ Φύσιν quidem, absque τὴν, minime equidem improbem; sed particulæ τοι non esse hic locum puto. Pro vulgato καὶ ταύτην τὴν παρὰ Φύσιν, Meibomius suspicatus erat, καὶ ταυτὸ τῇ παρὰ Φύσιν.

Vers. 7. ἅμα δ' εὐσταθῶς. Particula δὲ operarum errore omissa erat in ed. Bas. Quare adjiciendam monuit Wolf. Et agnoscunt eam reliquæ omnes editiones cum msatis.

Vers. 9. εἰ δὲ μὴ &c. „εἰ δὲ μή, scil. δυνατόν, ἀδύνατον εὐδαιμονῆσαι. *Nisi diligentia cum despicientia jungi potest, beatitatis esse compos nemo potest.* Volunt philosophi beati esse in hac mortali vita: quod quam stulte, ipsi viderint. Ego magis Euripidem probo, qui ait, „ὅτι ὁ βίος ἀληθῶς οὐ βίος, ἀλλὰ ξυμφορά. *vitam revera non esse vitam, sed ærumnam:* quod neque animo semper bene est, & corpori sæpe male." WOLFIVS. Bona verba, quæso: optime Wolfi!

Vers. 10. Ἀλλ' οὖν τι ἐπὶ τοῦ πλοῦ ποιοῦμεν. Intellige, τοιοῦτον καὶ ἐνταῦθα ποιητέον. Sic mihi quidem visum erat; quare *interrogandi signum* sustuli, quod post

post κυβερνήτην vulgo posuerant edd. omnes. Quod si quis tamen prætulerit interrogationem, huic ego litem non movebo.

Ibid. Τί μοι δύναται; „Lego τί μοι δυνατόν; *In navigando quid ego præstare possum? Eligere gubernatorem* &c. sine interrogatione." WOLFIVS. Nempe olim sic distinguebant orationem: τί μὴ δύναται, τὸ ἐκλέξασθαι τὸν κυβερνήτην, τοὺς ναύτας, τὴν ὥραν, τὸν καιρόν; Vptonus denique, Wolfio obsequens, interrogandi signum post καιρὸν fustulit, & post δύναται posuit. Interrogationem neutro loco indicant mssti nostri; in δύναται vero consentiunt omnes. δύναται cum Wolfio in δυνατὸν mutatum etiam voluit Meibomius; quod ego quidem non urgeam: attamen notanda locutio, haud sane pervulgata, τοῦτο δύναταί μοι, pro ἔχω δύναμιν τοῦτο, vel τοῦτό μοι δυνατόν ἐστι.

Vers. 11. ἄλλου ἐστὶν ἡ ὑπόθεσις. „*Tempestas res est, quæ alteri proponitur*, nempe *gubernatori*. Vide II. 2, 21." VPTON. Locus ab Vptono citatus quidni magnopere huc faciat, non video. ὑπόθεσις idem fere valet ac ὕλη, *materia alicui proposita, in qua elaboret; argumentum alicui propositum in quo is se exerceat. Hoc argumentum* (inquit) *nunc ad ultum pertinet.* Articulus ἡ ad ὑπόθεσις deest in pc.

Vers. 12. τοῦτο μόνον τοῦτο μὴ φοβούμενος ἀποτελέσομαι. ἀποτελέσομαι in indicat. edidit VPTONVS, monuitque: „Sic Mss. Paris. Alii ἀποτελέσωμαι. Sed verba quædam e loco suo mota videntur. Restitue itaque: 'Ο μόνον δύναμαι, τοῦτο τοῦτο ἀποτελέσομαι, μὴ φοβούμενος, οὐδὲ &c. *Quod solum possum, id ago: ita fac, non perterritus, neque* &c." — ἀποτελέσομαι in indicativo scribere jusserat etiam Salmasius; cujus auctoritatem non minus, quam Parisiensis codicis fidem, tacite secutus hoc loco Vptonus, ut passim aliàs, videtur. At mihi & per se commodior scriptura olim visa est, neque ullam medicinam desiderare hujus loci putavi. *Quod possum, id unum ago*, nempe *ut non perterritus juffocer* &c. Particulam μὴ hoc loco vim conjunctionis, non adverbii, habere; poterat inde quoque intelligi, quod in sequentibus verbis, ubi adverbii locus erat, non eadem particula μὴ vel μηδὲ, sed altera, οὐ, οὐδὲ, ponitur. Attamen conveniunt in ἀποτελέσομαι pc. & pc. In ph. est ἀποτελέσωμαι, sed item

ut

ut videatur illud pariter in ἀτενιζομεν mutatum voluisse Horatius.

Vers. 13. οὐ γὰρ εἰμι αἰων, ἀλλ' ἄνθρωπος. *Non enim sum natura æterna & immortalis, sed homo.* Vptonus cum Wolfio, *neque enim sum æternitas*; minus commode, ut monuit Beausobre in *Histoire de Manichée*, lib. III. cap. 9. T. I. p. 573. ubi hæc verba Epicteti citans, ait: AION *veut dire dieu: cet endroit, au* DIEV, *ou* IMMORTEL.

Ibid. ἐνστῆναι pro vulg. *instare*, *adesse*, *præsentem esse me oportet.* „Ἐνεστῶτα. Hinc ὁ ἐνεστὼς χρόνος, [*præsens tempus*,] & ὁ ἐνεστὼς [πόλεμος] πόλεμος, [*bellum tunc instans*,] apud Demosthenem.“ WOLFIVS. „*Me præsentem esse oportit, ut horam.* Vt hora dicitur præsens, præterita: sic me dici oportet. χρόνος ἐνεστὼς est *tempus præsens*: & hinc fit allusio.“ VPTON. *in Notis.*

Vers. 14. πότερον ἀπνιγμὸς, ἢ πυρέξας. „*Vtrum suffocatione in undis, an febri.* Quod ad exitum attinet, nihil fane interest: nam febris æque perimit, & longiore cruciatu, ac naufragium. Sed integris viribus, subito, aliena vi eripi vitam, multo certe horribilius est, præsertim si carnificina ignominiosa accesserit, quam natura ultro deficiente. Sed horribilem hanc speciem, *larvam* appellat Epictetus.“ WOLFIVS.

Vers. 15. περὶ τοῦ ἁρπαστοῦ. Martialis etiam hac voce usus est:

Sive harpasta nuda pulverulenta sapit.

Hujus diminutivum est ἁρπαστιον. Fortassis utres inflatiles intelligendi sunt, quos Itali *Palonas* vocant.“ WOLFIVS.

„Ἁρπαστὸν, *pilæ genus*, quod lusui nomen dedit; in quo alteri pilam ostendentes, alteri mittebant. Hujus autem, cui pila mittebatur, munus erat pilam excipere, & rursus protinus tertio mittere. Vide Meurs. de ludis Græcor. in v. Ἐφεδρικὸς. Seneca de Benef. lib. II. c. 17. *Volo Chrysippi nostri uti similitudine de pilæ usu: quam cadere non est dubium aut mittentis vitio aut excipientis. Hæc cursum suum servat, ubi inter manus utriusque, apte ab utroque & jactata & excepta, versatur.* Atque hæc optime explicant, quæ dicit Epictetus, περὶ τοῦ βάλλειν καὶ δέχεσθαι. λοιπὸν δὲ τοῦτο ἐστι. sic interpunge. *Hæc ars est; ut ego accipiam, non etiam quamquam sinum in id non expandero, ipsis manibus*

omnibus accipere paratus: ut ille vero, si jecero, accipiat. Pro λαμβάνει legendum forsan λαμβάνῃ, vel λαμβάνειν, scil. δύναται. Hoc modo itaque se habet sententia: λοιπὸν ἐν τούτῳ ἡ εὐρυθμία, — — ἵν' ἐγὼ, μηδ' ἂν τὸν πάλον ἐκτείνω, δύνωμαι λαβεῖν αὐτό· ὁ δὲ, ἂν βάλῃ, λαμβάνῃ. VPTON. „Ἁρπαστὸν, *harpastum*, dictum ἀπὸ τοῦ ἁρπάζειν. Namque arripere conati sunt projectum, non in sublime, sed solo repercussum, extraque ludi limites ejicere." *Idem* VPTON. *in Indice.*

Meminit *harpasti* Martialis non modo lib. IV. Epigr. 19. eis verbis quæ sunt a Wolfio prolata; sed rursus VII. 31. & XIV. 48. quæ loca citavit Jungermann ad Pollux. IX. 105. Adde Athen. lib. I. p. 14 sq. Cæterum confer mox notanda ad vs. seq.

Vers. 16. λοιπὸν ἐν τούτῳ &c. In omnibus editionibus, atque etiam in Vptoniana, λοιπὸν ad præcedentia verba referebatur, & Veneta quidem editio cum nostro cod. pa. nec proxime ante, nec post istam vocem distinguebat orationem; posteriores vero cum pbc. periodum in λοιπὸν claudebant. Recte vero Vptonus in Nota ad vers. præc. monuit, λοιπὸν ad sequentia esse trahendum, & post δέχεσθαι interpungendam orationem. conf. vs. 22.

Ibid. ἡ εὐρυθμία. εὐρυθμίας præcipuam curam habuisse pila ludentes, Athenæus etiam observavit, lib. I. p. 15.

Ibid. μηδ' ἂν τὸν πάλον ἐκτείνω. *ne si finum quidem pandam.* — „De sua imperitia loquitur:

Namque pila lingit inimicum & ludere crudis:

nec hîc tantum, sed etiam claudia." WOLFIVS. „Male vide supra ad vers. 15." VPTON. „Mihi vero verior visa erat commodiorque Wolfii, quam Vptoni, interpretatio, ut hoc dixerit Epictetus: *in eo inest solertia, ut cum ego ne finum quidem meum expandens excipere pilam possim, peritus ipsam nulla mea culpa excipiat, quamquam imperite a me imperito projectam.*

Ibid. ἐὰν δὲ, ἐὰν βάλῃ, λαμβάνει. Vtique λαμβάνῃ scribendum videtur, ut ad vers. præc. Vptonus monuit, quod ipsum Salmasius etiam monuerat. Pendet enim ἐὰν βάλῃ non minus quam verbum δύνωμαι. Observasse tamen subinde mihi videor in his Dissertationibus, legitimum conjunctionis regimen, quod ad duo membra orationis extendi debuerat, negligi in posteriori membro; nescio

nescio vero, utrum librariorum culpa, an quod auctor ἀκριβεστερον istam minus curarit. In λαμβάνει quidem hic consentiunt libri omnes. Pro ὁ δὲ &c. ᾧ δὲ ἐν βάλλω legendum suspicatus erat Meibomius.

Vers. 17. *βάλλομεν.* Sic Vptonus edidit, e suo puto codice; sic certe dant nostri tres. *βαλλόμεθα* edd. ante Vpt.

Ibid. ὁ μὲν ἐρεῖ βάλε, μὴ βάλῃς· ὁ δὲ μίαν ἔβαλες. „Locus suspectus; nec tamen quid melius occurrit." WOLFIVS. „Noster codex pro *βάλοις* [quod dabant editi, & tenuit etiam Vptonus,] habet *βάλῃς*. Sed adhuc corruptus est locus. His eadem scripsisse videntur librarii. Hinc primus error. Cæteris itaque deletis, lego: Ἀλλ' ὁ μὲν ἐρεῖ, Βάλε· ὁ δὲ, Μὴ βάλῃς. Τοῦτο δὲ μάχη &c. *Sed alius dicet, Jace: alius, Ne jacias. Hinc* &c." VPTON. Equidem probavi *βάλῃς*, quod dabat Vptoni codex, consentiente nostro pb. Et reliqua hujus interpretis emendatio insigni utique veri specie se commendat: nec tamen, quoniam nimis abit a librorum scriptura, adoptare eam ausus sum. Si verum esset *μίαν ἔβαλες*, intelligendum foret, *unam (pilam, σφαῖραν) jecisti*: id est, *jam tu jecisti, nunc alterius sunt vices.* In posterioribus verbis, ὁ δὲ, *μίαν ἔβαλλες*, nil variant codices nostri. Superiora sic scribunt: *βάλε, μὴ βάλοις* pa. ut olim edebatur; *βάλλε βάλοις* pc. absque particula negante; *βάλλε μὴ βάλῃς* pb. absque commate post *βάλε*.

Vers. 18. Πῶς; Παίζειν ἐν τῷ ἀγῶνι. Sic quidem editi omnes; neque quidquam in contrarium e suo codice ad h. l. protulit Vpton; nec nostri discrepant codices. Mihi vero plane visum erat, Πῶς παίζει ἐν τῷ ἀγωνίῳ; scribendum.

Ibid. Ἀννυτε, πῶς με φῂς &c. „Hinc memoriter citantur. Cum *Melito* verba facit Socrates. Vide Plat. Apol. p. 27. edit. Steph. [cap. 15. p. 84. ed. Forsteri.] Ἔστ' οὖν ἀμφοῖν μὲν νομίζω πράγματα εἶναι, διδάσκειν δὲ οὐ νομίζει; M. Οὐκ ἔστιν. Σ. Ὡς ἀργούς. Sic lege cum Aldi edit. *quum me juvit haec tua responsio!* uti optime explicat Casaub. ad Pers. p. 150. Cæterum ex Platone patet, deesse in hoc loco Arriani Meliti responsum, nempe Διδάσκειν, & omitti videtur propter vocem præcedentem, quem errorem frequenter erraverunt librarii. Lege igitur: Οἱ διδάσκοντες τοὺς νεοὺς εἶναι δοκοῦσι; Διδάσκειν. Οὐκοῦν &c." VPTON. De illo errorum frequentium

quentium fonte, quem nunc dicit doctus interpres, fuse disseruerat ad I. 18, 8. At nunc quidem de ejusmodi aliqua errore ne cogitandi quidem locus erat. Nam ad quæstionem istam, quam Socratem proponentem adversario suo (sive *Anyto*, sive *Melito*, parum refert) induxit Epictetus, nullo modo responderi potest verbo δαίμονων. Nempe in errorem Vptonum h. l. induxit Wolfius, cui (nescio quomodo) excideraț, ut verba ista, Οἱ δαίμονές σοι τίνες εἶναι δοκοῦσι; latine sic verteret: *Nunquid aliqui genii tibi esse videntur?* quam versionem Vptonus etiam tenuit. At id non sonant græca verba. Quod subintelligens fortasse Vptonus, τινὲς in Notis scripsit, pro interrogativo τίνες, quod in contextu ipse habet cum omnibus editionibus. Sed istam scripturam τινὲς, eo sensu quem Wolfiana versio expressit, non ferebat articulus οἱ, ad nomen δαίμονες adjectus. Neque omnino nunc hoc vel apud Platonem vel apud Epictetum quæsturus erat ab adversario Socrates, *an illi viderentur esse aliqui genii sive daemones?* sed *quinam* vel *quales ei dæmones esse viderentur?* quod & totius disputationis connexio, & verba apud Epictetum proxime sequentia satis perspicue ostendunt.

Vers. 19. ἡμιόνους μὲν ἡγεῖσθαι εἶναι, ὄνους δὲ μή. „*Semitasini & asini* festive græce dicuntur, ut Semidei & Dii latine. Sed in voce *muli* perit gratia scommatis, ut postea [vers. 23.] in verbis χαίρειν, *gaudere*, & συγχαίρειν, *congaudere*, pro quo nos *gratulari* dicimus." WOLFIVS. Paulo ante, pro τίς οὖν σοι, perperam τίς οὖν μοι habent pab. Deinde, pro καταλιπεῖν, est ἀπολιπεῖν in context. pa. sed altera lectio in marg.

Vers. 20. οἷς ἔπαιζεν. ἐν οἷς ἔπαιζον pc.

Ibid. αὐτὸς καὶ ἡμεῖς, τὴν μὲν ἐπιμέλειαν σφαιριστικωτάτην, τὴν δὲ ἀδιαφορίαν ὡς ὑπὲρ ἀγαθοῦ. In hoc loco mutilo & corrupto nihil adjuvant codices." VPTON. Sententiam quidem rectissime haud dubie Wolfius in versione expressit, quam & nos cum Vptono tenuimus. In oratione unum fortasse verbum post vocem ἐπιμέλειαν intercidit, προσφέρωμεν, aut ἐπιδεικνύωμεν ex vers. seq. aut aliquod simile; aut ad summum duo, προσφέρειν ὀφείλομεν. Ac forsan etiam in conciso & sententioso, dicendi genere intelligi hæc poterant. Vocabulum σφαιριστικωτάτην consulto adhibuit, ut in allegoria maneret. Est autem ἐπιμέλεια σφαιριστικωτάτη *diligentia quanta maxima adhiberi in pilæ ludo ab eis solet, qui artis sunt peri-*

esse, & acriter si exercitia dant operam. Perperam θαυμασιωτάτην scripsit pc.

Vers. 21. *οὐκ ἀναίνην ἀποδεχόμενον.* „Eleganter: alludit ad pilam; *περὶ τοῦ βάλλειν καὶ δέχεσθαι*, ut supra." UPTON. Mihi vero non datum est, in istis verbis rursus allusionem ad pilam videre. *ἀποδέχεσθαι* est *probare, laudare.* Et *ἀποδέχεσθαι τὴν ὕλην* idem sonat, ac *θαυμάζειν τὴν ὕλην*, I. 29, 3. II. 6, 2.

Ibid. ἐνδεικνύουσα. „Nostri codex *ἐτιμαλούμενον*." UPTON. Sic & noster pb.

Vers. 23. *εἶτα ἂν ἐξέλθῃς.* „*Deinde si egressus fueris.* Vnde? num a tyranno? Propemodum suspicor deesse aliquid." WOLFIVS. „Scil. e judicio, e periculo. Subint. *τῆς περιστάσεως*, ut infra, II. 7, 12." COMES SHAFTESB. „*εἶτα ἂν ἐξέλθῃς μηδὲν παθών.* Angl. *Then if you come off without harm.*" UPTON. Id vero est, *si incolumis evaseris.*

Ibid. διασῳσωμένων. Nude *σωσωμένων* pb.

Ibid. χαίρειν — — συγχαίρειν. Vide Wolf. ad vs. 19.

Vers. 24. *κατὰ φύσιν, καὶ παρὰ φύσιν. παρὰ φύσιν, καὶ κατὰ φύσιν* pa.

Ibid. Ὥσπερ ἂν εἰ ἀπόλυτοι ἦμεν. „*Quasi absoluti essemus.* Vrget hoc Epictetus, totum mundum unum quoddam esse magnum corpus, cujus singuli homines exiguae particulae sint, & *τῶν πρός τι.* Neminem sibi nasci, vivere, aut mori, sed mundo: & quicquid accidat, id ad mundi ordinem conservandum pertinere, atque aequo animo ferendum esse." WOLFIVS. „Optime. Vide II. 6, 11. II. 10, 4. M. Antonin. X. 24. de mente humana, *μήτι ἀπόλυτον ἢ ἀπεσπασμένον κοινωνίας*; Vide & lib. VIII. 34. ubi male vertitur *ἵνα τὴν ἀρχὴν μὴ ἀποῤῥαγῇ*, *ne primitus ab universo revelleretur*; pro, *ne penitus, ne omnino*: sic *τὴν ἀρχὴν* reddi debet." UPTON. — At ibi *τὴν ἀρχὴν ἀποῤῥαγέν* opponitur *καὶ ἀποῤῥαγὲν πάλιν ἐπαναλῆβεῖν.* Apud Arrianum h. l. mendose *ἀπόλυτον* dabant ed. Ven. & Basil. Caeterum quod hoc loco (pro illis verbis, *εἰ ἀπόλυτοι ἦμεν. τῷ γὰρ τοῦ*) a Salmasio adnotatum proditur, *εἰ ἀπόλυτος ἦ τῷ μὴν γὰρ τοῦ*, nec video equidem quid in vulgata scriptura desideraverit vir utique acutissimus, nec quidnam profutura fuerit ista emendatio. Bene habet *ἦμεν*, in prima persona pluralis numeri. Pari modo mox deinde etiam *ἐφ' ἡμῶν* in prima persona dicit.

Ibid.

Ibid. τῷ γὰρ τοῦ &c. „Vide infra, II. 10, 4. M. Anton. VIII. 34.“ VPTON.

Ibid. ὑπολαβεῖν δεῖ. „Noster codex χρὴ.“ VPTON. — Sic & pb. Fortasse nec hoc, nec illud scripserat Arrianus; haud incommode enim omitti id verbum potuit.

Vers. 25. κατὰ φύσιν ἐστὶ, ζῆσαι μέχρι γήρως. *Secundum naturam est, vivere usque ad senectutem.* Quo planius pateret sententia, quæ quidem ex connexione cum præced. versu satis intelligebatur, *comma* post ἐστὶ *inserui*, quod vulgo aberat. Minus commode Vptonus cum Wolfio interpretabatur, *secundum naturam vivere licet usque ad senectam:* quo & pertinebat fortasse, quod ἔστι retracto accentu vulgo scribebatur, in quo ipso scripti etiam codices præibant; sic sane & noster pc. habet, ἔστι ζῆσαι. Nescio, an & pab. qui mihi non amplius ad manum sunt.

Ibid. πρὸ ὥρας. πρὸς ὥρας ed. Ven. perperam, & invitis msstis.

Vers. 26. ὡς ἐκεῖνος οὐκέτι ἐστὶ πολὺς, (intellige, ἂν ἀπόλυτος ᾖ, *si a corpore sit solutus*) οὕτως οὐδὲ σὺ (intell. ἂν ἀπόλυτος εἶναι βούλῃ, *si vis esse a magno corpore separatus, si tuas rationes ab Universi rationibus separatas esse cupis*) ἄνθρωπος. Conf. M. Anton. II. 16.

Ibid. Τί γάρ ἐστιν ἄνθρωπος; Μέρος πόλεως &c. „*Mundum* esse ad instar *urbis* ac *civitatis*, subinde inculcat Epictetus: II. 10, 5. III. 24, 10 & 43. II. 15, 10. τῆς αὐτῆς πόλεως πολίτην, καὶ τῆς μεγάλης καὶ τῆς μιᾶς. Et passim. [Conf. ad I. 9, 1.] Seneca de Otio Sap. c. 31. *Duas* respublicas *animo complectamur: alteram* magnam *& vere publicam, qua Dii atque homines continentur; in qua non ad hunc angulum respicimus, aut ad illum, sed terminos civitatis nostræ cum sole metimur: alteram, cui nos adscripsit conditio nascendi. Hæc aut Atheniensium erit, aut Carthaginensium, aut alterius alicujus urbis, quæ non ad omnes pertineat homines. Quidam eodem tempore utriusque dant operam,* majori minorique; *quidam tantum* minori, *quidam tantum* majori. Confer M. Anton. II. 14. III. 3. [Voluerat puto II. 16. III. 11.] VI. 44. XII. 36. & passim. Author de Mundo cap. 6. Οὗτος ὑπολαμβάνει καὶ περὶ τῆς μεγίστης πόλεως, λέγω δὲ τοῦδε τοῦ κόσμου. Cicero de Fin. III. 19. *Mundum autem censent regi numine deorum, eumque esse quasi* communem urbem & civitatem

hominum & deorum, & unumquemque noſtrûm ejus mundi eſſe partem: *ex quo illud natura conſequi, ut communem utilitatem noſtræ anteponamus.* Idem de Nat. Deor. II. 62. de Leg. I. 7.“ VPTON.

Ibid. πρώτης μὲν bene habet; nec opus eſt ut cum Salmaſio πρῶτον μὲν corrigamus.

Ibid. ἢ τις ἐστὶ μικρὸν &c. „ἢ τις repoſui ex fide noſtri codicis: cum alii ἤ τι exhibent.“ VPTOM. ἤ τις eſt etiam in pbc.

Verſ. 27. Νῦν οὖν ἐμὲ κρίνεσθαι; „*Nunc ergo me* &c. Verba ſunt indignantis *μιμητικά.*“ WOLFIVS. „Et, quæ ſequuntur (Νῦν οὖν ἄλλον &c.) rurſus horum *μιμητικά.* Nam æque ridiculum, dicere νῦν ἐμὲ, ac νῦν ἄλλον &c.“ COMES SHAFTESBVR. „Νῦν οὖν ἐμὲ κρίνεσθαι; Verba indignantis. Vide ad I. 1, 18. Cui Epictetus: Νῦν οὖν ἄλλον τυράννων; Mimice. Si iſtiusmodi locutiones lectorem lateant, in tenebris verſari ſæpe neceſſe eſt.“ VPTON.

Verſ. 28. ἐν τούτῳ τῷ περιέχοντι. „Ptolemæo frequens, *coelos & aërem* appellare τὸ περιέχον, quod terras undique circumdet & quaſi complectatur.“ WOLFIVS. — „Seneca τὸ περιέχον vertit alicubi, *hoc quo circumdati fumus ſpatium.* Lucret. V. 319.

Denique jam tuere Hoc circum ſupraque, quod omnem continet amplexu terram.“

VPTON. Vocab. περιέχον Polybio potiſſimum frequentatum vidimus.

Verſ. 30. Εἶτα ἐκεῖνος λέγει. Caret λέγει pc.

Ibid. Εὖ σοι γένοιτο. „Formula ironica. Vide I. 25, 30. Vtitur M. Anton. V. 28.“ VPTON.

Ibid. ἐτόλμησα ἐγὼ τὸ ἐμόν. „Reſpicit ad verba Socratis in Platonis Apol.“ IDEM.

Ibid. ἔστι γάρ τις καὶ ἀλλοῦ κίνδυνος. *Eſt enim aliquod illius quoque periculum.* In dubio eſt, utrum καὶ ἀλλοῦ ad hominem referatur; an ad rem, hoc modo, ἔστι γὰρ καὶ κίνδυνος τοῦ σὲ τὸ σὸν μὴ κεκτημένου. Equidem poſteriorem præferam ſententiam: & ſatis notum eſt, in Græco ſermone pronomen ἐκεῖνος non ſemper ad id quod remotius eſt referri, ſed ſæpe ad id de quo proxime dictum. In pc. pro ἔστι γάρ τις, mire ſcribitur, ἔστι γὰρ οὐς &c. quod quo pertineat, non perſpicio.

CAPVT

CAPVT VI.

Inſtituta eſt hæc disputatio cum juvene Philoſopho, qui, cum Nicopoli Romam reverti deberet, verebatur ibi tyrannidem Domitiani, in philoſophos præſertim ſævientis. Vide verſ. 20. & 23. Et confer not. ad I. 24, 3.

Verſ. 1. Τὸ συνημμένον ἀδιάφορον· ἡ μρίσις &c. Conf. I. 25, 50 ſq. II. 5, 1. ἡ δὲ κρῖσις & mox ἡ δὲ χρῆσις malebat Melbomius: ſed nihil habent illa ἀσύνδετα, quod offendere nos debeat.

Verſ. 2. Μὴ τοῦ ὄν. Μὴ τ' ὄν pa.

Ibid. εἶπῃ τις ὑμῖν. ἡμῶν pc. ſed & hic mox deinde ὑμᾶς cum cæteris. Ad rem quod ſpectat, quæ hic agitur, de ea perſpecte & enucleate dixit capite ſuperiori vſ. 6 ſqq.

Verſ. 3. Καλὸν δὲ τὸ εἰδέναι τὴν αὐτοῦ παρασκευήν. Vide II. 23, 34." VPTON. — In αὐτοῦ h. l. conſentiebant edd. omnes, cum quibus facit pb. Sed αὑτοῦ pc. & ſic quoque primum in pa. fuerat, in quo deinde in αὐτοῦ mutatum, ab eadem quidem manu.

Ibid. ἐν οἷς μὴ παρεσκεύασαι. „*In quibus paratus non es.*" Cicero I. Officiorum: *Ad quas res aptiſſimi erimus, in iis potiſſimum elaborabimus. Sin aliquando neceſſitas ad ea nos detruſerit, quæ noſtri ingenii non erunt; omnis adhibenda erit cura, meditatio, diligentia, ut ea, ſi non decore, at quam minimum indecore facere poſſimus.* &c. WOLFIVS.

Ibid. πλεῖον σου ἔχουσιν. πλεῖόν σου ἔχουσιν pc.

Verſ. 5. τὸ ἀπὸ τῆς χρείας περιγινόμενον. παραγινόμενον (ſic) pb. quod quamquam ferri poterat, cave tamen præferas alteri. Conf. Enchirid. I, 4. not. & XII. 2. not.

Ibid. ἐκείνου μὲν παραχώρει τοῖς περιτετριμμένοις. περιτετραμμένοις edebatur ante Vptonum. Hinc WOLFIVS: „Fortaſſe τοῖς περὶ αὐτὰ τετριμμένοις, *exercitatis in ea re.* Si ἐντετραμμένοις legas, erit *iis quibus ea res commiſſa eſt.*" WOLFIVS. — „τοῖς περὶ αὐτὰ τετριμμένοις, Wolf. recte. Vide infra II. 16, 18." SHAFTESBVR. — „Quid ſi ἐντετραμμένοις?" MEIBOM. „Noſter codex παρατετριμμένοις. [Sic & pc.] Ms. Par. περιτετριμμένοις habet. [nempe ſic pab.] ἐκείνου autem, non ἐκεῖνο, legunt omnes codices; ἐκείνου παραχώρει, ubi ſuppl τι, aut ſimile aliquid." VPTON. Immo vero, ſi ἐκεῖνο darent libri, ἐκείνου haud dubie corrigendum foret. Dicunt enim græci παραχωρεῖν τινί τινος, non τι. Ceterum

malim ego cum Wolfio τοῖς περὶ αὐτὸ τετριμμ. Sed poterit περιτετριμμένους idem valere ac περὶ αὐτὸ τετριμμένους. Quare labens hoc tenui, quod consentientibus duobus e nostris codicibus in contextum receperat Vptonus.

Ibid. σὺ δ' ἀρκεῖτω. Corrupte σὺ δ' ἀρκ. sola ed. Ven.

Vers. 6. κεκλεισμένην. Mendose κεκλιμένην ed. Ven. & Bas. id est, *inclinatam*. Hinc WOLFIVS: „Fortasse κεκλεισμένην, *clausam*; nisi forte alia ratio claudendi & aperiendi fores olim fuerit, quam apud nos." — „Edit. Salmant. * κεκλιμένην, & in marg. * κεκλεισμένην. Codex noster quoque legit κεκλεισμένην." VPTON. κεκλεισμένην scripserant editores Genev. & Colon. Sed κεκλεισμ. Cant. Lond. anon. & Vpt. Et sic pa. atque etiam pb. inter lineas, sed κεκλιμ. in contextu. ἐκκεκλιμένην pc.

Vers. 8. Ἀλλ' οὐκ ἐπέτυχες. Perperam οὐκ ἀπέτυχες pc.

Ibid. Μὴ γὰρ οὐν τοῦτο τὸ ἔργον ἦν. „Articulum τὸ inserui auctoritate nostri codicis; uti mox μέμνησο reposui pro μεμνημένος, & καὶ restitui ante οὐ παραχθήσῃ." VPTON. Nempe μεμνημένος, & οὐ παραχθ. absque καὶ dederant superiores editt. omnes. In omnibus istis emendationibus cum Vptoni codice facit noster pb. Sed pac. servant id quod olim vulgatum erat, nisi quod pc. ante ἀεὶ μεμνημένος, quod erat editum, verbum ἔσο inserit; quae vera fortasse fuerit scriptura.

Vers. 9. καλῶς ὁ Χρύσιππος λέγει. „Confer II. 10, 6." VPTON.

Ibid. ἄλλα μοι ξ. Verbum ξ, quod desiderabatur olim, suo e codice Vptonus inseruit, cum quo consentit noster pc.

Ibid. ἀεὶ τῶν εὐφυεστέρων ἔχομαι πρὸς τὸ τυγχάνειν &c. „Verba sic ordinabis: ἔχομαι ἀεὶ τῶν εὐφυεστέρων (scil. ὄντων) πρὸς τὸ τυγχάνειν. Sicut dicimus εὐφυὴς πρὸς τὰ γράμματα, *aptus ad discendas literas*. Si τὰ εὐφυέστερα absolute, & πρὸς τὸ τυγχάνειν, τελικῶς sumas, pro ἵνα τύχω, minus placet." WOLFIVS. „Verte: *Semper amplictor ea quae constitutioni meae sunt aptiora, ut adipiscar id quod secundum naturam est.*" VPTON. Rectius Wolfius. εὐφυέστερα, *aptiora, commodiora*, non ad meam constitutionem, sed πρὸς τὸ τυγχ. &c. τῶν πρὸς ἐυλογὴν εὐφυεστέρων ait II, 10, 6. Incommode vero vulgo (inde ab ed. Bas.) comma in-

fertum

fertum erat post ἔχομαι, quod delevi. Nec agnoscit illud ed. Ven. Vocem καὶ ignorat pc.

Ibid. αὐτὸς γὰρ μ' ὁ Θεὸς τοῦτων ἐκλεκτικὸν ἐποίησεν. Vulgo τοιούτων edit. omnes. Monuit vero Vptonus: „Ms. Par. τούτων." — Nempe sic duo codd. pab. quos ego sequendos putavi. Nam voci τούτων saltem articulus τῶν fuerat praemittendus. In pc. vero sic scribitur, ὁ θεὸς μ' ἐποίησε τοιοῦτον ἐκλεκτ.

Vers. 10. εἰ δέ γε ἦεν, ὅτι νοεῖν &c. „Vide infra, II. 10, 5. Haud absimile dictum Demetrii, nobilis Cynici. Senec. de Provid. c. 5. *Hoc unum, inquit, Dii immortales, de vobis conqueri possum, quod non antè mihi voluntatem vestram notam fecistis: prius enim ad ista veniissem, ad quæ nunc vocatus adsum." VPTON.

Ibid. ὥρων ἄν. ὁρμήσαιμ' ἄν pc.

Ibid. ὥρμα ἂν ἐπὶ τὸ πλοῦσθαι. Conf. II. 5, 24.

Vers. 11. οὐχ ἵνα δὲ καὶ θερισθῶσιν. „Plane respexit ad versus illos celeberrimos in Hypsipylâ Euripidis, quos olim laudavit Chrysippus:

— — — Ἀναγκαίως δ' ἔχει
βίον θερίζειν, ὥστε κάρπιμον στάχυν,
καὶ τὸν μὲν εἶναι, τὸν δὲ μή. —

Vide M. Anton. VII. 40. & ibi Gatakerum. Cicero Tusc. Disp. III. 25.

Mortalis est nemo quem non adtingit dolor,
morbusque multus: sunt humandi liberi,
rursus creandi: &c.
— — — *tum vita omnibus*
metenda, ut fruges: sic jubet necessitas.

ubi in vers. 2. reposui *morbusque multus:* sensu ipso postulante, græcis suffragantibus. Vulgo: *morbusque; multi sunt humandi liberi.* Vertit autem Cicero, τόνος, *dolor & morbus;* qui quidem multus variusque mortale genus adtingit. Vide autem III. 24, 81." VPTON.

Ibid. οὐ γὰρ ἀπόλυται γλυκύς. „Neque enim absolutæ nascuntur spicæ: hoc est, non sua tantum causâ, sed inprimis propter homines: sic ipsi homines propter Deum, atque ornatum universi." WOLFIVS. „Vide supra, II. 5, 24." VPTON.

Verſ. 12. *εἰ οὖν αἰσθησιν εἶχον.* „Ita Cicero, forſan quoque ex ipſo Chryſippo, de Fin. V. 14. *At vero ſi ad vitem ſenſus acceſſerit*, &c.“ VPTON.

Ibid. ἐπὶ σταχύων. Temere *περὶ*, pro *ἐπὶ*, pc.

Verſ. 13. *Οὕτως ἰατέον.* Sic pc. cum edd. *Οὕτως ἔτι* pab. non male.

Ibid. μηδὲ θεριαθῆναι. μὴ θεριαθῆναι pab.

Verſ. 14. *οἱ αὐτοὶ ἐσμεν.* „Forſan *τοιοῦτοι ἐσμεν*: & dele interrogationem poſt *ἀγωνιατεῦμεν.*“ VPTON. Poſt *ἀγωνιατεῦμεν* interrogandi ſignum poſuerat editor Baſ. idque tenuere ſequentes omnes. Recte delere juſſit nunc Vpton in Notis; neque illud agnoſcebat Veneta Editio, nec habent pbc. Quod vero *τοιοῦτοι* ſuſpicatus eſt idem Vptonus, primum *τοιοῦτοι* haud dubie voluerat ſcribere: tum vero nulla prorſus cauſſa adeſt, cur minus placeat *οἱ αὐτοὶ*, quod ſane percommodum eſt: *iidem nos ſumus, quos & demeti oportet, & qui id ipſum novimus, eſſe nobis nuriendum.* Et in *οἱ αὐτοὶ* recte conſentiunt codices omnes.

Ibid. οὔτε γὰρ ἴσμεν τίνες ἐσμέν. Rurſus poſt *ἐσμὲν* interrogandi ſignum temere poſuit Baſileenſis editio; unde WOLFIVS: „*An ignoramus qui ſimus?* Poſſunt hæc etiam affirmative legi, ſine interrogatione. Multi enim ſe non noverunt, nec meditatas habent res humanas; ideoque ſunt queruli. Sed interrogatio eſt acrior, & magis urget: *oportere nos ſcire qui ſimus, & meditatas habere res humanas.*“ Hæc ille. SHAFTESBVRIENSIS vero: „Wolfius (inquit) hæc etiam interrogative legit: ſed & hæc & priora potius affirmative legenda credo.“ — Recte; & interrogandi ſignum, quod ignorabat Veneta editio, ſuſtulerunt rurſus editores omnes Baſileenſi poſteriores. Nec interrogationem h. l. agnoſcunt pabc.

Ibid. τὰ ἀνθρώπινα. Caret *τὰ* pc.

Verſ. 15. *Ἀλλὰ Χρυσάνθας μὲν* &c. „Rem narrat ipſe Cyrus apud Xenoph. *Κύρου παιδ.* lib. IV. in initio. *Ἐπεὶ δ' ἐγὼ παρηγγύησα ἀναγάγειν, καλέσας ἑνὸς ἑκάστου αὐτῶν, ἀνίστατο αὐθις ὁ αὐτὸς τὴν μάχαιραν, ὡς παίσων τὸν λέοντα, ἀκήκουσά τε μου εὐθὺς, καὶ ἄφοβος ὁ ἄνθρωπος ἦν, τὸ καλούμενον ἔπραττεν.* Cyrus ait, ſe nominatim Chryſantam compellaſſe, *ἑνὸς ἑκάστου καλέσας.* Sed paulo aliter Epictetus: *αὐτίκα γὰρ ἀναβοήσας.* Nam memoriæ confiſus hæc enarrat.“ VPTON.

Verſ.

Vers. 16. χλίουσς. κλάουσς ed. Ven. cum pabe. κλαίουσς ed. Bas. &, seqq.

Ibid. καὶ περιστάσεις αὐτὰ καλοῦσς. „Quia hæc ab etymologia Græca pendent, latine reddi non possunt: περιστάσεις, verbum verbo si exprimas, *circumstantias* significat; sed capitur ἀντὶ στενοχωρίας καὶ συμφορᾶς, pro *angustiis & calamitatibus.*" WOLFIVS „περιστάσεις, *pericula, rerumque difficultates*, quæ hominem quasi *circumstare* videantur, atque ita circumferibere, ut vix vixque evadere possit." VPTON. *in Ind.* — Græca verba hujus loci in Notis citans Wolfius, καλοῦμεν pro καλοῦντες scripsit, non deliberato, ut puto; sed fugiente oculo calamoque aliud pro alio scribens. Sane in καλοῦσς recte libri omnes consentiunt.

Vers. 18. τροχός. „Τροχὸς, *rota*; supplicii genus apud veteres. Vide Suidam in voce. Cic. Tusc. Disp. [V. 9.] *In eo etiam* [libro, Theophrastus] *putatur dicere, in* rotam (*id est genus quoddam tormenti apud Græcos*) *beatam vitam non ascendere.*" VPTON. *in Not. ad* IV. 13, 22. quo loco rursus τροχοῦ fit mentio. De eodem vero tormenti ac supplicii genere consule quæ notavit Davisius ad Cic. l. c. & Elmenhorst. ad Apulei. lib. III. cap. 48.

Ibid. τί σοι μέλει τοίᾳ ὁδῷ καταβῇς εἰς ᾅδου. Ante Vptonum τοίᾳ ὁδῶν edebatur, minus recte. Nam ad genitivum desiderabatur articulus τῶν, velut II. 7, 10. ποτέρᾳ τῶν ὁδῶν. Itaque bene fecit VPTONVS, quod codicis sui præscriptum est secutus: „Noster codex (inquit) ὁδῷ. Confer autem supra, II. 5, 14. Sic apud Stobæum, Serm. XXXVIII. [p. 233.] ἡ οὐ ταυτὸν, φησὶν ὁ Ἀριστιππος, ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ ἡ εἰς ᾅδου ὁδός; Anaxagoras apud Laërt. II. 11. Παντὸθεν, ἔφη, ὁμοία ἐστὶν ἡ εἰς ᾅδου καταβασις. *Præclare Anaxagoras, qui, cum Lampsaci moreretur, quærentibus amicis, vellétne Clazomenas in patriam, si quid accidisset, auferri; Nihil necesse est, inquit; undique enim ad inferos tantundem viæ est.* Cic. Tusc. Disp. I. 43. Epigramma incerti authoris in Anthol.

Εἰς ᾅδην ἴθαὶ κατήλυσις, αἵ τ' ἀπ' Ἀθηνῶν
στείχεις, (l. στείχῃς,) αἵ τε νέκυς νεύσεαι ἐκ Μαράθης·
Μή σε γ' ἀνιάτω πάτρης ἄπο τῆλε θανόντα·
πάντοθεν ἐς Φῆρων εἰς ᾅδην ἄνεμος."

VPTON. De re monuit WOLFIVS: „Fortiter quidem haec dicuntur: sed cum ad rem ventum est, vereor ne magnifica ista verba evanescant.“ — Vide eumdem ad II. 5, 14. In ὀφῇ cum Vptono consentiunt pabc.

Vers. 19. *συνλοματέρα, ἢν πάμπει ὁ τύραννος.* „Vide Xenoph. in Apol. Socr. sect. 7.“ VPTON.

Ibid. οὐδεὶς τύραννος ἓξ μησί τινα ἔσφαξε. „Non ille quidem sex mensibus cervices aut jugulum ferire potest, sed pluribus annis sic excarnificare potest, ut quivis dies sit morte acerbior. Id quod D. Methodio accidisse, in sepulcrum cum latronibus concluso, ubi cadaverum foetorem ferret caeterasque sordes, Zonaras noster scribit.“ WOLFIVS.

Ibid. ψόφος ἐστὶ ταῦτα πάντα. „Seneca Epist. 24. *Illud ante omnia memento, demere rebus tumultum, ac videre quid in quaque re sit.*“ VPTON.

Ibid. καινῶν. καινῶν pbc. frequenti librariorum errore.

Vers. 20. Τῇ κεφαλῇ κινδυνεύω ἐπὶ Καίσαρος. Si verum est *ἐπὶ*, (in quo nihil quidem variant libri,) recte Wolfius verterit *apud Caesarem;* quemadmodum accusari aliquis dicitur aut causam dicere *ἐπί τινος, apud aliquem.* Sed vide, ne *ὑπὸ* Καίσαρος sit legendum, vel *ἀπὸ* Καίσαρος, *imminet mihi capitis periculum a Caesare.* Simili in phrasi *ὑπὸ* pro *ἐπὶ* legendum videri apud Polybium I. 36, 3. monui ibi in Adnot. Agitur h. l. de juvene Philosopho, Nicopoli ex Epicteti schola Romam redeunte, & Domitiani Caesaris iram in Philosophos timente, ut jam ad initium hujus cap. monui.

Ibid. ἔταν διαπλέῃς τὸν Ἀδρίαν. „Adria seu Adriaticum mare tempestuosum describitur. Horat. Carm. I. 33.

Libertina fretis acrior Adriae
curvantis Calabros sinus.

& III. 9.

— — — *Improbo*
iracundior Adria.“

VPTON. „*Inquietum* vocat Horat. lib. III. Od. 3. Vide & lib. III. Od. 27.“ IDEM *in Ind.* Caeterum in recto casu ὁ Ἀδρίας dicitur, scil. κόλπος, non ὁ Ἀδρία, ut in Indice scripsit Vptonus. Vide Ind. Histor. & Geograph. in Polyb. voce *Adriaticum mare.*

Ibid. τίνι κινδυνεύεις; σὺ τῇ κεφαλῇ; Ante Vptonum *τί κινδυνεύεις* edebatur; & post κεφαλῇ non interrogandi signum ponebatur, sed nudum comma, ut ista cohaererent,

rent, οὐ τῇ ἀσφαλῇ, ἀλλ' ὑπολήψει κινδυνεύω. Quam distinguendi rationem cum VPTONVS etiam in contextu tenuisset, monuit idem in Notis: „A vitiosa interpunctione laborat hic locus, quem sic lege: Τίνι (sic noster codex: vulgo τί) κινδυνεύεις; οὐ τῇ ἀσφαλῇ. Ἀλλὰ τῇ ὑπολήψει κινδυνεύω. Τῇ σῇ; πῶς; τίς γὰρ σε κ. τ. λ. Sic de Græco Anglice reddidi: *My life is in danger under Cæsar. And am not I in danger, who dwell in Nicopolis, where so many earthquakes are? Or, when thou thyself crossest the Adriatic, what then is in danger? is not thy life? Ay, but my opinions and my sentiments are in danger. Thy opinions? how so? who can compel thee to have any opinion contrary to thy own will?* &c." — τί κινδ. habent nostri codd. ut olim vulgatum erat.

Vers. 21. Ἀλλὰ καὶ τῇ ὑπολήψει κινδυνεύω. Particulam καὶ, cum abesset vulgo, opportune dedit noster codex pc. Eamdem haud dubie etiam habebat Vptoni codex; sed alieno loco eam inseruit hic editor, paulo post sic scribens, Ἀλλὰ καὶ τῇ ἀλλοτρίᾳ, ubi recte eam particulam libri omnes ignorant: quare illo quidem loco, quem ei Vptonus tribuerat, ejeci. Quam ibi *alienam opinionem* dicit Epictetus, significat *aliorum de nobis opinionem.*

Ibid. τὰ ψεύδη. τὰ ψευδῆ malebam; nam ad substantivum ψεύδη minus commode in hac connexione adjectus articulus videbatur. Sed in vulgatam scripturam consentiunt libri.

Vers. 22. Ἀλλαχοῦ εἶναι ἢ ἐν Ῥώμῃ. Cum abesset olim particula ἢ, hæc notavit ad hunc locum WOLFIVS: „Ἀλλαχοῦ εἶναι, ἐν Ῥώμῃ; *yaf. Alibi esse. Romæ? Sic.* Fortasse ἀλλαχοῦ εἶναι ἢ ἐν Ῥώμῃ, *alibi esse quam Romæ?* Difficile & molestum fuit civi, aut assueto magnificentiæ Romanæ, carere urbis aspectu." — „Noster codex firmat Wolfii conjecturam;" ait VPTONVS, qui particulam illam adjecit, in quo consentientem habet nostrum. eod. ph. De adjicienda eadem particula monuerat etiam Salmasius. Cæterum sic ratiocinatur Epictetus: *Tu metuis*, inquit, *Romæ vivere; timens scilicet, ne in exsilium mittaris. Atqui ipsum hoc, exsulare, quid est aliud, quam alibi vivere quam Romæ? Ergo tibi non metuendum, quia Romæ vivere times. At*, inquit ille: *si in Gyarum mittar?* &c.

Ibid.

Ibid. Ἂν σοι τοιῇ, ἀπελαύσῃ. „Lego ἐν σοι δοκῇ, *si visum tibi fuerit.* Etsi, cum sæpius hæc loquendi forma occurrat, dubitari potest, an sit aliquis Epicteti *Hellenismus.*" WOLFIUS. — „Ἂν σοι τοιῇ, Angl. *if it makes for you.* Eándem loquendi formulam vide III. 8, 6." VPTON. Rursus IV. 1, 108. Gallice diceres: *si cela fait votre affaire; si cela vous accommode.*

Vers. 23. ἀνέρχῃ, *Romam proficiscaris,* Vide Not. ad I. 10, 2.

Ibid. μικρότερά ἐστι τῆς παρασκευῆς. Conf. I. 30, 6 sq.

Ibid. γεροντίῳ. Vide I. 9, 10. not.

Ibid. πολλοῦ ἀξίῳ. πολλῷ ἀξίῳ pc.

Vers. 24. ἐκλείψεις τῆς διατρίσεως μέμνησο. „Vide I. 22, 10. II. 2, 14. II. 5, 4." VPTON.

Ibid. καὶ τὰ οὐ σά. „Ita exhibet noster codex. Vulgo καὶ οὐ τὰ σά." VPTON. Et vulgatum ferri poterat, quod tuentur pabc. Transposita vero verba jam ante Vptonum voluerat Meibom.

Vers. 25. ἂν ἴσην αὐτὴν ἐν ἑκατέρᾳ φυλάξαι θέλῃς. Præpositionem ἐν ignorant vulgo omnes, quam necessario adjiciendam putavi. Extrusa erat a terminatione vocis præcedentis: cujus erroris passim apud Polybium exempla observavimus. Vide Lexic. Polyb. in voce Ἐν. num. 8.

Vers. 26. ὅταν ἐν φυλακῇ δυνώμεθα ταιᾶνας γράφειν. „Scripsit Socrates in carcere Προοίμιον εἰς τὸν Ἀπόλλω, uti vocat Plato in Phædone. Diogenes Laërt. in vita Socratis, sect. 42. Ἀλλὰ καὶ παιᾶνα κατά τινας ἐποίησεν, οὗ ἡ ἀρχή·

Δῆλι' Ἄπολλον, χαῖρε, καὶ Ἄρτεμι, παῖδε κλεεινώ." VPTON.

Vers. 27. Θέλεις. Sic recte restituit Vpt. ex ed. Ven. cum mendis. Temere Θέλοις ed. Bas. & sqq. de quo corrigendo monuerat etiam Salmasius.

Ibid. ἀναγνῶ σοι. ἀναγνώσω σοι pc. Perinde est. Pro ταιᾶνας, & hîc, & paulo ante, ταιάνας pen acute scripsit pc.

Ibid. ἐν τούτοις γάρ μοι ἐστίν; Ἐν τίσιν οὖν; Ἀποθνήσκειν μέλλω. Mendose μέλω sola ed. Bas. In distinguenda oratione variant. Veneta sic habet: ἐν τούτοις γάρ μοι ἐστίν. ἐν τίσιν οὖν, ἀποθνήσκειν μέλλω. Basileensis & reliquæ ante Vptonum: ἐν τούτοις γάρ μοι ἐστὶν,

ἐστὶν, ἐν τίσιν οὖν ἀποθνήσκειν μέλλω. Quæ tam multa Græca verba WOLFIVS in versione his paucis latinis complexus est: *in capitis periculo sum*; in Notis autem monuit: „Pro ἐν τίσιν οὖν ἀποθνήσκειν μέλλω, legendum fortasse οἷς ἐναποθνήσκειν μέλλω." — „Sed fortasse interpungendum post ἐστίν, (inquit SHAFTESBVR.) & legendum ἐν τίσιν οὖν; interrogative." — Nos VPTONVM secuti sumus; qui ait: „In contextum recepi distinctionem quam exhibet noster codex." — Tum vero sic pergit idem VPTONVS: „Post ἐν τούτοις γάρ μοι ἐστίν; supple παιᾶνας γράφειν. *In his igitur mihi licet* Pæanas scribere, *ut Socrates?*" — At proxime non de *scribendis*, sed de *audiendis* pæanibus agebatur. Supplendum igitur: *in his igitur malis mihi-ne licet te pæanas prælegentem audire?* Nisi affirmative (non negative) accipienda sunt illa, ἐν τούτοις γάρ μοι ἐστὶν, scil. τὰ πράγματα, *nam in his malis sunt, mea res.* Quod tamen non urgeam.

CAPVT VII.

TIT. Πῶς μαντευτέον. „Confer Enchir. c. 32. [c. 39. e rec. Wolf.] & Xenoph. Ἀπομνημ. lib. I. c. 1. §. 8. Scripsit hac de re Cicero. Nam tota fere veterum in divinatione versabatur publica religio: quam Epicurei deridebant. Ipse Socrates μαντικῇ χρώμενος οὐκ ἀφανὴς ἦν, ut ait Xenoph. in initio Ἀπομν. Zosimus lib. II. p. 104. de Constantino dicit, eum primum initium impietatis fecisse, divinationem suspectam habendo: τῆς ἀσεβείας τὴν ἀρχὴν ἐποιήσατο, τὴν μαντικὴν ἔχειν (lego ἔχων) ἐν ὑποψίᾳ." VPTON.

Vers. 3. ἐν δὲ καὶ ἀποθανεῖν. „Sic Hector apud Homer. Il. μ'. 243. alloquitur Polydamanta:.

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος, ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης.

Cicero de Senect. [cap. 4.] Magnumque cum esset (Q. Fabius Maximus,) *dicere ausus est, optimis auspiciis ea geri, quæ pro reipublicæ salute gererentur: quæ contra remp. ferrentur, contra auspicia ferri.*" VPTON.

Ibid. οὐκ ἔχω τὸν μάντιν ἔσω. „Lucan. IX. 572.

Scimus, & hæc nobis non altius inferet Ammon.
Hæremus cuncti superis; temploque tacente,
nil facimus non sponte Dei: nec vocibus ullis
numen eget; dixitque semel nascentibus auctor
quicquid scire licet."

VPTON.

Vers.

Vers. 4. ἀλλ' ἀνέχομαι λέγοντός σοι, Συμφέρει σοι; Sic, cum interrogatione, cujus signum aberat, scribenda haec esse monuit VPTONVS, in hanc sententiam: „*Ait eum fero, cum dicit, Hoc tibi conducibile?* — Cui in contextu obsecutus sum.

Vers. 5. Τί γάρ ἐστι &c. Ante Vptonum ita haec edebantur: Τί γάρ ἐστι συμφέρον; οἶδε τί ἐστιν ἀγαθόν; εἰ δὲ μεμάθηκεν ὥσπερ &c. Hinc WOLFIVS ad verba εἰ δὲ μεμάθηκεν notavit: „Fortasse post δὲ distinguendum, εἰ δὲ, scil. οἶδεν, *si vero novit, didicit*: hoc est, non quatenus hariolus aut augur, sed quatenus philosophus est. Sed fortasse rectius sic legetur: οἶδε τί ἐστιν ἀγαθόν; ἢ μεμάθηκεν &c. *Scitne quid sit bonum? aut didicit*, &c." — VPTONVS vero: „Nos, inquit, auctoritatem nostri codicis secuti, textum reformavimus." — Scilicet pro εἰ δὲ, quod ante μεμάθηκεν erat, οἶδε posuit, & orationem ita distinxit, uti nos cum eo facimus. Et consentiunt etiam pabc. nisi quod τί ἀγαθόν habet pb. omisso ibi verbo ἐστιν, quod & percommode ibi abesse potest.

Vers. 6. οὐ σοῦ μέλλω τυνδάνεσθαι. Aberat olim οὐ particula. Hinc WOLFIVS: „σοῦ μέλλω τυνδάνεσθαι; *tene rogem?* interrogative & negative. Sequitur, *cum Grammaticum ignores, Philosophiam scire qui potes?*" — VPTONVS: „Ex nostro codice οὐ inserui; quod melius." — In pb. super σοῦ inter lineas scriptum οὐ, sed id quidem a recentiori manu. Pro μέλλω, perperam & contra mastorum fidem est μέλω in ed. Ven. & Bas.

Vers. 7. Διατί ἐν γραμματικοῖς οὐ λέγεις; ἐνδάδ' οὖν &c. „ἐνδάδ' οὖν, scilicet οἶσθα τὸ ἀληθὲς ἢ τὸ συμφέρον; *Itane hic demum ita eruditus es, ubi* &c." WOLFIVS. — „Ita distingue potius: Διατί; Ἐν γραμματικοῖς οὐ λέγεις· ἐνδάδ' οὖν, ὅταν κ. τ. λ. *Quare? In Grammatica non dicis: hic demum dicis, ubi* &c." VPTON. — Ego in vulgata distinctione cum Wolfio adquievi. Significare videtur, ignarum atque insciam plerumque fuisse hominum genus aruspices. *In Grammaticis dicere nequis, quid bonum sit, quid contra; in his rebus, quae sunt gravissimi momenti, te audiemus?* Sed concisa admodum oratio; & videndum, satisne integra. Neque vero quidquam praesidii offerunt libri.

Vers. 8. Διὰ τοῦτο ἡ γυνὴ καλῶς εἶπεν. „*Recte igitur illa mulier.* Sententia est: recte eam fecisse, quae non eventum timuerit, sed officium fecerit." WOLFIVS.

Ibid.

Ibid. τῇ Γρατίλλῃ. „*Gratilla*, nobilis fœmina, quam ex urbe Italiaque ejecit Domitianus. Vide Plin. Epiſt. II, lib. III. Tacit. in vita Agricolæ, c. 45. *Non vidit Agricola obſeſſam curiam, & clauſum armis ſenatum, & eadem ſtrage tot conſularium cædes, tot* nobiliſſimarum fœminarum *exilia & fugas.*" VPTON.

Ibid. τὸ πλοῖον τῶν ἐπιμηνίων. „Ἐπιμήνια, *ſervorum* ſunt *cibaria*, *demenſa*. Gloſſar. *Epimenia*, xenia quæ dabantur per ſingulos menſes. Juvenal. Sat. VII. 120.

Aut veteres, *Maurorum* epimenia, *bulbi.*

Sic in hoc loco τὸ πλοῖον τῶν ἐπιμηνίων eſt *navis cibariorum*, quæ mittere ſolebat in ſingulos menſes mulier quædam Gratillæ exuli. Vide Salmaſ. de Vſuris, p. 164. Cæterum τὸ πλοῖον lectio eſt noſtri codicis; alii πλοῖον perperam exhibent." VPTON. Apud Polybium XXXI. 20, 13. & cap. 22, 12. τὰ ἐπιμήνια ſunt *cibaria* ſive *commeatus* quibus inſtructa erat navis, qua Demetrius Roma in Syriam vectus eſt. Itaque de *quovis adparatu cibariorum navi impoſito* intelligi illud vocabulum poteſt. Aliàs τὰ ἐπιμήνια ſunt *menſtruæ ſacrificia*, ut notarunt Lexicographi. In mendoſum πλοῖον, pro πλοῖον, conſentiunt pabc. quem errorem notaverat Meibom.

Ibid. κατὰ τὸν εἰκόνα. „Pro κατὰ τὸν εἰκόνα, lego κατὰ τῶν εἰκόνων, vel πρὸς τὸν εἰκόνα." WOLFIVS. Rarus utique atque inſolens uſus præpoſitionis κατὰ τὸν εἰκόνα, ſive interpreteris *ad eum qui dixerat*, ſive *cum dixiſſet aliquis.*

Ibid. Δομετιανός. Δομετιανὸς pab. etiamque pc. a prima manu: non male; ſolent enim ſic Græci.

Ibid. ἢ ἐγὼ μὴ πέμψω. Caret μὴ pb.

Verſ. 9. ἐπὶ τὸ συνεχῶς μανθάνεσθαι. „Ms. Par. ἐπὶ τοῦτο. Forſan ἐπὶ τοῦτο τό." VPTON. ἐπὶ τοῦτο habet pa. ἐπὶ τό pbc. cum edd.

Ibid. ἐκπλυνούμεθα. Corrupte ἐκπυνούμεθα pc.

Ibid. Ναὶ, κύριε, ὡς ἡ τύχη θέλει. „*Recte domine, ut fortuna vult.* Videntur verba eſſe conſultoris, animi æquitatem præ ſe ferentis, cum is ſpe & metu ſit attentus." WOLFIVS. „Ms. Pariſ. ὡς ἡ τύχη φέρει." VPTON. — Immo vero φέρει hoc loco nullus habet e Pariſinis codicibus: ſed paulo inferius (vſ. 10.) pro ἀπελθεῖν θέλει, per librarii oſcitantiam ἀπελθεῖν φέρει ſcriptum eſt in codice noſtro *pa.* qui eſt idem ille *Ms. Pariſ.*

Pariſ. a quo excerptæ nonnullæ lectiones communicatæ erant Vptono. Iſta ſcriptura nunc hic ad alienum locum relata eſt, ſive Vptoni errore, ſive ejus viri qui lectiones e codice excerpſit.

Ibid. ἐμπαλζόυσιν ἡμῖν. „*Illudunt nobis;* ſcilicet optima quæque & jucundiſſima falſo pollicendo, aut etiam vanos terrores augendo.“ WOLF.

Verſ. 10. Poſt τί οὖν olim nudum comma ponebant; pro ἔρχεσθαι vero, ἄρχεσθαι dabant ante Vptonum editiones omnes. Sed WOLFIVS: „Τί οὖν; δεῖ δίκα ἐρέξως ἔρχεσθαι &c. *Quid ergo?* ſcil. agendum. Subjectio ſequitur: *Veniendum eſt* &c.“ — „Recte: nam ſic infra, [vſ. ſeq.] & in Enchir. [c. 32, 2. cap. 39. e recenſ. Wolf.]“ COM. SHAFTESB. „Noſter codex ἔρχεσθαι. Alii ἄρχεσθαι. Edit. Salmant. * ἄρχεσθαι, & in marg. * ἔρχεσθαι.“ VPTON. ἄρχεσθαι pabc. cum edd. ante Vpt. Mox vero iidem noſtri codd. (vſ. 11.) conſentiunt in ἐπὶ τὸν θεὸν ἔρχεσθαι, ubi ed. Ven. quidem rurſus mendoſe ἄρχεσθαι habet, ſed id correctum in ed. Baſ. & ſeqq.

Ibid. ποτέρα τῶν ὁδῶν φέρει, *utra via ducat;* intellige οἱ τείνει, *eo quo tendit.* Sic mox ἡ ὁδὸς φέρουσα, *via ducens*, nempe *eo quo tendimus;* id eſt, *recta via.*

Ibid. οὐκ ἔχων ὄρεξιν πρὸς τὸ τὴν δεξιὰν μᾶλλον φέρειν, ἢ τὴν ἀριστεράν. *non cupiens, ut dextra potius via eo quo vult ducat, quam ut ſiniſtra.* Vulgo omnes (edd. & mſſti) πρὸς τὴν δεξιὰν μᾶλλον, absque τὸ. Adoptavi vero VPTONI conjecturam, ſcribentis: „Forte πρὸς τὸ τὴν δεξ.“ —

Verſ. 11. ἵνα τοιαῦτα μᾶλλον ἡμῖν δεικνύουσιν. Vulgo omnes ἵνα ταῦτα. Sed τοιαῦτα habebat Vptoni codex, quod præferendum putavi; cui mox reſpondet οἷα ἐνδείκνυνται. Noſtri quidem pabc. vulgatum tenent, ταῦτα.

Ibid. ἀλλ' οἷα ἐνδείκνυνται, τούτων τὰς φαντασίας δεχόμενοι. „*Sed ut rerum ſpecies, quales exhibentur*, oculi *excipientes, eas nobis oſtendant.*“ Sic græca iſta interpretatur Vptonus in Notis, minus perſpicue, minusque ex veritate, quam in contextu fecerat, ubi Wolfii tenuit verſionem hanc, *ſed quas res demonſtrarint, earum imagines accipimus.* Nempe δεχόμενοι non ad *oculos*, ſed ad *nos* refertur, ſicut præcedens παρακαλοῦμεν. ἐνδείκνυνται autem active ſignificat; οἷα ἐνδείκνυνται, ſcil. ἡμῖν οἱ ὀφθαλμοί.

Verſ.

Vers. 12. „Νῦν δὲ τρέμοντες τὸ ὀρνιθάριον κρατοῦμεν. Κρατεῖν τὸ ὀρνιθάριον, *tenere aviculam*, sitne cæremonia aliqua magica, ignoro. Quid vero, si pro κρατοῦμεν legas ἱστατεῦμεν? *Nunc aviculam metuentes, vacillamus, parum nobis constamus.* Aut ἀσφαλατεῦμεν, vellemus nos aviculam consectari, & in nostras partes traducere posse.“ WOLFIVS. — „Ὀρνιθάριον κρατοῦμεν, *augurium captamus.* κρατεῖν, est *prehendere, captare.* Et ὀρνιθάριον dictum puto festive, ut mos est Epicteti, pro οἰωνὸν seu οἰώνισμα.“ VPTON. Rursus IDEM *in Indice*: „Ὀρνιθάριον, *avicula.* Quemadmodum Græci dicunt ὄρνις & οἰωνός, de *ave*, ex cujus volatu aut garritu augurari solebant: sic ὀρνιθάριον accipio pro ipso *augurio*; nam, quo ridiculum magis appareat, utitur Epictetus diminutivo.“ —

Vocabulum οἰωνὸς pro *augurio* vel *auspicio* usurpari, scio; ὀρνιθάριον eodem modo dici posse, dubito: & magis etiam dubito, ὀρνιθάριον κρατεῖν, pro *augurium capere*, dici græce potuisse. τὸ ὀρνιθάριον vel *pullum gallinaceum* intelligere par est, ex eo genere quo ad auspicia capienda usos esse Romanos novimus; vel omnino *volucrem* quemvis, e cujus volatu voceque auspicium capitur. Et quoniam non nimis honorifice nunc auspiciorum meminit Epictetus, diminutivo utitur, ut solet. In verbo κρατοῦμεν vero mendam latere suspicor, ac pæne persuasum habeo. Sane admodum probabile mihi videtur, τὸ ὀρνιθάριον τηροῦμεν scripsisse Arrianum; *nunc vero aviculam trepidantes observamus.* — Hæc scripseram, quum inspecto nostro codice pb. edoctus sum, non in verbo κρατοῦμεν, sed in præcedente nomine errorem inesse. Nempe, pro vulgato τὸ ὀρνιθάριον, τὸν ὀρνιθάριον dat ille codex, quod non cunctatus sum in contextu reponere. Quamquam vero nusquam alibi, quod sciam, vocabulum illud, ὁ ὀρνιθάριος, legitur; tamen intelligi par est, id quod & analogia grammatica facile patitur, isto nomine *pullarium* nunc insigniri, sive quemvis *augurem*, quem rogamus ut augurium pro nobis captet. τὸν ὀρνιθάριον κρατοῦμεν, *augurem manu prehendimus, manu tenemus.* Ad eumdem augurem refertur illud αὐτοῦ, δεόμεθα αὐτοῦ, *rogamus illum.* Ad eumdem denique convertuntur illa verba, Κύριε ἐλέησον. κρατεῖν, cum accusativo casu, est *prehendere, firmiter tenere*, cum apud alios scriptores, tum apud Polybium, & frequenter inprimis in libris Novi Testamenti; & quidem

Vers. 12. *εἰ οὖν αἴσθησιν εἶχον.* „Ita Cicero, fortasse quoque ex ipso Chrysippo, de Fin. V. 14. *At vero si ad vitem sensus accesserit*, &c.“ VPTON.

Ibid. *ἐπὶ σταχύων.* Temere *περὶ*, pro *ἐπὶ*, pc.

Vers. 13. *Οὕτως ἐστέον.* Sic pc. cum edd. Οὕτως ἔστι pab. non male.

Ibid. *μηδὲ θεραπεῦσθαι.* *μὴ θεραπεῦσθαι* pab.

Vers. 14. *εἰ αὐτοὶ ἐσμεν.* „Forsan *τοιοῦτοι ἐσμεν*: & dele interrogationem post *ἀγνοοῦμεν.*“ VPTON. Post *ἀγνοοῦμεν* interrogandi signum posuerat editor Bas. idque tenuere sequentes omnes. Recte delere jussit nunc Vpton in Notis; neque illud agnoscebat Veneta Editio, nec habent pbc. Quod vero *τοιοῦτοι* suspicatus est idem Vptonus, primum *τοιοῦτοι* haud dubie voluerat scribere: tum vero nulla prorsus causa adest, cur minus placeat *εἰ αὐτοὶ*, quod sane percommodum est: *iidem nos sumus, quos & demeti oportet, & qui id ipsum novimus, esse nobis moriendum.* Et in *εἰ αὐτοὶ* recte consentiunt codices omnes.

Ibid. *οὔτε γὰρ ἴσμεν τίνες ἐσμέν.* Rursus post *ἐσμὲν* interrogandi signum temere posuit Basileensis editio; unde WOLFIVS: „*An ignoramus qui simus?* Possunt haec etiam affirmative legi, sine interrogatione. Multi enim se non noverunt, nec meditatas habent res humanas; ideoque sunt queruli. Sed interrogatio est acrior, & magis urget: *oportere nos scire qui simus, & meditatas habere res humanas.*“ Haec ille. SHAFTESBVRIENSIS vero: „Wolfius (inquit) haec etiam interrogative legit: sed & haec & priora potius affirmative legenda credo.“ — Recte; & interrogandi signum, quod ignorabat Veneta editio, sustulerunt rursus editores omnes Basileensi posteriores. Nec interrogationem h. l. agnoscunt pabc.

Ibid. *τὰ ἀνθρώπινα.* Caret *τὰ* pc.

Vers. 15. *Ἀλλὰ Χρυσάνθας μὲν* &c. „Rem narrat ipse Cyrus apud Xenoph. *Κύρου παιδ.* lib. IV. in initio. *Ἐπεὶ δ' ἐγὼ παρηγγύησα ἐπαγάγειν, καλέσας ὀνόματι αὐτὸν, ἀναστησάμενος οὗτος τὴν μάχαιραν, ὡς παίσων πολέμιον, ὑπήκουσέ τε μου εὐθὺς, καὶ ἀφεὶς ὃ ἔμελλε ποιεῖν, τὸ κελευσθὲν ἔπραττεν.* Cyrus ait, se nominatim Chrysantam compellasse, *ὀνόματι καλέσας.* Sed paulo aliter Epictetus: *σάλπιγξ ἀνακαλούσης.* Nam memoriae confisus haec enarrat.“ VPTON.

Vers.

Verſ. 16. *κλάουσας.* *κλάουσας* ed. Ven. cum pabc. *κλαίουσας* ed. Baſ. &, ſeqq.

Ibid. καὶ περιστάσεις αὐτὰ καλοῦνται. „Quia hæc ab etymologia Græca pendent, latine reddi non poſſunt. *περιστάσεις*, verbum verbo ſi exprimas, *circumſtantias* ſignificat; ſed capitur *ἀντὶ στενοχωρίας καὶ συμφορᾶς*, pro *angustiis & calamitatibus.*“ WOLFIVS „*περιστάσεις*, *pericula*, *rerumque difficultates*, quæ hominem quaſi *circumſtare* videantur, atque ita circumſcribere, ut vix vixque evadere poſſit.“ VPTON. *in Ind.* — Græca verba hujus loci in Notis citans Wolfius, *καλοῦμεν* pro *καλοῦντες* ſcripſit, non deliberato, ut puto; ſed fugiente oculo calamoque aliud pro alio ſcribens. Sane in *καλοῦνται* recte libri omnes conſentiunt.

Verſ. 18. *τροχός.* „Τροχὸς, *rota*; ſupplicii genus apud veteres. Vide Suidam in voce. Cic. Tuſc. Diſp. [V. 9.] *In eo etiam* [libro, Theophraſtus] *putatur dicere, in* rotam (*id eſt genus quoddam tormenti apud Græcos*) *beatam vitam non aſcendere.*“ VPTON. *in Not. ad* IV. 13, 22. quo loco rurſus *τροχοῦ* fit mentio. De eodem vero tormenti ac ſupplicii genere conſule quæ notavit Davisius ad Cic. l. c. & Elmenhorſt. ad Apulei. lib. III. cap. 48.

Ibid. τί σοι μέλει ποίᾳ ὁδῷ καταβῇς εἰς ᾅδου. Ante Vptonum *ποίᾳ ὁδῶν* edebatur, minus recte. Nam ad genitivum deſiderabatur articulus *τῶν*, velut II. 7, 10. *ποτέρᾳ τῶν ὁδῶν.* Itaque bene fecit VPTONVS, quod codicis ſui præſcriptum eſt ſecutus: „Noſter codex (inquit) *ὁδῷ.* Confer autem ſupra, II. 5, 14. Sic apud Stobæum, Serm. XXXVIII. [p. 233.] *ἢ οὐ πανσανίου, φησὶν ὁ Ἀριστίππος, ἴσῃ καὶ ὁμοία ἡ εἰς ᾅδου ὁδός*; Anaxagoras apud Laërt. II. 11. *Πανσανίου, ἔφη, ὁμοία ἐστὶν ἡ εἰς ᾅδου κατάβασις. Præclare Anaxagoras, qui, cum Lampſaci moreretur, quærentibus amicis, vellentne Clazomenas in patriam, ſi quid accidiſſet, auferri; Nihil neceſſe eſt, inquit; undique enim ad inferos tantundem viæ eſt.* Cic. Tuſc. Diſp. I. 43. Epigramma incerti authoris in Anthol.

Εἰς ἄϊδην ἰθεῖα κατήλυσις, εἴ τ' ἀπ' Ἀθηνῶν
στείχεις, (l. στείχῃς,) εἴ τε νέους νεύσεαι ἐκ Μαράθης·
Μή σε γ' ἀνιάτω πάτρης ἄπο τῆλε θανόντα·
πάντοθεν ὁ Φέρων εἰς ἄϊδην ἄνεμος.“

VPTON. De re monuit WOLFIVS: „Fortiter quidem haec dicuntur: sed cum ad rem ventum est, vereor ne magnifica ista verba evanescant.“ — Vide eumdem ad II. 5, 14. In ὁδῷ cum Vptono consentiunt pabc.

Vers. 19. *συνδομετέρα, ἣν πέμπει ὁ τύραννος.* „Vide Xenoph. in Apol. Socr. sect. 7.“ VPTON.

Ibid. οὐδεὶς τύραννος ἔξ μηδί τινα ἔσφαξε. „Non ille quidem sex mentibus cervices aut jugulum ferire potest, sed pluribus annis sic excarnificare potest, ut quivis dies sit morte acerbior. Id quod D. Methodio accidisse, in sepulcrum cum latronibus concluso, ubi cadaverum foetorem ferret caeterasque sordes, Zonaras noster scribit.“ WOLFIVS.

Ibid. ψόφος ἐστὶ ταῦτα πάντα. „Seneca Epist. 24. *Illud ante omnia memento, demere rebus tumultum, ac videre quid in quaque re sit.*“ VPTON.

Ibid. νεανῶν. *καινῶν* pbc. frequenti librariorum errore.

Vers. 20. *Τῇ κεφαλῇ κινδυνεύω ἐπὶ Καίσαρος.* Si verum est *ἐπὶ*, (in quo nihil quidem variant libri,) recte Wolfius verterit *apud Caesarem;* quemadmodum accusari aliquis dicitur aut causam dicere *ἐπί τινος, apud aliquem.* Sed vide, ne *ὑπὸ Καίσαρος* sit legendum, *vel ἀπὸ Καίσαρος, imminet mihi capitis periculum a Caesare.* Simili in phrasi *ὑπὸ* pro *ἐπὶ* legendum videri apud Polybium I. 36, 3. monui ibi in Adnot. Agitur h. l. de juvene Philosopho, Nicopoli ex Epicteti schola Romam redeunte, & Domitiani Caesaris iram in Philosophos timente, ut jam ad initium hujus cap. monui.

Ibid. Ὅταν διαπλέῃς τὸν Ἀδρίαν. „Adria seu Adriaticum mare tempestuosum describitur. Horat. Carm. I. 33.

Libertina fretis acrior Adriae
curvantis Calabros sinus.

& III. 9.

— — — *Improbo*
iracundior Adria.“

VPTON. „*Inquietum* vocat Horat. lib. III. Od. 3. Vide & lib. III. Od. 27.“ IDEM *in Ind.* Caeterum in recto casu ὁ Ἀδρίας dicitur, scil. κόλπος, non ὁ Ἀδρία, ut in Indice scripsit Vptonus. Vide Ind. Histor. & Geograph. in Polyb. voce *Adriaticum mare.*

Ibid. τὴν κινδυνεύεις; οὐ τῇ κεφαλῇ; Ante Vptonum *τί κινδυνεύεις* edebatur; & post *κεφαλῇ* non interrogandi signum ponebatur, sed nudum comma, ut ista cohaererent,

rent, οὐ τῇ κεφαλῇ, ἀλλ' ὑπολήψει κινδυνεύω. Quam distinguendi rationem cum VPTONVS etiam in contextu tenuisset, monuit idem in Notis: „A vitiosa interpunctione laborat hic locus, quem sic lege: Τίνι (sic noster codex: vulgo τί) κινδυνεύεις; οὐ τῇ κεφαλῇ. Ἀλλὰ τῇ ὑπολήψει κινδυνεύω. Τῇ σῇ; πῶς; τίς γὰρ σε κ. τ. λ. Sic de Græco Anglice reddidi: *My life is in danger under Cæsar. And am not I in danger, who dwell in Nicopolis, where so many earthquakes are? Or, when thou thyself crossest the Adriatic, what then is in danger? is not thy life? Ay, but my opinions and my sentiments are in danger. Thy opinions? how so? who can compel thee to have any opinion contrary to thy own will?* &c." — τί κωλ. habent nostri codd. ut olim vulgatum erat.

Vers. 21. Ἀλλὰ καὶ τῇ ὑπολήψει κινδυνεύω. Particulam καὶ, cum abesset vulgo, opportune dedit noster codex pc. Eamdem haud dubie etiam habebat Vptoni codex; sed alieno loco eam inseruit hic editor, paulo post sic scribens, Ἀλλὰ καὶ τῇ ἀλλοτρίᾳ, ubi recte eam particulam libri omnes ignorant: quare illo quidem loco, quem ei Vptonus tribuerat, ejeci. Quam ibi *alienam opinionem* dicit Epictetus, significat *aliorum de nobis opinionem.*

Ibid. τὰ ψεύδη. τὰ ψευδῆ malebam; nam ad substantivum ψεύδη minus commode in hac connexione adjectus articulus videbatur. Sed in vulgatam scripturam consentiunt libri.

Vers. 22. Ἀλλαχοῦ εἶναι ἢ ἐν Ῥώμῃ. Cum abesset olim particula ἢ, hæc notavit ad hunc locum WOLFIVS: „Ἀλλαχοῦ εἶναι, ἐν Ῥώμῃ; *vel. Alibi esse. Romæ? Sic.* Fortasse ἀλλαχοῦ εἶναι ἢ ἐν Ῥώμῃ, *alibi esse quam Romæ?* Difficile & molestum fuit civi, aut assueto magnificentiæ Romanæ, carere urbis aspectu." — „Noster codex firmat Wolfii conjecturam;" at VPTONVS, qui particulam illam adjecit, in quo consentientem habet nostrum eod. ph. De adjicienda eadem particula monuerat etiam Salmasius. Cæterum sic ratiocinatur Epictetus: *Τί μεταις, inquit, Romæ vivere; timens scilicet, ne in exsilium mittaris. Atqui ipsum hoc, exsulare, quid est aliud, quam alibi vivere quam Romæ? Ergo tibi non metuendum, quia Romæ vivere times. At, inquit ille: si in Gyarum mitter?* &c.

Ibid.

Ibid. "Αν σοι τοιῇ, ἀπελαύσῃ. „Lego ἂν σοι δοκῇ, *si visum tibi fuerit.* Etsi, cum sæpius hæc loquendi forma occurrat, dubitari potest, an sit aliquis Epicteti διατρεμός." WOLFIUS. — „"Αν σοι τοιῇ, Angl. *if it makes for you.* Eandem loquendi formulam vide III. 8, 6." VPTON. Rursus IV. 1, 108. Gallice diceres: *si cela fait votre affaire; si cela vous accommode.*

Vers. 23. ἀνάρχῃ, *Romam proficiscaris,* Vide Not. ad I. 10, 2.

Ibid. μικρότερά ἐστι τῆς παρασκευῆς. Conf. I. 30, 6 sq.

Ibid. γεροντίῳ. Vide I. 9, 10. not.

Ibid. πολλοῦ ἀξίῳ. πολλῷ ἀξίῳ pc.

Vers. 24. ἀναίνης τῆς διατρέσεως μέμνησο. „Vide I. 22, 10. II. 2, 14. II. 5, 4." VPTON.

Ibid. καὶ τὰ οὐ σά. „Ita exhibet noster codex. Vulgo καὶ οὐ τὰ σά." VPTON. Et vulgatum ferri poterat, quod tuentur pabc. Transposita vero verba jam ante Vptonum voluerat Meibom.

Vers. 25. ἂν ἴσην αὐτὴν ἐν ἑκατέρᾳ φυλάξαι θέλῃς. Præpositionem ἐν ignorant vulgo omnes, quam necessario adjiciendam putavi. Extrusa erat a terminatione vocis præcedentis: cujus erroris passim apud Polybium exempla observavimus. Vide Lexic. Polyb. in voce Ἐν. num. 8.

Vers. 26. ὅταν ἐν φυλακῇ δυνώμεθα ταῖνας γράφειν. „Scripsit Socrates in carcere Προοίμιον εἰς τὸν Ἀπόλλω, uti vocat Plato in Phædone. Diogenes Laërt. in vita Socratis, sect. 42. Ἀλλὰ καὶ παιᾶνα κατά τινας ἐποίησεν, οὗ ἡ ἀρχή·

Δήλι" Απολλον, χαῖρε, καὶ" Αρτεμι, παῖδε λλεινέ." VPTON.

Vers. 27. Θέλεις. Sic recte restituit Vpt. ex ed. Ven. cum mastis. Temere Θέλοις ed. Bas. & sqq. de quo corrigendo monuerat etiam Salmasius.

Ibid. ἀναγνῶ σοι. ἀναγνώσω σοι pc. Perinde est. Pro ταῖνας, & hinc, & paulo ante, ποιήνας penacute scripsit pc.

Ibid. ἐν τούτοις γάρ μοι ἐστίν; Ἐν τίσιν οὖν; Ἀποθνήσκειν μέλλω. Mendose μέλω sola ed. Bas. In distinguenda oratione variant. Veneta sic habet: ἐν τούτοις γάρ μοι ἐστίν. ἐν τίσιν οὖν, ἀποθνήσκειν μέλλω. Basileensis & reliquæ ante Vptonum: ἐν τούτοις γάρ μοι ἐστὶν,

ἐστὶν, ἐν τίσιν οὖν ἀποθνήσκειν μέλλω. Quæ tam multa Græca verba WOLFIVS in versione his paucis latinis complexus est: *in capitis periculo sum*; in Notis autem monuit: „Pro ἐν τίσιν οὖν ἀποθνήσκειν μέλλω, legendum fortasse οἷς ἐναποθνήσκειν μέλλω." — „Sed fortasse interpungendum post ἐστὶν, (inquit SHAFTESBVR.) & legendum ἐν τίσιν οὖν; interrogative." — Nos VPTONVM secuti sumus; qui ait: „In contextum recepi distinctionem quam exhibet noster codex." — Tum vero sic pergit idem VPTONVS: „Post ἐν τούτοις γάρ μοι ἐστὶν; supple παιᾶνας γράφειν. *In his igitur mihi licet* Pæanas scribere, *ut Socrates?*" — At proxime non de *scribendis*, sed de *audiendis* pæanibus agebatur. Supplendum igitur: *in his igitur malis mihi-ne licet te pæanas prælegentem audire?* Nisi affirmative (non negative) accipienda sunt illa, ἐν τούτοις γάρ μοι ἐστὶν, scil. τὰ πράγματα, *nam in his malis sunt, meæ res.* Quod tamen non urgeam.

CAPVT VII.

TIT. Πῶς μαντευτέον. „Confer Enchir. c. 32. [c. 39. e rec. Wolf.] & Xenoph. Ἀπομνημ. lib. I. c. 1. §. 8. Scripsit hac de re Cicero. Nam tota fere veterum in divinatione versabatur publica religio: quam Epicurei deridebant. Ipse Socrates μαντικῇ χρώμενος οὐκ ἀφανὴς ἦν, ut ait Xenoph. in initio Ἀπομν. Zosimus lib. II. p. 104. de Constantino dicit, eum primum initium impietatis fecisse, divinationem suspectam habendo: τῆς ἀσεβείας τὴν ἀρχὴν ἐποιήσατο, τὴν μαντικὴν ἔχειν (lego ἔχων) ἐν ὑποψίᾳ." VPTON.

Vers. 3. ἂν δὲ καὶ ἀποθανεῖν. „Sic Hector apud Homer. Il. μ'. 243. alloquitur Polydamanta:

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος, ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης.

Cicero de Senect. [cap. 4.] *Magnumque cum esset (Q. Fabius Maximus,) dicere ausus est, optimis auspiciis ea geri, quæ pro reipublicæ salute gererentur: quæ contra remp. ferrentur, contra auspicia ferri.*" VPTON.

Ibid. οὐκ ἔχω τὸν μάντιν ἔσω. „Lucan. IX. 572.

Scimus, & hæc nobis non altius inseret Ammon.
Hæremus cunctis superis; temploque tacente,
nil facimus non sponte Dei: nec vocibus ullis
numen eget; dixitque semel nascentibus auctor
quicquid scire licet."

VPTON.

Vers.

Vers. 4. ἀλλ' ἀνέχομαι λέγοντός σοι, Συμφέρει σοι; Sic, cum interrogatione, cujus signum aberat, scribenda haec esse monuit VPTONVS, in hanc sententiam: „*Ait eum fero, cum dicit, Hoc tibi conducibile?* — Cui in contextu obsecutus sum.

Vers. 5. Τί γάρ ἐστι &c. Ante Vptonum ita haec edebantur: Τί γάρ ἐστι συμφέρον; οἶδε τί ἐστιν ἀγαθόν; εἰ δὲ μεμάθηκεν ὅστερ &c. Hinc WOLFIVS ad verba εἰ δὲ μεμάθηκεν notavit: „Fortasse post δὲ distinguendum, εἰ δὲ, scil. οἶδεν, *si vero novit, didicit*: hoc est, non quatenus hariolus aut augur, sed quatenus philosophus est. Sed fortasse rectius sic legetur: οἶδε τί ἐστιν ἀγαθόν; ἢ μεμάθηκεν &c. *Scitne quid sit bonum? aut didicit*, &c." — VPTONVS vero: „Nos, inquit, auctoritatem nostri codicis secuti, textum reformavimus." — Scilicet pro εἰ δὲ, quod ante μεμάθηκεν erat, οἶδε posuit, & orationem ita distinxit, uti nos cum eo facimus. Et consentiunt etiam pabc. nisi quod τί ἀγαθόν habet pb. omisso ibi verbo ἐστιν, quod & percommode ibi abesse potest.

Vers. 6. οὐ σοῦ μέλλω τυνθάνεσθαι. Aberat olim οὐ particula. Hinc WOLFIVS: „σοῦ μέλλω τυνθάνεσθαι; *tene rogem?* interrogative & negative. Sequitur, *cum Grammaticum ignores, Philosophiam scire qui potes?*" — VPTONVS: „Ex nostro codice οὐ inserui; quod melius." — In pb. super σοῦ inter lineas scriptum οὐ, sed id quidem a recentiori manu. Pro μέλλω, perperam & contra mastorum fidem est μέλω in ed. Ven. & Bas.

Vers. 7. Διατί ἐν γραμματικοῖς οὐ λέγεις; ἐνθάδ' οὖν &c. „ἐνθάδ' οὖν, scilicet οἶσθα τὸ ἀληθὲς ἢ τὸ συμφέρον; *Itane hic demum ita eruditus es, ubi* &c." WOLFIVS. — „Ita distingue potius: Διατί; Ἐν γραμματικοῖς οὐ λέγεις· ἐνθάδ' οὖν, ὅταν κ. τ. λ. *Quare? In Grammatica non dicis: hic demum dicis, ubi* &c." VPTON. — Ego in vulgata distinctione cum Wolfio adquievi. Significare videtur, ignarum atque insciam plerumque fuisse hominum genus aruspices. *In Grammaticis dicere nequis, quid bonum sit, quid contra; in his rebus, quae sunt gravissimi momenti, te audiemus?* Sed concisa admodum oratio; & videndum, satisne integra. Neque vero quidquam praesidii offerunt libri.

Vers. 8. Διὰ τοῦτο ἡ γυνὴ καλῶς εἶπεν. „*Recte igitur illa mulier.* Sententia est: recte eam fecisse, quae non eventum timuerit, sed officium fecerit." WOLFIVS.

Ibid.

Ibid. τῇ Γρατίλλῃ. „*Gratillæ*, nobilis fœmina, quam ex urbe Italiaque ejecit Domitianus. Vide Plin. Epist. II, lib. III. Tacit. in vita Agricolæ, c. 45. *Non vidit Agricola obsessam curiam, & clausum armis senatum, & eadem strage tot consularium cædes, tot* nobilissimarum *fœminarum exilia & fugas.*" VPTON.

Ibid. τὸ πλοῖον τῶν ἐπιμηνίων. „Ἐπιμήνια, *servorum* sunt *cibaria*, *demensa*. Glossar. *Epimenia*, xenia quæ dabantur per singulos menses. Juvenal. Sat. VII. 120.

Aut veteres, *Maurorum* epimenia, *bulbi.*

Sic in hoc loco τὸ πλοῖον τῶν ἐπιμηνίων est *navis cibariorum*, quæ mittere solebat in singulos menses mulier quædam Gratillæ exuli. Vide Salmas. de Vsuris, p. 164. Cæterum τὸ πλοῖον lectio est nostri codicis; alii πλεῖον perperam exhibent." VPTON. Apud Polybium XXXI. 20, 13. & cap. 22, 12. τὰ ἐπιμήνια sunt *cibaria* sive *commeatus* quibus instructa erat navis, qua Demetrius Roma in Syriam vectus est. Itaque de *quovis adparatu cibariorum navi* impositō intelligi illud vocabulum potest. Aliàs τὰ ἐπιμήνια sunt *menstruus sacrificia*, ut notarunt Lexicographi. In mendosum πλεῖον, pro πλοῖον, consentiunt pabc. quem errorem notaverat Meibom.

Ibid. κατὰ τὸν εἰπόντα. „Pro κατὰ τὸν εἰπόντα, lego κατὰ τῶν εἰπόντων, vel πρὸς τὸν εἰπόντα." WOLFIVS. Rarus utique atque insolens usus præpositionis κατὰ τὸν εἰπόντα, sive interpreteris *ad eum qui dixerat*, sive *cum dixisset aliquis.*

Ibid. Δομιτιανός. Δομετιανὸς pab. etiamque pc. a prima manu: non male; solent enim sic Græci.

Ibid. ἢ ἐγὼ μὴ πέμψω. Caret μὴ pb.

Vers. 9. ἐπὶ τὸ συνεχῶς μανθάνεσθαι. „Ms. Par. ἐπὶ τοῦτο. Forsan ἐπὶ τοῦτο τό." VPTON. ἐπὶ τοῦτο habet pa. ἐπὶ τό pbc. cum edd.

Ibid. ἐπευθυσώμεθα. Corrupte ἐπευθυσώμαθα pc.

Ibid. Ναὶ, κύριε, ὡς ἡ τύχη θέλει. „*Recte domine, ut fortuna vult.* Videntur verba esse consultoris, animi æquitatem præ se ferentis, cum is spe & metu sit attentus." WOLFIVS. „Ms. Paris. ὡς ἡ τύχη φέρει." VPTON. — Immo vero φέρει hoc loco nullus habet e Parisinis codicibus: sed paulo inferius (vs. 10.) pro ἐπελθεῖν θέλει, per librarii oscitantiam ἐπελθεῖν φέρει scriptum est in codice nostro pa. qui est idem ille *Ms. Paris.*

Paris. a quo excerptae nonnullae lectiones communicatae erant Vptono. Ista scriptura nunc hic ad alienum locum relata est, sive Vptoni errore, sive ejus viri qui lectiones e codice excerpsit.

Ibid. ἐμπαίζουσιν ἡμῖν. „*Illudant nobis;* scilicet optima quaeque & jucundissima falso pollicendo, aut etiam vanos terrores augendo.“ WOLF.

Vers. 10. Post τί οὖν olim nudum comma ponebant; pro ἔρχεσθαι vero, ἄρχεσθαι dabant ante Vptonum editiones omnes. Sed WOLFIVS: „Τί οὖν; δεῖ δίκαι ὁρίζοντας ἔρχεσθαι &c. *Quid ergo?* scil. agendum. Subjectio sequitur: *Veniendum est* &c.“ — „Recte: nam sic infra, [vs. seq.] & in Enchir. [c. 32, 2. cap. 39. e recens. Wolf.]“ COM. SHAFTESB. „Noster codex ἔρχεσθαι. Alii ἄρχεσθαι. Edit. Salmant. * ἄρχεσθαι, & in marg. * ἔρχεσθαι.“ VPTON. ἄρχεσθαι pabc. cum edd. ante Vpt. Mox vero iidem nostri codd. (vs. 11.) consentiunt in ἐπὶ τὸν θεὸν ἔρχεσθαι, ubi ed. Ven. quidem rursus mendose ἄρχεσθαι habet, sed id correctum in ed. Bas. & seqq.

Ibid. ποτέρᾳ τῶν ὁδῶν φέρει, *utra via ducat;* intelige οἱ τείνει, *eo quo tendit.* Sic mox ἡ ὁδὸς φέρουσα, *via ducens*, nempe *eo quo tendimus;* id est, *recta via.*

Ibid. οὐκ ἔχων ὄρεξιν πρὸς τὸ τὴν δεξιὰν μᾶλλον φέρειν, ἢ τὴν ἀριστερὰν. *non cupiens, ut dextra potius via eo quo vult ducat, quam ut sinistra.* Vulgo omnes (edd. & mssti) πρὸς τὴν δεξιὰν μᾶλλον, absque τὸ. Adoptavi vero VPTONI conjecturam, scribentis: „Forte πρὸς τὸ τὴν δεξ.“ —

Vers. 11. ἵνα τοιαῦτα μᾶλλον ἡμῖν δεικνύουσιν. Vulgo omnes ἵνα ταῦτα. Sed τοιαῦτα habebat Vptoni codex, quod praeferendum putavi; cui mox respondet οἷα ἐνδείκνυνται. Nostri quidem pabc. vulgatum tenent, ταῦτα.

Ibid. ἀλλ' οἷα ἐνδείκνυνται, τούτων τὰς φαντασίας δεχόμενοι. „*Sed ut rerum species, quales exhibentur,* oculi *excipientes, eas nobis ostendant.*“ Sic graeca ista interpretatur Vptonus in Notis, minus perspicue, minusque ex veritate, quam in contextu fecerat, ubi Wolfii tenuit versionem hanc, *sed quas res demonstrarint, earum imagines accipimus.* Nempe δεχόμενοι non ad *oculos*, sed ad *nos* refertur, sicut praecedens παραπαλοῦσας. ἐνδείκνυνται autem active significat; οἷα ἐνδείκνυνται, scil. ἡμῖν οἱ ὀφθαλμοί.

Vers.

Verſ. 12. „Νῦν δὲ τρέμοντες τὸ ὀρνιθάριον κρατοῦμεν. Κρατεῖν τὸ ὀρνιθάριον, *tenere aviculam*, ſitne cæremonia aliqua magica, ignoro. Quid vero, ſi pro κρατοῦμεν legas ἀστατοῦμεν? *Nunc aviculam metuentes, vacillamus, parum nobis conſtamus.* Aut ἀσφαλατοῦμεν, vellemus nos aviculam conſectari, & in noſtras partes traducere poſſe.“ WOLFIUS. — „Ὀρνιθάριον κρατοῦμεν, *augurium captamus.* κρατεῖν, eſt *prehendere, captare.* Et ὀρνιθάριον dictum puto feſtive, ut mos eſt Epicteti, pro οἰωνὸν ſeu οἰωνισμα.“ UPTON. Rurſus IDEM *in Indice*: „Ὀρνιθάριον, *avicula.* Quemadmodum Græci dicunt ὄρνις & οἰωνὸς, de *ave*, ex cujus volatu aut garritu augurari ſolebant: ſic ὀρνιθάριον accipio pro ipſo *augurio*; nam, quo ridiculum magis appareat, utitur Epictetus diminutivo.“ —

Vocabulum οἰωνὸς pro *augurio* vel *auſpicio* uſurpari, ſcio; ὀρνιθάριον eodem modo dici poſſe, dubito: & magis etiam dubito, ὀρνιθάριον κρατεῖν, pro *augurium capere*, dici græce potuiſſe. τὸ ὀρνιθάριον vel *pullum gallinaceum* intelligere par eſt, ex eo genere quo ad auſpicia capienda uſos eſſe Romanos novimus; vel omnino *volucrem* quemvis, e cujus volatu voceque auſpicium capitur. Et quoniam non nimis honorifice nunc auſpiciorum meminit Epictetus, diminutivo utitur, ut ſolet. In verbo κρατοῦμεν vero mendam latere ſuſpicor, ac pæne perſuaſum habeo. Sane admodum probabile mihi videtur, τὸ ὀρνιθάριον τηροῦμεν ſcripſiſſe Arrianum; *nunc vero aviculam trepidantes obſervamus.* — Hæc ſcripſeram, quum inſpecto noſtro codice pb. edoctus ſum, non in verbo κρατοῦμεν, ſed in præcedente nomine errorem ineſſe. Nempe, pro vulgato τὸ ὀρνιθάριον, τὸν ὀρνιθάριον dat ille codex, quod non cunctatus ſum in contextu reponere. Quamquam vero nusquam alibi, quod ſciam, vocabulum illud, ὁ ὀρνιθάριος, legitur; tamen intelligi par eſt, id quod & analogia grammatica facile patitur, iſto nomine *pullarium* nunc inſiguiri, ſive quemvis *augurem*, quem rogamus ut augurium pro nobis captet. τὸν ὀρνιθάριον κρατοῦμεν, *augurem manu prehendimus, manu tenemus.* Ad eumdem augurem refertur illud αὐτοῦ, δεόμεθα αὐτοῦ, *rogamus illum.* Ad eumdem denique convertuntur illa verba, Κύριε ἐλέησον. κρατεῖν, cum accuſativo caſu, eſt *prehendere, firmiter tenere*, cum apud alios ſcriptores, tum apud Polybium, & frequenter inprimis in libris Novi Teſtamenti; & qui-

dem *prehendere*, non ſolum capiendi cauſſa, ſed & quovis alio conſilio. vide Matth. XII. 11. Marc. IX. 27. Apocal. III. 11. &c.

Ibid. Κύριε ἐλέησον. „*Domine, miſerere.* Notiſſima formula, in Chriſtiana eccleſia jam usque a primis temporibus uſurpata.“ VPTON.

Ibid. ἐπίτρεψόν μοι ἐξελθεῖν. „*Permitte mihi exire.* Non ſatis video quid ſibi velint hæc verba; niſi forte ad augurem hæc præ metu & ſolicitudine dicat conſultor, ut liceat exire templo, ad inaugurandum capto.“ WOLFIVS. — „ἐξελθεῖν, ſcil. τῆς περιστάσεως. Vide Marc. [Anton.] lib. IX. ſ. 13. edit. Gatak. Stoicis quid ſit περίστασις, vide ſupra, cap. præc. & lib. I. cap. 24. Vide ſupra in Notis ad II. 5, 23. Eodem modo lib. I. c. 29. & cap. 30. τί δὲ — — ἐν ταῖς περιστάσεσιν. ὅταν οἰσίγε &c. & lib. II. c. 1. rurſus ἀτιμὸν εἰς περίστασιν. Cujus contrarium hoc eſt, ἐξελθεῖν τῆς περιστάσεως.“ COMES SHAFTESBVR. „ἐπίτρεψόν μοι ἐξελθεῖν. Angl. *Suffer me to come off.*“ VPTON. Sic plane II. 5, 23. ubi confer notata.

Verſ. 14. Τί, τὸ ὅσον ἐπὶ σοὶ. „τὸ abeſſe malim. Nam ὅσον ἐπὶ σοι, *quantum in te eſt*, uſurpant Græci. Sed potius legendum, Τί δὲ, ὅσον ἐπὶ σοὶ.“ VPTON. Nil mutant libri. Forte τὸ ἐπὶ σοὶ ſcripſit Arrianus, & ὅσον ex interpretatione irrepſit.

Ibid. παράγεις τὸν σύμβουλον. „Noſter codex ἐξετατῆς: quod gloſſema videtur.“ VPTON. Vulgatum tuentur pabc.

CAPVT VIII.

TIT. Τίς ἡ οὐσία τοῦ Ἀγαθοῦ. Articulum ἡ, qui deerat editis, adjeci ex codd. pab. In Indice capitum hujus libri habet eumdem ſolus pb. & ignorant pbc. Abeſt pariter articulus in eadem phraſi I. 29, 1. Cæterum commodior futurus erat hujusmodi Titulus huic diſputationi inſcriptus: ὁ Θεὸς ἐν ὑμῖν, *Deus in nobis.* In hoc enim argumento præcipua ejus pars verſatur.

Verſ. 1. Ὁ Θεὸς ὠφέλιμος. *Deus prodeſt;* ſcil. εἰς τὸ κοινὸν ὠφέλιμος, ut ait I. 19, 12. id eſt, *communi omnium utilitati conſulit; eſt fons omnis boni.* De homine bono proboque loquens III. 13, 3. πιστὸν dicit, καὶ εὐήμονα, καὶ ὠφέλιμον.

Ibid.

Ibid. τἀγαθὸν ὠφέλιμον. Hanc animis omnium inſitam anticipatamque *Boni* notionem eſſe ſtatuebant Stoici: τὸ Ἀγαθόν ἐστιν ὠφέλιμον, ἢ οὐχ ἕτερον ὠφελείας. Vide Sext. Empir. adv. Math. XI. 22. & 25—27. Pyrrh. Hyp. III. 169—171. Stobæum Ecl. Ethic. p. 166. Suid. in Ἀγαθὸν, &, e quo ſua ille hauſit, Diog. Laërt. VII. 93 ſq. apud quem tamen mutilus eſt locus; ut monuit Lipſius in Manud. ad Stoic. Philoſ. lib. II. Diſſert. 22. qui de hoc argumento conſuli meretur. Confer Epictetum noſtrum, I. 22, 1. Eodem vero modo jam olim Socrates τὸ Ἀγαθὸν οὐκ ἄλλο εἶναι ἢ τὸ ὠφέλιμον docuerat. vide Xenoph. Memor. IV. 6, 8. Scripturam h. l. quod attinet, τἀγαθὸν ſcripſi cum ed. Salmaſ. & Ms. Pariſ. in quibus ſic eſſe exaratum teſtatur Vpton. Eodemque modo dare debuerat Veneta editio; in quam τὸ τἀγαθὸν neſcio quo caſu irrepſit: id in τὸ ἀγαθὸν mutavit Baſil. quod tenuere poſteriores. In τἀγαθὸν vero conſentiunt pabc.

Verſ. 2. Φήμη. „Noſter codex, pro φῆμη, habet πώμη." VPTON. Sic & pc.

Ibid. Ναί. Particulam hanc, quam ignorabant ſuperiores, ſuo e codice adjecit Vpton. Noſtri libri non habent.

Verſ. 3. μή τι. μή τοι pa.

Ibid. Ἐν λογικῷ. „Ita noſter codex: alii [edd.] ἐπὶ λογικῷ." VPTON. Cum Vptoni codice conſentiunt noſtri tres. Ita non opus eſt Salmaſii conjectura, qui ἐπὶ λογικοῦ ſcribere jufſerat, & eodem ſpectare cenſuerat id, quod mox ſequitur, ἐπ' αὐτῶν.

Ibid. ἐν τῇ παραλλαγῇ τῇ πρὸς τὰ ἄλογα. „Cic. de Offic. I. 27. *Decorum id eſſe, quod conſentaneum ſit hominis excellentiæ in eo, in quo natura ejus a reliquis animantibus differt.*" VPTON.

Verſ. 4. οὐ λέγεις ἐπ' αὐτῶν τὸ ἀγαθόν. Id eſt, ut mox ipſe interpretatur: οὐ λέγεις, ἐν αὐτοῖς τὰ ἀγαθὰ εἶναι, καὶ εὐδαιμονίαν καὶ κακοδαιμονίαν. conf. vſ. 9. & II. 5, 5.

Verſ. 5. Ἆρα γε μόνης. Olim ἄρα γε acuto accentu ſcribebant; circumflexum poſuit Vpt. monitus a Salmaſio.

Ibid. καὶ καλῶς τοιεῖς. Deeſt καὶ pa.

Verſ. 6. τὰ μάλιστα. Vna voce ταμάλιστα pb.

Ibid. *ὑπηρετικὰ γὰρ γέγονεν ἄλλοις, οὐκ αὐτὰ προηγούμενα.* Olim mendose *οὐ κατὰ προηγουμ.* Ad quæ verba WOLFIVS notavit: „*ὑπηρετικὰ*, pro *ὑπηρετητικὰ*: & fortasse *κατὰ τὰ προηγούμενα*, vel *οὐ καὶ προηγούμενα*. Sicut supra *τὸ ἀπάλυτον*, ita hic *τὸ προηγούμενον* usurpare videtur de iis *quæ suapte causſa sunt, & non ad aliorum usum referuntur.*" — „*οὐκ αὐτὰ προηγούμενα*. Sic reposui monente noſtro codice. Editio Salmant. * *κατὰ προηγ.* & in marg. *δοκεῖ παρέλκειν.*" VPTON. — *κατὰ*, quod ante *προηγ.* olim ponebatur, delere jusſerat Salmaſ. *οὐ καὶ προηγουμ.* ſuſpicatus erat Meibom. ſicut Wolfius. *οὐ κατὰ προηγ.* dant pac. cum editt. vett. Sic & primum fuerat in pb. ubi correctum *οὐκ αὐτὰ* ab antiqua manu. De voce *προηγουμ.* confer Indicem. Vocabulum *ὑπηρετικὸς* nullo modo ſolicitari a Wolfio debuerat, quod ab *ὑπηρέτης* recte formatur, neque adeo infrequens eſt. vide rurſus II. 10, 3. ibique notata. Adde Polyb. XIII. 5, 7. Pro *ἄλλοις*, in contextu *ἀλλήλοις* habet pa. ſed alterum in marg. eadem manu.

Ibid. *παρακολούθησιν γε τῇ χρήσει τῶν Φαντασιῶν.* De conſtructione ſubſtantivi verbalis cum caſu quem regit ſuum verbum, vide notata ad I. 1, 7.

Verſ. 7. *ὁ ὄνος ἐπεὶ γέγονε μή τι προηγουμένως;* Vulgo *προηγούμενος*. Ad *ἐπεὶ* monuit WOLFIVS: Fortaſſe *ἐπὶ τί;*" — „Noſter codex (ait VPTONVS) *προηγουμένως*, non *προηγούμενος*, ut alii habent. Scribe itaque: *Ὁ ὄνος ἐπὶ τί γέγονε; μήτι προηγουμένως; Qua de cauſſa natus eſt aſinus? nunquid ex cauſſa primaria?*" — Speciem habet utique *ἐπὶ τί;* Sic II. 24, 19. *ἀγνοῶν ἐπὶ τί γέγονα.* Nec tamen in contextum recipere auſus ſum; quoniam *ἐπεὶ*, quamquam præponi plerumque ſolet, tamen etiam poſt nomen poſitum, eadem notione atque particula *γὰρ*, accipi poſſe viſa eſt; neque inſolens prorſus eſt illa inverſio, qua *μή τι* poſt verbum ponitur. Itaque, deleto commate, quod poſt *γέγονε* vulgo inſerebatur, putavi, talem fortaſſe intelligi poſſe naturalem verborum ordinem: *ἐπεὶ ὄνος μή τι γέγονε προηγουμένως;* Simillimam verborum inverſionem ſive trajectionem habes II. 13, 21. *τὸ δ' ἐμπείρως ἐστὶν, οὐχὶ εὐπαίρως, καὶ ἀσφαλῶς*; &c. ubi pariter inter verbum & particulam interrogandi, quæ verbo poſtponitur, comma interſeruerunt omnes, quod ibi pauſam aliquam in loquendo facit, nec ingratam eam, atque etiam perſpicuitati quodammodo inſervientem. Quare & h. l. ferri

comma

comma post γένοις poterat. In προηγουμένως cum Vpt. consentiunt tres nostri. pabc. In ἐκεῖ nil variant libri.

Vers. 8. προσειλήφει παρακολουθεῖν. Scribendum puto προσειλήφει τὸ παρακολουθεῖν, cum articulo; quemadmodum vers. præced. προσεῖληφε καὶ τὸ χρῆσθαι. At libri quidem h. l. articulum ignorant omnes.

Vers. 9. Οὐ θέλεις οὖν ἐκεῖ ζητεῖν τὴν οὐσίαν τοῦ ἀγαθοῦ, οὐ μὴ παρόντος &c. „οὐ μὴ παρόντος. Quo bono *non præsente.* Suspectus locus & dubius; sed sensus hic esse videtur: Si bonum hominis non sit in animo positum, nusquam id alibi inventum iri. Possit etiam fortasse legi τὴν οὐσίαν τοῦ ἀγαθοῦ; interrogative; & postea iterum, οὐ, μὴ παρόντος. *Nonne si bonum in animo non sit,* &c. Sed malim absque negatione legere, οὗ παρόντος ut sit sensus: *Cum in animo bonum hominis fuerit inventum, nihil aliud dicendum esse bonum.*" WOLFIVS. „ἐκεῖ ζητεῖν, *ibi quærere:* ubi νοῦς, ἐπιστήμη, λόγος ὀρθὸς, πρὸς τὸ παρακολουθεῖν τῇ χρήσει τῶν Φαντασιῶν." VPTON. Nempe οὗ μὴ παρόντος non refertur ad τοῦ ἀγαθοῦ, quo Wolfius retulit, sed ad ἐκεῖ, quod idem valet ac ἐν ἐκείνῳ, & refertur ad id quod supra vs. 3. dixerat ἐν λογικῷ, & ἐν τῇ παραλλαγῇ τῇ πρὸς τὰ ἄλογα, quam παραλλαγὴν proximo vers. 8. dixit inesse ἐν τῷ παρακολουθεῖν τῇ χρήσει τῶν Φαντασιῶν. Artic. τὴν ad οὐσίαν deest pa. Vocabulum οὐσίαν, postquam operarum errore omissum fuisset in edit. Genevensi, pariter omiserunt posteriores editores, donec ab Vptono est restitutum.

Ibid. ἐπ' αὐδενὸς τῶν ἄλλων. „Scil. ζώων & Φυτῶν, ut supra." COM. SHARTESB.

Vers. 10. Τί οὖν; οὐκ ἔστι θεῶν ἔργα, κἀκεῖνα; Ἔστιν, ἀλλ' οὐ προηγούμενα. Locum hunc Veneta editio & Bas. in hunc modum legebant distinguebantque: εἰ οὖν οὐκ ἔστι, θεῶν ἔργα κἀκεῖνά ἐστιν, ἀλλ' οὐ προηγούμενά. WOLFIVS vero sic vertit: *Etsi autem opera Deorum & illa sunt; non tamen præcipua sunt.* In Notis autem Græca sic scripsit: εἰ οὖν οὐκ ἔστι θεῶν ἔργα κἀκεῖνα; ἔστιν, ἀλλ' οὐ προηγούμενα. Hoc adjecto scholio: „Post, κἀκεῖνα ponenda interrogatio, cui ἔστιν alterum respondet. Deus etiam alias res fecit; bonæ ergo sunt: neque enim quicquam mali Deus facit. Sed si cum excellentia mentis conferantur; earum bonitas velut in nihilum redacta, tanquam fumus quidam evanescit."

neſcit." Hæc Wolfius. Poſt quem editor Genevenſis & Colonienſis in Græcis nihil quidquam eorum, quæ ſuperiores dabant editiones, mutarunt; ſed Cantabrigienſis, Wolfii præſcriptum ſecutus, orationem ſic diſtinxit: *εἰ οὖν οὐκ ἔστι. Θεῶν ἔργα κἀκεῖνα; ἔστιν, ἀλλ' οὐ προηγούμενα.* Eamdemque rationem anonymus Londinenſis tenuit. Vptonus vero veterum editionum revocavit rationem: *εἰ οὖν οὐκ ἔστι, Θεῶν ἔργα κἀκεῖνά ἐστιν, ἀλλ' οὐ προηγούμενα.* verſionemque ſic concinnavit: *quod ſi non eſt, opera tamen Deorum illa ſunt, non tamen præcipua.* (Quam eamdem rationem & noſtri fere libri tuentur: niſi quod *εἰ οὐκ ἔστι* habet pa. omiſſa *οὖν* particula; pb. vero *κἀκεῖνά εἰσιν* ſcribit, pro *ἐστιν*, tum ſuper *Θεῶν* & h. l. & paulo poſt ſuperſcriptum *οὖ* habet, ut ſit *Θεοῦ*, ſed id quidem ab alia eaque recentiore manu.) Denique vero in Notis ad h. l. hæc adnotavit VPTONVS: „Legiſſe videtur Wolfius, *τί οὖν; οὐκ ἐστὶ Θεῶν ἔργα κἀκεῖνα; Ἔστιν, ἀλλ' οὐ προηγούμενα, οὐδὲ μέρη Θεῶν. Quid igitur? non ſunt & illa deorum opera? Sunt; ſed non opera primaria, neque partes Dei.* Poſſit quoque recepta lectio defendi hoc modo: *εἰ οὖν οὐκ ἔστι, etſi igitur bonum non ſit in illis, opera tamen Deorum & illa*, &c." Hæc ille. Ego vero, Wolfium *τί οὖν* pro *εἰ οὖν* voluiſſe, nusquam reperio: nec cæteroquin, quo pacto vel Wolfio vel Vptono ratio conſtiterit in hoc explicando loco, jam diſquiram. Illud dicam, unice veram hujus loci ſcripturam eam mihi viſam eſſe, quam (invitis licet libris) & in græco contextu & in verſione expreſſi. Quam quoniam & ipſe Vptonus haud obſcure perviderat, miror quid ſit quod eamdem non tenuerit.

Verſ. 11. *οὐ ἀπόσπασμα εἶ τοῦ Θεοῦ*, &c. „Horat. *Divinæ particula auræ.* Vide ad I. 14, 6." VPTON.

Ibid. *Τί οὖν ἀγνοεῖς σου τὴν εὐγένειαν*; „Confer I. 3, 1 ſq. Sic Aratus, citante Paulo Apoſt. Act. 17, 28. *τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν.*" IDEM.

Verſ. 12. *ὅταν συνουσίᾳ χρᾷ.* „Συνουσία, *colloquium, familiarem congreſſum*, & *vitæ conſuetudinem cum aliquo* ſignificat. [Sic II. 18, 21.] Capitur & *ἐπὶ τῶν ἀφροδισίων*, unde *συνουσιάζειν*. Et in hac poſtrema ſignificatione hic accipio, quia ſequitur, *ὅταν ὁμιλῇ.*" WOLFIVS. Conf. vſ. 15. II. 20, 10. IV. 1, 143.

Ibid. *ὅταν ὁμιλῇ.* „Supple. *χρᾷ.*" VPTON.

Ibid.

Ibid. θεὸν περιφέρεις τάλας, καὶ ἀγνοεῖς. Vulgo poſt ἀγνοεῖς quoque interrogandi ſignum ponebatur, conſentientibus etiam fere mſstis; quod cum VPTONVS etiam tenuiſſet, tollere juſſit in Notis. „Sine interrogatione: (inquit.) Vide autem II. 16, 33. I. 14, 13 ſq. Lucanus lib. IX. de Catone:

Ille Deo plenus, tacita quem mente gerebat,

Et paulo poſt:

Eſtne Dei ſedes, niſi terra, & pontus, & aër, & coelum, & virtus?

Huc refer illud apud Hieroclem p. 24. ψυχῆς καθαρᾶς τόπον οἰκειότερον ἐπὶ γῆς Θεὸς οὐκ ἔχει. Miltonus noſter, lib. I. 17.

— — *Thou, o Spirit, that doeſt prefer*
before all temples th' upright heart and pure."

Verſ. 13. ἔξωθεν. „Mox opponitur ἔσωθεν, verſ. ſeq." VPTON.

Verſ. 14. ἀγάλματος μὲν τοῦ Θεοῦ παρέλοιο. „Ea erat veterum religio, ut, deorum ſimulacris præſentibus, neque quicquam dicerent, neque facerent, in quo aliquid eſſet obſcœnitatis. Vide Athenæum lib. VIII. Plutarch. in Quæſt. Romanis. Cæſaribus autem Romæ imperantibus, idem bonos eorum ſimulacris attributus; atque inter crimina læſæ majeſtatis erat, ſimulacris eorum præſentibus obſcœni aliquid admíttere. Vide Suetonium in vita Tiberii c. 58. Spartianum in Caracalla. Hinc Juvenalis, Sat. I. 131.

Cujus ad effigiem non tantum mejere fas eſt."

VPTON.

Ibid. ἀναίσθητα. „Ita noſter codex, & Salmant. Alii ἀναίσθητος." VPTON. Nempe cùm in ed. Ven. operarum errore ἀναίσθητα eſſet ſcriptum, id in ἀναίσθητος mutavit editor Baſ. & tenuere hoc ſequentes editores. Sed in ἀναίσθητα conſentiunt mſsti omnes. Pro σαυτοῦ vero habet αὐτοῦ pa.

Verſ. 15. ἄλλως, *temere, ſecus quam fas eſt, ſecus quam decet hominem in quo Deus habitat.* cf. II. 10, 13. & III. 5, 8.

Ibid. μὴ ταπεινώσῃ αὐτὸν μᾶλλον περιτεθεῖσα. Perperam vulgo omnes (edd. ac mſsti) περιτεθεῖσα. Monuerat

rat autem WOLFIVS. „Fortaſſe *περιτεθέντα. Ne pauci circumpoſiti eum humilem reddant & deformem.*“ Cui Vptonus non modo nihilo magis, quam alii editores, obſecutus eſt, verum etiam mendam menda auxit, *αὐτὸν* ſuo more in *αὑτὸν* mutans. In *αὐτὸν* vero cum edd. conſentiunt pabc.

Ibid. μὴ ἐκφέρῃ κομψὰ ἱμάτια. Sic ex conjectura correxi. *Ne animum ejus efferant elegantes veſtes.* Vulgo omnes *ἐκάγῃ*, nullo prorſus ſenſu. *τῷ ταπεινοῦν* opponitur *τὸ ἐπαίρεσθαι*, familiare præſertim Stoicis & Epicteto noſtro verbum. Sic *πᾶσα δύναμις ἐπισφαλὴς, τοῖς ἀπαιδεύτοις προσπεσοῦσα, πρὸς τὸ ἐπᾶραι* ſc. *αὐτούς, ad efferendos, ad inflandos eorum animos.* I. 8, 8. *ἂν γνῷς ὅτι τοῦ Διὸς υἱὸς εἶ, οὐκ ἐπαρθήσῃ*; I. 3, 2. cui opponitur *οὐδὲν ταπεινὸν ἐνθυμεῖσθαι περὶ ἑαυτοῦ.* ibid. vſ. 1. Conf. Adn. ad I. 11, 28. Adde II. 9, 21. & II. 16, 16.

Verſ. 16. *Οὗτος οὐκ οἶδεν αὐτοῦ θεόν. οὗτος οὐκ οἶδε μετὰ τίνος ἀπέρχεται.* Interrogative hæc interpretatus eſt Wolfius: *Num quid is ſuum Deum ignorat? An neſcit quo comite abeat?* Itemque ſequentia: *Eſtne ferendus, cum aliquem comitem optat?* Cujus rationem adoptans editor Cantabrig. interrogandi ſigna, quæ ignorabant ſuperiores editiones, poſuit poſt *θεόν*; poſt *ἀπέρχεται*; & poſt *ἤθελον ἔχειν*; Eodem modo anonymus Londinenſis. VPTONVS vero, in contextu quidem, duobus prioribus locis, poſt *αὐτοῦ θεόν*; & poſt *ἀπέρχεται*; ſervatis interrogandi ſignis, ſervataque ibidem Wolfii verſione; in tertio orationis membro, poſt *ἤθελον ἔχειν* ſuſtulerat interrogationem, & verba iſta *Ἀλλ' ἀνεχόμεθα* &c. latine ſic reddiderat, *At eum ferimus dicentem, te comitem habere vellem.* Poſtliminio autem in Notis ſic præcepit: „Scribe ſine interrogatione, *θεόν.* Et mox *ἀπέρχεται.* Deinde *τὸ ἤθελον ἔχειν*; interrogative.“ — Cui ego obſecutus ſum, & ad eam rationem verſionem latinam adoptavi. Cæterum in illa phraſi, *οὐκ οἶδεν αὐτοῦ θεόν*, haud ſatis perſpicuum eſt, ſitne *αὐτοῦ* pronomen, *ſuum Deum*; an adverbium, valens *ibi*, pro quo mox verſ. ſeq. *ἐκεῖ* ait; *ἐκεῖ τὸν θεὸν οὐκ ἔχεις.* Certe, ſi *ſuum Deum* dicere voluit Epictetus, non nude *αὐτοῦ θεόν*, ſed *τὸν αὐτοῦ θεόν*, adjecto articulo dicere (puto) debuerat. Pro *ἀνεχόμεθα*, eſt *ἀνεχώμεθα* in ed. Ven. & Baſ. Sed indicativum, quem poſuerunt poſteriores edito-

editores, fuentur noſtri codices mſſti. Pro σὲ ἤθελον habet καὶ ἤθελον pa. & caret σὲ.

Verſ. 18. εἰ μὲν τὸ ἄγαλμα ἦς. Perperam ἦς, pro ἧς, habent edit. Cantab. & Vpt. quaſi ſubjunctivus præſens eſſet, qui non erat hujus loci. Eumdem errorem jam alibi, haud ita multo ante, notavimus.

Ibid. ἢ Ἀθηνᾶ, ἢ ὁ Ζεύς. Vide mox ad vſ. 20.

Ibid. ἀνάξιον ποιεῖν. Temere ἀνάξιον εἶναι pc.

Verſ. 19. ἀμελεῖς οἷόν τινα δεῖξεις σεαυτόν. δεῖξαις legendum putavit Meibomius. Sed perbene & ſuo loco ſtat fut. indic. in iſta connexione.

Ibid. Καὶ τοι ὁ τεχνίτης τῷ τεχνίτῃ ὅμοιος; ἢ τὸ κατασκεύασμα τῷ κατασκευάσματι; Ante Vptonum editi omnes ſic: Καὶ τί ὁ τεχνίτης τῷ τεχνητῷ ὅμοιος; &c. niſi quod in Cant. & Lond. anon. articulus τῷ ante τεχνητῷ operarum errore omiſſus eſt. Ad iſtam ſcripturam ſic commentatus eſt WOLFIVS; „Τὸ τεχνητὸν intelligi poteſt *opus arte expreſſum*, a τεχνάομαι. Sed ſententia poſtulare videtur, ut legas τῷ τεχνίτῃ. Artifex eſt Deus; artifex eſt Phidias. Statua Minervæ eſt opus Phidiæ: homo rationis particeps eſt, eſt opus Dei. Conferuntur & artifices & eorum opera. Deus infinito intervallo vincit Phidiam. Dei opus, homo, infinitis intervallis vincit Minervæ ſtatuam, Phidiæ opus. Si ergo Phidiam ſuum opus reveretur, (ſcribuntur enim hæc ὑποθετικῶς κατὰ προσωποποιΐαν) quanto magis Deum revereri debet ſuum opus, homo? Recte legitur, τῷ κατασκευάσματι. Mendum in τεχνητῷ decepit eum, qui τῷ κατασκευάσαντι annotavit.“ — „Noſter codex habet καί τοι, uti mox κατασκευάσματι.“ VPTON. Illud καί τοι auctoritate ſui codicis in contextum recepit Vpton, nec ego loco movere volui; quamquam teneri percommode aut revocari Καὶ τί e ſuperioribus edd. potuerat, quod Wolfius ſic vertit: *Quæ autem eſt — — — ſimilitudo?* Salmaſius autem ſic diſtinguendum cenſuerat, καὶ τί; ὁ τεχνίτης &c. In καί τοι vero conſentit pc. καὶ τί ſervant pab. τῷ τεχνίτῃ e Wolfii conjectura merito adoptavit Vpton. Et ipſum hoc, τεχνίτῃ, plane habent pab. τεχνιτῷ (ſic) pc. In κατασκευάσματι conſentiunt editi & mſſti omnes: una editio Baſ. in marg. adnotatum κατασκευάσαντι habet.

Vers. 20. *τῶν ἔργων ταχυήτου εὐθὺς ἔχει τὰς δυνάμεις* &c. — „Statua similitudinem habet hominis: sed mentem, sensus, & motum non habet. Unde simulacra in sacris literis deridentur, quod oculos habeant, nec videant; aures, nec audiant; nares, nec olfaciant; linguas, nec loquantur; manus, nec palpent; pedes, nec ambulent, &c.“ WOLFIVS. Græca verba vulgo sic vertunt: *Cujus artificis opus ejusmodi est, ut statim eas in se vires habeat* &c. Ego particulam εὐθὺς eo modo accipiendam putavi, de quo dictum est ad I. 19, 2.

Ibid. *ἡ Ἀθηνᾶ ἡ Φειδίου — — τὴν Νίκην ἐν αὐτῆς ἐξαμένη.* „De *Phidia*, & de *Jove Olympio*, [cujus vs. 18. meminit] vide ad I. 6, 23. De *Minervæ* autem simulacro vide Plin. lib. XXXIV. c. 19. p. 649. [cap. 8. sect. 19, 1.] & Valer. Max. lib. I. cap. 1. [Extern. num. 7.] Ovid. lib. IV. de Ponto, Eleg. [Epist.] I. 31.

Arcis ut Actææ vel eburna vel ærea custos
bellica Phidiacâ stat dea facta manu.

Cæterum has Victoriolas, quas manu extensa recepit Minerva, passim videre licet in imaginibus. De hisce quoque Cicero de Nat. Deor. lib. III. 34. *Idem* (Dionysius) *Victoriolas aureas, & pateras, coronasque, quæ simulacrorum porrectis manibus sustinebantur, sine dubitatione tollebat.* Pausanias in Jovis etiam Olympici descriptione: [lib. V. c. 11.] *ἐν μὲν τῇ δεξιᾷ φέρει Νίκην, ἐξ ἐλέφαντος καὶ ταύτην καὶ χρυσοῦ, ταινίαν τε ἔχουσαν, καὶ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ στέφανον.“* VPTON.

Minervæ statua Phidiaca, quam dicit noster, in Parthenone in arce Athenienſi posita, ex auro & ebore erat facta, ut docet Epictetus noster II. 19, 26. Pausan. I. 24. p. 57. Plin. lib. XXXVI. cap. 5. sect. 4. num. 4. Quare videndum, ne apud Ovidium, loco ab Vptono citato, *aurea* legendum sit pro *ærea*. Fuit illa statua cubitorum viginti sex, ut Plinius docet l. c. Victoria, cubitorum fere quatuor, ut Pausanias, p. 58. Plinium si inspicis, dicas in basi cum aliis diis stetisse Victoriam; Pausaniæ verba, quo de eodem Victoriæ simulacro loquitur, defecta sunt, aut aliàs corrupta, (quod vel ex particula *τε* intelligitur, quæ nil habet quo refertur, *καὶ Νίκη τε ὅσον τεσσάρων πηχῶν*) ut nescias qua parte totius operis locatam Victoriam scriptor

ſcripſerit ille dixerit. Docet vero Epictetus, *Victoriam illam porrectæ Deæ manui fuiſſe impoſitam.* Sic cum alibi in antiquis monumentis, tum apud Montfauc. Tom. I. Tab. LXXXIV. num. 9. ex Begero in numo Seleuci Regis Minervam vides, porrecta dextra Victoriam ſuſtinentem. Quare quum Pauſanias ait, Phidiacam Minervam manu haſtam tenuiſſe, intelligenda læva eſt; quemadmodum etiam in prædicto numo a læva latere reclinatam haſtam dea habet.

Verſ. 21. κατασκεύασε αὐτὸν. αὐτὸ edebatur ante Vptonum. Vnde WOLFIVS: „αὐτὸ, ſcil. τὸ κατασκεύασμα. Sed malim αὐτὸν, τὸν δημιουργόν.“ — VPTONVS: „αὐτὸν exhibet noſter optimus codex, quem ſequimur.“ — Sic & noſtri pbc.

Ibid. ἀλλὰ καὶ σοὶ μόνῳ ἐπίστευσε, ſcil. εἰ. „Te tibi ſoli credidit.“ VPTON *in Notis.* Nempe in verſione, Wolfium ſequens, poſuerat, *ſua dona tibi ſoli credidit.* καὶ poſt ἀλλὰ caret pb.

Ibid. παραλατέθετο. Sic recte pb. Cæteri omnes παρακατέθετο. cf. Polyb. XV. 26, 3.

Verſ. 22. Οὐδὲ τούτου μεμνήσῃ. Sic legere juſſit Vpton in Notis; cui obſecutus ſum. Vulgo omnes, conſentientibus msstis, Οὐδὲ τοῦτο οὐ μεμνήσῃ, quod tamen & ipſum fortaſſe teneri poterat. οὐδὲ τοῦτο οὖν μεμνήσῃ ſuaſerat Meibom.

Ibid. ἀλλὰ καὶ κατασκώπτεις. „Malim κατασκώψεις in futuro.“ WOLFIVS. Sic etiam ſcribere juſſerunt Meibom. & Vptonus; ego vero ferendum præſens, pro futuro poſitum, ut ſæpe aliàs, putavi.

Ibid. παρέθετο idem valet, quod vſ. præc. παρακατέθετο. Sic Paulus II. Epiſt. ad Timoth. 2, 2. ταῦτα παράθου πιστοῖς ἀνθρώποις. & ibidem cap. 1, 12. παραθήκην φυλάξαι, i. q. παρακαταθήκην.

Verſ. 24. πόθεν ἡμῖν οὗτος ὄφρῦν ἐνήνοχε. ὄφρῦν & h. l. & vſ. 26. ſcripſi, pro vulgato ὀφρῶν cum circumflexo. In plurali ὄφρυς ſcribitur, in ſingulari ὄφρυς, ὀφρύν. Dicunt autem græce ὀφρῦν ἀνάγειν, ἀνατείνειν, ἀνάγειν, *adducere, tollere ſupercilium*, i. e. *ſuperbum, arrogantem eſſe.* Quare ſuſpectum mihi ſtatim fuerat verbum ἐνήνοχε, & ſuſpicatus eram ἀναγήοχε, ab ἀνάγειν. Sed & ὄφρυς nude per ſe pro *ſuperbia, arrogantia* uſurpatur. Itaque, quemadmodum in Enchir. c. 22.

(c. 29.

(c. 29. Wolf.) dicit ὀφρὺν μὴ σχῇς, *supercilium contrahito*, sic & nunc πόθεν ὀφρὺν ἐπήνεγκας; ait *supercilium adtulit?* Quod ipsum in Ench. l. bis effertur: ἄφνω φιλόσοφος ἡμῖν ἐπανελήλυθεν ἢ ἔμεν ἡμῖν αὕτη ἡ ὀφρύς; In nostro pb. hoc mox rursus, constanter ὀφρὺν acute scribitur; habent pac. ut olim editi.

Ibid. σεμνοπροσωπεῖ. σεμνοπρεπεῖ pb. quo habet: sed minime solicitandum vulgatum, cum Aristophanes usus est, in Nub. vs. 362 nus in Ind. notavit, tum alii, quos H. Step Gr. ling. citavit.

Ibid. οὕτω κατ' ἀξίαν. „Verba sunt ejus det ad crimen arrogantiæ. *Nondum*, inquit, *me sero gravitatem, quæ philosophum decet,* veriorem dicitis: ego leviorem, quam par si fateor." WOLFIVS. „Dele interrogationes: *fateor, uti par est: nondum* &c." UPTON. contextu temere hic editor post κατ' ἀξίαν, post συγκατεθέμην, & post φοβοῦμαι, interro posuerat; pariterque in latina versione, *No pro dignitate?* Quam rationem recte improb tavitque in Notis. Pro οὔπω, perperam οὕτω

Vers. 25. Ἐπεί τι ἄφετέ με θαρρῆσαι. omnes; quod vertunt: *etenim finite me pau re animos.* Nempe τι pro *nonnihil*, *paulu* pientes: quod sicut non præcise damnare ausi scio quo modo haud satis commodum h. l. verborum structura mihi videtur. Suspicatu eram, aut Ἐπί τι legendum, eadem notio *laxum, paulisper animos sumere* (vel *si pere*) *me sinite:* aut ἐπεί τοι ἄφετέ με *sed finite me seduciam capere.* — Hæc scripsi in ἐπεί τοι consentientes nostros tres co vidi; quare fidenter hoc amplexus sum. Sic rigere inflerat Salmasius.

Ibid. ὄψεσθε βλέμμα. Temere βλέψεσθε in contextu; sed idem in ora, γρ'. ὄψεσθε.

Ibid. ὅταν στιλπνωθῇ. „Angl. *when it and made bright.*" UPTON. Nempe in latina ve nus perspicue, cum Wolfio, posuerat *cum rit.* Verba ista, ὅταν στιλπνωθῇ, desunt pa.

26. *μὴ γὰρ ὁ Ζεὺς — — ὀφρὺν ἀνέσπασεν; ἔπηγεν &c.* Revocavi post *ἀνέσπασεν* ex veteri-tionibus interrogandi signum, quod sustulerunt es editores, Wolfii versionem secuti, quæ sic *nec enim Jupiter Olympius supercilium attollit, us ejus* &c. Non male per se: sed usus fert , ut *μὴ γὰρ* interrogative accipiatur, & deinde λὰ intelligatur particula negativa, ut cum sæpe um mox rursus vs. 28. Potest vero etiam, in di connexione, particula *ἀλλὰ*, absque negandi , verti *immo vero*. Potest etiam ipsum poste-embrum orationis, quod ab *ἀλλὰ* incipitur, pa-ue præcedens membrum interrogative accipi, ut ertendum sit *annon vero? annon potius?* Conf. d I. 29, 66. & ad II. 24, 17.

πέπηγεν αὐτοῦ τὸ βλέμμα, &c. „Dicitur Phi-em Olympium finxisse ad exemplum Homerici liad. *α'*. 529. ubi consule Eustathium.“ VPTON.

Οὐ γὰρ ἐμὸν &c. „Iliad. *α'*. 526.“ IDEM.

28. Μή τι οὖν ἀθαν. Μή τοι h. l. pa. sed ulo post in *μή τι* consentit cum aliis.

ἀθάνατον, ἀγήρων. „Vocabula sunt Homerica. ad. *μ'*. 323.“ VPTON.

Ἀλλ' ἀποθνήσκουσα. Intellige: Οὔ· ἀλλ' ἀπο-α. Vide ad vs. 26.

τὰ δ' ἄλλα. τί δ' ἄλλα, οὕτε &c. pb. Sed scriptum *τὰ*.

29. *νεῦρα Φιλοσόφου. Nervos philosophi;* id n, potentiam, efficaciam. Cic. Acad. I. 10. *virtutis incidere*. Vide infra, II. 17, 21. II. 18, dem modo M. Anton. XI. 18. *ἰσχύος καὶ νεύρων εἰμὶ τούτῳ μέτεστιν.*“ VPTON.

Ὄρεξιν ἀνατέτευκτον &c. „Plane respicit Epi-d tres in Philosophia locos, de quibus lib. III. i vide quæ notantur.“ IDEM.

συγκατάθεσιν ἀπρόπτωτον. „Tertius in Philo-ocus. De vocab. *ἀπρόπτωτος* vide Indicem.“

CAPVT IX.

τὴν ἀνθρώπου. τὴν τοῦ ἀνθρώπου pb. sed idem e Capitum articulum illum prætermisit cum aliis.

Vers.

Vers. 2. *Φησὶ.* „Vide ad I. 4, 9.“ VPTON.

Ibid. ζῶον λογικὸν θνητόν. Conf. III. 1, 25.

Ibid. Εὐθὺς ἐν τῷ λογικῷ. Ferri poteſt h. l. *ἐν* præpoſitio; ſed, ſi abeſſet, nemo eam erat deſideraturus. Suſpicari licebat *Εὐθὺς οὖν τῷ λογικῷ*, at nil mutant Libri; quare nihil movendum. *κατὰ λόγον* in eadem re dicit cap. 10, 2.

Ibid. τίνων χωριζόμεθα; &c. „Vide infra, II. 10, 2. III. 23, 4.

Vers. 3. *μή τι πως.* Vulgo omnes *μή τι τῶς.* Monuit vero VPTON in Notis: „Scribe *πως*, enclitice.“ — Cui obſecutus ſum, præeunte etiam pb.

Vers. 6. *ἀφ' ὧν ἐστιν εἰπεῖν, Λέων με καὶ Φαγέτω.* „Forſan *ἐφ' ὧν.* Apparet eſſe proverbium, quo honeſtior calamitatis auctor inferiori præfertur. Honeſtius habetur ab Achille occidi, quam a Therſite. Vnde apud Ovidium Achelous de Hercule:

— — — — — *Nec tam*
turpe fuit vinci, quam contendiſſe decorum.
Magnaque dat nobis tantus ſolatia victor.“

WOLFIVS. „*Me leo vel devoret.* Proverbium, quo mors illata a minutis & venenatis animalibus deprecabatur.“ VPTON. Proverbium iſtud, quoad equidem novi, præterierunt Adagiorum ſcriptores. *ἐφ' ὧν* utique commodius foret, quod & Meibomius voluerat; hac ſententia, *de quibus, in quos, dicere licet.* At ferri tamen fortaſſe *ἀφ' ὧν* poteſt, *a quibus occaſionem dicendi capere licet.* In ipſo adagio ſuſpicatus eram fortaſſe *γε* pro *καὶ* fuiſſe ſcribendum, *Λέων μά γε Φαγέτω, ſaltem leo me devoret!* Sed nil variant libri.

Vers. 8. *συμπεπλεγμένον*, ſcil. *ἀξίωμα* vel *λῆμμα*, id eſt *propoſitio conjuncta* vel *copulativa*, quam dicere ſolemus. Vide Laërt. VII. 72. A. Gell. XVI. 8. (Aliud eſt ſyllogiſmus *συμπεπλεγμένος*, de quo dictum I. 26, 14.) *διεζευγμένον*, eſt *propoſitio disjunctiva.*

Ibid. σώζεται συμπεπλ. ὅταν τὴν ἐπαγγελίαν πληρώσῃ. Simili quadam ratione Sextus Empir. de demonſtratione loquens VIII. 411. ait, *δύναται ἡ τῆς ἀποδείξεως ὑπόσχεσις σώζεσθαι.*

Ibid. πότε διεζευγμ. ὅταν τὴν ἐπαγγ. πληρ. Hoc loco pb. *τὴν ἐπαγγ. μὴ πληρώσῃ* ſcripſit, neſcio quo caſu, quove

quove consilio; nisi forte τὴν ἀναγκ. ἀπλήρωσιν voluit debuitve.

Ibid. Πότε αὐλοὶ &c. „Τότε Gatak. in M. Anton. lib. X. s. 8. Sed mallem, sine ulla mutatione, interrogative legere, ut interpres.“ COM. SHAFTESB. Recte; & interrogationis signum post νῦν, quod olim aberat, præeunte versione Wolfiana, posuit Vpton. Poterat pariter, ut in eadem versione, post αὐλοὶ, post λύρα, & post ἵπποι poni. Post has autem interrogationes subintelligendum est idem responsum, quod præcessit; scilicet, Ὅταν τὴν ἐπαγγελίαν πληρώσωσι.

Vers. 10. Ἄγει δ' ἕκαστον. Ante Vptonum omnes δ' ἑκάστην. Hinc: „Fortassis ἕκαστον, nisi φύσιν aut πρᾶξιν desit.“ WOLFIVS. „Vel potius τέχνην, sicut infra.“ SHAFTESBVR. „Codex Salmant. * ἑκάστην, sed in marg. * ἕκαστον. Vide autem II. 18, 1.“ VPTON. Et ἕκαστον hic editor in contextum adoptavit. Suspicatus ego ex II. 18, 1. eram, intercidisse h. l. ἕξιν vel δύναμιν. Sed quoniam proxime sequitur τὸν τέκτονα, & mox τὸν γραμματικὸν, recte ἕκαστον positum videtur, quod & Salmasius commendavit, intelligendum monens ἕκαστον ἄνθρωπον, sicut infra vs. 20. ait πᾶς ἕκαστος λέγεται Ἰουδαῖος. At ἑκάστην pertinaciter tenent libri nostri.

Ibid. ἂν δ' ἐθέλῃ γράφειν. „Confer II. 16, 18.“ VPTON.

Vers. 11. ἀπολλύει δὲ τὰ ἀναιδῆ. Olim τὸν ἀναιδῆ, quod & scripti libri tenent omnes. Perspecte vero monuit WOLFIVS: „Lego τὰ ἀναιδῆ, scilicet ἔργα.“ — Cui primus obtemperavit editor Cantabr. idem anonymus Lond. & Vpt. Corrigendum errorem notaverat etiam Meibom.

Vers. 12. τὸν ἀναισχυντον ἀναισχυντίᾳ, τὸν ἄπιστον ἀπιστίᾳ, τὸν λοίδορον λοιδορίᾳ. Ante Vptonum sic edebatur: τὸν ἀναίσχυντον, τὸν ἄπιστον, τὸν λοίδορον λοιδορία. Inde WOLFIVS: „Videtur librarius indoctus aut oscitans omisisse quædam, ratus ea abundare. Lego τὸν ἀναίσχυντον ἢ ἀναισχυντίᾳ, τὸν ἄπιστον ἢ ἀπιστίᾳ: vel, genere neutro, τὸ ἀναίσχυντον, τὸ ἄπιστον.“ — VPTONVS: „Supplevi hunc locum ex nostro codice, Wolfio etiam monente.“ — Nostri codd. nihil adjumenti erant adlaturi.

Ibid.

Ibid. αἱ ἀκατάλληλοι λήψεις καὶ δόσεις. „*Inconvenientes* seu *impares acceptiones & dationes*, si ita licet dicere. Ego sententiam appendere malui, quam verba minus idonea annumerare.“ WOLFIVS. Nempe in versione sic scripserat: *avarum eæ rationes, quibus & minus reddat quam acceperit, & plus accipiat quàm dederit.*

Vers. 13. παρηγγέλλουσιν οἱ Φιλόσοφοι &c. „Sic Aristot. Ethic. lib. I. c. 3. τὸ τέλος ἐστὶν, οὐ γνῶσις, ἀλλὰ πρᾶξις.“ VPTON.

Ibid. μελέτην προσλαμβάνειν. „Periandri dictum, Μελέτη τὸ πᾶν. Diog. Laërt. I. 99. Stobæus Serm. de Discipl. & Erudit. [Serm. XXIX. περὶ Φιλοπονίας καὶ Μελέτης. p. 204. al. 206.] Πρωταγόρας ἔλεγε, μηδὲν εἶναι μήτε τέχνην ἄνευ μελέτης, μηδὲ μελέτην ἄνευ τέχνης. Pythagoras in Aur. Carm.

Ταῦτα πόνει, ταῦτα ἐκμελέτα.“ — VPTON.

Μελέτη est *studium & meditatio*, diligentia & cura quam adhibemus, ut disciplinam aliquam artemque recte percipiamus addiscamusque; ἄσκησις, *exercitatio, exercitium*, est *usus* artis, cum in *actum* illa deducitur; qui simul & finis est cur eam didicimus, simul via qua majorem semper habitum facilitatemque in ea nobis comparamus, & cavemus ne eam dediscamus.

Vers. 14. τὰς ὑπολήψεις — — χρηστικὰς ἔχομεν. „Χρηστικῶς ἢ χρηστικόν τι ἔχειν, videtur dicere, τὸ διὰ τῆς χρήσεως κτήσασθαι, *aliquid usu & exercitatione parasse*, vel *ad usum atque exercitationem accommodare.*“ WOLFIVS. — „Angl. *We have opinions in use contrary to right opinions.*“ VPTON. — χρηστικὸν ἔχειν τι, *aliquid in usu, in parato, in promtu habere, usu familiare habere.* Perperam χρηστὰς h. l. in contextu scripserat pa. sed mox errorem ipse librarius intellexit, & χρηστικὰς in ora scripsit, mendosa voce in contextu punctis inferne notata.

Ibid. οὐδὲν ἄλλο ἢ ἐξηγηταὶ ἐσόμεθα. „οὐδὲν ἄλλο, ἐξηγηταί. *Non aliud, nisi interpretes*, id est, οὐδὲν ἄλλο ἢ ἐξηγηταί.“ VPTON. — Nempe deerat vulgo in editt. omnibus ἢ particula: ac ferri posse putaveram vulgatum, ἀσυνθέτως dictum: *interpretes erimus, nil aliud.* Malueram tamen ἢ adjectum, ut II. 14, 24. & alibi. Denique adjeci, præeunte nostro cod. pb.

Vers.

Verſ. 15. τὰ δὲ ἀδιάφορα. Ante Vpt. omnes τὰ δὲ ἀμφότερα. Sed: — „Fortaſſis εὐθύτερα, vel ἀδιάφορα." WOLFIVS. — „Noſter codex ἀδιάφορα. Vide II. 19, 19. & confer locum huic geminum apud Laërt. in vita Zenonis, lib. VII. 102." VPTON. Noſtri quidem pabc. vulgatum tenent, ἀμφότερα.

Ibid. κατὰ δὲ, τὰ ἐναντία. „Sic ex noſtro codice, monente etiam comite Shafteaburienſi, pro κατὰ, τὰ δ' ἐναντία." VPTON. — Conſentit noſter pb.

Verſ. 16. ψόφος μείζων. μείζων ψόφος pa.

Ibid. Pro γένηται & καταγελάσῃ, eſt γενήσεται & καταγελάσει in pc. minus recte.

Verſ. 17. Ἀπὸ τῶν χειλῶν αὐτῶν. Idem hoc ſonat, ac ἀπ' αὐτῶν τῶν χειλῶν.

Ibid. Τί πυθένες παρὶ τὰ μέγιστα. „*Quid de rebus maximi momenti aleam jacis?* Sic III. 21, 24. εἰ δὲ μὴ, πύθευ, καὶ τοῖς ἐ τοιοῖς. Vide M. Anton. lib. I. ſ. 8. ἀκύβευτον, atque ibi interpretem." VPTON. — Hoc dicit: *Quid rem maximi momenti temere atque inauſpicato ſuſcipis? Quid rem maximi momenti tamquam ludicram tractas*, & hominibus illudis? cf. vſ. 19. & II. 19, 28. III. 21, 24. Adde III. 22, 93. & ibi not.

Verſ. 18. Ἄλλο γάρ ἐστιν ὡς εἰς ταμεῖον &c. „Vide Enchir. cap. 46, 2. [cap. 69. Wolf.] Dele interrogationem." VPTON. — Nempe poſt οἶνον in contextu temere interrogandi ſignum poſuerat, quod ignorabant ſuperiores editiones. Id nunc delere juſſit in Notis. Pro οἶνον, operarum errore ὅλον habet ſola ed. Baſ.

Verſ. 19. καὶ τάχα ἴσως οἶνον χρηστικώτερον τεχνολογήσεις. Verba hæc in verſione ſic interpretatus eſt WOLFIVS: *& fortaſſe in eo genere explicando majore dexteritate, quam is ipſe utéris.* In Notis vero ait: „Τὸ χρηστικώτερον, non tam *dexteritatem & ſolertiam*, quam *vitæ uſum & mores* ſignificare videtur: ut innuat, Pſeudoſtoici vitam doctrinæ Epicuri magis eſſe conſentaneam, quam ipſius Epicuri, cujus continentia & in amicitia colenda fides aliæque virtutes ab adverſariis etiam celebrantur: cum falſo nominati Stoici *& Curios ſimulent, & Bacchanalia vivant.*" WOLFIVS. — Nihil verò cauſſæ erat, cur ab ea interpretatione, quam in verſione poſuerat, in diverſam partem abiret Wolfius. In hunc modum ratiocinatur Epictetus: Stoicus philoſophus non

is est, qui Stoicorum rationem subtiliter atque commode explicare novit. Nam idem etiam Epicuri rationem explicat: (scilicet refutandi caussa:) ac fortasse commodius etiam atque aptius eam explicare novit, quam ipse Epicurus. Fuerit ergo simul Stoicus philosophus, & Epicureus; quod absurdum. χρηστικῶς ποιεῖν τι (unde comparativus χρηστικώτερον) eodem fere modo hic accipiendum videtur, atque id quod paulo ante vidimus (vers. 14) χρηστικὸν ἔχειν τι, χρηστικὸν ποιεῖν τι, nempe *ita facere aliquid ut qui usu familiare illud habet; ut qui illud in promtu & in numerato habet;* id est, *facile, commode, expedite, perite.* Nonnihil diversa sententia, sed ab hac non prorsus aliena, II. 1, 32. de Socrate dixit, ἀεὶ μέν γε πρόληψιν ἀνόμαζε χρηστικῶς, ubi haud incommode interpretantur, *suam rationem sic tractabat ut eam usum accommodaret.*

Vers. 20. Τί ὑποκρίνῃ Ἰουδαίους, ὢν Ἕλλην; *Quid personam induis* (vel *mentiris*) *Judæorum, cum Græcus sis?* „Ita noster codex. Alii, τί ὑποκρίνῃ Ἰουδαῖος ὤν, Ἕλληνας.“ VPTON. Nempe sic omnes ante Vptonum: τί ὑποκρίνῃ, Ἰουδαῖος ὤν, Ἕλληνας; Id est, Wolfio interprete: *Quid te, cum Judæus sis, Græcum esse simulas?* Quod & per se speciosius videri poterat, fuisse subinde Judæos, qui, quo persecutionem aut fisci severitatem effugerent, originem suam sectamque dissimularent: & id ipsum etiam diserte testatum facere Suetonius videtur, in Domitiano, c. 12. *Præter cetèros Judaicus fiscus acerbissime actus est: ad quem deferebantur, qui, — — dissimulata origine, imposita genti tributa non pependissent.* Sed ex procedente Epicteti sermone satis perspicue intelligitur, de eo homine illum loqui, qui, cum Judæus non esset, Judæum se simularet: quamquam difficile dictu est, quid commovere hominem potuerit, ea præsertim ætate, ut, cum Judæus non esset, Judæum se simularet; nisi *Judæos* hoc loco *Christianos* Epictetus dixit; & Christianos fortasse subinde se nonnulli, qui non essent, simulabant, ut de eleemosynis Christianorum participarent. Ac sane, quemadmodum & apud alios Græcos Romanosque scriptores *Judæorum* nomine subinde *Christianos* venire, (ut apud Sueton. in Claud. c. 25. apud Dionem in Domitiano, lib. LXVII. c. 14. & in Nerva, lib. LXVIII. c. 1. &c.) a multis vulgo monitum est; sic & ab Epicteto nostro *Christianos: hoc loco cum Judæis confusos.*

fusos esse, non modo Wolfius noster atque Vptonus statuerunt, ut mox videbimus, verum & alii docti viri, quorum nonnullos nominavit Andr. Danzius in Antiquitate Baptismi Israëlitarum vindicata, sect. 56. Sed ab his discedit doctissimus FABRICIVS ad Dion. lib. XXXVII. c. 17. ubi hæc habet ad hunc Epicteti nostri locum spectantia: „Christianos frequenter illo tempore comprehensos sub Judæis, & Judæorum nomine interdum apud scriptores Romanos venire, multi annotarunt. Arrianum tamen lib. II. Epictetearum, c. 9. *Judæorum* nomine tangere Christianos, non audeo viris doctis assentiri; ut ad illum præclarum scriptorem dabitur annotandi locus, si vitam Deus ac valetudinem benigne concesserit.“ — Dolebunt mecum omnes bonarum literarum cultores, satis præpeditum esse præstantissimi viri de edendis hisce Epicteti Dissertationibus consilium; quod si exsequi illi licuisset, non est dubitandum, quin, cum plurimis aliis, tum huic loco, in quo versamur, (qui, si quis alius, doctiorem Commentatorem desiderat,) exoptata lux fuisset accessura. Interim, dum certiora aliquis promat, adquiescere debui in scriptura, quam suo e codice Vptonus protulit; quamquam & ipsa, in ipsis etiam verbis, nescio quid scabri & impediti habet. Nam nec placet hic verborum ordo, ἂν Ἕλλην, cum aptius fuisset Ἕλλην ἂν dicere; & incommodum est Ἰουδαίους in plurali numero positum cum ὑποκρίνῃ in singulari, ut omnino τί ὑποκρίνῃ Ἰουδαῖον legendum videatur. At in scriptura olim vulgata, quam nostri codices omnes tenent, pariter Ἕλληνας in plurali habes; sed id quidem ex Ἕλληνα corruptum videri poterat. Verbum ὑποκρίνεσθαι eodem modo, atque hic, usurpatum habes IV. 2, 10. & Enchir. c. 17. (cap. 23. Wolf.)

Ibid. πῶς Σύρος; πῶς Αἰγύπτιος; Similiter distinguit *Judæos, Syros, & Aegyptios*, I, 11, 12 sq. I. 22, 4. II. 11, 15.

Ibid. οὐκ ἔστιν Ἰουδαῖος, ἀλλ' ὑποκρίνεται. „Vide Apost. Paulum, ad Rom. c. 2, 28 sq.“ COM. SHAFTESB.

Ibid. ὅταν δ' ἀναλάβῃ τὸ πάθος τὸ τοῦ βεβαμμένου καὶ ἐμπλασθέντος. „*Cum susceperit affectum tincti & impliciti*, scil. *Judaismum*. Habuerunt & Judæi suos baptismos, non tam religionis, quam munditiæ, ut opinor, caussa usurpatos. Sed quia primi Christiani apud Judæos fuerunt, Christianos, quorum χαρακτὴρ & nota est baptismus,

simus, cum Judæis, qui περιτομὴν habent, confundere videtur: & παραβαπτιστὰς eos appellare, *qui Christianæ religionis arcana non religiosè observent.* Libro IV. [cap. 7, 6.] Christianos appellat *Galilæos*, eadem de caussa: ut & Julianus dixit, *Vicisti Galilæe.*" WOLFIVS.

Ibid. τὸ πάθος τὸ τοῦ βεβαμμένου καὶ ἠρημένου. „In proselytorum initiatione Judæi & baptizabant & circumcidebant. Vide Marsh. Chron. p. 191. Tamen hoc in loco Christianos cum Judæis confundere videtur Epictetus. Lego itaque pro ἠρημένου, περιηρημένου, *circumcisi:* atque ita Petavius legit ad Themist. p. 70." VPTON. De Judæorum baptismo proselytorum conferes, si lubet, Seldenum de Jure Nat. & Gent. juxta disciplinam Ebræorum, lib. II. c. 2. & alios quos nominavit Jo. Christoph. Wolfius in Curis Philolog. ad Matth. III. 6. De Christianorum cum Judæis confusione confer quæ paulo ante notavimus. In vertendis verbis, τὸ πάθος τὸ τοῦ βεβαμμ. καὶ ἠρημένου, Wolfium tenui, a quo nec Vptonus in versione discessit, *adfectum* (hominis) *illa disciplina imbuti, sectamque professi.* τὸ πάθος posse etiam *animi sensum* interpretari. Articulum τὸ, post πάθος repetitum, non agnoscunt pab. Pro ἠρημένου, est αἱρημένου in pb. quod parum huc facere videtur. Verbum περιαιρεῖσθαι si vel semel. ullibi de Judæorum *circumcisione* usurpatum inveniretur; speciem saltem aliquam habitura erat Petavii emendatio, quæ Vptono placuit. Nunc multum ei tribuere, equidem nullo modo ausim. Nec tamen diffirendum, ne vocem quidem ἠρημένος, absolute sic positam, pro *sectator*, vel eo *qui sectam aliquam amplexus sit*, alibi facile inveniri. Ac ne succurrit quidem nobis exemplum, quo ἠρῆσθαι in præt. pass. eadem notione atque αἱλόμην in aoristo medio usurpetur: nec tamen id satis caussæ esse puto, cur vulgata scriptura solicitetur. *Inter sectatores ejicitur* vertit Schegkius.

Vers. 21. παραβαπτισταὶ. Schegkius, *parabaptistæ, & non legitime tincti.* Wolfius in versione, *adulterini;* in Nota vero superius relata, *qui Christianæ religionis arcana non religione observant.* An βαπτιστὴς nomen erat, quo vulgo *Christianum* designare consueverant Græci, a baptismi initiatione? aut *Judæum*, a frequentibus ablutionibus religiosis? quemadmodum apud Justinum Mart. in Dial. cum Tryphone (p. m. 307. ed. Morell. Paris. 1636.) sectæ nomen est. Id si constaret, haud

haud ægre intelligeretur, παραβαπτιστὴν nunc *falsi nominis Christianus* vel *Judæus*. Salmasius secutus sit, cum παραβαπτιστοὶ, non παραβαπτὴν legendum contendit, mihi non liquere profiteor.

Ibid. λόγῳ μὲν Ἰουδαῖοι. „Sic noster codex: nulli Ἰουδαῖος, male." VPTON. Nempe Ἰουδαῖος ed. Bas. Gen. Col. Ἰουδαῖοι correxit Cant. & tenuit Ianon. & Vpt. quibus adstipulatur noster pb. Sic bendum monuerat etiam Salmas. Mendose Ἰουδαίου Ἰουδαῖος pa. cum editt. vett.

Ibid. ἀσυμπαθεῖς πρὸς τὸν λόγον. Recte hæc sius interpretatus est, *affectu cum oratione non gruente;* quod & Vptonus tenuit. Nec in ea sent video quid desiderari possit, aut SALMASIVM commoverit, ut ad hunc locum adnotaret: „Lege παθεῖς, vel ἀσυμπαθεῖς. Nam ἀσυμπαθεῖο corium est."

Vers. 23. Post τοῦ Φιλοσόφου edd. omnes punt superius posuerant; quod cum nudo commate con tandum monuit Vpton in Notis.

Ibid. Αἴαντος λίθου. „Sic II. 24, 26." Vide Ilia 264. Juvenal XV. 65.

— — *Nec hunc lapidem, quales & Turnus & A vel qua Tydides percussit pondere coxam Æneæ."*

VPTON. Corrupte λίτρα, pro λίτρας, dat pb. μύθου, & superscr. μίθου, pc. pro λίθου.

CAPVT X.

TIT. εὑρίσκειν. εὑρεῖν ed. Ven. & Bas. cun & sic in Indice Capitum habet pc. εὑρίσκειν primus loco edidit Genevensis, idque tenuere posteriores e res, consentientibus nostris codd. pbc. In Capitun dice vero εὑρίσκειν habent editiones omnes, codd. pab.

Vers. 1. τὸ πρῶτον, ἄνθρωπος. „Cicero de Fin. IV. [c. 10.] *Sequitur illud, ut animadvertamus, sumus ipsi, ut nos quales oportet esse servemus.* Si igitur *homines: ex animo constamus & corpore, sunt cujusdam modi: nosque oportet, ut prima a tio naturalis postulat, hæc diligere, constituereque e finem illum summi boni atque ultimi.* Seneca Epist

Quandò omnia quæ præstanda sunt ac vitanda. dicam, cum possim breviter hanc formam humani officii tradere? Omne hoc quod vides, quo divina atque humana conclusa sunt, unum est: membra sumus corporis magni. Natura nos cognatos edidit, cum ex iisdem, & in eadem, gigneret. Ex illius constitutione miserius est nocere, quam lædi; ex illius imperio paratæ sunt juvantis manus. Iste versus & in pectore & in ore sit: Homo sum; humani nihil a me alienum puto. VPTON. *Homo, sacra res homini.* Seneca, ibid.

Ibid. αὐτὴν δ' ἀδούλευτον. „αὐτὴ omnes codices quos consului, excepto cod. Baf. qui αὐτῇ legit: at legendum αὐτὴν, i. e. ἔχων αὐτὴν ἀδουλ." VPTON. αὐτῇ cum ed. Baf. dant Gen. & Col. αὐτὴ erat in Ven. quod revocavit Cant. & tenuit anon. Lond. & Vptonus; qui tamen perspecte in Notis monuit, αὐτὴν corrigendum, cui morem gerendum putavi. In αὐτὴ quidem cum ed. Ven. consentiunt & Vptoni codex & nostri Parisini tres; atque ita scribendum Salmasius contendit. At orationis connexio utique αὐτὴν flagitare videbatur, pendens a verbo ἔχων, quod præcessit. Quod si ἄλλη teneas, erit post προσωρέσεως punctum minus restituendum, quod etiam vulgo ibi ponebant, ut ab ἄλλα nova phrasis incipiat. & ἀδούλευτον idem valeat ac ἀδούλευτόν τι. Pro ἀδούλευτον vero, ἀδούλωτον se malle ait Wolfius; quod & apud Simplicium in Præf. ad Comment. in Enchir. repositum pro ἀδούλευτον Salmasius voluit; sed in Notis ad h. l. intactum reliquit. Apud Pollucem quidem etiam, III. 80. pro ἀδούλευτος quod ibi (eadem notione atque ἀδούλωτος vulgatum est) ex vet. ms. ἀδούλωτος corrigendum videri monuere interpretes. At nec istam formam eadem notione respuere analogia grammatica videtur; quare citra codicum auctoritatem mutare vulgatum nolui.

Vers. 2. *τίνων κεχώρισαι.* „Vide supra, II. 9, 2. III. 23, 4." VPTON. Perperam h. l. κεχώρησαι ed. Ven. & Baf. invitis tribus nostris msstis. Mox vero bis eædem editiones recte in κεχώρισαι consentiunt, ubi noster pc. perperam κεχώρησαι scripsit.

Ibid. κατὰ λόγου. ad rationem quod adtinet. κατὰ τὸν λόγον malim, quoniam κατὰ λόγον diversa notione frequentatur.

Vers.

Vers. 3. *πολίτης εἶ τοῦ κόσμου.* „Hinc Socrates interrogatus, cujatem se esse diceret, *Mundanum*, inquit, vide I. 9, 1. Et Diogenes, *κόσμου πολίτην*, vide ad III. 24, 56. M. Anton. VI. 44. *ἡ δὲ ἐμὴ Φύσις λογικὴ καὶ πολιτική. πόλις καὶ πατρὶς, ὡς μὲν Ἀντωνίνῳ μοι, ἡ Ῥώμη· ὡς δ' ἀνθρώπῳ, ὁ κόσμος.* Vide & II. 5, 26." VPTON.

Ibid. οὐχ ἓν τῶν ὑπηρετικῶν, ἀλλὰ τῶν προηγουμένων. „Fortassis *ὑπηρετητικῶν*. Nam video, multa verbalia activa in *ητικὸς* desinentia corrumpi vitio librariorum, & scribi per *ικὸς*, *ητ* syllaba omissa. Hinc *θεωρικὸς*, & *παρεμυθικὸς*, aliaque inepta. Sed ad rem quod attinet, *τὸ ὑπηρετητικὸν καὶ τὸ προηγούμενον* hic opponuntur." WOLFIVS. Confer II. 8, 6. & ibi notata.

Ibid. παρακολουθητικὸς. Olim, cum omnes h. l. vulgo sic legerent, *παρηκολουθηκὼς γὰρ εἰ τῇ θείᾳ διοικήσει*, haec adnotaveram: „Sic I. 9, 4. *ὁ τῇ διοικήσει τοῦ κόσμου παρηκολουθηκώς.* At h. l. vix dubito, quin *παρακολουθητικὸς* scripserit Arrianus, quod & per se aptius est ad sententiam, & magis convenit cum eo quod sequitur, *καὶ τῶν ἑξῆς ἐπιλογιστικός.*" — Ad extremum vero temperare mihi non potui, quin id ipsum *παρακολουθητικὸς* in contextum adoptarem, praesertim quum hujus lectionis vestigia quaedam superesse viderem in duobus ex nostris codicibus. Nam in pb. est *παρηκολουθηκὸς*, & *ω* super terminatione *κὸς* postmodo demum superscriptum. Paulo etiam propius ad verum accedit pc. in quo est *παρακολουθηκὸς*. Ipsum vocab. *παρακολουθητικὸς* habes apud Nostrum, I, 6, 14. & I. 16, 18. tum apud M. Anton. V, 9. quem locum Vptonus in Indice citavit.

Ibid. τῶν ἑξῆς ἐπιλογιστικός. „Sequor nostrum codicem: alii *τοῦ ἑξῆς*." VPTON. *Homo rationis particeps, per quam consequentia cernit*, &c. Cic. de Offic. I. 4. In *τῶν* cum Vptoni cod. consentit pb.

Vers. 4. *ὦ ἀπόλυτον.* „Vide supra, ad II. 5, 24." VPTON.

Ibid. εἰ ἡ χεὶρ ἢ ὁ ποὺς. „Vide ibid." IDEM.

Ibid. καὶ παρηκολούθουν. Caret *καὶ* pb. male.

Ibid. ἄλλως ὥρμησαν. „Nonnulli codices male hic *ἄλλος* exhibent; recte autem noster codex. Edit. Salmant. * *ἄλλες*, & in marg. * *ἄλλως*." IDEM. *ἄλ-*

λος erat in Ven. sed ἄλλως recte ed. Bas. & seqq. cum mss̄tis.

Ibid. ἐπαυσυναγκόν]ας. Miror ab Vptono hoc non receptum, pro mendoso ἐπαυσυναγκόντας, quod inde a Ven. edit. erat propagatum; praesertim cum ipse notaverit: „Cod. Salmant. & Ms. Reg. ἐπαυσυναγκόν]ας." — Atqui id vel invitis codicibus reponi debuerat. Veram scripturam habent pac. Alia parte aberravit pb. ἐπευσυγκόν]ας scribens.

Vers. 5. καλῶς λέγουσιν οἱ Φιλόσοφοι &c. „Inter alios Chrysippus. Vide supra II. 6, 9 sq. Seneca de Provid. c. 5. *Idem in hac magna republica fit. Boni viri laborant, impendunt, impenduntur, & volentes quidem: non trahuntur a fortuna, sequuntur illam, & aequant gradus: si scissent, antecessissent. Hanc quoque animosam Demetrii fortissimi viri vocem audisse me memini: Hoc unum, inquit, Dii immortales,* &c." VPTON. Vide not. ad II. 6, 9.

Ibid. συνήργει ἂν καὶ τῷ νοσεῖν. „Pulcher est locus, & dignus qui hic adscribatur, apud M. Anton. lib. VI. s. 42. Πάν]ες εἰς ἓν ἀποτέλεσμα συνεργοῦμεν, οἱ μὲν εἰδότως καὶ παρακολουθητικῶς, οἱ δὲ ἀνεπιτήτως. ὅτερ καὶ τοὺς καθεύδον]ας, οἶμαι, ὁ Ἡράκλειτος &c. *Ad unum eundemque effectum operam conferunt universi juam, alii scientes ac intelligentes, alii effectionis insii. Quo modo dormientes quoque Heraclitus, opinor, operarios esse dixit, & ad ea, quae in mundo aguntur, operas conferre. Alius vero alio modo operam confert: ex abundanti vero & is qui quiritatur, & qui in adversum nititur, & qui ea quae fiunt tollere conatur. Nam & sic affectis mundus opus habebat. Proinde cogita tandem, quorum in numerum te referas. Siquidem rector ille universi omnino te probe utetur, teque in operariorum operasque mutuas conferentium partem recipiet. Tu vero cave, pars ejusmodi sis, qualis in fabula vilis & ridiculus versus ille, cujus meminit Chrysippus."* VPTON. — Verba συνήργει ἂν pb. paulo inferius collocavit post illa, καὶ τῷ πυροῦσθαι.

Ibid. ἀπὸ τῆς τῶν ὅλων διατάξεως. Videri poterat ὑπὸ τῆ — — διατάξεως. Sed ἀπὸ hic valet ἐκ, velut in illa phrasi ἀπὸ δόγματος, *ex decreto, vi decreti, virtute decreti.*

Ibid.

Ibid. κυριώτερον δὲ &c. Verba hæc olim a superioribus interserto puncto distinguebantur. Ego conjungenda cum illis putavi, utpote ab istis, αἰσθανόμενος ὅτι, ex communi cum præcedentibus ἀπὸ τῆς τῶν ὅλων &c. pendentia. De re, quæ hic agitur, conferre Vptonus jussit II. 5, 26. III. 24, 10 & 43 & 97.

Vers. 6. τῶν πρὸς ἐκλογὴν εὐφυεστέρων ἔχεσθαι. Vide supra, II. 6, 9.

Vers. 7. ὅτι υἱὸς εἶ. Τίς τούτου &c. Sic orationem distinxi, ut ratio suadebat, & monebat VPTONVS; qui cum ὅτι υἱὸς εἶ τις, edidisset: „Sic, inquit, noster codex: alii [superiores omnes editiones] εἴ τις. Quid vero, si hoc modo interpungas? μέμνησο ὅτι υἱὸς εἶ. Τίς τούτου τοῦ πραγώτου ἐπαγγελία; Πάντα κ. τ. λ. Confer autem Enchir. c. 30. [c. 37. recens. Wolf.]“ — Superiores editiones, uti consentaneum erat, post ἐπαγγελία nudum comma posuerant, non interrogandi signum. εἴ τις cum Vptoni cod. dant nostri pabc. Sed τίς interrogative scribendum jam olim monuerat Salmasius.

Ibid. πάντα τὰ αὐτοῦ ἡγεῖσθαι τοῦ πατρὸς. *omnia sua patris esse ducere.* Sit haud cunctanter corrigendum putavi. Veteres editiones, perperam extruso articulo a vocis præcedentis terminatione, πάντα αὐτῷ dabant: Vptonus vero præterea, suo more, αὐτοῦ temere in αὐτοῦ mutaverat. Vt h. l. τὰ, sic vs. 17. τὸν a præcedente syllaba erat absorptum. Pro πάντα αὐτοῦ, quod habent cæteri libri, αὐτοῦ πάντα scripsit pc. quod ipsum fortasse teneri poterat *absque* τὰ *articulo.*

Ibid. ψέξαι. Corrupte δέξαι pc.

Ibid. αὐτῷ εἰπεῖν· εἰπεῖν αὐτῷ pa.

Vers. 8. ἀδελφὸς εἶ Vide Enchir. loco superius citato.

Ibid. μηδέποτ' ἀνθιστάσασθαί τινος πρὸς αὐτὸν τῶν ἀπροαιρέτων. Vulgo omnes πρὸς ἑαυτὸν τῶν ἀπροαιρ. Quod spectans WOLFIVS: „Lego πρὸς αὐτὸν, ait. Significat, fraternam conjunctionem antiquiorem esse debere pecunia.“ — „Nescio, an recte.“ SHAFTESBVR. — Immo vero rectissime; πρὸς αὐτὸν, scil. τὸν ἀδελφόν. Vide I. 29, 9. & ibi not. IV. 7, 34. ἀνθιστάσασθαί τινος πρός τινα, *de re quadam cum aliquo contendere.* Qui ἑαυτὸν inauspicato invexit, is, dictionis

hujus vim nescius, putaverat (quemadmodum Vptonus ad l. 29, 9.) ἀνλιποιεῖσθαί τινος πρὸς ἑαυτὸν esse *aliquid sibi ipsi adrogare.* Pro ἀνλιποιήσασθαι h. l. ἀνλιποιεῖσθαι habet pb. Pro πρὸς ἑαυτὸν, quod dant alii, nihilo melius πρὸς ἑαυτῶν scripsit pa.

Vers. 9. ἀνλὶ θλάσσας, ἂν οὕτω τύχῃ, καὶ καθέδρας. Pro θρίδακος, quod ex ed. Bas. in reliquas erat propagatum, θλάσσος restituit, veterum codicum consentiente auctoritate. Nam sic plane habet ed. Ven. & noster pb. Neque aliud debuerunt pac. in quibus θλάσσος scriptum, perperam quidem hactenus, quod acute. Licet vero in Enchir. cap. 25, 3. in scripturam θρίδ. libri consentiant omnes, tamen ex Hesychio discimus, (in voc. Θιδραχίη, & Ἀγαμεμνόνη) perinde & θλίδραξ & θρίδαξ dixisse Graecos. Cæterum sicut in proclivi erat, *lactucam* nominare pro exemplo rei vulgaris & vilis pretii; sic, quo pacto cum *lactuca* nunc *sella* copuletur, vel *sedes*, non tam facile dixeris; nisi ad historiam aliquam, aut ad dictum, quod me nunc praeterit, fiat adhusio. Id nisi ita est, debebit καὶ pro ἢ, *aut*, usurpatum intelligi; (quem usum frequenter apud Polyb. observavimus; vide Lexic. Polyb. in Καὶ, num. 1.) & καθέδρα fortasse *sellam curulem* denotabit; junctaeque fuerint per ironiam res diversissimae, ut innuat philosophus, *si semel tibi licitum putes de re externa & extra hominis potestatem posita ambitiose studioseque cum fratre tuo contendere, perinde esse, de lactuca ne, an de sella curuli, contendas.* Quodsi quis vero καθέδραν hic cum Wolfio *quamlibet sellam* sive *sedem* intelligere maluerit, aut cum Schegkio προεδρίαν, id est, *sedis praerogativam*, cum eo ego non magis, quam de lactuca, contenderim. Sed mihi plane *sella curulis* intelligenda videtur; & respexisse Epictetum puto id quod de Scipionibus fratribus Polybius narrat lib. X. c. 4 sq. Non equidem sum nescius, superiores scriptores vocabulo θρόνος uti solitos, ubi de *sella curuli* loquebantur; at id quidem neminem turbabit.

Ibid. αὐτὸν εὐγνωμοσύνην τηρῆσαι. αὐτὸν, in quod cum superioribus editionibus mssti consentiunt omnes, rursus, ut nimis frequenter aliàs, temere in αὑτὸν mutaverat Vptonus.

Vers. 10. εἰ βουλευτὴς πόλεώς τινος εἰ, ὅτι βουλευτής· εἰ νέος, ὅτι νέος. Varie in variis editt. expressus hic locus erat. Veneta sic dabat: εἰ βουλευτὴς

τῆς πόλεώς τινος, ὅτι βουλευτὴς νέος, ὅτι νέος. Eodem modo Baſ. niſi quod inter βουλευτὴς & νέος punctum interpoſuit. Tum Genev. Colon. & Cantab. ſic: εἰ βουλευτὴς πόλεώς τινας εἶ, καὶ βουλευτὴς νέος, ὅτι νέος. Denique Lond. anonym., ſic: εἰ βουλευτὴς πόλεώς τινος εἶ, ὅτι βουλευτὴς· εἰ νέας, ὅτι νέος. Quod ipſum tenens VPTONVS, monuit in Notis: „Codex noſter & Mſs. Pariſ. eodem modo exhibent ac edendum curavi.“ — In eamdem vero ſententiam, quæ in male etiam adfecta oratione ſatis perſpicua erudito interpreti eſſe debuit, locum hunc interpretatus Wolfius erat; &, Græca ad eum modum refingenda eſſe, adnotaverat Shaftesburius, referente Vptono. Pariſinus codex, qui h. l. cum Vptoni codice conſentit, non eſt ille pa. e quo longe plurimus numerus earum lectionum ductus eſt, quæ cum editore illo ex Bibliotheca olim Regia Pariſiis communicatæ ſunt; ſed nunc ille is codex eſt, quem pb. inſignivimus, quem & ipſum ſubinde, ſed pauciſſimis in locis, inſpexit vir doctus, qui illam operam Vptono navavit. Codices pa. & pc. hoc loco ab edit. Ven. non diſſentiunt. In eodem vero cod. pb. deeſt pronomen τινος, ad πόλεως, non male.

Verſ. 11. ἕκαστον τῶν τοιούτων ὀνομάτων — — ὑπογράφει τὰ οἰκεῖα ἔργα. „Ench. c. 30. [c. 37. Wolf.] Τὰ καθήκοντα ὡς ἐπίπαν ταῖς σχέσεσι παραμετρεῖται. Et mox: Οὕτως οὖν ἀπὸ τοῦ γείτονος, ἀπὸ τοῦ πλέκτου, ἀπὸ τοῦ στρατηγοῦ, τὸ καθῆκον εὑρήσεις, ἐὰν τὰς σχέσεις ἐθίζῃ θεωρεῖν.“ VPTON.

Verſ. 13. ἄλλως. Vide ad II. 8, 15.

Verſ. 14. ἀλλὰ δεῖ σε πέρμα ἀπολέσαι, &c. „Vide mox verſ. 19. & III. 18, 5.“ VPTON. — Paulo ante, perperam δεικτικὸν, pro δηκτικὸν, ſcribit pc. θυρίδι vero ed. Ven. & Baſ. pro θηρίον.

Verſ. 15. Εἰ γραμμ. μὲν ἧς ἀποβαλών. Perperam ἦς Ven. Col. Gen. & ſeqq. atque etiam Vpt. ut paſſim alibi, poſt particulam, quæ imperf. indicativi adſciſcit, non ſubjunctivum. Recte ἧς præfert Baſ.

Ibid. „κατάστολὴν intelligo *mores ad gravitatem compoſitos.*“ WOLFIVS. — Bene & paulo rectius idem in verſione *modeſtiam* interpretatus eſt.

Verſ. 16. παρ' ἐξωθέν τινα. Sic recte ſeparavit verba codex pb. quemadmodum fecit editor Genev. & ſequentes. παρέξωθέν τινα ed. Ven. & Baſ. cum pac.

Ibid.

Ibid. καὶ μὴ ἔχειν, καὶ μὴ ἀπολλύειν, αἰσχρόν ἐστι. „Voces αἰσχρόν ἐστι [quas h. l. ignorabant ſuperiores edd.] revocavi ope & auctoritate noſtri codicis." VPTON. — Easdem voces ignorant noſtri mſsti; in pc. vero abeſt etiam particula καὶ ante ἀνυπαίδευτον, qua omiſſa iſtis etiam carere poteramus.

Verſ. 17. οὐδὲν ἧττον τὸν ἄνδρα. „Articulum τὸν, abſorptum [olim] a præcedente ſyllaba, revocavi ope noſtri codicis." VPTON. — conf. Not. ad vſ. 7. Habet etiam τὸν noſter codex pb.

Ibid. ὁ δὲ διατιθείς; ſcil. τὰ τοῦ πλησίον. „*Quid autem is, qui facit ut ille alter ita ſit affectus?* id eſt, *qui corrumpit.*" VPTON.

Verſ. 18. Τί ἀπολλύει ὁ μοιχεύων; „Vide ſupra, II. 4, 2 ſq. & infra, IV. 9, 9." VPTON.

Ibid. Quatuor voces, τὸν κόσμιον, τὸν τολίτην, in Vptoni edit. errore operarum prætermiſſas, revocavi e ſuperioribus edd. Easdem agnoſcunt mssti omnes.

Verſ. 19. Οὐδεὶς δίκην ἀπωλείας καὶ ζημίας κακός ἐστι. „Vide IV. 1, 119." VPTON. — Verbum ἐστι deeſt pa.

Ibid. εἰ τὴν ζημίαν ζητεῖς ἐν κέρματι. „Vide ſupra, vſ. 14. & infra III. 18, 5." IDEM.

Verſ. 20. Ὅτι οὐδ' ὁ τὴν βίνά σοι ἀπολλύων ἐστὶ βλαμμένος. σοὶ, *tibi*, ſi bene habet, idem valebit ac ἐκ τοῦ σοῦ λόγου, ἐκ τῆς σῆς γνώμης, *ex tua ratione, e tua ſententia, te ſi audiamus, ſecundum te.* Niſi malis eſſe illum dativum perſonæ plecmaſticum, in orientalium præſertim populorum linguis frequentatum, quem *dativum commodi* vocant nonnulli grammaticorum.

Verſ. 21. „Poſt οὐδὲν ἀπολλύει; videtur deeſſe Πῶς γὰρ οὔ; aut aliquid ſimile." VPTON. — Nihil deeſt. Videtur decepiſſe Vptonum ambiguitas vocis αὐτὴν. Scilicet τὴν ἀσφάλειαν αὐτὴν non eſt h. l. *ſalutem ipſam*, ut vertit Vpton. cum Wolfio; ſed *ſalutem ſolum.*

Ibid. Πολλὰ καὶ λέγεις. „καὶ non redundat. Vide infra, II. 12, 20." SHAFTESBVR. — Non ſane prorſus abundat; nec ſine gratia, nec ſine vi quadam adjecta pro Græci ſermonis genio καὶ particula. *Quamnam vero, quamnam quæſo dicis?*

Verſ.

Verſ. 22. Οὐδὲν ἔχομεν αἰδήμον φύσει; ἔχομεν. Cum ante *φύσει* poneretur olim interrogandi ſignum, & jungerentur verba *φύσει ἔχομεν*, ſeparanda hæc monuit Wolfius, & vocabulum *φύσει* ad ſuperiora referendum; cui obtemperarunt editores Cant. Lond. anon. & Vpton; notavitque Vptonus, conſentire in hanc rationem codicem ipſius. Et conſentiunt etiam noſtri tres. Pro *αἴδημον*, quod antepenacute vulgo hic ſcripſerant omnes, *αἰδῆμον* ſcripſi; de quo monui ad I. 25, 4. Et *αἰδῆμον* habet etiam h. l. pb. Sed *αἴδημον* pc. ut olim editum. *αἴδιμον* pa. quaſi ab *αἴδιμος*, quam tamen vocem ignorat Græca lingua.

Verſ. 23. Οὐκ ἔχομεν φύσει τι πιστόν; φύσει στερητικόν; φύσει ὠφελητικόν; φύσει ἀλλήλων ἀνεκτικόν; Rurſus prava diſtinctione olim laborabat hic locus, cum ſic darent: Οὐκ ἔχομεν φύσει τι; πιστὸν φύσει; στ. φύσει; ὠφ. φύσει; ἀλλήλων ἀνεκτικόν; Eodemque modo noſtri mssti, niſi quod in pa. poſtrema verba ſic diſtinguuntur, *ὠφελητικὸν ἀλλήλων φύσει· ἀνεκτικόν*. De corrigenda diſtinctione orationis recte monuit Wolfius; cui rurſus obſecuti ſunt editores Cant. Lond. anon. & Vptonus; eadem diſtinctionis ratio in Vptoni codice obſervata erat. De re, quæ hic agitur, confer II. 22, 20.

Ibid. *φύσει στερητικόν*; Perperam *στερητικὸν* dabat ed. Ven. quod in *στοργητικὸν* mutavit editor Baſileenſis; idque tenuere ſequentes, usque ad Vptonum. Perſpectiſſime vero WOLFIVS jam monuerat: „Lege *στερκτικὸν*, a *στέργω*, non a *στερέω*. Baſilienſis editio habet *στοργητικόν*. Sed hoc melius; nam *στοργὸν ἄχρηστον*, ut opinor: & verbalia ſunt hæc, *ὠφελητικόν*, *ἀνεκτικὸν*, *στερκτικόν*.“ — Hæc ſic clare leguntur in Wolfii Annotationibus quæ cum Latina Verſione harum Epicteti Diſſertationum Baſileæ apud Joannem Oporinum editæ ſunt. Quæ Wolfii verba cum corrupta eſſent ab editore Colonienſi, qui, ubi *στερκτικὸν* Wolfius ſcripſerat, *στερητικὸν* expreſſit; ad eumdem locum, referente Vptono, COMES SHAFTESBVRIENSIS hæc adnotavit: „*στερητικὸν* Wolfius, a *στέργω*: inde vero *στερκτικὸν*, non *στερητικόν*. Vide Gatak. ad Marci lib. X. ſ. 1. ubi textus tamen habet *στερητικῆς*.“ — Quod ita e Shaftesb. adnotatum eſſe nil mirum; ſed illud ſane mireris, Vptonum non vidiſſe, quod in aprico erat, operarum Colonienſium abſurdam conjecturam Wolfio

eſſe

esse adscriptam; praesertim quum Wolfii adnotatio manifeste ad lectionem editionis Venetae, quam ante oculos perpetuo Vptonus habebat, referretur: nam initio adnotationis haec ipsa verba ex Veneta editione repetuntur: *φύσει στερκτικόν*. Tum ait: *Lege στερκτικόν. &c.* Et Cantabrigiensis Editor eamdem Wolfii adnotationem recte exprimendam curaverat; quam inspicere Vptonus, si genuina Wolfii editio ad manus non fuit, potuerat. At ille, nihil dubitans, praeclarae emendationis honorem uni Shaftesburiensi suo tribuit: „Optime, inquit, vir nobilis, succinentibus nostro codice & Ms. Par.“ — Et paulo ante, ubi illam Wolfii adnotationem retulit, qua distinctio orationis recte emendatur, haec subjecit: „Conjecturas Wolfii confirmat noster codex; tantum *στερκτικὸν*, non *στερητικὸν*, legit.“ — Est autem *τὸ στερκτικὸν*, ut in Ind. recte monuit idem VPTONVS: „*vis illa amoris naturaliter insita parentibus erga liberos, & viciſſim.* M. Antonin. X. 1. *Γεύσῃ ποτὲ ἆρα τῆς φιλητικῆς καὶ στερκτικῆς διαθέσεως; Ecquando dispositionem dilectioni & affectui genuino deditam degustabis.*“ — Manuscriptus codex Paris. qui h. l. cum Vptoni codice recte *στερκτικὸν* habet, rursus (sicut supra vs. 10.) non pa. est, sed pb. In mendosum *στερητικὸν* cum vett. edd. consentiunt pac.

Ibid. *οὗτος ἡ ἀβλαβὴς*. „Wolfii editio *ἔστω*. Cod. Ven. Salmant. & Bas. *ἦ*. Noster codex *ἐστίν*.“ VPTON. — Graecum exemplum Dissertationum Epicteti numquam Wolfius edidit. Quam *Wolfii editionem* hic dicit Vptonus, ea *Cantabrigiensis* est, vel *Londinensis*, utraque ex *Colonienſi* expressa, quae ipsa quinto decimo demum anno post obitum Wolfii excusa est; cujus editor Graecis, e Genevensi editione repetitis, Latinam Wolfiique versionem ejusdemque Notas cum Latina versione olim editas, adjecit. Neque vero ad hunc locum de verbo *ἦ* in *ἔστω* mutando quidquam adnotaverat Wolfius. Sed cum in Genevensi editione accidisset, ut verbum *ἦ*, quod in ea recte ex ed. Ven. & Bas. repetitum erat, casu quodam & per typographi incuriam minus commode perspicueque esset expressum; editor Colonienſis, non satis quid esset discernens, *ἔστω* legit, idque sua auctoritate hoc loco posuit; quod ipsum dein tenuerunt editores Cant. & Lond, & noster etiam Vptonus. Illud igitur, quamquam per se ferri potuerat, tamen ut temere receptum rejeci, atque subjunctivum *ἦ* restitui, quem

quem rectissime dabant superiores editiones. οὗτος ἢ ἀβλαβής; *is indemnis esset? is indemnis fuerit?* Vide I, 17, 4 & 10. I. 18, 13 & 31. I. 25, 5. I. 28, 31. III. 21, 8. &c. Indicativum ἐστὶν, quem e suo cod. commemorat Vptonus, non probo. Habet quidem ἐστὶν pariter noster pc. Sed ἢ pa. & eodem modo scribi debuerat in pb. in quo corrupte *si.*

Vers. 24. τί ἐστι βλάβη. Sic pa. cum editis. Sed τί ἐβλάβη pb. qui fortasse debuerat τίς ἐβλάβη· *vide quis damnum sit passus.* Manifesto errore pc. ἰδοῦ τοῦτ' ἐστὶ βλάβη.

Vers. 25. εἰ γὰρ τὸ ἀγαθὸν ἐν προαιρέσει. „Vide initium cap. 16. hujus libri." VPTON.

Vers. 26. Τί οὖν, ἐπειδὴ — — τοιήσας, μὴ βλάψω ἐγὼ ἐμαυτὸν &c. Sic orationem distinguunt editt. vett. consentientibus fere mss̄tis; nam pb. quidem, sicut illae, post Τί οὖν nudum comma ponit, pac. vero ne incidunt quidem ibi orationem. Ita verba ista, Τί οὖν cohaerent cum illis, μὴ βλάψω ἐγὼ ἐμαυτόν. At editor Cantabr. & cum eo anon. Lond. & Vptonus, majori puncto post ὃ λέγεις posito, post Τί οὖν interrogandi signum interseruerunt, nempe Wolfii versionem secuti, quae sic habebat: *Quid ergo? Si ille ipse sibi nocuit,* &c. Ad sententiam quidem parum intereſt; sed restituta, ut fecimus, veteri ratione, commodius fluit oratio. In verbis, μὴ βλάψω ἐγὼ ἐμαυτὸν, codicem nostrum pb. sum secutus: alia verborum serie vulgo cum pac. legebatur, ἐγὼ ἐμαυτὸν μὴ βλάψω. De re ad hunc locum haec notavit VPTONVS: „Vide quid Socrates apud Platonem hac de re disserit [infra in Adnot.] ad IV. 1, 167. Seneca de Ira lib. II. c. 32. *Non enim ut in beneficiis honestum est, merita meritis repensare; ita injurias injuriis: illic, vinci turpe est; hic, vincere.*"

Vers. 27. ὅτου τι σωματικὸν ἐλάττωμα εἰς κτῆσιν. Malim autem ἢ εἰς κτῆσιν, quemadmodum Wolfius legendum censuit.

Ibid. ὅτου δ' εἰς προαίρεσιν. „Ita noster codex: alii ὅτου εἰς τὴν προαίρεσιν." VPTON. Et conjunctionem δὲ jam interserere Wolfius jusserat, qua tamen facile equidem caruissem cum nostris pabc. Articulum τὴν cum olim editis agnoscunt pac. sed commode ignorat pb. cum Vptoni

Vptoni codice, quemadmodum paulo ante εἰς πόσον omnes habent absque articulo.

Ibid. οὐδεμία βλάβη; Sic cum interrogandi signo scribunt haec vulgo omnes. Possit vero etiam tota phrasis, inde a verbis ὅτου τι σωματικὸν &c. mimice ac per ironiam dicta intelligi absque interrogatione; nempe sic nos homines vulgo cogitamus atque etiam dicere non erubescimus. Atque ea ratio magis convenit cum versu sequente. Et habet quidem h. l. interrogandi signum pc. sed illud ignorant pab. percommode.

Vers. 28. ὁ ἐξαπατηθεὶς ἢ ὁ ἀδικήσας. Articulum ὁ ante ἀδικήσας auctoritate sui codicis inseruit Vptonus, cum quo facit noster pb. Illius articuli absentia fortasse turbaverat WOLFIVM, ut ad h. l. haec adnotaret: ὁ ἐξαπατηθεὶς ἢ ἀδικήσας, *qui deceptus est, aut injuriam fecit.* Nisi ὁ ἐξαπατηθεὶς de eo intelligatur, *qui errat, fallitur, de rebus male judicat;* malim ὁ ἐξαπατήσας, *qui aliquem decepit, aut affecit injuria.*"

Vers. 29. οὐδ' ἐγγὺς διαφερόμεθα. „*Ne prope quidem disceptamus.* τὸ διαφέρεσθαι hic significare videtur, *sua interesse putare, curare aliquid, laborare de aliquo;* quasi dixisset, ἥκιστα φρονίζομεν ἢ διαφέρειν ἡμῖν ἡγούμεθα." WOLFIVS. Sic saepe aliâs isto verbo utitur. IV. 4, 48. IV. 7, 5. &c. οὐδ' ἐγγὺς, *multum abest ut*, i. e. *minime;* dictio, Demosthenis, Luciano aliisque frequentata.

Ibid. πλὴν μόνον ἐν τῇ σχολῇ &c. Subinde occasionem captat Epictetus insectandae ignaviae in agendo & curiositatis in disputando philosophorum." WOLFIVS.

Ibid. μέχρι λογαρίων. Vide I. 29, 55. not.

CAPVT XI.

TIT. Τίς ἀρχὴ Φιλοσοφίας. „Hunc & sequentem Dialogum videtur habuisse Epictetus, lecto non ita pridem Platonis Alcibiade." VPTON.

Vers. 1. κατὰ τὴν θύραν ἀπτομένοις αὐτῆς. „κατὰ τὴν θύραν, i. e. *recta via atque aditu.* Cic. de Orat. I. 47. *ab hoc aditu januaque patefacta.*" VPTON. Contrarium illius est παρὰ θύραν, ἁμαρτάνεσθαι, apud Lucian. Nigr. c. 31. Et μὴ ἁμάρτεσθαι διὰ τῆς θύρας, ἀλλὰ ἀναβαίνειν ἀλλαχόθεν, apud Johann. Evang. 10, 1. Pro κατὰ τὴν θύραν h. l. κατὰ θύρας habet pb.

Ibid.

Ibid. *συναίσθησις τῆς αὐτοῦ ἀδιαφορίας.* „Sic supra, I. 26, 15. *ἀρχὴ τοῦ φιλοσοφεῖν, αἴσθησις τοῦ ἰδίου ἡμαρτῆσθαι, πῶς ἔχει.* Et infra, cap. 17. Vide Fragm. p. 741. [initio Fragmentor.] *Εἰ βούλει ἀπαθὴς εἶναι, πρῶτον πίστευσον, ὅτι πασὸς εἶ.* Seneca de Tranq. c. 1. *Multi ad sapientiam potuerant pervenire, nisi se putassent jam pervenisse.*“ VPTON. Temere Vptonus, ut frequenter aliàs, *αὐτοῦ*, quod e superioribus revocavi, in *αὐτοῦ* mutaverat. Est tamen *αὐτοῦ* etiam in pb. Ad curatius si loqui Epictetus, aut scribere Arrianus voluisset, *αὐτῶν* erat dicendum. Sed sæpe a plurali numero ad singularem, & vicissim, subito transiri videmus in his Dissertationibus.

Vers. 2. *ἡ διέσεως, ἢ ἡμιτονίου.* „Hæc est nostri codicis scriptura: deest ἢ (ante *ἡμιτονίου*) in aliis.“ VPTON. *ἡμιτόνιον, semitonium minus.* *διέσεις,* „ *quarta pars toni,* vel *semitonium minus.* Vide Vitruv. lib. V, c. 4. Macrob. in Somn. Scip. & alios quos laudavit H. Steph. in *Διέσεις.* Perperam *διάσεως* scribit pc. sed recte idem mox *ἢ ἡμίτον.* habet cum Vpc. Eandem particulam ἢ a prima litera vocis sequentis olim absorptam, adjiciendam monuerat Meibomius, nisi ad Salmasium (ut mihi videtur) auctorem referenda illa Nota est.

Ibid. *εἰ μὴ εἰδότες αὐτὰ, οὐδ' ὅτιοῦν εἰδέναι.* „Eandem cautam Alcibiadi reddit Socrates, cur in re quadam ibi proposita non erraviſſet: scilicet, *ὅτι οὐκ οἶδε αὐτὸ ἐπίστασθαι, οὐκ ἐπιχειρήσει.* Vide Platon. Vol. II. p. 117.“ VPTON.

Vers. 3. *καὶ δυστυχίας καὶ προσήκοντος.* Sic edd. omnes, inde a Bas. Sed in ed. Ven. deest *καὶ* ante *δυστυχίας.* In cod. pc. deest *καὶ* ante *προσήκοντος.* In pab. vero desunt duæ voces *καὶ δυστυχίας.*

Ibid. *καὶ ἀποβάλλοντος.* „Ita noster codex: cæteri *καὶ ἀποβάλλοντος.* Sed voces inter se opponi debent, uti supra *καλοῦ καὶ αἰσχροῦ,* &c. Sic hoc in loco *προσήκοντος καὶ μὴ ἀποβάλλοντος,* vel *ἀποβάλλοντος:* si vocabulum non sit a librario corruptum, uti esse videtur.“ VPTON. — Equidem nihil video quod impediat, quo minus credamus, usitatum vocabulum *ἀποβάλλον,* pro contrario *τοῦ ἀντιβάλλοντος,* fuisse in Stoicorum scholis; quod miros fuisse novimus in procudendis novis vocabulis artifices. At nostri quidem libri ab olim vulgatis nihil hic discedunt. *καὶ μὴ ἀντιβάλλοντος* scribere jusserat Meibom.

λος erat in Ven. sed ἄλλως recte ed. Bas. & seqq. cum mss.tis.

Ibid. ἐπαυσυναγκόνλες. Miror ab Vptono hoc non receptum, pro mendoso ἐπαυσυναγκόντες, quod inde a Ven. edit. erat propagatum; praesertim cum ipse notaverit: „Cod. Salmant. & Ms. Reg. ἐπαυσυναγκόνλες." — Atqui id vel invitis codicibus reponi debuerat. Veram scripturam habent pac. Alia parte aberravit pb. ἐπευναγκόνλες scribens.

Vers. 5. καλῶς λέγουσιν οἱ Φιλόσοφοι &c. „Inter alios Chrysippus. Vide supra II. 6, 9 sq. Seneca de Provid. c. 5. *Idem in hac magna republica fit. Boni viri laborant, impendunt, impenduntur, & volentes quidem: non trahuntur a fortuna, sequuntur illam, & aequant gradus: si scissent, anteceſſissent. Hanc quoque animosam Demetrii fortissimi viri vocem audisse me memini: Hoc unum, inquit, Dii immortales*, &c." VPTON. Vide not. ad II. 6, 9.

Ibid. συνέργει ἂν καὶ τῷ νοσεῖν. „Pulcher est locus, & dignus qui hic adscribatur, apud M. Anton. lib. VI. s. 42. Πάντες εἰς ἓν ἀποτέλεσμα συνεργοῦμεν, οἱ μὲν εἰδότως καὶ παρακολουθητικῶς, οἱ δὲ ἀνεπιτάτως. ὅθεν καὶ τοὺς καθεύδοντας, οἶμαι, ὁ Ἡράκλειτος &c. *Ad unum eundemque effectum operam conferunt universi suam, alii scientes ac intelligentes, alii effectionis insscii. Quo modo dormientes quoque Heraclitus, opinor, operarios esse dixit, & ad ea, quae in mundo aguntur, operas conferre. Alius vero alio modo operam confert: ex abundanti vero & is qui quiritatur, & qui in adversum nititur, & qui ea quae fiunt tollere conatur. Nam & sic affectis mundus opus habebat. Proinde cogita tandem, quorum in numerum te referas. Siquidem rector ille universi omnino te probe utetur, teque in operariorum operasque mutuas conferentium partem recipiet. Tu vero cave, pars ejusmodi sis, qualis in fabula vilis & ridiculus versus ille, cujus meminit Chrysippus.*" VPTON. — Verba συνέργει ἂν pb. paulo inferius collocavit post illa, καὶ τῷ πηροῦσθαι.

Ibid. ἀπὸ τῆς τῶν ὅλων διατάξεως. Videri poterat ὑπὸ τῆς — — διατάξεως. Sed ἀπὸ hic valet ἐκ, velut in illa phrasi ἀπὸ δόγματος, *ex decreto, vi decreti, virtute decreti.*

Ibid.

Ibid. *κυριώτερον δὲ* &c. Verba hæc olim a superioribus interserto puncto distinguebantur. Ego conjungenda cum illis putavi, utpote ab iis, *αἰσθανόμενος ὅτι*, ex communi cum præcedentibus *ἀπὸ τῆς τῶν ὅλων* &c. pendentia. De re, quæ hic agitur, conferre Vptonus jussit II. 5, 26. III. 24, 10 & 43 & 97.

Vers. 6. *τῶν πρὸς ἐκλογὴν αὐθυσταίρων ἔχεσθαι.* Vide supra, II. 6, 9.

Vers. 7. *ὅτι υἱὸς εἶ.* *Τίς τούτου* &c. Sic orationem distinxi, ut ratio suadebat, & monebat VPTONVS; qui cum *ὅτι υἱὸς εἶ τις*, edidisset: „Sic, inquit, noster codex: alii [superiores omnes editiones] *εἴ τις*. Quid vero, si hoc modo interpungas? *μέμνησο ὅτι υἱὸς εἶ. Τίς τούτου τοῦ προσώπου ἐπαγγελία; Πάντα κ. τ. λ.* Confer autem Enchir. c. 30. [c. 37. recens. Wolf.][a] — Superiores editiones, uti consentaneum erat, post *ἐπαγγελίαι* nudum comma posuerant, non interrogandi signum. *εἶ τις* cum Vptoni cod. dant nostri pabc. Sed *τίς* interrogative scribendum jam olim monuerat Salmasius.

Ibid. *πάντα τὰ αὐτοῦ ἡγεῖσθαι τοῦ πατρὸς.* *omnia sua patris esse ducere.* Sic haud cunctanter corrigendum putavi. Veteres editiones, perperam extruso articulo a vocis præcedentis terminatione, *πάντα αὐτῷ* dabant: Vptonus vero præterea, suo more, *αὐτεῦ* temere in *αὐτεῦ* mutaverat. Vt h. l. *τὰ*, sic vs. 17. *τὴν* a præcedente syllaba erat absorptum. Pro *πάντα αὐτεῦ*, quod habent cæteri libri, *αὐτοῦ πάντα* scripsit pc. quod ipsum fortasse teneri poterat *absque τὰ articulo.*

Ibid. *ψέξει.* Corrupte *δέξει* pc.

Ibid. *αὐτῷ εἰπεῖν· εἰπεῖν αὐτῷ* pa.

Vers. 8. *ἀδελφὸς εἶ* Vide Enchir. loco superius citato.

Ibid. *μηδέποτ' ἀνθιποιήσασθαί τινος πρὸς αὐτὸν τῶν ἀπροαιρέτων.* Vulgo omnes *πρὸς ἑαυτὸν τῶν ἀπροαιρ.* Quod spectans WOLFIVS: „Lego *πρὸς αὐτὸν*, ait. Significat, fraternam conjunctionem antiquiorem esse debere pecunia.[a] — „Nescio, an recte.[a] SHAFTESBVR. — Immo vero rectissime; *πρὸς αὐτὸν*, scil. *τὸν ἀδελφόν.* Vide I. 29, 9. & ibi not. IV. 7, 34. *ἀντιποιεῖσθαί τινος πρός τινα, de re quadam cum aliquo contendere.* Qui *ἑαυτὸν* inauspicato invexit, is, dictionis

hujus vim nescius, putaverat (quemadmodum Vptonus ad l. 29, 9.) *ἀνλπποιεῖσθαί τινος πρὸς ἑαυτὸν* esse *aliquid sibi ipsi adrogare*. Pro *ἀνλπποιήσασθαι* h. l. *ἀνλπποιεῖσθαι* habet pb. Pro *πρὸς ἑαυτὸν*, quod dant alii, nihilo melius *πρὸς ἑαυτῶν* scripsit pa.

Vers. 9. *ἀνλὶ θλίψεως, ἂν οὕτω τύχῃ, καὶ καθέδρας.* Pro *θρίδακος*, quod ex ed. Bas. in reliquas erat propagatum, *θλίψεως* restitui, veterum codicum consentiente auctoritate. Nam sic plane habet ed. Ven. & noster pb. Neque aliud debuerunt pac. in quibus *θριδακὸς* scriptum, perperam quidem hactenus, quod acute. Licet vero in Enchir. cap. 25, 3. in scripturam *θριδ.* libri consentiant omnes, tamen ex Hesychio discimus. (in voc. *Θιδρακίνη*, & *Ἀγαμεμνόνη*) perinde & *θλίδραξ* & *θρίδαξ* dixisse Græcos. Cæterum sicut in proclivi erat, *lactucam* nominare pro exemplo rei vulgaris & vilis pretii; sic, quo pacto cum *lactuca* nunc *sella* copuletur, vel *sedes*, non tam facile dixeris; nisi ad historiam aliquam, aut ad dictum, quod me nunc praeterit, fiat adtusio. Id nisi ita est, debebit *καὶ* pro *ἢ*, *aut*, usurpatum intelligi; (quem usum frequenter apud Polyb. observavimus; vide Lexic. Polyb. in Καί, num. 1.) & *καθέδρα* fortasse *sellam curulem* denotabit; junctaeque fuerint per ironiam res diversissimae, ut innuat philosophus, *si semel tibi licitum putes de re externa & extra hominis potestatem posita ambitiose studioseque cum fratre tuo contendere, perinde esse, de lactuca ne, an de sella curuli, contendas.* Quodsi quis vero *καθέδραν* hic cum Wolfio *quamlibet sellam* sive *sedem* intelligere maluerit, aut cum Schegkio *προεδρίαν*, id est, *sedis prærogativam*, cum eo ego non magis, quam de lactuca, contenderim. Sed mihi plane *sellae curulis* intelligenda videtur; & respexisse Epictetum puto id quod de Scipionibus fratribus Polybius narrat lib. X. c. 4 sq. Non equidem sum nescius, superiores scriptores vocabulo *θρόνος* uti solitos, ubi de *sella curuli* loquebantur; at id quidem neminem turbabit.

Ibid. αὐτὸν εὐγνωμοσύνην κτήσασθαι. αὐτὸν, in quod cum superioribus editionibus mssti consentiunt omnes, rursus, ut nimis frequenter aliàs, temere in *αὐτὸν* mutaverat Vptonus.

Vers. 10. *εἰ βουλευτὴς πόλεώς τινος εἰ, ὅτι βουλευτής· εἰ νέος, ὅτι νέος.* Varie in variis editt. expressus hic locus erat. Veneta sic dabat: *εἰ βουλευτὴς*

τῆς πόλεώς τινος, ὅτι βουλευτὴς νέος, ὅτι νέος. Eodem modo Baſ. niſi quod inter βουλευτὴς & νέος punctum interpoſuit. Tum Genev. Colon. & Cantab. ſic: εἰ βουλευτὴς πόλεώς τινος εἶ, καὶ βουλευτὴς νέος, ὅτι νέος. Denique Lond. anonym., ſic: εἰ βουλευτὴς πόλεώς τινος εἶ, ὅτι βουλευτὴς· εἰ νέος, ὅτι νέος. Quod ipſum tenens VPTONVS, monuit in Notis: „Codex noſter & Mſs. Pariſ. eodem modo exhibent ac edendum curavi.“ — In eamdem vero ſententiam, quæ in male etiam adfecta oratione ſatis perſpicua erudito interpreti eſſe debuit, locum hunc interpretatus Wolfius erat; &, Græca ad eum modum refingenda eſſe, adnotaverat Shaftesburius, referente Vptono. Pariſinus codex, qui h. l. cum Vptoni codice conſentit, non eſt ille pa. e quo longe plurimus numerus earum lectionum ductus eſt, quæ cum editore illo ex Bibliotheca olim Regia Pariſiis communicatæ ſunt; ſed nunc ille is codex eſt, quem pb. inſignivimus, quem & ipſum ſubinde, ſed pauciſſimis in locis, inſpexit vir doctus, qui illam operam Vptono navavit. Codices pa. & pc. hoc loco ab edit. Ven. non diſſentiunt. In eodem vero cod. pb. deeſt pronomen τινος, ad πόλεως, non male.

Verſ. 11. ἕκαστον τῶν τοιούτων ὀνομάτων — — ὑπογράφει τὰ οἰκεῖα ἔργα. „Ench. c. 30. [c. 37. Wolf.] Τὰ καθήκοντα ὡς ἐπίπαν ταῖς σχέσεσι παραμετρεῖται. Et mox: Οὕτως οὖν ἀπὸ τοῦ γείτονος, ἀπὸ τοῦ πλίτου, ἀπὸ τοῦ στρατηγοῦ, τὸ καθῆκον εὑρήσεις, ἐὰν τὰς σχέσεις ἐφίζῃς θεωρεῖν.“ VPTON.

Verſ. 13. ἄλλως. Vide ad II. 8, 15.

Verſ. 14. ἀλλὰ δεῖ σε κέρμα ἀπολέσαι, *&c.* „Vide mox verſ. 19. & III. 18, 5.“ VPTON. — Paulo ante, perperam δειπτικὸν, pro δηκτικὸν, ſcribit pc. θυρίον vero ed. Ven. & Baſ. pro θηρίον.

Verſ. 15. Εἰ γραμμ. μὲν ἧς ἀποβαλών. Perperam ἦς Ven. Col. Gen. & ſeqq. atque etiam Vpt. ut paſſim alibi, poſt particulam, quæ imperf. indicativi adſciſcit, non ſubjunctivum. Recte ἧς præfert Baſ.

Ibid. „καταστολὴν intelligo *mores ad gravitatem compoſitos.*“ WOLFIVS. — Bene & paulo rectius idem in verſione *modeſtiam* interpretatus eſt.

Verſ. 16. παρ' ἕξωθέν τινα. Sic recte ſeparavit verba codex pb. quemadmodum fecit editor Genev. & ſequentes. παρέξωθέν τινα ed. Ven. & Baſ. cum pac.

Ibid.

Ibid. καὶ μὴ ἔχειν, καὶ μὴ ἀπολλύειν, αἰσχρόν ἐστι. „Voces αἰσχρόν ἐστι [quas h. l. ignorabant superiores edd.] revocavi ope & auctoritate noſtri codicis.“ VPTON. — Easdem voces ignorant noſtri mſti; in pc. vero abeſt etiam particula καὶ ante ἀνοησίαστον, qua omiſſa iſtis etiam carere poteramus.

Verſ. 17. οὐδὲν ἧττον τῶν ἄνδρα. „Articulum τῶν, abſorptum [olim] a præcedente ſyllaba, revocavi ope noſtri codicis.“ VPTON. — conf. Not. ad vſ. 7. Habet etiam τὸν noſter codex pb.

Ibid. ὁ δὲ διατιθείς; ſcil. τὰ τοῦ κιγκλίδου. „*Quid autem is, qui facit ut ille alter ita ſit affectus?* id eſt, *qui corrumpit.*“ VPTON.

Verſ. 18. Τί ἀπολλύει ὁ μοιχεύων; „Vide ſupra, II. 4, 2 ſq. & infra, IV. 9, 9.“ VPTON.

Ibid. Quatuor voces, τὸν κόσμιον, τὸν τολήτην, in Vptoni edit. errore operarum prætermiſſas, revocavi e ſuperioribus edd. Easdem agnoſcunt mſti omnes.

Verſ. 19. Οὐδεὶς δίκην ἀπωλείας καὶ ζημίας κακὰς ἐστι. „Vide IV. 1, 119.“ VPTON. — Verbum ἐστι deeſt pa.

Ibid. εἰ τὴν ζημίαν ζητεῖς ἐν κέρματι. „Vide ſupra, vſ. 14. & infra III. 18, 5.“ IDEM.

Verſ. 20. Ὅτι οὐδ' ὁ τὴν ῥῖνά σοι ἀπολλύων ἐστὶ βεβλαμμένος. σοὶ, *tibi*, ſi bene habet, idem valebit ac ἐκ τοῦ σοῦ λόγου, ἐκ τῆς σῆς γνώμης, *ex tua ratione, e tua ſententia, te ſi audiamus, ſecundum te.* Niſi malis eſſe illum dativum perſonae pleonaſticum, in orientalium præſertim populorum linguis frequentatum, quem *dativum commodi* vocant nonnulli grammaticorum.

Verſ. 21. „Poſt οὐδὲν ἀπολλύει videtur deeſſe Πῶς γὰρ οὔ; aut aliquid ſimile.“ VPTON. — Nihil deeſt. Videtur decepiſſe Vptonum ambiguitas vocis αὐτὴν. Scilicet τὴν ἀσφρασίαν αὐτὴν non eſt h. l. *olfactum ipſum*, ut vertit Vpton. cum Wolfio; ſed *olfactum ſolum.*

Ibid. Πολλὰν καὶ λέγεις. „καὶ non redundat. Vide infra, II. 12, 20.“ SHAFTESBVR. — Non ſane prorſus abundat; nec ſine gratia, nec ſine vi quadam adjecta pro Græci ſermonis genio καὶ particula. *Quamnam vero, quamnam quæſo dicis?*

Verſ.

Vers. 22. Οὐδὲν ἔχομεν ἀΐδημον φύσει; ἔχομεν. Cum ante *φύσει* poneretur olim interrogandi signum, & jungerentur verba *φύσει ἔχομεν*, separanda haec monuit Wolfius, & vocabulum *φύσει* ad superiora referendum; cui obtemperarunt editores Cant. Lond. anon. & Vpton; notavitque Vptonus, consentire in hanc rationem codicem ipsius. Et consentiunt etiam nostri tres. Pro *ἄϋδημον*, quod antepenacute vulgo hic scripserant omnes, *ἀΐδημον* scripsi; de quo monui ad I. 25, 4. Et *ἀΐδημον* habet etiam h. l. pb. Sed *ἀΐδημον* pc. ut olim editum. *ἄϊδιμον* pa. quasi ab *ἄϊδιμος*, quam tamen vocem ignorat Graeca lingua.

Vers. 23. Οὐκ ἔχομεν φύσει τι πιστόν; φύσει στερητικόν; φύσει ὠφελητικόν; φύσει ἀλλήλων ἀνεκτικόν; Rursus prava distinctione olim laborabat hic locus, cum sic darent: Οὐκ ἔχομεν φύσει τι; πιστὸν φύσει; στ. φύσει; ὠφ. φύσει; ἀλλήλων ἀνεκτικόν; Eodemque modo nostri mssti, nisi quod pa. postrema verba sic distinguuntur, *ὠφελητικὸν ἀλλήλων φύσει· ἀνεκτικόν*. De corrigenda distinctione orationis recte monuit Wolfius; cui rursus obsecuti sunt editores Cant. Lond. anon. & Vptonus; eadem distinctionis ratio in Vptoni codice observata erat. De re, quae hic agitur, confer II. 22, 20.

Ibid. *φύσει στερητικόν*; Perperam *στερρητικὸν* dabat ed. Ven. quod in *στοργητικὸν* mutavit editor Basileensis; idque tenuere sequentes, usque ad Vptonum. Perspectissime vero WOLFIVS jam monuerat: „Lege *στερκτικὸν*, a *στέργω*, non a *στερέω*. Basiliensis editio habet *στοργητικόν*. Sed hoc melius; nam *στοργὴν ἔχρηστον*, ut opinor: & verbalia sunt haec, *ὠφελητικὸν*, *ἀνεκτικὸν*, *στερκτικόν*.“ — Haec sic clare leguntur in Wolfii Annotationibus quae cum Latina Versione harum Epicteti Dissertationum Basileae apud Joannem Oporinum editae sunt. Quae Wolfii verba cum corrupta essent ab editore Colonienſi, qui, ubi *στερκτικὸν* Wolfius scripserat, *στερρητικὸν* expressit; ad eumdem locum, referente Vptono, COMES SHAFTESBVRIENSIS haec adnotavit: „*στερρητικὸν* Wolfius, a *στέργω*: inde vero *στερκτικὸν*, non *στερρητικόν*. Vide Gatak. ad Marci lib. X. s. 1. ubi textus tamen habet *στερρητικῆς*.“ — Quod ita e Shaftesb. adnotatum esse nil mirum; sed illud sane mireris, Vptonum non vidisse, quod in aprico erat, operarum Colonienſium absurdam conjecturam Wolfio esse

Ibid. καὶ ἐν σοι ζυγὸν οὐκ ἀρκεῖ. Olim καὶ ἐν σοι ζυγὸν &c. Sed WOLFIVS monuerat: „Lego ἔν σοι ζυγόν, genere neutro; nisi forte καὶ αὖ σοι ζυγός." — VPTONVS: „Noster codex ἔν σοι ζυγόν." — Sic ante Vptonum ediderat anonymus Lond. Et consentit noster cod. pc. Licet vero nescio, an ullibi aliàs τὸ ζυγὸν, *trutina*, in neutro genere reperiatur, tamen a librorum praescripto recedere in hoc vocab. non sum ausus. In masc. τὸν ζυγὸν dixerat supra vs. 13. Et in pb. hoc loco sic scribitur, καὶ ἐν σοὶ ζυγὸς οὐκ ἀρκεῖ. In pa. vero, ut olim edebatur, καὶ ἐν σοι ζυγὸν.

Ibid. ἔξεστιν ἀναίρεσθαι. „Confer III. 7, 7." VPTON.

Ibid. Εἰ δὲ μὴ, οὐκέτι σε οὐδὲ τοῦ ζυγοῦ &c. „Fortasse οὐκέτι οὐδὲ σε. *jam non modo voluptatem, sed te ipsum quidem, trutina dignum judicabo.* Non permittit auditori, ut inepte respondeat. Προλήψεις Epicteti sunt: Bonum oportere esse stabile: &, Efferri hominem oportere suis bonis, hoc est vero judicio & recta voluntate." WOLFIVS. *Ne trutina quidem te dignum judicabo;* id est, tantum abest, ut te absque trutina recte judicare de rebus posse arbitrer, ut intelligam, ne adhibita quidem trutina te illud posse, ne trutina quidem uti te posse, adeoque ne dignum quidem esse quicum porro vel verbulum disseram.

CAPVT XII.

Vers. 1. Α μὲν δεῖ μαθόντα εἰδέναι χρῆσθαι λόγῳ. „*Quibus rebus perceptis tenendum est, quemadmodum ratione sit utendum, eae res tenentur a nostris:* hoc est, disciplinis doctrina non deest, sed exercitatio & accommodatio praeceptorum. Verba sic ordinabis: ἃ μὲ μαθόντα δεῖ εἰδέναι χρῆσθαι λόγῳ, hoc est, ἐστὶν τῶν χρηστέων λόγῳ." WOLFIVS. λόγος hic non tam est *ratio*, ut cum Wolfio interpretatus est Vptonus, quam *disputatio, dissertatio, ars disserendi.* ἃ δεῖ μαθόντα εἰδέναι idem valet ac ἃ δεῖ μεμαθηκέναι ὥστε εἰδέναι, *quae didicisse oportet ut scimus*, &c. vel, *quae didicisse oportet eum qui scire debet* vel *qui scire vult*, &c.

Ibid. ὑπὸ τῶν ἡμετέρων. „Τῶν Στωϊκῶν." VPTON.

Ibid. παρὰ δὲ. Caret δὲ pb.

Vers. 2. παρὰ μέλος ἀπαντᾷ. Corrupte olim παρὰ σμίλος edd. cum pab. Hinc WOLFIVS: „ὡς παρὰ σμίλος

λος ἐναισίμῳ. *Si praeter pedem occurrit:* hoc est, (uti conjicio; nunquam enim alibi lecta mihi est haec formula) *si absurde atque inepte respondit.* Videtur sumtum a luctatoribus. παρὰ πόδας est aliud, quod interpretantur *confestim, e vestigio.*" — Sed: „Optime noster codex παρὰ μέλος, *parum modulate, inconcinne.* Caeteri, nullo sensu, παρὰ σκέλος. Aristot. Ethic. lib. IV. c. 2. πολλὰ ἀναλίσκει, καὶ λαμπρύνεται παρὰ μέλος, *multam infumit pecuniam, splendoremque & magnificentiam ostentat inconcinne atque inveneste.* Plato de Leg. III. παρὰ μέλος ἐμοί γε ἂν δοκῇς φθέγξασθαι. & alibi. Atque ita Lucianus." VPTON. Cum Vptoni cod. facit noster pc. De scriptura olim vulgata miror dubitationem nullam obortam fuisse perspicacissimo Salmasio.

Ibid. δύνατα. Perperam δύναμαι pb.

Ibid. ἰδιώτης. Sic e suo cod. edidit Vpt. Olim ἰδιώτα. Pro quo ἰδιώτης scribere iussit WOLFIVS: „nisi forte, inquit, de industria latina terminatione usus est." — Recte ἰδιώτης pbc. In pa. plura quaedam verba h. l. omissa.

Ibid. αὐτῷ χρήσασθαι. αὐτῷ ed. Bas. operarum errore, & inde ed. Gen. & Col.

Vers. 3. οὐχὶ καταγελάσας. οὐδὲ καταγ. pc.

Vers. 5. Πῶς οὖν ἔτοιε Σωκράτης; Vide II. 26, 6. Socrates, cum Polo in Gorgia p. 472. edit. Steph. verba faciens: Ἐγὼ δέ, ἂν μή σε αὐτὸν ἵνα ὄντα μάρτυρα παράσχωμαι ὁμολογοῦντα περὶ ὧν λέγω, οὐδὲν οἶμαι ἄξιον λόγου πεπεράνθαι περὶ ὧν ἡμῖν ὁ λόγος ἦ. Et paulo post, p. 474. Ἐγὼ γάρ, ὧν ἂν λέγω, ἵνα μὲν παρασχέσθαι μάρτυρα ἐπίσταμαι, αὐτὸν πρὸς ὃν ἂν ὁ λόγος ἦ, τοὺς δὲ πολλοὺς ἐῶ χαίρειν· καὶ ἵνα ἀντιψηφίζειν ἐπίσταμαι, τοῖς δὲ πολλοῖς οὐδὲ διαλέγομαι." VPTON.

Ibid. τὸν δὲ διαλεγόμενον μόνον. Vltima vox deest in pc. male.

Vers. 6. συνεσθιόντων τῆς μάχης. Vide infra, ad vers. 14.

Vers. 7. Ἆρά γε ὁ Φθονῶν χαίρει; „Vide Xenoph. Ἀπομνημ. lib. III. c. 9. s. 8. & Platonem in Philebo. Sermones Socraticos imitatur Epictetus." VPTON. — Recte, ἆρά γε ed. Ven. cum mss. Mendose ἀρά γε ed. Bas.

Bas. Gen. Col. ἅρά γε ed. Cant. Veram scripturam restituit anon. Lond.

Ibid. Ἀπὸ τοῦ ἐναντίου ἐκίνησε τὸν πλησίον. „Movebat vicinum loco a contrario. Hæc verba parenthesi includenda; vel forsan delenda, ut glossema. VPTON.

Ibid. δοκεῖ σοι εἶναι. Deest σοι pb.

Vers. 9. ἐκτετελεσμένως τὴν ἔννοιαν. *postquam conpletam & omnibus numeris absolutam effecit notionem.* Sic II. 17, 10. προλῆψις διηρθρωμένη καὶ τελεία.

Vers. 9 *sq.* οὐ γὰρ ἀνταλλουσῖ τῷ κεφαλαιώδει τὰ ὁρικὰ ῥήματα τεχνικά, καὶ διὰ τοῦτο &c. Vulgo omnes (edd. & msti) τῷ κεφαλαιώδει τῷ ὁρικῷ ῥήματα τεχνικά. καὶ διατοῦτο &c. Ad quæ sic commentatus est WOLFIVS: „Malim ἀνταλλουσῇ, scil. ὁ ὁρισμός. Et post ὁρικῷ interpungendum, ut nova periodus fiat, ῥήματα τεχνικὰ ταῦτα, addito pronomine. Idiota non intelligit quid sit ὁρισμὸς, nec quid κεφαλαιώδὲς ὁρικόν. Hesychius τὸ κεφαλαῖωσον exponit συντόμως συνάγαγε. Erit ergo τὸ κεφαλαιῶδες, τὸ συντομον. *Non servat hæc definitio brevitatem definitionis. Nisi forte inest vellet, quod καὶ κεφάλαια, leges definitionum: definitum cum definitione converti non potest.*

Tum VPTONVS: „Manifestum glossema in hoc loco apparet. τὰ ὁρικὰ, τὸ κεφαλαιῶδες, sunt *vocabula scientiæ propria*, τεχνικὰ ῥήματα, Angl. *Technical terms.* Atque ita monuit nescio quis interpres ad oram suam codicis. Postea hæc verba, τεχνικὰ ῥήματα, in contextum recepit oscitans librarius. Hinc primus error. Deinde ὁρικῷ scripsit, pro ὁρικά. Nunc locum ab his erroribus liberatum videamus. οὐ γὰρ ἀνταλλουσῖ τῷ κεφαλαιώδει τὰ ὁρικὰ, *neque enim reciprocant inter sese definita & termini definientes.* Ex. gr. Si definirem Hominem, esse animal mortale, aberrarem; non enim reciprocant termini. Animal enim mortale (termini definientes) pari modo prædicetur tam de equo, vel de cane, quam de homine. Mox forsan legendum Διὸ τοῦτο τόδε, &c. vel Διατοῦτα ταῦτα τοῖς, &c. —

Wolfius in versione sic posuerat: *neque enim servatam esse brevitatem definitionis, & convérsionem cum definito.* Quam versionem Vptonus etiam tenuit; qui tamen in Nota recte, ut videtur, τὸ κεφαλαιῶδες unicum definitum interpretatus est, nempe rem sub terminum

pum definitione declarandum; τὰ ὁριακὰ vero *terminos definientes*, id est, quæ definitione continentur, verba quibus definitio continetur. Ac sane, vel ex ipso hoc loco intelligi par erat, fuisse ista vocabula hac notione in Stoicorum scholis usitata. Et τὰ ὁριακὰ quidem similiter fere Aristoteles, Topic. I. 5 sq. dicit *ea quæ ad definitionem pertinent*. *Definitum* autem percommode τὸ κεφαλαιώδες (quasi *compendiosum* vel *summarium* dices) poterat appellari. Quod vero de τῷ ὁριακῷ in τὰ ὁριακὰ mutando idem præcepit Vptonus, ita probabile ac pæne manifestum mihi visum erat, ut in contextum recipere istam emendationem non dubitandum duxerim. Omnino enim nominativus casus requirebatur, ad verbum ἀνταχολουθεῖ pertinens, quo designaretur *id quod non conveniret* vel *non reciprocari posset cum* τῷ κεφαλαιώδει. Literarum α & ω perperam a librariis permutatarum frequentia apud Polybium exempla observavimus: vide ibi Adnot. ad IV. 14, 3. & loca ibi citata. Et apud Epictetum, sicut h. l. ω pro α posuerunt librarii, sic viciſſim α pro ω perperam scripserunt IV. 10, 28. Quod vero temere e margine in contextum recepta verba ῥήματα τεχνικὰ statuit Vptonus, id speciem utique esset habiturum, nisi continuo sequerentur ista, καὶ διὰ τοῦτο τοῖς ἰδιώταις φορτικὰ &c. quibus absque illis nullo modo constat ratio. Nempe incommoda ovationis distinctio deceperat virum doctum, qua correcta, ut fecimus, omnia bene habent, & liquido fluunt. Pari vero ratione jam Wolfius in versione verba ista, ῥήματα τεχνικὰ, a superioribus separaverat, & ad sequentia traxerat.

Vers. 11. ἀκολουθῶν ταῖς αὐτοῦ φωνήεσιν. „Αὐτοῦ pro ἑαυτοῦ seu ἑαυτοῦ usurpari, semel atque iterum monui. Patet autem ex loco Eustathii in Hex. quem allegat Davisius ad Cicer. de Nat. Deor. II. 49. p. 223. ubi pro μετ' αὐτὴν legit μεθ' αὑτήν. Immo vero & sic nostrates dicunt *Him* pro *Himself*, ex. gr. *He sets Him down without ceremony*: pro *He sets Himself down*, &c." VPTON. Monuerat de ea scriptura Vptonus ad I. 2, 9. ad I. 4, 23. ac fortasse etiam semel aut bis alibi. At multo frequentius, & quavis fere pagina, rationis illius oblitus, temere ac nulla urgente causa eandem scripturam mutavit, asperum spiritum pro leni ponens. Cæterum ad defendendam nunc vulgatam scripturam nil opus erat ad auctoritatem loci illius a Davisio el-

tati

tati confugere; qui quidem locus non ex Eustathio, sed ex Basilii Homil. in Hexaëm. ductus est. Vtrumque spiritum super αὐτοῦ hoc loco, ut sæpe aliàs, posuit pb. ut perinde αὐτοῦ & αὑτοῦ legere possis.

Vers. 12. ὅσοις γ' ἐστί τις εὐλάβεια. „Ita noster codex: cæteri τί εὐλαβείας." VPTON. Sane ne sic quidem male cæteri. Cum Vptono vero consentit noster pc.

Vers. 13. συγκαθεύσας εἴς τι τοιοῦτον. „Scil. ἐκτρούς. si in arenam descenderint." WOLFIVS. Vide ad II. 14, 14. & conf. Lexic. Polyb. in h. v.

Ibid. Φύρονται καὶ Φύρουσι. „*Miscentur & miscent:* hoc est, *exagitant & exagitantur;* vel, nullum disputationis ordinem servant; alteri inepte rogant, inepte respondent alteri." WOLFIVS. — „Vide IV. 13, 7." VPTON. Proverbialiter dictum adparet; nec tamen satis video, unde ductum proverbium. Sententia est, *turbantur ipsi, & turbant alios; molestiam habent ipsi, & molestiam alteri creant;* vel, ut in versione posui, *premuntur & premunt.*

Vers. 14. ἐν λόγοις. „Sic noster codex: alii ἐν λόγῳ." VPTON. Vulgatum, ἐν λόγῳ, tenent nostri codd. tres; non male.

Ibid. πονεῖν μάχην. „*Sedare pugnam.* Supra [*vs.* 6.] αὕτη γὰρ ἐνεργῇ ἐνθεὶ τὰ ἀπὸ τῶν ἐναντίων, ἵνα πάντα συναισθανόμενον τῆς μάχης, ἐναχωρεῖν ἐπ' αὐτῆς. *Pugna* igitur hic non concertantium, sed orationis intelligatur, *si quid repugnet principiis & notionibus.* Explicabat controversias, erroresque refellebat Socrates." WOLFIVS. Id ipsum vero & ipse sedato animo & citra acerbitatem faciebat, & aliorum in disputando nimium fervorem & contentiosam acerbitatem repressit, ut proximè præcedentibus verbis docet Epictetus.

Vers. 15. πόσην ἐν τούτῳ δύναμιν ἔχει. „Sic III. 16, 5. οἵαν εἶχε Σωκράτης δύναμιν, ἵνα ἐν τούτῳ συμπεριφορᾷ ἄγειν ἐπὶ τὸ αὐτοῦ τοὺς συνόντας; Confer autem lib. IV. cap. 5. in initio." VPTON.

Ibid. πόσας μάχας διελέλυκε; „Nempe cum quæstio est de Virtute, an doceri possit, nec ne: cum his oritur inter Callian & Antisthenem de justitia." IDEM.

Vers. 16. Αἶψα τε καὶ μέγ. &c. „Versus Hesiodi, Theogon. 87." IDEM.

Vers.

Verſ. 17. *ἐστὶ τῶν ἀσφαλὲς.* Deeſt *τὸν* pb.

Ibid. ὀλονότι. Temere *ὁλονήτι* ed. Ven. & Baſ.

Ibid. ἀτυχεῖ τινι, ἢν οὕτω τύχῃ, ἢ πλουσίῳ. Conjunctionem *ἢ*, quam ignorant vulgo omnes, abſorptam a terminatione verbi præcedentis, ex certa (ut mihi viſum erat) conjectura inſerui, admonitus a WOLFIO, qui quidem vel *καὶ* vel *ἢ* adjiciendum putavit, & *καὶ* in verſione expreſſit: *ad conſularem aliquem, — — ac divitem.* Conf. mox ad vſ. 19.

Verſ. 18. *Ἔχεις μοι εἰπεῖν.* „Atque hæc etiam ad imitationem Socraticorum.“ VPTON.

Ibid. σεαυτοῦ. σαυτοῦ pb.

Ibid. ᾧ τινι τὸ χρυσίον. Articulum *τὸ*, temere hoc loco in ed. Baſ. & ſeqq. prætermiſſum, ex Ven. reſtituit Vptonus; eumdemque agnoſcunt mſti omnes.

Verſ. 19. *τὸ σαυτοῦ. τὸ ἑαυτοῦ* pa. non male.

Ibid. ἀμπαλῴῳ ὀλονότι καὶ τούτῳ. „Poſt *ὁλονότι* addit noſter codex, *καὶ τούτῳ.*“ VPTON. Duo iſta verba, quæ in editis non legebantur, & ne ab Vptono quidem recepta ſunt, adoptare non dubitavi. Referuntur ea ad id, quod jam & equos & aurum, & alia, *periti* hominis curæ a ſe commiſſa alter profeſſus erat. *Haud dubie igitur*, inquit, *et hic pariter peritus homo eſt, cujus curæ corpus tuum credis?* Agnoſcit eadem verba noſter cod. pc.

Ibid. ἀλειπτικῆς ἢ ἰατρικῆς. Ante Vptonum aberat *ἢ*. WOLFIVS vero: „Lego, inquit, *ἀλειπτικῆς καὶ* vel *ἢ ἰατρικῆς.*“ — *ἢ* e codice ſuo adjecit Vpton. Conf. ad vſ. 17. Vptono adſentitur noſter pb.

Verſ. 20. *πάντων ἄμεινον.* „Forſ. *τούτων πάντων ἄμ. his omnibus melius.*“ VPTON.

Ibid. τὸ αὐτοῖς — — χρώμενον, καὶ δοκιμάζον. „Vide lib. I. cap. 1. in initio.“ IDEM.

Verſ. 21. *Πολὺ, νὴ Δία.* Cum punctum minus poſt *λέγω* in contextu poſuiſſet Vptonus, & *πολὺ* litera minuſcula ſcripſiſſet, quaſi verba illa *πολὺ νὴ Δία* &c. ejusdem hominis verba eſſent, cujus ſunt verba proxime præcedentia; retractans ſe in Notis, monuit hic hæc diſtinguenda, quemadmodum nunc a nobis factum eſt.

Ibid. σὺν ἄλλων τοῦτο ἄμεινον. Deeſt *τοῦτο* in pab.

Verſ.

Verſ. 22. „Ἔχεις οὖν ἡμῖν δεῖξαι. „Sic repoſui ex noſtro codice: alii, quos vidi, εἰπεῖν ἡμῖν habent.“ VPTON. εἰπεῖν ἡμῖν edd. omnes ante Vptonum: & ſic pc. Pa. vero habet ἔχεις οὖν ἡμῖν omiſſo prorſus verbo in infinitivo poſito. Sed cum Vptoni cod. facit pb.

Ibid. οὐ γὰρ εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχεν. Vulgo omnes εἰκῇ γ' ὡς ἔτυχεν. Sic & pa. & pc. in quo plene etiam ſcriptum εἰκῇ γε ὡς. Sed WOLFIVS: „Lego εἰκῇ γε ἢ ὡς ἔτυχεν.“ — VPTON: „II. 14, 28. εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχεν.“ — Nempe ſic conſtanter duo iſta jungantur, & interjecta particula καὶ copulantur; conf. I. 7, 27 & 33. II. 14, 27. aut negative, μὴ εἰκῇ, μηδ' ὡς ἔτυχε, I. 7, 3. III. 21, 11. Ego hoc ipſum, εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχε, reponere hoc loco non dubitavi, quod & voluerat Salmaſius: atque ita plane ſcripſit noſter pb.

Ibid. ἐν τῇ πόλει. ἐπὶ τῇ πόλει pc. male.

Ibid. σεαυτοῦ ſcripſi cum pabc. Vulgo σαυτοῦ.

Verſ. 23. Οὐδαμῶς. Ἀλλ' αὐτὸς ἐπιμεμέλησαι αὐτοῦ; „Vertit Schegkius, *Nequaquam, ſed ipſe me hac in parte non neglige.* Hoc eſt, Οὐδαμῶς, ἀλλ' αὐτὸς ἐπιμεμέλημαι αὐτοῦ. ubi αὐτοῦ, i. e. τοῦ κρείσσονος. Vel αὐτοῦ pro σαυτοῦ uſurpari poteſt. Aut forſan omiſit quædam librarius. Οὐδαμῶς. Ἀλλ' αὐτὸς ἐπιμεμέλησαι αὐτοῦ; Πάνυ μὲν οὖν. Πότερον &c.“ VPTON. — Nil mutant libri, niſi quod pro Ἀλλὰ αὐτὸς, quod erat editum, concinnius Ἀλλ' αὐτὸς ſcripſerunt pbc. quos ſecutus ſum. Cæterum Schegkii emendatione nil opus eſt. Poſt illa verba vero, ἐπιμεμέλησαι αὐτοῦ; intercidiſſe aliquid, WOLFIVS etiam ſuſpicatus erat, adnotans ad hunc locum: „Videtur deeſſe ναί· [ſic haud dubie ſcriptum voluit hic interpres, ubi operarum errore καὶ expreſſum eſt.] aut πάνυ γε, vel ſimile aliquid.“ — Eumque ipſum defectum in verſione Latina explevit, adjecto reſponſo, *Ego vero.* Poteras etiam ſuſpicari, ſic ſcripſiſſe Arrianum: Ἀλλ' αὐτὸς ἐπιμεμέλησαι αὐτοῦ; Αὐτός. Πότερον &c. Poterat vero etiam conſulto præterm[illegible] reſponſum hominis, ſtatimque alteram jungere quæſtionem, πότερον μαθὼν &c. Ego, quoniam ſuperius quæſiverat Epictetus, ὅτῳ τρόπῳ τῆς ψυχῆς ἐπιμεμέλησαι; neque ad illam quæſtionem adhuc reſponſum eſt, cogitaveram, hic forte ſcriptum oportuiſſe Ἀλλὰ πῶς ἐπιμεμέλ. Sed nil opus eſt ut ſolicitetur αὐτὸς, quod percommode etiam hic ſtare videtur, *tu ipſe, ipſe per te.* Cæterum Schegkii ratio-

ratiocinem placuisse Salmasio video, qui ita plane legendum censuit: *εὐδαιμῶς· ἀλλ' αὐτὸς ἐπιμελήσομαι αὐτοῦ.*

Ibid. *παρὰ τὸν.* „*παράδου.* Lege *παρά του*, pro *παρά τινος.*" WOLFIVS. „*παράδου* lectio est Ven. codicis. Sed recte cod. [ed.] Bas. & Salmant. *παρά του.* [Sic & reliquae omnes editt. cum mastis.] Confer autem III. 9, 7 sqq. Respexit Epictetus verba Socratis apud Plat. in Alcib. I. p. 106. edit. Steph. *Οὐκοῦν ταῦτα μόνον οἶσθα, ἃ παρ' ἄλλων ἔμαθες, ἢ αὐτὸς ἐξηῦρες;*" VPTON.

Vers. 24. *Τί δέ σοι, βέλτιστε; τίς μου * εἶ;* Verba exhibui sicuti vulgo exhibent omnes: *asteriscum* vero adpinxi, in corruptelae vel defectus signum; quoniam male adfecta esse verba persuasum habebam, certa vero medicina non succurrebat. WOLFIVS suspicatus erat: „Fortasse *τί δὲ σὺ, βέλτιστε; τίς μοι εἶ;*" — VPTONVS haec adnotavit: „Noster codex supplet *μέλλει*, corrupte, pro *μέλει.* Sed eleganter in hujusmodi locutionibus supprimitur *μέλει*, seu *διαφέρει. Τί δέ σοι, βέλτιστε; Quid tua refert, vir bone?* Mox, forsan *τίς σου εἶ; Quisnam es tu?* Legit Salmasius: *Τί δέ σοι, βέλτιστε, καὶ μοῖ; εἶτ' ἂν.*" — Mihi non liquet. An *Τί δέ σοι, βέλτιστε, τί μου μέλει;* An *Τί δέ σοι, βέλτιστε, τὰ ἐμοῦ* (vel *τῶν ἐμοῦ*) *μέλει;* Debuerat sedem notare Vptonus, quam verbo *μέλει* adsignarit ipsius codex: Nostri libri a vulgatis nil discedunt. Fortasse verum tetigit Wolfii conjectura.

Ibid. *ἂν ἐπιμένῃς. ἂν ἐπιμένῃς* pc. & sic primum fuerat in pb.

Ibid. *διαράμενος κονδύλους σοι δῶ.* „Repetatur, *sane periculum est, ne* &c." WOLFIVS. *διαράμενος*, scil. *τὴν χεῖρα*, vel potius *τοὺς κονδύλους, sublatos pugnos tibi ingerat, sublatis pugnis colaphos tibi impingat. διάρασθαι, tollere ad feriendum* vel *ad caedendum.* In activo, *διῆρκε τὸ ῥόπαλον, sustulit clavam*, cum Budaeo ex Luciano citavit H. Steph. ubi tamen nusquam illa dictio reperitur; sed in passivo, activa notione, apud Lucianum habes *κοπίδα διηρμένος*, in Toxari c. 55. T. II. p. 560. & *διηρμένοι τοὺς ἄκοντας, sublatis hastis*, ibid. c. 40. p. 548. Quae exempla notari poterant ad illam formulam *ἐκ διάρσεως* apud Polyb. II. 33, 5. conf. Lexic. Polyb. in *διάρσις.*

Vers.

illa intelligi posse putassem, ut per μίμησιν dicta, nomine adversarii. Et in ἡμῖν consentiunt libri omnes.

Vers. 15. *Τί μᾶλλον, ἢ τὰ Σύρειο* &c. „Vide I. 11, 12. I. 22, 4.“ VPTON.

Ibid. τί μᾶλλον, ἢ τὰ ἐμοὶ φαινόμενα, ἢ τὰ τῷ ἄλλῳ; Nil mutant libri. Ad verbum hæc sonant: *quid magis, quam quæ mihi videntur, aut* (vel, *quam*) *cuivis alteri?* Wolfius autem, cujus versionem tenui cum Vptono, sic interpretatus est, tamquam abesset prius ἢ, junctaque legerentur illa, *τί μᾶλλον τὰ ἐμοὶ φαινόμενα.* Confer Adnot. præced.

Vers. 17. *δίχα αὐτοῦ μηδὲ τὸν δάκτυλον ἐκτείνοις.* „Idem præcipit M. Anton. lib. II. s. 16. *δέον καὶ τὰ μικρότατα, κατὰ τὴν ἐπὶ τὸ τέλος ἀναφορὰν γίνεσθαι. Etiam minima quæque ita esse agenda, ut ad finem referantur. Digitum autem porrigere, τὸν δάκτυλον ἐκτείνειν,* est minimæ leviſſimæque actionis exemplum. Sic Chryſippus apud Plutarch. de Stoicor. Repugn. p. 1046. C. *ὡς οὐδὲ τὸν δάκτυλον καθήκει ἐκτείνειν ἄνευ τῆς οἰκείας παρασκευῆς φρονήσεως.* Vide & p. 1061. F. Cicero de Fin. III. 17. *Chryſippus quidem & Diogenes, detracta utilitate, ne digitum quidem ejus cauſſa porrigendum esse dicebant.* Hinc Perſius, Sat. V. 119.

Nil tibi conceſſit ratio. Digitum exere. *Prescan.* ubi vide Caſaub. & Lipſ. Manud. ad Stoic. Philoſ. lib. III. c. 15.“ VPTON. — Habes eamdem proverbialem locutionem in Fragm. Epiſt. 52. *Φιλοσοφία φησὶν, ὅτι οὐδὲ τὸν δάκτυλον ἐκτείνειν οἰκίᾳ προσήκει.*

Vers. 18. *ἀπαλλάσσει. ἀπαλλάσσειν* vulgo dabant omnes, & plerique *ἐὰν εὑρεθὲν*, pro ἄν. Monuit autem VPTONVS: „Noſter codex *ἀπαλλάσσει.* Recte. *τοῦτο γάρ, φησὶ, ἔστιν, ἂν εὑρεθὲν ἀπαλλάσσει* &c. *Hoc eſt enim illud, quod cum inveniatur, liberat,* &c.“ — Poſt *εὑρεθὲν* vulgo comma poſuerant, quod delevi. *ἀπαλλάσσει* habent pab. cum Vpt. In ἄν conſentiunt pabc. cum ed. Ven.

Ibid. μόνῳ τῷ δοκεῖν μέτρῳ παραχρώμενοι. Immerito hæc ſolicitavit Meibom. *τοῦ δοκεῖν* ſcribens pro *τῷ δοκεῖν.* Intelligo *τῷ δοκεῖν ὡς μέτρῳ παραχρωμ.* Percommode vero, & ex uſu ſermonis, omittitur *ὡς* particula.

Ibid. διαμεμαμμένου. διαμερημένου VPTONVS edidit; monuitque: „Recte ſe habent *διαμεμαμμένου*, & *διαμερ-*

νέα, vel *διευκρινομένην*, a *διευκρίνω*. „Nos tamen sequimur noſtrum codicem.“ Cum Vptono facit noſter cod. pc. Ego vero id, quod olim vulgatum erat, revocavi, quod eſt præteritum verbi *διευκρινέω*. *διευκρίνω* ſatis dictum, ſed *διευκρίνω* nusquam comparet; *διευκρινέω* vero ubivis frequentatum. Vide H. Steph. in Ind. h. v. & Lexicon noſtrum Polyb. in quo quidem per errorem p. 160. col. 1. lin. 7. *διευκρίνεω* excuſum eſt, pro *διευκρινεῖν*. In *διευκρινημένων* conſentiunt pab.

Ibid. *χρώμεθα ἐπὶ τῶν καθ' ἕκαστα διηρθρωμένας ταῖς προλήψεσι*. „*In rebus particularibus & individuis ad libitum anticipationes bene digeſtas & a ſe invicem diſtinctas.*“ VPTON. Nempe in contextu verſionis cum Wolfio ſic poſuerat hic interpres; *anticipationes ad ſingulas res cum delectu quodam accommodemus.* De verbo *διαρθροῦν* dictum eſt ad l. 17, 1 & 3. conf. cap. ſeq. vſ. 7—9.

Verſ. 19. *Τίς ὑποκέιται οὐσία.* Sic recte Vpt. cum mſstis. Perperam *οὐσίᾳ* (cum ſubſcripto iota) erat in ed. Ven. Deinde *τί ὑποκειτ. οὐσίᾳ* ſcripſit editor Baſ. idque tenuere poſteriores.

Ibid. *ὑπαγε αὐτὴν τῷ κανόνι.* „Eadem vide apud M. Anton. V. 22.“ VPTON. „Conf. noſtrum I, 28, 27. ſq.

Verſ. 20. „*Ναί, καὶ ἡ τοιαύτη ἕξις, ἀβεβαίῳ τῳ ἀρρῆν ἄξιον;* Hæc omnia ex noſtro optimo codice in contextum revocavi, quæ in editis deſunt. Totum locum ſic diſtingue: *Τὸ ἀγαθὸν δεῖ εἶναι τοιοῦτον, ἐφ' ᾧ ἀρρῆν ἄξιον; Ναί. Καὶ ἡ τοιαύτη ἕξις; Δαί. Ἀβεβαίῳ τῳ ἀρρῆν ἄξιον; Οὔ. Bonum ejuſmodi eſſe oportet, cui conſidere æquum eſt? Etiam: Et quo frui eſſe? Oportet. Inſtabili cuiquam conſidere æquum eſt? Non.*“ VPTONVS. Obſecutus ſum Vptono; niſi quod *Ἀβεβαίῳ τῳ* ſcripſi, pro *τίνι* quod ille poſuerat. In ed. Ven. & Baſ. ſic legebatur: *ἐφ' ᾧ ἀρρῆν ἄξιον; μή τι οὖν βέβαιον* &c. Sic & in pab. Pro *οὖν* vero in ora ed. Baſ. *ναί* ſcribitur. Editor autem Genevenſis poſt *οὖν*; interrogandi ſignum poſuit, quod tenuere alii. In cod. pc. vero ſic ſcribitur: *ἐφ' ᾧ ἀρρῆν ἄξιον; ναί. μή τοι οὖν* &c.

Verſ. 22. *ἐξυβλεπτεῖς.* Terminationem verbi ex pb. adoptavi, quam deſiderabat analogia verbi *ἀβλεπτεῖν*. Vulgo *ἐξυβλεπτεῖς*. cum pac. quod bene haberet, ſi ſic diſtinctæ eſſent literæ, *ἐξὺ βλέπτεις*. ut II. 23, 11. *Ibid.*

Ibid. καὶ ἐν σοι ζυγὸν οὐκ ἀρκεῖ. Olim καὶ ἐν σοὶ ζυγὸν &c. Sed WOLFIVS monuerat: „Lego ἔν σοι ζυγόν, genere neutro; nisi forte καὶ αὕτη σοι ζυγός." — VPTONVS: „Noster codex ἔν σοι ζυγόν." — Sic ante Vptonum ediderat anonymus Lond. Et consentit noster cod. pc. Licet vero nescio, an ullibi aliàs τὸ ζυγὸν, *trutina*, in neutro genere reperiatur, tamen a librorum praescripto recedere in hoc vocab. non sum ausus. In masc. τὸν ζυγὸν dixerat supra vs. 13. Et in pb. hoc loco sic scribitur, καὶ ἐν σοὶ ζυγὸς οὐκ ἀρκεῖ. In pa. vero, ut olim edebatur, καὶ ἐν σοὶ ζυγόν.

Ibid. ἔξειν ἀταράχως. „Confer III. 7, 7." VPTON.

Ibid. Εἰ δὲ μή, οὐκέτι σε οὐδὲ τοῦ ζυγοῦ &c. „Fortasse οὐκέτι οὐδὲ σε. *jam non modo voluptatem, sed ut te ipsum quidem, trutina dignum judicabo.* Non permittit auditori, ut inepte respondeat. Προλήψεις Epicteti sunt: Bonum oportere esse stabile: &, Efferri hominem oportere suis bonis, hoc est vero judicio & recta voluntate." WOLFIVS. *Ne trutina quidem te dignum judicabo;* id est, tantum abest, ut te absque trutina recte judicare de rebus posse arbitrer, ut intelligam, ne adhibita quidem trutina te illud posse, ne trutina quidem uti te posse, adeoque ne dignum quidem esse quicum porro vel verbulum disseram.

CAPVT XII.

Vers. 1. Ἃ μὲν δεῖ μαθόντα αἰδέσεως χρῆσθαι λόγῳ. „*Quibus rebus perceptis tenendum est, quemadmodum ratione sit utendum, eis res tenentur a nostris:* hoc est, disciplinis doctrina non deest, sed exercitatio & accommodatio praeceptorum. Verba sic ordinabis: ἃ μαθόντα δεῖ αἰδέσεως χρῆσθαι λόγῳ, hoc est, ἐστέον τῶν χρηστέων λόγῳ." WOLFIVS. Λόγος hic non tam est ratio, ut cum Wolfio interpretatus est Vptonus, quam *disputatio, dissertatio, ars disserendi.* Ἃ δεῖ μαθόντα αἰδέσεως idem valet ac ἃ δεῖ μεμαθηκέναι ὥστε αἰδέσεως, *quae didicisse oportet ut scitamus*, &c. vel, *quae didicisse oportet eum qui scire debet* vel *qui scire vult*, &c.

Ibid. ὑπὸ τῶν ἡμετέρων. „Τῶν Στωϊκῶν." VPTON.

Ibid. παρὰ δὲ. Caret δὲ pb.

Vers. 2. παρὰ μέλος ἀπαντᾷ. Corrupte olim παρὰ σιλλος edd. cum pab. Hinc WOLFIVS: „ἐν παρασιλλος

λος ἀναισχῦ. *Si præter pudem occurrit:* hoc est, (uti conjicio; nunquam enim alibi lecta mihi est hæc formula) *si absurde atque inepte respondit.* Videtur sumtum a luctatoribus. παρὰ πόδας est aliud, quod interpretantur *confestim, e vestigio.*" — Sed: „Optime noster codex παρὰ μέλος, *parum modulate, inconcinne.* Cæteri, nullo sensu, παρὰ σκέλος. Aristot. Ethic. lib. IV. c. 2. πολλὰ ἀναλίσκει, καὶ λαμπρύνεται παρὰ μέλος, *multum insumit pecuniam, splendoremque & magnificentiam ostentat inconcinne atque invenuste.* Plato de Leg. III. παρὰ μέλος ἐμοί γε ἂν δοκῇς Φθέγξασθαι. & alibi. Atque ita Lucianus." VPTON. Cum Vptoni cod. facit noster pc. De scriptura olim vulgata miror dubitationem nullam obortam fuisse perspicacissimo Salmasio.

Ibid. δύναται. Perperam δύναμαι pb.

Ibid. ἰδιώτης. Sic e suo cod. edidit Vpt. Olim ἰδιώτα. Pro quo ἰδιώτης scribere jussit WOLFIVS: „nisi forte, inquit, de industria latina terminatione usus est." — Recte ἰδιώτης pbc. In pa. plura quædam verba h. l. omissa.

Ibid. αὐτῷ χρήσασθαι. αὐτῷ ed. Bas. operarum errore, & inde ed. Gen. & Col.

Vers. 3. οὐχὶ καταγελάσας. οὐδὲ καταγ. pc.

Vers. 5. Πῶς οὖν ἔτολμα Σωκράτης; Vide II. 26, & Socrates, cum Polo in Gorgia p. 472. edit. Steph. verba faciens: Ἐγὼ δέ, ἂν μὴ σὺ αὐτὸν ἵνα ὄντα μάρτυρα παράσχωμαι ὁμολογοῦντα περὶ ὧν λέγω, οὐδὲν οἶμαι ἄξιον λόγου πεπεράνθαι περὶ ὧν ἡμῖν ὁ λόγος ᾖ. Et paulo post, p. 474. Ἐγὼ γάρ, ὧν ἂν λέγω, ἵνα μὲν παρασχέσθαι μάρτυρα ἐπίσταμαι, αὐτὸν πρὸς ὃν ἂν μοι ὁ λόγος ᾖ, τοὺς δὲ πολλοὺς ἐῶ χαίρειν· καὶ ἵνα ἐπιψηφίζειν ἐπίσταμαι, τοῖς δὲ πολλοῖς οὐδὲ διαλέγομαι." VPTON.

Ibid. τὸν δὲ διαλεγόμενον μόνον. Vltima vox deest in pc. male.

Vers. 6. συναισθανόμενον τῆς μέθης. Vide infra, ad vers. 14.

Vers. 7. Ἆρά γε ὁ Φθονῶν χαίρει; „Vide Xenoph. Ἀπομνημ. lib. III. c. 9. s. 8. & Platonem in Philebo. Sermones Socraticos imitatur Epictetus." VPTON. — Recte, ἆρά γε ed. Ven. cum mss. Mendose ἀρά γε ed. Bas.

Bas. Gen. Col. ἅρά γε ed. Cant. Veram scripturam restituit anon. Lond.

Ibid. Ἀπὸ τοῦ ἐναντίου ἀντίπτωσιν τὸν πλησίον. „Invebat vicissim loco a contrario. Hæc verba parenthesi includenda; vel forsan delenda, ut glossema. VPTON.

Ibid. δοκεῖ σοι εἶναι. Deest σοι pb.

Vers. 9. ἐκτετελεσμένως τὴν ἔννοιαν. *postquam completam & omnibus numeris absolutam effecit notionem.* Sic II. 17, 10. προλῆψις διηρθρωμένη καὶ τελεία.

Vers. 9 *sq.* οὐ γὰρ ἀκολουθεῖ τῷ καθολικῷ τὰ ὁριακὰ ῥήματα τεχνικὰ, καὶ διὰ τοῦτο &c. Vulgo omnes (edd. & mssti) τῷ καθολικῷ τῷ ὁριακῷ ῥήματα τεχνικὰ καὶ διατοῦτο &c. Ad quæ sic commentatus est WOLFIVS: „Malim ἀκολουθῇ, scil. ὁ ὁρισμός. Et post ὁριακῷ interpungendum, ut nova periodus fit, ῥήματα τεχνικὰ ταῦτα, addito pronomine. Idiota non intelligit quid sit ὁρισμὸς, nec quid καθολικῶδες ὁριόν. Hesychius τὸ καθολικὸν exponit συντόμως συνάγαγε. Erit ergo τὸ καθολικῶδες, τὸ σύντομον. *Non servat haec definitio brevitatem definitionis.* Nisi forte idem valeat, quod καὶ καθόλου, *leges definitionum: definitum cum definitione converti non posse.*

Tum VPTONVS: „Manifestum glossema in hoc loco apparet. τὰ ὁριακὰ, τὸ καθολικῶδες, sunt *vocabula scientiae, propria*, τεχνικὰ ῥήματα, Angl. *Technical terms.* Atque ita monuit nescio quis interpres ad oram suam codicis. Postea haec verba, τεχνικὰ ῥήματα, in contextum recepit oscitans librarius. Hinc primus error. Deinde ὁριακῷ scripsit, pro ὁριακά. Nunc locum ab his erroribus liberatum videamus. οὐ γὰρ ἀκολουθεῖ τῷ καθολικῷ τὰ ὁριακὰ, *neque enim reciprocant inter sese definita & termini definientes.* Ex. gr. Si definirem Hominem, esse animal mortale, aberrarem; non enim reciprocant termini. Animal enim mortale (termini definientes) pari modo praedicetur tam de equo, vel de cane, quam de homine. Mox forsan legendum Διὰ τοῦτο τὸ τέλος, &c. vel Διανεῦται τούτου τοῦς, &c. —

Wolfius in versione sic posuerat: *neque enim servatam esse brevitatem definitionis, & convertionem cum definito.* Quam versionem Vptonus etiam tenuit; qui tamen in Nota recte, ut videtur, τὸ καθολικῶδες unice rem definitam interpretatus est, nempe rem sub terminum

pum definitione declarandum; τὰ ὁριακὰ vero *termini definientes*, id est, quæ definitione continentur, verba quibus definitio continetur. Ac sane, vel ex ipso hoc loco intelligi par erat, fuisse ista vocabula hac notione in Stoicorum scholis usitata. Et τὰ ὁριακὰ quidem similiter fere Aristoteles, Topic. I. 5 sq. dicit *ea quæ ad definitionem pertinent*. *Definitum* autem percommode τὸ κεφαλαιώδες (quasi *compendiosum* vel *summarium* dices) poterat appellari. Quod vero de τῷ ὁριακῷ in τὰ ὁριακὰ mutando idem præcepit Vptonus, ita probabile ac pæne manifestum mihi visum erat, ut in contextum recipere istam emendationem non dubitandum duxerim. Omnino enim nominativus casus requirebatur, ad verbum ἀνθακολουθεῖ pertinens, quo designaretur *id quod non conveniret* vel *non reciprocari posset cum* τῷ κεφαλαιώδει. Literarum α & ω perperam a librariis permutatarum frequentia apud Polybium exempla observavimus; vide ibi Adnot. ad IV. 14, 3. & loca ibi citata. Et apud Epictetum, sicut h. l. ω pro α posuerunt librarii, sic vicissim α pro ω perperam scripserunt IV. 10, 28. Quod vero temere e margine in contextum recepta verba ῥήματα τεχνικὰ statuit Vptonus, id speciem utique esset habiturum, nisi continuo sequerentur ista, καὶ διὰ τοῦτο τοῖς ἰδιώταις φορτικὰ &c. quibus absque illis nullo modo constat ratio. Nempe incommoda orationis distinctio deceperat virum doctum; qua correcta, ut fecimus, omnia bene habent, & liquido fluunt. Pari vero ratione jam Wolfius in versione verba ista, ῥήματα τεχνικὰ, a superioribus separaverat, & ad sequentia traxerat.

Vers. 11. ἀκολουθῶν ταῖς αὐτοῦ φαντασίαις. „Αὐτοῦ pro αὐτοῦ seu ἑαυτοῦ usurpari, semel atque iterum monui. Patet autem ex loco Eustathii in Hex. quem allegat Davisius ad Cicer. de Nat. Deor. II. 49. p. 223. ubi pro μετ' αὐτὴν legit μετ' αὐτήν. Immo vero & sic nostrates dicunt *Him* pro *Himself*, ex. gr. *He sets Him down without ceremony*: pro *He sets Himself down*, &c." VPTON. Monuerat de ea scriptura Vptonus ad I. 2, 9. ad I. 4, 23. ac fortasse etiam semel aut bis alibi. At multo frequentius, & quavis fere pagina, rationis illius oblitus, temere ac nulla urgente causa eandem scripturam mutavit, asperum spiritum pro leni ponens. Cæterum ad defendendam nunc vulgatam scripturam nil opus erat ad auctoritatem loci illius a Davisio citati

tati confugere; qui quidem locus non ex Eustathio, sed ex Basilii Homil. in Hexaëm. ductus est. Vtrumque spiritum super αὐτοῦ hoc loco, ut saepe aliis, posuit pb. ut perinde αὐτοῦ & ἀὐτοῦ legere possis.

Vers. 12. ὅσοις γ' ἐστί τις εὐλάβεια. „Ita noster codex: caeteri τι εὐλαβείας.“ VPTON. Sane ne sic quidem male caeteri. Cum Vptono vero consentit noster pc.

Vers. 13. συγκαθίσας εἴς τι τοιοῦτον. „Scil. ἐν τοὺς. si in arenam descenderint.“ WOLFIVS. Vide ad II. 14, 14. & conf. Lexic. Polyb. in h. v.

Ibid. Φύρονται καὶ Φύρουσι. „Miscentur & miscent: hoc est, *exagitant & exagitantur*; vel, nullum disputationis ordinem servant; alteri inepte rogant, inepte respondent alteri.“ WOLFIVS. — „Vide IV. 13, 7.“ VPTON. Proverbialiter dictum adparet; nec tamen satis video, unde ductum proverbium. Sententia est, *turbantur ipsi, & turbant alios; molestiam habent ipsi, & molestiam alteri creant*; vel, ut in versione posui, *premuntur & premunt.*

Vers. 14. ἐν λόγοις. „Sic noster codex: alii ἐν λόγῳ.“ VPTON. Vulgatum, ἐν λόγῳ, tenent nostri codd. tres; non male.

Ibid. πόνον μάχην. „*Sedare pugnam.* Supra [vs. 6.] αὕτη γὰρ ἀναιρεῖ ἐνθεν τὰ ἀπὸ τῶν ἐναντίων, ὥστε πάντα συναναβαίνοντα τῆς μάχης, ἀναχωρεῖν ἐπ' αὐτῆς. *Pugna* igitur hic non concertantium, sed orationis intelligatur, *si quid repugnet principiis & notionibus.* Explicabat controversias, errores que refellebat Socrates.“ WOLFIVS. Id ipsum vero & ipse sedato animo & citra acerbitatem faciebat, & aliorum in disputando nimium fervorem & contentiosam acerbitatem reprimit, ut proxime praecedentibus verbis docet Epictetus.

Vers. 15. πόσην ἐν τούτῳ δύναμιν ἔχει. „Sic III. 16, 5. οἵαν εἶχε Σωκράτης δύναμιν, ὥστε ἐν τούτῳ συμπεριφορᾷ ἄγειν ἐπὶ τὸ αὐτοῦ τοὺς συνόντας; Confer autem lib. IV. cap. 5. in initio.“ VPTON.

Ibid. πόσας μάχας διελέλυκε; „Nempe cum quaestio est de Virtute, an doceri possit, nec ne: cum is oritur inter Calliam & Antisthenem de justitia.“ IDEM.

Vers. 16. Ἄλλα τε καὶ μέγ. &c. „Versus Hesiodi, Theogon. 87.“ IDEM.

Vers.

Verſ. 17. *ἐστὶ νῦν ἀσφαλὲς.* Deeſt *νῦν* pb.

Ibid. δηλονότι. Temere *δηλονήτι* ed. Ven. & Baſ.

Ibid. ἀνατιθῇ τινι, ἢν οὕτω τύχῃ, ἢ πλουσίῳ. Conjunctionem *ἢ*, quam ignorant vulgo omnes, abſorptam a terminatione verbi præcedentis, ex certa (ut mihi viſum erat) conjectura inſerui, admonitus a WOLFIO, qui quidem vel *καὶ* vel *ἢ* adjiciendum putavit, & *καὶ* in verſione expreſſit: *ad conſularem aliquem, — — ac divitem.* Conf. mox ad vſ. 19.

Verſ. 18. *Ἔχεις μοι εἰπεῖν.* „Atque hæc etiam ad imitationem Socraticorum.“ VPTON.

Ibid. σεαυτοῦ. σαυτοῦ pb.

Ibid. ᾧ τινι τὸ χρυσίον. Articulum *τὸ*, temere hoc loco in ed. Baſ. & ſeqq. prætermiſſum, ex Ven. reſtituit Vptonus; eumdemque agnoſcunt mſti omnes.

Verſ. 19. *τὸ σαυτοῦ. τὸ ἑαυτοῦ* pa. non male.

Ibid. ἐμπείρῳ δηλονότι καὶ τούτῳ. „Poſt *δηλονότι* addit noſter codex, *καὶ τούτῳ.*“ VPTON. Duo iſta verba, quæ in editis non legebantur, & ne ab Vptono quidem recepta ſunt, adoptare non dubitavi. Referuntur ea ad id, quod jam & equos & aurum, & alia, *periti* hominis curæ a ſe commiſſa alter profeſſus erat. *Haud dubie igitur*, inquit, *et hic pariter peritus homo eſt, cujus curæ corpus tuum credis?* Agnoſcit eadem verba noſter cod. pc.

Ibid. ἀλειπτικῆς ἢ ἰατρικῆς. Ante Vptonum aberat *ἢ*. WOLFIVS vero: „Legò, inquit, *ἀλειπτικῆς καὶ* vel *ἢ ἰατρικῆς.*“ — *ἢ* e codice ſuo adjecit Vpton. Conf. ad vſ. 17. Vptono adſentitur noſter pb.

Verſ. 20. *πάντων ἄμεινον.* „Forſ. *τούτων πάντων ἄμ. his omnibus melius.*“ VPTON.

Ibid. τὸ αὐτοῖς — — χρώμενον, καὶ δοκιμάζον. „Vide lib. I. cap. 1. in initio.“ IDEM.

Verſ. 21. *Πολὺ, νὴ Δία.* Cum punctum minus poſt *λέγω* in contextu poſuiſſet Vptonus, & *πολὺ* litera minuſcula ſcripſiſſet, quaſi verba illa *πολὺ νὴ Δία* &c. ejusdem hominis verba eſſent, cujus ſint verba proxime præcedentia; retractans ſe in Notis, monuit hic hæc diſtinguenda, quemadmodum nunc a nobis factum eſt.

Ibid. οὐκ ἄλλων τοῦτο ἄμεινον. Deeſt *τοῦτο* in pab.

Verſ.

Vers. 22. "Ἐχεις οὖν ἡμῖν εἰπεῖν. „Sic repoſui ex noſtro codice: alii, quos vidi, εἰπεῖν ἡμῖν habent." VPTON. εἰπεῖν ἡμῖν edd. omnes ante Vptonum: & ſic pc. Pa. vero habet ἔχεις οὖν ἡμῖν omiſſo prorſus verbo in infinitivo poſito. Sed cum Vptoni cod. facit pb.

Ibid. οὐ γὰρ εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχεν. Vulgo omnes εἰκῇ γ' ὡς ἔτυχεν. Sic & pa. & pc. in quo plene etiam ſcriptum εἰκῇ γε ὡς. Sed WOLFIVS: „Lego εἰκῇ γε ἢ ὡς ἔτυχεν." — VPTON: „II. 14, 28. εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχεν." — Nempe ſic conſtanter duo iſta junguntur, & interjecta particula καὶ copulantur; conf. I. 7, 27 & 33. II. 14, 27. aut negative, μὴ εἰκῇ, μηδ' ὡς ἔτυχε, I. 7, 3. III. 21, 11. Ego hoc ipſum, εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχε, reponere hoc loco non dubitavi, quod & voluerat Salmaſius: atque ita plane ſcripſit noſter pb.

Ibid. ἐν τῇ πόλει. ἐπὶ τῇ πόλει pc. male.

Ibid. σεαυτοῦ ſcripſi cum pabc. Vulgo σαυτοῦ.

Vers. 23. Οὐδαμῶς. Ἀλλ' αὐτὸς ἐπιμεμέλημαι αὐτῶν; „Vertit Schegkius, *Nequaquam, ſed ipſe me hac in parte non negligo.* Hoc eſt, Οὐδαμῶς, ἀλλ' αὐτὸς ἐπιμεμέλημαι αὐτοῦ. ubi αὐτοῦ, i. e. τοῦ κρατίστου. Vel αὐτοῦ pro σαυτοῦ uſurpari poteſt. Aut forſan omiſit quædam librarius. Οὐδαμῶς. Ἀλλ' αὐτὸς ἐπιμεμέλημαι αὐτοῦ; Πάνυ μὲν οὖν. Ἕτερον &c." VPTON. — Nil mutant libri, niſi quod pro Ἀλλὰ αὐτὸς, quod erat editum, concinnius Ἀλλ' αὐτὸς ſcripſerunt pbc. quos ſecutus ſum. Cæterum Schegkii emendatione nil opus eſt. Poſt illa verba vero, ἐπιμεμέλημαι αὐτοῦ; intercidiſſe aliquid, WOLFIVS etiam ſuſpicatus erat, adnotans ad hunc locum: „Videtur deeſſe ναί· [ſic haud dubie ſcriptum voluit hic interpres, ubi operarum errore καὶ expreſſum eſt.] aut πάνυ γε, vel ſimile aliquid." — . Eumque ipſum defectum in verſione Latina explevit, adjecto reſponſo, *Ego vero.* Poteras etiam ſuſpicari, ſic ſcripſiſſe Arrianum: Ἀλλ' αὐτὸς ἐπιμεμέλημαι αὐτοῦ; Αὐτός. Ἕτερον &c. Poterat vero etiam conſulto præterмittere reſponſum hominis, ſtatimque alteram jungere quæſtionem, πότερον μαθὼν &c. Ego, quoniam ſuperius quæſiverat Epictetus, ὅτῳ τρόπῳ τῆς ψυχῆς ἐπιμεμέλημαι; neque ad illam quæſtionem adhuc reſponſum eſt, cogitaveram, hic forte ſcriptum oportuiſſe Ἀλλὰ πῶς ἐπιμεμελ.. Sed nil opus eſt ut ſolicitetur αὐτὸς, quod percommode etiam hic ſtare videtur, *tu ipſe, ipſe per te.* Cæterum Schegkii ratio-

rationem placuisse Salmasio video, qui ita plane legendum censuit: *οὐδαμῶς· ἀλλ' αὐτὸς ἐπιμελήσομαι αὐτοῦ.*

Ibid. *παρὰ τὸν.* „*παράδου.* Lege *παρά του*, pro *παρά τινος.*" WOLFIVS. „*παράδου* lectio est Ven. codicis. Sed recte cod. [ed.] Bas. & Salmant. *παρά του.* [Sic & reliquae omnes editt. cum mastis.] Confer autem III. 9, 7 sqq. Respexit Epictetus verba Socratis apud Plat. in Alcib. I. p. 106. edit. Steph. *Οὐκοῦν ταῦτα μέν σοι οἶσθα, ἃ παρ' ἄλλων ἔμαθες, ἢ αὐτὸς ἐξηῦρες;*" VPTON.

Vers. 24. *Τί δέ σοι, βέλτιστε; τίς μου * εἶ;* Verba exhibui sicuti vulgo exhibent omnes: *asteriscum* vero adpinxi, in corruptelae vel defectus signum; quoniam male adfecta esse verba persuasum habebam, certa vero medicina non succurrebat. WOLFIVS suspicatus erat: „Fortasse *τί δὲ σύ, βέλτιστε; τίς μοι εἶ;*" — VPTONVS haec adnotavit: „Noster codex supplet *μέλλει*, corrupte, pro *μέλει*. Sed eleganter in hujusmodi locutionibus supprimitur *μέλει*, seu *διαφέρει*. *Τί δέ σοι, βέλτιστε; Quid tua refert, vir bone?* Mox, forsan *τίς σύ εἶ; Quisnam es tu?* Legit Salmasius: *Τί δέ σοι, βέλτιστε, καὶ μοί; εἶτ' ἄν.*" — Mihi non liquet. An *Τί δέ σοι, βέλτιστε, τί μου μέλει;* An *Τί δέ σοι, βέλτιστε, τὰ ἐμοῦ* (vel *τῶν ἐμοῦ*) *μέλει;* Debuerat sedem notare Vptonus, quam verbo *μέλει* adsignarit ipsius codex: Nostri libri a vulgatis nil discedunt. Fortasse verum tetigit Wolfii conjectura.

Ibid. *ἂν ἐπιμένῃς.* *ἂν ἐπιμένῃς* pc. & sic primum fuerat in ph.

Ibid. *διαράμενος κονδύλους σοι δώ.* „Repetatur, *sane periculum est, ne* &c." WOLFIVS. *διαράμενος*, scil. *τὴν χεῖρα*, vel potius *τοὺς κονδύλους*, *sublatos pugnos tibi ingerat*, *sublatis pugnis colaphos tibi impingat.* *διᾶραι*, *tollere ad feriendum* vel *ad caedendum.* In activo, *διῆρε τὸ ῥόπαλον*, *sustulit clavam*, cum Budaeo ex Luciano citavit H. Steph. ubi tamen nusquam illa dictio reperitur; sed in passivo, activa notione, apud Lucianum habes *κοπίδα διῃρμένος*, in Toxari c. 55. T. II. p. 560. & *διῃρμένοι τοὺς ἄκοντας*, *sublatis hastis*, ibid. c. 40. p. 548. Quae exempla notari poterant ad illam formulam *ἐκ διάρσεως* apud Polyb. II. 33, 5. conf. Lexic. Polyb. in *διάρσις*.

Vers.

Vers. 25. Τούτου τοῦ πράγματος ἡμῖν τυτὶ δηλωτὶς &c. „Ita hodie quoque loquuntur, qui videri quam esse malunt philosophi. Olim, inquiunt, cum ego incumberem philosophiae, &c. quum tamen ne per transennam quidem aspexerint.“ SCHEGKIVS. Nempe in eamdem sententiam verba haec ille interpretatus est, in quam Pericles apud Xenoph. Memorab. I. 2, 46. Alcibiadi dixit: καὶ ἡμεῖς, τηλικοῦτοι ὄντες, δεηνὰ τὰ τοιαῦτα ἡμῖν· τοιαῦτα γὰρ καὶ ἐμελετῶμεν καὶ ἐσοφιζόμεθα &c. Quae sententia haud male conveniret huic loco, si proxime praecedentia verba ita, ut fecit idem Schegkius, interpretari liceret, ut consularis loqui pergat, dicatque: *Quod si facere negotium mihi perrexeris, pugnos senties.* Sed, praeterquam quod hanc interpretationem non facile patiuntur ista verba, obstare etiam videntur ea quae sequuntur, πρὶν εἰς ταῦτα ἐκτεσεῖν, quae haud dubie eo referenda videntur, quo WOLFIVS retulit, ad eumdem hunc locum haec adnotans: „Haec ad Epicteti personam refero, ut significet, *olim se cum divitibus* [nempe qui simul rudes essent literarum, & nullis bonae disciplinae principiis imbuti] *disputare solitum, priusquam eorum insolentiam & pugnos esset expertus.* Supra enim dixit, *Romae hoc non satis esse tutum, quamvis Socraticum.*

CAPVT XIII.

TIT. Περὶ τοῦ Ἀγωνίου. „Confer supra, cap. 2. & infra, cap. 16. Diog. Laërt. lib. VII. 113. Ἀγωνία δὲ, φόβος ἀδήλου πράγματος. Vide ibi Menagium.“ VPTON.

Vers. 2. ὁ καθαρεύων. „Vide II. 16, 2.“ VPTON.

Ibid. τοῦτο δ' οὐκέτι ἐστὶν ἐν αὐτῷ. „Horat. lib. I. Epist. 16.

Vir bonus ac prudens dici delector ego ac tu.
Qui dedit hoc hodie, cras si volet, auferet idem.
Pone, meum est; inquit. Pono, tristisque recedo.“ VPTON.

Ibid. Post καλῶς καθαρεύῃ, adjectum verbum ἀγωνιᾷ voluit Salmasius, quod e superioribus haud incommode subintelligi poterat.

Ibid. οὐκέτι ἐστὶν. οὐκ ἔστιν pc.

Vers. 3. Φέρε ὄν. Θέλεις ἰδεῖν. *Quamvis peritum artis adducito:* sic Wolfius & Vptonus. Ego SMAR-

TESBV-

TESBVRIENSI obsecutus sum, monenti: „ὃν θέλεις ἰδιώτην, *quemvis privatum, singulum hominem.* Nam τῷ ἰδιώτῃ hic opponitur ὄχλος, & οἱ πολλοί; non τεχνίτης, ut infra [vs. 15.] τεχνίτης τῷ ἀτέχνῳ. Vtriusque loci sensus non absimilis: sed servanda est distinctio.“ —

Vers. 4. ἢ τί ὄχλου ἔπιανος. Respicit forte Diogenis illam definitionem τῆς εὐδοξίας, I. 24, 6. *n.* — „In margine nostri codicis duæ proponuntur lectiones, οὐδὲ, & ἤ, pro ἢ τί.“ VPTON. — Hanc dein Notam delere jussit idem VPTONVS *in Addendis*, & illius vice hæc Adnotata reponere: „Conf. II. 16, 9. Respexisse videtur Epictetus ad ea quæ Charmidæ dixit Socrates apud Xenoph. Ἀπομν. III. 7. Vide etiam Aelian. lib. II. c. 1. Cicero de Fin. II. 15. Tusc. Disp. V. 36.“ — Scripturam quod adtinet, erant omnes istæ lectiones, quas in suo codice notatas Vptonus dixerat, e mss. codicibus ductæ. Sane ἢ τί ὄχλου habet quidem noster pa. cum editis; sed οὐδὲ ὄχλου pc. ἢ ὄχλου pb.

Vers. 6. καλῶ αὐτὸν. αὐτὸν καλῶ pc.

Ibid. καὶ τί ἔξεστι, καὶ τί οὐκ ἔξεστιν. Pro priori ἔξεστι, ἐστὶν dabant edd. ante Vptonum omnes. ἔξεστι scribere jusserunt Salmas. & Shaftesb. Et sic suo e codice edidit Vpton. In pc. sic scribitur: καὶ τί ἐστιν καὶ τί οὐκ ἔστιν. In pab. prætermissa sunt hæc omnia, & ea quæ præcedunt, inde a verbis ἀλλ' ἐν τοσούτου.

Ibid. τὰ νόμιμα. τὰ νομικὰ pa. in textu, sed νόμιμα in marg.

Vers. 7. ἢ ἀσφάλειαν γράφει. „*Aut securitatem scribit.* Intelligo *cautionem de recepto ære alieno*, qua quis sibi satisfactum esse testatur.“ WOLFIVS. — „Dicunt nostrates, *Gives security.* Vide Salmas. de Vsur. p. 131.“ VPTON.

Vers. 9. Olim sic edebatur, Πῶς γὰρ οὔ; Φοβεῖταί τις οὖν &c. Vbi hæc notarunt Interpretes: „Πῶς γάρ; οὐ Φοβεῖται &c. Ita distingue.“ SALMASIVS. „Sed & altera distinctio defendi possit: Πῶς γὰρ οὖν; Φοβεῖταί τις — — κακῶν;“ VPTON. Salmasianam tamen distinctionem in contextu secutus est Vpton, & post κακῶν nudum punctum posuit, pro interrogandi signo: hac subjecta versione: *Quomodo enim. Non timet igitur quisquam ea quæ mala non sunt.* Ego alteram distinctionem e superioribus editionibus revocavi, quam flagitare videbatur consequentis orationis ratio; & loco Vptonianæ versionis Wolfianam substitui. Fateor tamen,

importunam quodammodo videri in ista connexione particulam οὐ ad πῶς γὰρ adjectam; quae si abesset, a nemine desideraretur. — Haec scripseram, non ausus mea auctoritate tollere negantem particulam. Ad extremum, quum eam abesse a nostro cod. pc. intelligerem, & ipse eamdem abjicere non dubitavi, sententia eadem manente, quam cum Wolfio in versione expressi. Codices pab. quidem cum vett. editt. consentiunt. Caeterum paulo insolentior est phrasis φοβεῖσθαι ὑπέρ τινος, *timere aliquid;* id enim graece proprie sonat φοβεῖσθαί τι, cum accusativo. Nam φοβεῖσθαι ὑπέρ τινος aliàs idem valet ac φοβεῖσθαί τινι vel. περί τινος, scilicet, *timere alicui, solicitum esse de re aliqua;* quemadmodum & mox vs. 11. ἀγωνιῶμεν ὑπὲρ τοῦ κτησειδίου idem sonat ac περὶ τοῦ κτησειδίου, *timere possessiunculae*, nempe ne ea detrimentum capiat. At, quemadmodum eodem vs. 11. similiter dicitur ἀγωνιᾷν περὶ τοῦ μὴ ψεύδος ὑπολαβεῖν, & περὶ τοῦ ὁρμῆσαι παρὰ φύσιν, *timere ne falso adsentiamur, ne impetum contra naturam capiamus;* sic h. l. φοβεῖσθαι ὑπὲρ κακοῦ est *timere mali causa*, scil. *ne nobis accidat malum.*

Ibid. ὑπὲρ τῶν μὴ κακῶν &c. Editio Cant. & Lond. non. dant φοβεῖταί τις οὖν ὑπὲρ τῶν κακῶν μὲν &c. omissis operarum errore septem vocibus, quas habent cetera editiones cum msstis.

Ibid. ὥστε μὴ συμβῆναι; „Noster codex φοβηθῆναι; „VPTON. — Sic & pc.

Vers. 10. τὰ προαιρετικὰ δὲ πάντα ἐφ' ἡμῖν. „Conf. I. 22, 10.“ VPTON.

Vers. 11. ὑπὲρ τοῦ κτησειδίου. Perinde est, ὑπὲρ dicas, an περί. Mireris tamen, cur, quum & praecedat & sequatur περὶ, nunc ὑπὲρ ponatur. At nil mutant libri. Conf. ad vs. 9.

Ibid. μή τι περὶ τοῦ μὴ ψεῦδος ὑπολαβεῖν. Perperam περὶ τοῦ μὴ ψεύδους ὑπολαβεῖν dederant edd. Ven. & Bas. Hinc: „Lego ψευδῶς.“ ait WOLFIVS. — Sed ψεῦδος bene expresserunt edd. Gen. Col. & seqq. & jam ante illas editio Salmant. ut refert Vpt. Quod autem idem VPTONVS monuit, adverbialiter ψεῦδος usurpari pro ψευδῶς, ad Homer. Iliad. *l.* [vs. 115.] provocans,

Ὦ γέρον, οὔτι ψεῦδος ἐμὰς ἄτας κατελέξας.

id

id mihi hoc quidem loco secus videtur. τὸ ψεῦδος idem est ac τὸ ψευδὲς, *falsum*. Nihil vulgatius. In diversa hic abeunt codices nostri. Cum Ven. & Bas. facit pa. Cum ceteris editt. pb. Sed pc. sic, *μή τι περὶ τοῦ ψεύδους ὑπολαβεῖν*, absque negante particula; quod *verissimum* videtur. Sic sane mox omnes, pariter absque negatione, *Μή τι* (scil. *ἀγωνιῶμεν περὶ*) *τοῦ ὁρμῆσαι παρὰ φύσιν*;

Vers. 12. *ὡς ὁ ἰατρὸς*. Caret ὁ pc.

Ibid. *οὐκ εὐοδεῖ*. *non est in bona via, non recte se habet*. „Vtitur verbo *εὐοδεῖν* M. Anton. VI. 17 ubi vide Gatak." VPTON. — *τῷ εὐοδεῖν* opponitur *τὸ δυσοδεῖν*, apud Noſtrum III. 19, 3.

Ibid. *Φλεγμαίνει*. Conf. II. 14, 21 ſq.

Vers. 13. *χρῶμα γάρ*. *χρῶμα μὲν* pc. absque *γάρ*.

Ibid. *Μεταλλάξει &c.* Homer. Iliad. *v*. 281. Perperam *Μεταλλάξει* pbc.

Vers. 14. *Διὰ τοῦτο Ζήνων* &c. „Simplicius in Epict. Ench. c. 51. *Ἀντίγονος* [*ὁ*] *μετὰ Ἀλέξανδρον βασιλεύσας τῆς Συρίας γενόμενος, εἰπεῖν λέγεται, μηδέποτε ἑαυτῷ συνειδέναι ἀγωνιάσαντι, εἰ μὴ ὅτε Ζήνωνι συντυγχάνοι. καίτοι πολλοῖς ἄλλοις φιλοσοφοῦσιν ἐντυχεν. Antigonus, qui poſt Alexandrum in Syria regnavit, dixiſſe fertur: Nunquam ſe angi & æſtuare ſolitum, quod ſciret, niſi quando cum Zenone congrederetur. Atqui multos alios philoſophos adierat.* Vide præterea Diog. Laërt. in vita Zenonis lib. VII. 6. & Aelian. Var. Hiſt. lib. IX. c. 26." VPTON. — Falſum vero eſſe Simplicium de Antigono Syriæ rege, intelligendumque *Antigonum Gonatam*, Macedoniæ regem, monuit idem Vptonus in Indice & in Addendis; ubi inſuper etiam conferre juſſit Aelian. Var. Hiſt. VII. 14.

Vers. 16. Poſt *ἀρέσαι θέλω*; poſt *ὑπ' ἀνθρώπου*; & poſt *ἑκάτερον γίνεται*; cum undis punctis vulgo hæc diſtinguerentur, interrogandi ſigna poſui, monente VPTONO in Notis.

Ibid. *οἶδας γὰρ τὰ μέτρα*. „Nonnulli codices δὲ, pro *γὰρ*. Sæpe hæ particulæ locum inter ſe mutant. [De re] confer ſupra cap. 3. & infra, IV. 5, 17." VPTON. *δὲ* pro *γὰρ* temere hoc loco, ut ſæpius alibi, dabant editt. Genev. Col. Cant. & Lond. anon. de quo errore vide Not. ad I. 9, 2. Cautior eodem hoc loco, quam

importunam quodammodo
ticulam οὐ ἀφ᾽ ὧς γὰρ
mine desideraretur. —
mea auctoritate tolle
tremum, quum ea
rem, & ipse eam
eidem manente,
Codices pab. qu
tum paulo inf
νας, timere
βεῖσθαι τι
νος aliâs
licet,
admodu
ὁίου
culæ,
adm
τοῦ
σι
t
pc.

ex Ven. & Bas. re

Olim μεμελέτηται σοι & ms. Paris. μεμελέτητό σοι, quod amplexus sum. Sic rursus imperfectum μεμελετήκει habes: & nihil ratio.

ἠπάτησα pa.

οὐ. διατί δὲ σὺ pb.

μ᾽ ἀποδέξεται; „Vide Enchir. cap. 33. fin. e Wolfii recens.]" VPTON.

ἐν αὐτῷ δοκῇ. „Noster codex φοβεῖ: ὁίου τε περὶ σου, pro παρά." VPTON. In utroque illæ consentientem habet nostrum pb.

Δύναται δ᾽ ἄλλου μὲν εἶναι ἀμάρτημα &c. 28, 10.

19. εἰτ᾽ οὐκ ἔστι σοι γὰρ. „Inferni σοι ex noto codice." VPTON. Agnoscit idem pronomen noster pc. sed ignorat γὰρ.

Ibid. μὴ ἐκπροουθῶ. Interpretatus sum, *ne de fatis meis deturber*, vel *dimovear*; præeunte VPTONO in Indice, ubi ad M. Anton. provocat, V. 9. ἀλλ᾽ ἐκπροωθήσω, πάλιν ἐπανιέναι. At ibi quidem ἐκπροωθήσω nil aliud sonat, quam *excidere ausu*; quod aliâs ἐκπίπτειν dicunt, ut Lucian. in Peregrin. c. 35. T. I. p. 77. φθόγγεσθαι βουλόμενος ἐξέπιπτόν τε καὶ ἀνεκοπτόμην. Atque ita etiam h. l. Wolfius *ne excidam* vertit. Dicunt vero etiam ἐκπροΐειν τοὺς λογισμούς, *rationem disturbare*, ut apud Plutarch. p. 450, cujus verba ibidem Vptonus citavit: τὰ ἐκτινόμενα πάθη ἐκπροΐει τοὺς λογισμούς, εἰς τὰς ἀναγκαίως πράξεις βιαίως προσθέοντας. Quam in sententiam & Noster φαντασίας ἐκπροούσας τῷ λόγῳ dicit II, 18, 29.

Vers. 20. τὸ Δίειμος ὄνομα. „Vide ad II. 2, 22." VPTON.

Vers. 21. ἐμελέτας. ἐμελέτησας pc.

Ibid. Συλλογισμοὺς καὶ μεταπίπτοντας. Vulgo hoc ita accipiunt omnes, ut sit responsum ad quæstionem proxime præcedentem. Vide vero, ne commodius & hæc ut Epicteti verba sint intelligenda. Quod si ita sit, erit & post μεταπίπτοντας interrogandi signum ponendum.

† id quidem parum refert. Quod si hæc m continent ad proximam quæstionem; paulo ante responsio ad istam quæstionem, οὐ μεμελέτηκας; & videri poterit ibi interbum Μεμελέτηκα. De rationibus illis vel argu.onibus, quas Μεταπιστεύσας dicit, verba feci rem a me confectam & ad liquidum deductam esse ositeri non ausim) in Notis ad I. 7, 1. Peculiare est quod hic habet codex noster pc. συλλογισμοὺς τῶ μεταπίστευσας.

Ibid. ἀκαμπτοδίκτως. „Noster codex ἀκαμπτοδίστως." VPTON. Sic & pb. Parum interest: sed altera forma verior videtur. Vide Indicem, & conf. Not. ad I. 1, 10. & ad Enchir. cap. 1. sect. 2.

Ibid. Nal. Caret pc.

Vers. 22. ἐπαυὸς οὖν ἦν. Participium ἦν, quod ignorant cæteri, adjeci ex pc. Ad rem quod pertinet, commode VPTONVS monuit, *in Addendis* ad Notas: „Respicit ad proverbium, quo utitur Plato in Theæteto, ἐπὶ ἕδρας εἰς παθίου προκαλεῖσθαι."

Vers. 23. μηδὲ ἀγνόει σου τοὺς πυρῆνας. „Vide supra II. 2, 25. & Enchir. cap. 14. [c. 20. Wolf.]" VPTON.

Ibid. ταύτην τὴν λαβήν. „ταύτην est ex nostro codice: deest in reliquis." IDEM. In ταύτην consentit pc. λαβὴν correxi; & sic recte pp. Mendose λάβην edd. λοβὴν pa. βλάβην ph.

Vers. 24. ἐ πρὸς τοὺς τυράννους αὖτα διαλεγόμενος. „De XXX tyrannis, tum temporis rerum imperio potitis, vide Xenoph. Hist. Græc. lib. II. p. 461. edit. Leunci. Vide quoque Socratis sermonem cum Critia, qui unus erat e XXX. apud Xenoph. Ἀπομνημ. lib. I. p. 716. [c. 2. s. 33 sqq.]" VPTON.

Ibid. ἐ πρὸς τοὺς δικαστάς. „Vide Apolog. Socratis apud Xenoph. & Platonem." IDEM.

Ibid. ἐ ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ. „Vide Platonem in Critone, & Phædone." IDEM.

Ibid. Λέγεται Διογένης μεμελετήκει &c. „De Alexandri Macedonis cum Diogene congressu, vide lib. III. 22, 92. Meminit aliorum sermonum regis istius cum Cynico Plutarchus in vita, nec non Dio Chrysost. Orat. IV. — Πρὸς Φίλιππον, scil. cum pro exploratore ad Philippum Alexandri Magni patrem adductus est: vide III. 22, 24. — Πρὸς τοὺς πειρατάς. Captus est a piratis Dio-

Diogenes, cum in Aeginam navigaret. vide IV. 1, 115. — Πρὸς τὸν ὠνησάμενον, scil. Xeniadem, a quo emptus est. vide ad IV. 1, 116.“ VPTON.

Ibid. ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ. Caret τῷ pb.

Vers. 25. * Ἐκεῖνοις, οἷς μεμελέτηκε, τοῖς θαρρύνουσι. Quum absque *asteriſco* hæc vulgo ita edita eſſent, monuit WOLFIVS: „Suſpectus locus, niſi τὰ θαρρύντα pro θαρρύνοντα accipias: *Eo ſic locutus eſt, quod ea meditatus erat, quæ confirmant animos.*“ — Tum VPTONVS: „Vertit Schegkius, *His permitte iſta;* Wolfius, *Hæc illis permitte:* i. e. Ἄφες ἐκείνοις. Sed deeſſe nonnulla credo. Hoc modo itaque excudendum oportebat: τὸν ὠνησάμενον αὐτόν. * * * Ἐκείνοις, κ. τ. λ.“ — Salmaſius etiam Ἄφες ἐκείνοις legere juſſerat. At ne ſic quidem verbis illis, οἷς μεμελέτηκε, conſtat ratio: oportebatque vel οἷς μεμελέτηται, vel οἷς μεμέληκε, ſcil. τοῦτο aut ταῦτα. Tentaveram equidem ſic conſtituere locum: Ἐκείνοις ἃ μεμελέτηται, (vel Ἐκείνοις ἃ aut ὧν μεμέληκε,) τούτοις θαρροῦσι. id eſt, *Quibus in rebus illi ſe exercuerunt* (aut, *Quæ res illis curæ fecerunt,*) *in his illi confidunt.* Sed quoniam certi nihil definiri poſſe putavi, Vptono obſecutus, vulgatam ſcripturam præmiſſo asteriſco, ut defectus vel corruptelæ ſigno, expreſſi. Auxilii nihil offerunt libri.

Vers. 26. Σὺ δ' ἐπὶ τὰ σαυτοῦ βάδιζε. ἐπὶ τὰς αὐτοῦ ed. Ven. Baſ. Gen. & Col. Sic & noſtri codd. pab. Sed WOLFIVS in Notis ἐπὶ τὰ σαυτοῦ ſcripſit, *Tu ad tua te confer;* monuitque: „Rejicit eum qui otioſe argutatur, neglecta rerum neceſſariarum meditatione.“ — SHAFTESBVRIENSIS vero notavit: „Editio Baſ. τὰς, non τὰ. Præcedebat ergo vox fœminina pluralis. Sed iſta plane meditata, neque a Commentatore reſtituta ſunt. Vetus interpres, [Schegkius] in vertendo fœpiſſime infelix, cui tamen hic aſſentior, [*tu ad tuas accedito artes*] videtur ſubintelleXiſſe τέχνας. Sic ſupra, II. 9, 10.“ — Denique VPTONVS: „Noſter codex, τὰ σαυτοῦ.“ Sic vero, Wolfium ſequentes, jam ante Vptonum dederant editores Cant. & anon. Lond. Sic & noſter cod. pc, Eamdem emendationem commendaverat Salmaſ.

Ibid. καθῆσο. Sic pa. cum edd. καθίσο pb. καθῆσον pc.

Ibid. πλέκε συλλογισμούς. Vide ad I. 29, 24.

Vers.

Verſ. 27. Οὐκ ἔστι δ' ἐν σοὶ πόλεως ἡγεμὼν ἀνήρ. „Verſus jambicus, ſed neſcio unde; modo legas:

Οὐκ ἔστι δ' ἐν σοὶ ἡγεμὼν πόλεως ἀνήρ.

Hoc eſt: Non tu dignus es ad obeundum Philoſophi munus." VPTON.

CAPVT XIV.

TIT. Πρὸς Νάσωνα. „*Naſo*, Romanorum cognomen; celebre inprimis ab Ovidio, ſic dicto." VPTON.

Verſ. 1. μετὰ τοῦ υἱοῦ. Articulum τοῦ, qui deerat vulgo, adjeci ex pc.

Ibid. ἑνὸς ἀναγνώσματος. Vide notata ad I. 10, 8. & ad I. 26, 1.

Ibid. ὁ πρότος ἐστὶ. Deeſt ἐστὶ pc.

Verſ. 2. ἐρεῖν. „Ms. Pariſ. εὑρεῖν, pro ἐρεῖν. Mox ἕξῃ, poſt ἔχει, deeſt in noſtro cod. & Ms. Pariſ." VPTON. εὑρεῖν male pab. In eisdem deeſt ἕξῃ. Pc, vero, pro eo quod edebatur, πότον ἔχει, ἕξῃ, ſic dedit, κότου, ἕξῃ, ἔχει, quod recepi.

Ibid. Poſt ἀπείρῳ αὐτῆς nullam diſtinctionem ponunt Ven. Cant. Lond. anon. & Vpt. Ad eam rationem Wolfius hunc locum ita convertit: *Omnis ars moleſtiam habet, cum indocto & ipſius imperito traditur.* Ego cum noſtris codd. & ed. Baſ. Gen. & Col. interpoſita diſtinctione, verba τῷ ἰδιώτῃ καὶ ἀπείρῳ αὐτῆς ad πότον ἔχει retuli. Sic enim & mox vſ. 5. ait, ἡ μὲν μάθησις ἀνιαρὰ μάλιστα τῷ ἰδιώτῃ παρατυγχάνουσι.

Verſ. 3. Καὶ τὰ μὲν. Forſan καίτοι τὰ μὲν, *quamquam ea quidem.* Quod ſi enim nude Καὶ τὰ μὲν legas; videri poterat deeſſe alterum orationis membrum, quod a δὲ incipiat, & ad illud μὲν referatur.

Ibid. καὶ ἀγωγὸν. Vulgo omnes καὶ ἐπαγωγὸν, quod ea notione, quae hic locum habet, magis frequentatur. Sed ἀγωγὸν ſuum dare codicem & Pariſ. monuit Vptonus; quod ego haud dubie recipiendum putavi; nam eodem vocab. utitur Noſter III. 22, 89. & ejusdem fere aetatis ſcriptores; Plutarchus, δύναμις ἀνθρώπου ἀγωγὸς; & Maximus Tyrius, οὐδὲν πρὸς ἀρετὴν ἀγωγότερον; quae exempla H. Stephanus adnotavit. Qui ἐπαγωγὸν huc invexit, is, cum ſimplicis vocabuli uſum ignoraret, alteram ſcripturam truncatam putaverat. In καὶ ἀγωγὸν conſentiunt pab. In pc. eſt ἔχει τι ἐπαγωγὸν, absque καὶ. cf. Enchir. c. 34 ſub fin. & ibi var. lect.

Vers. 4. Vulgo omnes sic: *Καὶ γὰρ σκυτέως τῶς μὲν μανθάνει τις παρεῖναι καὶ παρακολουθεῖν, ἀτρεπές.* Ad quæ VPTONVS: „Pro *ἀτρεπὲς* legendum *ἀτρεπές*: ita mox infra *ἀτρεπέστατον τὸ μάθημα*. Cætera sunt etiam luxata & corrupta. Quid si hoc legas modo? *καὶ γὰρ σκυτέως μάθημα, εἴ τις θέλει παρεῖναι καὶ παρακολουθεῖν, ἀτρεπές. Etenim sutoris disciplina, si quis adesse vult & eam assequi, infucunda est.*" — Equidem *ἀτρεπὲς* haud cunctanter recepi; (cui opponitur *ἀτρεπτὸς*, vers. 6.) cætera ferri posse putavi, naturalem verborum seriem hujusmodi intelligendo: *καὶ γὰρ ἀτρεπὲς, παρεῖναι καὶ παρακολουθεῖν τῶς μὲν μανθάνει τις σκυτέως.* Quod *τῶς μὴν* pro *τῶς μὲν* expressum est in Vptoniana editione, error operarum est, editioni isti proprius. In pravum *ἀτρεπὲς* consentiunt mssti omnes. Pro *σκυτεὼς* verò, *σκυτέως* habet pc. quod vide an verum sit, *τέχνην* intelligendo; at sic oportebat, ni fallor, *τὴν τοῦ σκυτέως*, vel saltem *τὴν σκυτέως*.

Vers. 5. *τῷ δυνάτῳ παρατυγχάνοντι.* Vulgo omnes, *ἀπατυγχάνοντι*, id est, quemadmodum in Notis interpretatur Vptonus, (nam in contextu versionem hujus vocis cum Wolfio prorsus præteriit) *qui eam assequi nequeat.* Sed: „Noster codex, ait idem VPTONVS, *παρατυγχάνοντι*, quam lectionem si magis probes, verte: *qui forte adest.*" — Haud cunctanter hæc scriptura in Græcum contextum adoptari debuit. Eamdem opportune obtulit noster pc. sed perperam idem paulo ante, *κάθησις*, pro *μάθησις*.

Vers. 7. *τὴν αὐτοῦ βούλησιν συναρμόσαι. αὐτοῦ* ex superioribus edd. revocavi, quibus adsentiuntur codd. pabc. Temere *αὐτοῦ* Vpton, ut alibi. De re confer Enchir. c. 8. (cap. 13. e Wolfii recens.

Vers. 8. *τοὺς συστραφέντας.* *τοῖς συνταραττομένοις* pc.

Ibid. *ἀταράχως διεξάγειν καθ' αὑτὸν, μετὰ τῶν πανταχοῦ τηροῦντα τὰς σχέσεις &c.* Post *μετὰ τῶν πανταχοῦ* comma vulgo ponebant cum ed. Bas. & ista verba ad superiora referebant. (Sic & codd. pbc.) Ad quam rationem Wolfius etiam interpretatus est: *citra perturbationem, nostro arbitratu ætatem degamus cum sodalibus &c.* Eodemque fere modo VPTONVS, qui tamen in Notis delendum comma post *πανταχοῦ* innuit, adjecta hac interpretatione: *citra perturbationem ut degant quantum ad se pertinet, ut cum sociis observent relationes tam naturales, quam accersitas.* Recte sane. (Et ignorant

runt ibi distinctionem ed. Ven. & codex pa.) In reliquis vero oratione hoc versu nota etiam anacoluthon, quod jam subinde observavimus, nempe transitum a plurali numero ad singularem: modo dixerat τοῖς συστρεμμένοις, nunc, καθ' αὑτὸν. & τηρούσῃ. Vide ad I. 24, 34. Pro κοινῶν, perperam κοινῶν est in pb.

Ibid. σχέσεσι τὰς τε φυσικὰς καὶ ἐνδέτους. „*Affectionibus & naturalibus, & accessitiis*, id est, voluntate susceptis, cujusmodi sunt affinitatis & amicitiæ." WOLFIUS. „Vide III. 2, 4. IV. 8, 20. & M. Anton. VIII, 27." VPTON.

Ibid. τὴν σύνεδον. Sic scripsi accentu retracto, pro eo quod consentientibus nostris mastis acute vulgo hic scriptum erat, τὴν συνεδὸν. Analogia illud desiderabat. Quod si quis vero fortasse, distinctionis causa, ne cum ἡ σύνεδος confundatur, acute ἡ συνεδὸς scribendum statuat; dicam, similia composita, veluti ἔΦεδος, in masculino æque ac in fœminino genere antepenacute scribi. Vide Lexic. Polyb. in Ἔφεδος. Apud Hesych. habes: Σύνεδος, πολλῶν παρουσία· ἡ συνεδοτόρος. Et σύνεδον, antepenacute, recte editum apud Nostrum IV. 1, 97 consentientibus libris omnibus.

Vers. 11. τίνα ταῦτα. Λέγουσιν οἱ Φιλόσοφοι &c. Sic distinguendum monuit Vpron in Notis. *Quærimus igitur, quænam ea sint. Dicunt Philosophi* &c. Recte sane. Vulgo omnes, τίνα ταῦτα λέγουσιν οἱ Φιλόσοφοι; *quænam ea esse dicant philosophi.*

Ibid. καὶ οὐκ ἔστι λαθεῖν αὐτὸν. „Vide I. 14, 13 sq. II. 8, 14. Sic Socrates apud Xenoph. Ἀπομνημ. libr. II. [c. 1. s. 19.] πάντα ἡγεῖτο θεοὺς εἰδέναι, τά τε λεγόμενα, καὶ πρασσόμενα, καὶ σιγῇ βουλευόμενα." VPTON.

Vers. 12. Εἶτα, (scil. μαθεῖν δεῖ) πόθοι τινες εἰσίν. Vulgo omnes interrogative, Εἶτα πόθοι τινες εἰσίν; Sed sine interrogatione hæc legenda, monuit Vpron in Notis.

Ibid. εἰδὼς γὰρ ἂν ἐκείνου εὑρεθῆναι. „Conf. Enchir. c. 31. [c. 38. recens. Wolf.]" VPTON.

Ibid. κατὰ δύναμιν. „Noster codex κατὰ θεοσέβειαν. Recte, κατὰ δύναμιν. Vide Xenoph. Ἀπομνημ. I. 3, 3 ubi Socrates Hesiodi illud laudat,

Καὶδύναμιν δ' ἔρδειν ἱερὰ ἀθανάτοισι θεοῖσι."

VPTON. — Veram scripturam tenent nostri libri.

Ibid. ἐξομοιοῦσθαι ἐκείνοις. „M. Anton. X. 8. Μεγάλως συλλήψεται σοι τὸ μεμνῆσθαι θεῶν, καὶ ὅτι πᾶν

δὺ κολακεύεσθαι οὕτως θέλουσιν, ἀλλὰ ἐξομοιοῦσθαι ἐκείνοις τὰ λογικὰ πάθη. *Multum conducit, meminisse Deorum, quod nolunt illi ratione præditos ipsis adulari. sed similes ipsis fieri.* Respexisse M. Antoninum existimat Gatakerus ad Plat. de Leg. I. 4. Τίς πρᾶξις φίλη καὶ ἀκόλουθος θεῷ; μία, καὶ ἕνα λόγον ἔχουσα ἀρχαῖον, ὅτι τὸ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον φίλον ἂν εἴη. *Quænam est actio Deo amica & consentiens? Una, & quæ una ratione nititur antiqua,* &c." VPTON.

Vers. 13. μεγαλόφρον. Revocavi veriorem scripturam ex vett. edd. Cum accentu in antepenultima μεγαλοφρον dederat Vpt. cum Cant. & Lond. anon. quod verum videri poterat pro regula Grammaticorum, quæ præcipit, adjectiva composita in ων exeuntia, in neutro genere retrahere accentum: sed ab ea lege diserte iidem Grammatici excipiunt adjectiva ex φρὴν composita. In eam scripturam, quam restituimus, consentiunt codd. pab: sed in pa. recentior manus, male sedula, in fine adjecit α, ut sit μεγαλόφρονα, quod ipsum h. l. perperam etiam habet pc.

Vers. 14. Ἂν συγκαθῇς, ἐρῶ σοι, ὅτι &c. Post ἐρῶ σοι vulgo omnes majori puncto distinguunt orationem, quod & Vptonus in contextu tenuerat, sed in Notis tollendum illud monuit. „συγκαθῇς, a συγκαθίημι, ut supra." WOLFIVS. „Distingue: Ἂν συγκαθῇς, ἐρῶ σοι ὅτι &c. *Si modo assentiri poteris, dicam tibi, oportere te primum,* &c." VPTON. At nihil nunc de *assensu* dicit Epictetus: id Græce foret ἂν συγκατάθῃς, a verbo συγκατατίθεμαι. Aliud est συγκαθίημι, scil. ἑαυτὸν, *immitto me*, de quo vide II. 12, 13. Et intelligitur εἰς τὴν σκέψιν, ut sit I. 2, 4. aut εἰς τὴν ζήτησιν, aut simile aliquod nomen. conf. I. 7, 3. *Si sophiscum immittere te in hanc considerationem, in hanc disquisitionem volueris.* In eamdem fere sententiam vs. 20. sit, πῶς δύνασαι ἀναστρέφεσθαι μου, καὶ ὑποσχεῖν τὸν ἔλεγχον, καὶ παραμεῖναι;

Ibid. πρῶτον δεῖ σε τοῖς ὀνόμασι παρακολουθεῖν. *Oportet te primum vocabula intelligere.* ὅτι δεῖ σε πρῶτον ph. Rem quod adtinet: — „Confer supra, cap. 10. Πῶς ἂν ἀπὸ τῶν ὀνομάτων κ. τ. λ. & vide I. 17, 12. II. 11, 4 sq. M. Antonin. lib. X. s. 8. Ὀνόματα θέμενος σαυτῷ τάδε τὰ, ἀγαθὸς, αἰδήμων, ἀληθὴς, ἔμφρων, σύμφωνε, ὑπέρφρων, πρόσεχε μὴ ποτε μετονομάζῃ, καὶ ἀπολλύῃς (scribe ἀπόλλυῃς) ταῦτα τὰ ὀνόματα, καὶ ταχέως ἐπάνει

ἐπ'

ἐπ' αὐτά. *Nomina tibi ubi sumseris ista, boni, modesti, veracis, prudentis, unanimis, magnanimi; cave, ne quando transnomineris, & amittas denuo nomina ista; celeriterque (si quid tale contigerit) ad ea revertaris.* Fortasse autem hoc modo legendus est hic Marci locus: μὴ τοτε μετονομάζῃ: κἂν ἀπολλύεις [sic jam Mer. Casaub. at oportebat saltem κἂν ἀπολλύῃς] ταῦτα τὰ ὀνόματα, ταχέως ἐπάνιε ἐπ' αὐτά. id est: *Ne transnomineris: sin amittas ista nomina, haud mora ad ea reverte.* Cæterum non Stoici solum, sed & Socrates vocabulorum cognitionem atque inquisitionem apprime utilem existimabat; uti monui ad I. 17, 12. Plato in Cratylo: Ὃς ἂν τὰ ὀνόματα εἰδῇ, εἴσεται καὶ τὰ πράγματα. Unde Plutarch. περὶ Ἴσιδος καὶ Ὀσ. Ἄριστα λέγεται παρὰ τοῖς φιλοσόφοις, τὸ τοὺς μὴ μανθάνοντας ὀρθῶς ὀνομάτων, κακῶς χρῆσθαι καὶ τοῖς πράγμασιν. VPTON.

Vers. 15. Οὕτως, ὡς οἱ ἀγράμματοι ταῖς ἐγγράμμάτοις φωναῖς. *perinde ac illiterati literatis vocibus utuntur.)* Monui ad I. 20, 4. τὴν ἐγγράμματον φωνὴν ibi nihil aliud sonare, nisi *vocem articulatam*, id est, linguam, sive sermonem quo utuntur homines. Ad eam rationem hæc fuerit mens Epicteti: *tu vocabulis in philosophorum scholis usitatis ita uteris, ut homines illiterati utuntur vocabulis vulgari sermonis usu tritis;* scil. ut nec certam nec distinctam notionem habeant rerum quæ verbis designantur, nec in usu verborum & sermonis certa principia habent, ut rationem reddere queant, cur sic potius, quam aliter, sit dicendum. Sed nescio an τὰς ἐγγράμματους φωνὰς ea verba dicat, quæ non tam in communi sermonis usu versantur, quam *quæ ἐν τοῖς γράμμασι*, id est, *in libris, in poëtarum & doctorum virorum scriptis maxime occurrunt:* quorum verborum veram vim minus etiam perceptam habent illiterati homines; ita ut, si nihilominus eis uti in suo sermone audent, magis etiam vacillent, & a vero sæpe plurimum aberrent. Id si dicere Epictetus voluit, non incommode fortasse latine *literatas voces* dixeris, utpote ab hominum *illiteratorum* usu alienas. Schegkius sic interpretatus est: *Ita scilicet uteris, tamquam artis grammaticæ ignari vocibus grammaticis.* Germanicus interpres in hanc sententiam: *ut ii, qui artis scribendi non bene gnari sunt, utuntur verbis præscriptis.* Rectius fortasse fuerant: *ut, qui artis legendi*

non

Raf. Gen. Col. ἄρά γε ed. Cant. Veram ſcripturam reſtituit anon. Lond.

Ibid. Ἀπὸ τοῦ ἐναντίου ἐκίνησε τὸν πλησίον. „Movebat vicinum loco a contrario. Hæc verba parentheſi includenda; vel forſan delenda, ut gloſſema.“ VPTON.

Ibid. δοκεῖ σοι εἶναι. Deeſt σοι pb.

Verſ. 9. ἐκτετληρωμένως τὴν ἔννοιαν. *poſtquam completam & omnibus numeris abſolutam effecit notionem.* Sic II. 17, 10. πρόληψις διηρθρωμένη καὶ τελεία.

Verſ. 9 ſq. οὐ γὰρ ἀνταπολουθεῖ τῷ κεφαλαιώδει τὰ ὁρικὰ ῥήματα τεχνικὰ, καὶ διὰ τοῦτο &c. Vulgo omnes (edd. & mſſti) τῷ κεφαλαιώδει τῷ ὁρικῷ ῥήματα τεχνικά. καὶ διατοῦτο &c. Ad quæ ſic commentatus eſt WOLFIVS: „Malim ἀκολουθεῖ, ſcil. ὁ ὁρισμός. Et poſt ὁρικῷ interpungendum, ut nova periodus ſit, ῥήματα τεχνικὰ ταῦτα, addito pronomine. Idiota non intelligit quid ſit ὁρισμὸς, nec quid κεφαλαιώδες ὁρικόν. Heſychius τὸ κεφαλαῖωσον exponit συντόμως συνάγαγε. Erit ergo τὸ κεφαλαιῶδες, τὸ συντομον. *Non ſervat hæc definitio brevitatem definitionis.* Niſi forte idem valeat, quod καθόλου, *leges definitionum: definitum cum definitione converti non poteſt.*“

Tum VPTONVS: „Manifeſtum gloſſema in hoc loco apparet. τὰ ὁρικὰ, τὸ κεφαλαιῶδες, ſunt *vocabula ſcientiæ, propria*, τεχνικὰ ῥήματα, Angl. *Technical terms.* Atque ita monuit neſcio quis interpres ad oram ſuam codicis. Poſtea hæc verba, τεχνικὰ ῥήματα, in contextum recepit oſcitans librarius. Hinc primus error. Deinde ὁρικῷ ſcripſit, pro ὁρικά. Nunc locum ab his erroribus liberatum videamus. οὐ γὰρ ἀνταπολουθεῖ τῷ κεφαλαιώδει τὰ ὁρικὰ, *neque enim reciproçant inter ſe definita & termini definientes.* Ex. gr. Si definirem Hominem, eſſe animal mortale, aberrarem; non enim reciproçant termini. Animal enim mortale (termini definientes) pari modo prædicetur tam de equo, vel de cane, quam de homine. Mox forſan legendum Διὰ ταῦτα τόδε, &c. vel Διατοῦτα τοῖτοι τοῖς, &c.“

Wolfius in verſione ſic poſuerat: *neque enim ſervatam eſſe brevitatem definitionis, & convérſionem cum definito.* Quam verſionem Vptonus etiam tenuit; qui tamen in Nota recte, ut videtur, τὸ κεφαλαιῶδες unice rem *definitam* interpretatus eſt, nempe rem vel terminum

quæ definitione declarandum; τὰ ὁριχὰ vero *terminos definientes*, id est, quæ definitione continentur, verba quibus definitio continetur. Ac sane, vel ex ipso hoc loco intelligi par erat, fuisse ista vocabula hac notione in Stoicorum scholis usitata. Et τὰ ὁριχὰ quidem similiter fere Aristoteles, Topic. I. 5 sq. dicit *ea quæ ad definitionem pertinent*. *Definitum* autem percommode τὸ κεφαλαιῶδες (quasi *compendiosum* vel *summarium* dices) poterat appellari. Quod vero de τῷ ὁριχῷ in τὰ ὁριχὰ mutando idem præcepit Vptonus, ita probabile ac pæne manifestum mihi visum erat, ut in contextum recipere istam emendationem non dubitandum duxerim. Omnino enim nominativus casus requirebatur, ad verbum ἀνθαχολουθεῖ pertinens, quo designaretur *id quod non conveniret* vel *non reciprocari posset cum* τῷ κεφαλαιώδει. Literarum α & ω perperam a librariis permutatarum frequentia apud Polybium exempla observavimus: vide ibi Adnot. ad IV. 14, 3. & loca ibi citata. Et apud Epictetum, sicut h. l. ω pro α posuerunt librarii, sic vicissim α pro ω perperam scripserunt IV. 10, 28. Quod vero temere e margine in contextum recepta verba ῥήματα τεχνικὰ statuit Vptonus, id speciem utique esset habiturum, nisi continuo sequerentur ista, καὶ διὰ τοῦτο τοῖς ἰδιώταις φορτικὰ &c. quibus usque illis nullo modo constat ratio. Nempe incommoda orationis distinctio deceperat virum doctum; qua correcta, ut fecimus, omnia bene habent, & liquido fluunt. Pari vero ratione jam Wolfius in versione verba ista, ῥήματα τεχνικὰ, a superioribus separaverat, & ad sequentia traxerat.

Vers. 11. ἐαυτολουθῶν ταῖς αὐτοῦ φαντασίαις. „Αὐτοῦ pro αὑτοῦ seu ἑαυτοῦ usurpari, semel atque iterum monui. Patet autem ex loco Eustathii in Hex. quem allegat Davisius ad Cicer. de Nat. Deor. II. 49. p. 223. ubi pro μεν' αὑτὴν legit μεθ' αὑτήν. Immo vero & sic nostrates dicunt *Him* pro *Himself*, ex. gr. *He sets Him down without ceremony*: pro *He sets Himself down*, &c." VPTON. Monuerat de ea scriptura Vptonus ad I. 2, 9. ad I. 4, 23. ac fortasse etiam semel aut bis alibi. At multo frequentius, & quavis fere pagina, rationis illius oblitus, temere ac nulla urgente causa eandem scripturam mutavit, asperum spiritum pro leni ponens. Cæterum ad defendendam nunc vulgatam scripturam nil opus erat ad auctoritatem loci illius a Davisio allati

tati confugere; qui quidem locus non ex Eustathio, sed ex Basilii Homil. in Hexaëm. ductus est. Vtrumque spiritum super αὐτοῦ hoc loco, ut sæpe aliis, posuit pb. ut perinde αὐτοῦ & αὐνοῦ legere possis.

Vers. 12. ὅσοις γ' ἐστί τις εὐκάβεια. „Ita noster codex: cæteri τι εὐλαβείας.“ VPTON. Sane ne sic quidem male cæteri. Cum Vptono vero consentit noster pc.

Vers. 13. συγκαθέψεις εἰς τί τοιοῦτον. „Scil. ἐκ τοὺς. si in arenam descenderint.“ WOLFIVS. Vide ad ll. 14, 14. & conf. Lexic. Polyb. in h. v.

Ibid. Φύρονται καὶ Φύρουσι. „*Miscentur & miscent:* hoc est, *exagitant & exagitantur;* vel, nullum disputationis ordinem servant; alteri inepte rogant, inepte respondent alteri.“ WOLFIVS. — „Vide IV. 13, 7.“ VPTON. Proverbialiter dictum adparet; nec tamen satis video, unde ductum proverbium. Sententia est, *turbantur ipsi, & turbant alios; molestiam habent ipsi, & molestiam alteri creant;* vel, ut in versione posui, *premuntur & premunt.*

Vers. 14. ἐν λόγοις. „Sic noster codex: alii ἐν λόγῳ.“ VPTON. Vulgatum, ἐν λόγῳ, tenent nostri codd. tres; non male.

Ibid. πονεῖν μάχην. „*Sedare pugnam.* Supra [vs. 6.] αὕτη γὰρ ἐναργὴς ἐνθεσις τὰ ἀπὸ τῶν ἐναντίων, ἅπερ πάντα συνεσταλμένα τῆς μάχης, ἀναχωρεῖν ἐπ' αὐτῆς. *Pugna* igitur hic non concertantium, sed orationis intelligatur, *si quid repugnet principiis & notionibus.* Explicabat controversias, erroresque refellebat Socrates.“ WOLFIVS. Id ipsum vero & ipse sedato animo & citra acerbitatem faciebat, & aliorum in disputando nimium fervorem & contentiosam acerbitatem repressit, ut proxime præcedentibus verbis docet Epictetus.

Vers. 15. πόσην ἐν τούτῳ δύναμιν ἔχει. „Sic III. 16, 5. οἵαν εἶχε Σωκράτης δύναμιν, ὥστ' ἐν πᾶσι συμπεριφορᾷ ἄγειν ἐπὶ τὸ αὐτοῦ τοὺς συνόντας; Confer autem lib. IV. cap. 5. in initio.“ VPTON.

Ibid. πόσας μάχας διελέλυκε; „Nempe cum quæstio est de Virtute, an doceri possit, nec ne: cum fit oritur inter Calliam & Antisthenem de justitia.“ IDEM.

Vers. 16. Αἴθερ τε καὶ μέγ. &c. „Versus Hesiodi, Theogon. 87.“ IDEM.

Vers.

Vers. 17. *ἐστὶ τῶν ἀσφαλὲς.* Deest *τῶν* pb.

Ibid. *ἠλοιόπι.* Temere *ἠλοιήτι* ed. Ven. & Bas.

Ibid. *στρατηγῷ τινι, ἢ τῶν οὕτω τύχῃ, ἢ πλουσίῳ.* Conjunctionem *ἢ*, quam ignorant vulgo omnes, absorptam a terminatione verbi præcedentis, ex certa (ut mihi visum erat) conjectura inferui, admonitus a WOLFIO, qui quidem vel *καὶ* vel *ἢ* adjiciendum putavit, & *καὶ* in versione expressit: *ad consularem aliquem, — — ac divitem.* Conf. mox ad vs. 19.

Vers. 18. *Ἔχεις μοι εἰπεῖν.* „Atque hæc etiam ad imitationem Socraticorum.“ VPTON.

Ibid. *σαυτοῦ.* *σαυτοῦ* pb.

Ibid. *ᾧ τινι τὸ χρυσίον.* Articulum *τὸ*, temere hoc loco in ed. Bas. & seqq. prætermissum, ex Ven. restituit Vptonus; eumdemque agnoscunt mssti omnes.

Vers. 19. *τὸ σαυτοῦ.* *τὸ ἑαυτοῦ* pa. non male.

Ibid. *ἀμεταλήπτῳ ἠλοιόπι καὶ τούτῳ.* „Post *ἠλοιόπι* addit noster codex, *καὶ τούτῳ.*“ VPTON. Duo ista verba, quæ in editis non legebantur, & ne ab Vptono quidem recepta sunt, adoptare non dubitavi. Referuntur ea ad id, quod jam & equos & aurum, & alia, *periti* hominis curæ a se commissa alter professus erat. *Haud dubie igitur*, inquit, *et hic pariter peritus homo est, cujus curæ corpus tuum credis?* Agnoscit eadem verba noster cod. pc.

Ibid. *ἀλειπτικῆς ἢ ἰατρικῆς.* Ante Vptonum aberat *ἢ*. WOLFIVS vero: „Lego, inquit, *ἀλειπτικῆς καὶ* vel *ἢ ἰατρικῆς.*“ — *ἢ* e codice suo adjecit Vpton. Conf. ad vs. 17. Vptono adsentitur noster pb.

Vers. 20. *πάντων ἄμεινον.* „Forf. *τούτων πάντων ἄμεινον* his omnibus melius.“ VPTON.

Ibid. *τὸ αὐτοῖς — — χρώμενον, καὶ δοκιμάζον.* „Vide lib. I. cap. 1. in initio.“ IDEM.

Vers. 21. *Πολὺ, νὴ Δία.* Cum punctum minus post *λέγω* in contextu posuisset Vptonus, & *πολὺ* litera minuscula scripsisset, quasi verba illa *πολὺ νὴ Δία* &c. ejusdem hominis verba essent, cujus sunt verba proxime præcedentia; retractans se in Notis, monuit sic hæc distinguenda, quemadmodum nunc a nobis factum est.

Ibid. *σῶν ἄλλων τοῦτο ἄμεινον.* Deest *τοῦτο* in pab.

Vers.

Verſ. 22. "Ἔχεις οὖν ἡμῖν δεῖξαι. „Sic repoſui ex noſtro codice: alii, quos vidi, εἰπεῖν ἡμῖν habent." VPTON. εἰπεῖν ἡμῖν edd. omnes ante Vptonum: & ſic pc. Pa. vero habet ἔχεις οὖν ἡμῖν omiſſo prorſus verbo in infinitivo poſito. Sed cum Vptoni cod. facit pb. . .

Ibid. οὐ γὰρ εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχεν. Vulgo omnes εἰκῇ γ' ὡς ἔτυχεν. Sic & pa. & pc. in quo plene etiam ſcriptum εἰκῇ γε ὡς. Sed WOLFIVS: „Lego εἰκῇ γε ἢ ὡς ἔτυχεν." —, VPTON: „II. 14, 28. εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχεν." — Nempe ſic conſtanter duo iſta junguntur, & interjecta particula καὶ copulantur; conf. I. 7, 27 & 33. II. 14, 27. aut negative, μὴ εἰκῇ, μηδ' ὡς ἔτυχε, I. 7, 3. III. 21, 11. Ego hoc ipſum, εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχε, reponere hoc loco non dubitavi, quod & voluerat Salmaſius: atque ita plane ſcripſit noſter pb.

Ibid. ἐν τῇ πόλει. ἐπὶ τῇ πόλει pc. male.

Ibid. σαυτοῦ ſcripſi cum pabc. Vulgo σαυτοῦ.

Verſ. 23. Οὐδαμῶς. Ἀλλ' αὐτὸς ἐπιμεμέλημαι αὐτοῦ; „Vertit Schegkius, *Nequaquam, ſed ipſe me hac in parte non negligo.* Hoc eſt, Οὐδαμῶς, ἀλλ' αὐτὸς ἐπιμεμέλημαι αὐτοῦ. ubi αὐτοῦ, i. e. τοῦ κρατίστου. Vel αὐτοῦ pro σαυτοῦ uſurpari poteſt. Aut forſan omiſit quædam librarius. Οὐδαμῶς. Ἀλλ' αὐτὸς ἐπιμεμέλημαι αὐτοῦ; Πάνυ μὲν οὖν. Πότερον &c." VPTON. — Nil mutant libri, niſi quod pro Ἀλλὰ αὐτὸς, quod erat editum, concinnius Ἀλλ' αὐτὸς ſcripſerunt pbc. quos ſecutus ſum. Cæterum Schegkii emendatione nil opus eſt. Poſt illa verba vero, ἐπιμεμέλημαι αὐτοῦ; intercidiſſe aliquid, WOLFIVS etiam ſuſpicatus erat, adnotans ad hunc locum: „Videtur deeſſe ναί· [ſic haud dubie ſcriptum voluit hic interpres, ubi operarum errore καὶ expreſſum eſt.] aut πάνυ γε, vel ſimile aliquid." — Eumque ipſum defectum in verſione Latina explevit, adjecto reſponſo, *Ego vero.* Poteras etiam ſuſpicari, ſic ſcripſiſſe Arrianum: Ἀλλ' αὐτὸς ἐπιμεμέλημαι αὐτοῦ; Αὐτός. Πότερον &c. Poterat vero etiam conſulto præterмittere reſponſum hominis, ſtatimque alteram jungere quæſtionem, πότερον μαθὼν &c. Ego, quoniam ſuperius quæſiverat Epictetus, ὅτῳ τρόπῳ τῆς ψυχῆς ἐπιμεμέλημαι; neque ad illam quæſtionem adhuc reſponſum eſt, cogitaveram, hic forte ſcriptum oportuiſſe Ἀλλὰ πῶς ἐπιμεμέλ. Sed nil opus eſt ut ſolicitetur αὐτὸς, quod percommode etiam hic ſtare videtur, *tu ipſe, ipſe per te.* Cæterum Schegkii

ratio-

rationem placuisse Salmasio video, qui ita plane legendum censuit: *οὐδαμῶς· ἀλλ' αὐτὸς ἐπιμελήσομαι αὐτοῦ.*

Ibid. *παρά τὸν.* „*παράδου.* Lege *παρά του*, pro *παρά τινος.*" WOLFIVS. „*παράδου* lectio est Ven. codicis. Sed recte cod. [ed.] Baf. & Salmant. *παρά του.* [Sic & reliquæ omnes editt. cum mastis.] Confer autem III. 9, 7 sqq. Respexit Epictetus verba Socratis apud Plat. in Alcib. I. p. 106. edit. Steph. *Οὐκοῦν ταῦτα μόνον οἶσθα, ἃ παρ' ἄλλων ἔμαθες, ἢ αὐτὸς ἐξηῦρες;*" VPTON.

Verſ. 24. *Τί δέ σοι, βέλτιστε; τίς μου * εἶ;* Verba exhibui ſicuti vulgo exhibent omnes: *aſteriſcum* vero adpinxi, in corruptelæ vel defectus ſignum; quoniam male adfecta eſſe verba perſuaſum habebam, certa vero medicina non ſuccurrebat. WOLFIVS ſuſpicatus erat: „Fortaſſe *τί δὲ σύ, βέλτιστε; τίς μοι εἶ;*" — VPTONVS hæc adnotavit: „Noſter codex ſupplet *μέλλει*, corrupte, pro *μέλει*. Sed eleganter in hujusmodi locutionibus ſupprimitur *μέλει*, ſeu *διαφέρει*. *Τί δέ σοι, βέλτιστε; Quid tua refert, vir bone?* Mox, forſan *τίς σου εἶ; Quisnam es tu?* Legit Salmaſius: *Τί δέ σοι, βέλτιστε, καὶ μοί; εἶτ' ἄν.*" — Mihi non liquet. An *Τί δέ σοι, βέλτιστε, τί μου μέλει;* An *Τί δέ σοι, βέλτιστε, τὰ ἐμοῦ* (vel *τῶν ἐμοῦ*) *μέλει;* Debuerat ſedem notare Vptonus, quam verbo *μέλει* adſignarit ipſius codex: Noſtri libri a vulgatis nil diſcedunt. Fortaſſe verum tetigit Wolfii conjectura.

Ibid. *ἂν ἐπιμένῃς.* *ἂν ἐπιμένῃς* pc. & ſic primum fuerat in pb.

Ibid. *διαράμενος κονδύλους σοι δῷ.* „Repetatur, *ſane periculum eſt, ne* &c." WOLFIVS. *διαράμενος*, ſcil. *τὴν χεῖρα*, vel potius *τοὺς κονδύλους*, *ſublatos pugnos tibi ingerat*, *ſublatis pugnis colaphos tibi impingat.* *διαίρασθαι*, *tollere ad feriendum* vel *ad cædendum.* In activo, *διῆρκε τὸ βόπαλον*, *ſuſtulit clavam*, cum Budæo ex Luciano citavit H. Steph. ubi tamen nusquam illa dictio reperitur; ſed in paſſivo, activa notione, apud Lucianum habes *κοπίδα διηρμένος*, in Toxari c. 55. T. II. p. 560. & *διηρμένοι τοὺς ἄκοντας*, *ſublatis haſtis*, ibid. c. 40. p. 548. Quæ exempla notari poterant ad illam formulam *ἐκ διαίρεσεως* apud Polyb. II. 33, 5. conf. Lexic. Polyb. in *διαίρεσις*.

Verſ.

Vers. 25. Τούτου τοῦ πράγματος ἡμῖν νυνὶ ῥᾳθυμίας &c. „Ita hodie quoque loquuntur, qui videri quam esse malunt philosophi. Olim, inquiunt, cum ego incumberem philosophiae, &c. quum tamen ne per transennam quidem aspexerint.“ SCHEGKIVS. Nempe in eamdem sententiam verba haec ille interpretatus est, in quam Pericles apud Xenoph. Memorab. l. 2, 46. Alcibiadi dixit: καὶ ἡμεῖς, τηλικοῦτοι ὄντες, δεηθεὶ τὰ τοιαῦτα ἡμῶν· τοιαῦτα γὰρ καὶ ἐμελετῶμεν καὶ ἐσοφιζόμεθα &c. Quae sententia haud male conveniret huic loco, si proxime praecedentia verba ita, ut fecit idem Schegkius, interpretari liceret, ut consularis loqui pergat, dicatque: *Quod si facere negotium mihi perrexeris, pugnos senties.* Sed, praeterquam quod hanc interpretationem non facile patiuntur ista verba, obstare etiam videntur ea quae sequuntur, πρὶν εἰς ταῦτα ἐμπεσεῖν, quae haud dubie eo referenda videntur, quo WOLFIVS retulit, ad eumdem hunc locum haec adnotans: „Haec ad Epicteti personam refero, ut significet, *olim se cum divitibus* [nempe qui simul rudes essent literarum, & nullis bonae disciplinae principiis imbuti] *disputare solitum, priusquam eorum insolentiam & pugnos esset expertus.* Supra enim dixit, *Romae hoc non satis esse tutum, quamvis Socraticum.*

CAPVT XIII.

TIT. Περὶ τοῦ Ἀγωνίου. „Confer supra, cap. 2. & infra, cap. 16. Diog. Laërt. lib. VII. 113. Ἀγωνία δὲ, φόβος ἀδήλου πράγματος. Vide ibi Menagium.“ VPTON.

Vers. 2. ὁ κιθαρῳδός. „Vide II. 16, 2.“ VPTON.

Ibid. ταῦτα δ' οὐκέτι ἐστὶν ἐπ' αὐτῷ. „Horat. lib. I. Epist. 16.

Vir bonus ac prudens dici delector ego ac tu.
Qui dedit hoc hodie, cras si volet, auferet idem.
Pone, meum est; inquit. Pono, tristisque recedo.“ VPTON.

Ibid. Post καλῶς κιθαρίζῃ, adjectum verbum ἀγωνῇ voluit Salmasius, quod e superioribus haud incommode subintelligi poterat.

Ibid. οὐκέτι ἐστὶν. οὐκ ἔστιν pc.

Vers. 3. Φέρε ἐγὼ θέλω ἀκούσω. *Quamvis peritum artis adducito:* sic Wolfius & Vptonus. Ego SMAR-

TESBV-

TESBVRIENSI obsecutus sum, monenti: „ὁν ἰδιώτην, *quemvis privatum, singulum hominem.* Ni ἰδιώτην hic opponitur ὄχλος, & οἱ πολλοί; non τεχ ut infra [vs. 15.] τεχνίτης τῷ ἀτέχνῳ. Vtriusque sensus non absimilis: sed servanda est distinctio.“ —

Vers. 4. ἢ τί ὄχλου ἔπαινος. Respicit forte Dio illam definitionem τῆς εὐδοξίας, I. 24, 6. *n.* — margine nostri codicis duæ proponuntur lectiones, & ἢ, pro ἢ τί.“ VPTON. — Hanc dein Notam de jussit idem VPTONVS *in Addendis*, & illius vice Adnotata reponere: „Conf. II. 16, 9. Respexisse tur Epictetus ad ea quæ Charmidæ dixit Socrates Xenoph. Ἀπομν. III. 7. Vide etiam Aelian. lib. II 1. Cicero de Fin. II. 15. Tusc. Disp. V. 36.“ — pturam quod adtinet, erant omnes istæ lectiones, in suo codice notatas Vptonus dixerat, e mastis co bus ductæ. Sane ἢ τί ὄχλου habet quidem noster cum editis; sed οὐδὲ ὄχλου pc. ἢ ὄχλου pb.

Vers. 6. καλῶ αὐτόν. αὐτὸν καλῶ pc.

Ibid. καὶ τί ἔξεστι, καὶ τί οὐκ ἔξεστιν. Pro pr ἔξεστι, ἐστὶν dabant edd. ante Vptonum omnes. ἔξ scribere jusserunt Salmas. & Shaftesb. Et sic su codice edidit Vpton. In pc. sic scribitur: καὶ τί ἐσ καὶ τί οὐκ ἔστιν. In pab. prætermissa sunt hæc on & ea quæ præcedunt, inde a verbis ἀλλ' ἐν τοσούτ

Ibid. τὰ νόμιμα. τὰ νομικὰ pa. in textu, sed νό in marg.

Vers. 7. ἢ ἀσφάλειαν γράφει. „*Aut securitatem bit.* Intelligo *cautionem de recepto ære alieno*, qua sibi satisfactum esse testatur.“ WOLFIVS. — „Dicunt strates, *Gives security.* Vide Salmas. de Vsur. p. VPTON.

Vers. 9. Olim sic edebatur, Πῶς γὰρ οὖ; Φοβε τις οὖν &c. Vbi hæc notarunt Interpretes: „Πῶς οὐ Φοβεῖται &c ita distingue.“ SALMASIVS. „Se altera distinctio defendi possit: Πῶς γὰρ οὔ; Φοβ τις — — κακὸν;“ VPTON. Salmasianam tamen di ctionem in contextu secutus est Vpton, & post n nudum punctum posuit, pro interrogandi signo: hac jecta versione: *Quomodo enim. Non timet igitur quam ea quæ mala non sunt.* Ego alteram distin nem e superioribus editionibus revocavi, quam tare videbatur consequentis orationis ratio; & Vptonianæ versioni Wolfianam substitui. Fateor ta

importunam quodammodo videri in ista connexione particulam οὐ ad πῶς γὰρ adjectam; quae si abesset, a nemine desideraretur. — Haec scripseram, non ausus mea auctoritate tollere negantem particulam. Ad extremum, quum eam abesse a nostro cod. pc. intelligerem, & ipse eamdem abjicere non dubitavi, sententia eadem manente, quam cum Wolfio in versione expressi. Codices pab. quidem cum vett. editt. consentiunt. Caeterum paulo insolentior est phrasis φοβεῖσθαι ὑπέρ τινος, *timere aliquid*; id enim graece proprie sonat φοβεῖσθαί τι, cum accusativo. Nam φοβεῖσθαι ὑπέρ τινος aliâs idem valet ac φοβεῖσθαί τινι vel. περί τινος, scilicet, *timere alicui, solicitum esse de re aliqua*; quemadmodum & mox vs. 11. ἀγωνιῶμεν ὑπὲρ τοῦ κτησειδίου idem sonat ac περὶ τοῦ κτησειδίου, *timere possessiunculae*, nempe ne ea detrimentum capiat. At, quemadmodum eodem vs. 11. similiter dicitur ἀγωνιᾶν περὶ τοῦ μὴ ψεύδος ὑπολαβεῖν, & περὶ τοῦ ὁρμῆσαι παρὰ φύσιν, *timere ne falso adsentiamur, ne impetum contra naturam capiamus*; sic h. l. φοβεῖσθαι ὑπὲρ κακοῦ est *timere mali causa*, scil. *ne nobis accidat malum*.

Ibid. ὑπὲρ τῶν μὴ κακῶν &c. Editio Cant. & Lond. non. dant φοβεῖταί τις οὖν ὑπὲρ τῶν κακῶν μὲν &c. omissis operarum errore septem vocibus, quas habent ceterae editiones cum mss.

Ibid. ὥστε μὴ συμβῆναι; „Noster codex φοβηθῆναι; „VPTON. — Sic & pc.

Vers. 10. τὰ προαιρετικὰ δὲ πάντα ἐφ' ἡμῖν. „Conf. I. 22, 10.“ VPTON.

Vers. 11. ὑπὲρ τοῦ κτησειδίου. Perinde est, ὑπὲρ dicas, an περί. Mireris tamen, cur, quum & praecedat & sequatur περί, nunc ὑπὲρ ponatur. At nil mutant libri. Conf. ad vs. 9.

Ibid. μή τι περὶ τοῦ μὴ ψεῦδος ὑπολαβεῖν. Perperam περὶ τοῦ μὴ ψεύδους ὑπολαβεῖν dederant edd. Ven. & Bas. Hinc: „Lego ψευδῶς.“ ait WOLFIVS. — Sed ψεῦδος bene expressêrunt edd. Gen. Col. & seqq. & jam ante illas editio Salmant. ut refert Vpt. Quod autem idem VPTONVS monuit, adverbialiter ψεῦδος usurpari pro ψευδῶς, ad Homer. Iliad. *i.* [vs. 115.] provocans,

Ὦ γέρον, οὔτι ψεῦδος ἐμὰς ἄτας κατελέξας.

id

id mihi hoc quidem loco secus videtur. τὸ ψεῦδος idem est ac τὸ ψευδὲς, *falsum*. Nihil vulgatius. In diversa hic abeunt codices nostri. Cum Ven. & Bas. facit pa. Cum ceteris editt. pb. Sed pc. fic, *μή τι περὶ τοῦ ψεύδους ὑπολαβεῖν*, absque negante particula; quod *verissimum* videtur. Sic sane mox omnes, pariter absque negatione, *Μή τι* (scil. *ἀγωνιῶμεν περὶ*) *τοῦ ὁρμῆσαι παρὰ φύσιν*;

Vers. 12. *ὡς ὁ ἰατρὸς*. Caret ὁ pc.

Ibid. οὐκ εὐοδεῖ. *non est in bona via, non recte se habet*. „Vtitur verbo *εὐοδεῖν* M. Anton. VI. 17 ubi vide Gatak." VPTON. — *τῷ εὐοδεῖν* opponitur *τὸ δυσοδεῖν*, apud Nostrum III. 19, 3.

Ibid. φλεγμαίνει. Conf. II. 14, 21 fq.

Vers. 13. *χρῶμα γὰρ*. *χρῶμα μὲν* pc. absque *γὰρ*.

Ibid. Μεταλλάζει &c. Homer. Iliad. *ν*. 281. Perperam Μεταλλάζει pbc.

Vers. 14. *Διὰ τοῦτο Ζήνων* &c. „Simplicius in Epict. Ench. c. 51. Ἀντίγονος [ὁ] μετὰ Ἀλέξανδρον βασιλεύσας τῆς Συρίας γενόμενος, εἰπεῖν λέγεται, μηδέποτε ἑαυτῷ συνειδέναι ἀγωνιάσαντι, εἰ μὴ ὅτε Ζήνωνι συντυγχάνοι. καίτοι πολλοῖς ἄλλοις φιλοσοφοῦσιν ἐντετύχει. *Antigonus, qui post Alexandrum in Syria regnavit, dixisse fertur: Nunquam se angi & æstuare solitum, quod sciret, nisi quando cum Zenone congrederetur. Atqui multos ille alios philosophos adierat.* Vide præterea Diog. Laërt. in vita Zenonis lib. VII. 6. & Aelian. Var. Hist. lib. IX. c. 26." VPTON. — Falsum vero esse Simplicium de Antigono Syriæ rege, Intelligendumque *Antigonum Gonatam*, Macedoniæ regem, monuit idem Vptonus in Indice & in Addendis; ubi insuper etiam conferre jussit Aelian. Var. Hist. VII. 14.

Vers. 16. Post *ἀρέσαι ἴδιον*; post *ὑπ' ἀνθρώπου*; & post *ἑκάτερον γίνεται*; cum undis punctis vulgo hæc distinguerentur, interrogandi signa posui, monente VPTONO in Notis.

Ibid. οἶδας γὰρ τὰ μέτρα. „Nonnulli codices δὲ, pro γὰρ. Sæpe hæ particulæ locum inter se mutant. [De re] confer supra cap. 3. & infra, IV. 5, 17." VPTON. δὲ pro γὰρ temere hoc loco, ut sæpius alibi, dabant editt. Genev. Col. Cant. & Lond. anon. de quo errore vide Not. ad I. 9, 2. Cautior eodem hoc loco, quam

aliàs, veram ſcripturam Vptonus ex Ven. & Baſ. reſtituit.

Ibid. μεμελέτηταί σοι. Olim μεμελέτηταί σοι. Sed — „Noſter codex & ms. Pariſ. μεμελέτητό σοι." VPTON. — Sic pab. quod amplexus ſum. Sic rurſus infra, vſ. 24. plusquamperfectum μεμελετήμην habes: & ibi quidem diverſa nonnihil ratio.

Ibid. γίνεται. γίγνεται pa.

Ibid. Διατί οὖν σὺ. διατί δὲ σὺ ph.

Verſ. 17. Πῶς μ' ἀποδέξεται; „Vide Enchir. cap. 33. ſect. 13. [cap. 52. e Wolfii recenſ.]" VPTON.

Verſ. 18. ὡς ἂν αὐτῷ δοκῇ. „Noſter codex δοκεῖ. & mox τὰ περὶ σου, pro τυφώ." VPTON. In utroque errore codex ille conſentientem habet noſtrum pb.

Ibid. Δύναται δ' ἄλλου μὲν εἶναι ἁμάρτημα &c. Conf. I. 28, 10.

Verſ. 19. εἰτ' οὐκ ἔστι σοι γάρ. „Inſerni σοι ex noſtro codice." VPTON. Agnoſcit idem pronomen noſter codex pc. ſed ignorat γάρ.

Ibid. μὴ ἐκπροσθῶ. Interpretatus ſum, *ne de ſtatu mentis deturber*, vel *dimovear*: præeunte VPTONO in Indice, ubi ad M. Anton. provocat, V. 9. ἀλλ' ἐκπροσθήσῃ, πάλιν ἐπανίνεται. At ibi quidem ἐκπροσθῆναι nil aliud ſonat, quam *excidere animo*; quod aliàs ἐκπίπτειν dicunt, ut Lucian. in Peregrin. c. 35. T. I. p. 77. Φθέγξασθαι βουλόμενος ἐξέπιπτόν τε καὶ ἀνεκοπτόμην. Atque ita etiam h. l. Wolfius *ne excidam* vertit. Dicunt vero etiam ἐκπροῦσθαι τοὺς λογισμούς, *rationem deturbare*, ut apud Plutarch. p. 450, cujus verba ibidem Vptonus citavit: τὰ ἐπιγινόμενα πάθη ἐκπροῦσι τοὺς λογισμούς, εἰς τὰς ἀναγκαίως πράξεις βιαίως προσπαίοντα. Quam in ſententiam & Noſter φαντασίας ἐκπροῦσας τὸν λόγον dicit II. 18, 29.

Verſ. 20. τὸ Δίκαιος ἀναμ. „Vide ad II. 2, 22." VPTON.

Verſ. 21. ἐμελέτησα. ἐμελέτησας pc.

Ibid. Συλλογισμοὺς καὶ μαιευτικὰς τοιαύτας. Vulgo hoc ita accipiunt omnes, ut ſit reſponſum ad quæſtionem proxime præcedentem. Vide vero, ne commodius & hæc ut Epicteti verba ſint intelligenda. Quod ſi ita ſit, erit & poſt μαιευτικὰς interrogandi ſignum ponendum.

pendum. Sed id quidem parum refert. Quod si hæc verba responsum continent ad proximam quæstionem; desiderabitur paulo ante responsio ad istam quæstionem, Λαλεῖν οὖν οὐ μεμελέτηκας; & videri poterit ibi intercidisse verbum Μεμελέτηκα. De rationibus illis vel argumentationibus, quas Μεταπιτσυλας dicit, verba feci (nam rem a me confectam & ad liquidum deductam esse profiteri non ausim) in Notis ad I. 7, 1. Peculiare est quod hic habet codex noster pc. συλλογισμους ἢ μεταπίτσυλας.

Ibid. ἀπαραποδίστως. „Noster codex ἀπαραμποδίστως.“ VPTON. Sic & pb. Parum interest: sed altera forma verior videtur. Vide Indicem; & conf. Not. ad I. 1, 10. & ad Enchir. cap. 1. sect. 2.

Ibid. Ναί. Caret pc.

Vers. 22. ἴσμεν οὖν ἔγ. Participium ὄν, quod ignorant cæteri, adjeci ex pc. Ad rem quod pertinet, commode VPTONVS monuit, *in Addendis* ad Notas: „Respicit ad proverbium, quo utitur Plato in Theæteto, ἴσμεν εἰς παλαιὸν προκαλεῖσθαι.“

Vers. 23. μηδὲ ἀγνόει σου τοὺς πῶλους. „Vide supra II. 2. 25. & Enchir. cap. 14. [c. 20. Wolf.]“ VPTON.

Ibid. ταύτην τὴν λαβήν. „ταύτην est ex nostro codice: deest in reliquis.“ IDEM. In ταύτην consentit pc. λαβὴν correxi; & sic recte pc. Mendose λάβην edd. λαβὴν pa. βλάβην ph.

Vers. 24. ἐ πρὸς τοὺς τυράννους οὕτω διαλεγόμενος. „De XXX tyrannis, tum temporis rerum imperio potitis, vide Xenoph. Hist. Græc. lib. II. p. 461. edit. Leuncl. Vide quoque Socratis sermonem cum Critia, qui unus erat e XXX, apud Xenoph. Ἀπομνημ. lib. I. p. 716. [c. 2. s. 33 sqq.]“ VPTON.

Ibid. ἐ πρὸς τοὺς δικαστάς. „Vide Apolog. Socratis apud Xenoph. & Platonem.“ IDEM.

Ibid. ἐ ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ. „Vide Platonem in Critone, & Phædone.“ IDEM.

Ibid. Λόγοι Διογένους μεμελετήκει ἔφη. „De Alexandri Macedonis cum Diogene congressu, vide lib. III. 22, 92. Meminit aliorum sermonum regis istius cum Cynico Plutarchus in vita, nec non Dio Chrysost. Orat. IV. — Πρὸς Φίλιππον, scil. cum pro exploratore ad Philippum Alexandri Magni patrem adductus est: vide III. 22, 24. — Πρὸς τοὺς πειρατάς. Captus est a piratis Dio-

Diogenes, cum in Aeginam navigaret. vide IV. 1, 115. — Πρὸς τὸν ὠνησάμενον, scil. Xeniadem, a quo emptus est. vide ad IV. 1, 116." VPTON.

Ibid. ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ. Caret τῷ pb.

Vers. 25. * Ἐκείνοις, οἷς μεμελέτηκε, τοῖς θαῤῥοῦσι. Quum absque *asteriſco* hæc vulgo ita edita eſſent, monuit WOLFIVS: „Suſpectus locus, niſi τὰ θαῤῥοῦντα pro θαῤῥύνασθαι accipias: *Eo ſic locutus eſt, quod ea meditatus erat, quæ confirmant animos.*" — Tum VPTONVS: „Vertit Schegkius, *His permitte iſta;* Wolfius, *Hæc illis permitte:* i. e. ἄφες ἐκείνοις. Sed deeſſe nonnulla credo. Hoc modo itaque excudendum oportebat: τὸν ὠνησάμενον αὐτόν. * * * Ἐκείνοις, κ. τ. λ." — Salmaſius etiam Ἄφες ἐκείνοις legere juſſerat. At ne ſic quidem verbis illis, οἷς μεμελέτηκε, conſtat ratio: oportebatque vel οἷς μεμελέτηται, vel οἷς μεμέληκε, ſcil. τοῦτο aut ταῦτα. Tentaveram equidem ſic conſtituere locum: Ἐκείνοις ἃ μεμελέτηται, (vel Ἐκείνοις ἃ aut ὧν μεμέληκε,) τούτοις θαῤῥοῦσι. id eſt, *Quibus in rebus illi ſe exercuerunt* (aut, *Quæ res illis curæ fecerunt,*) *in his illi confidunt.* Sed quoniam certi nihil definiri poſſe putavi, Vptono obſecutus, vulgatam ſcripturam præmiſſo aſteriſco, ut defectus vel corruptelæ ſigno, expreſſi. Auxilii nihil offerunt libri.

Verſ. 26. Σὺ δ' ἐπὶ τὰ σαυτοῦ βάδιζε. ἐπὶ τὰς αὐτοῦ ed. Ven. Baſ. Gen. & Col. Sic & noſtri codd. pab. Sed WOLFIVS in Notis ἐπὶ τὰ σαυτοῦ ſcripſit, *Tu ad tua te confer;* monuitque: „Rejicit eum qui otioſe argutatur, neglecta rerum neceſſariarum meditatione." — SHAFTESBVRIENSIS vero notavit: „Editio Baſ. τὰς, non τὰ. Præcedebat ergo vox fœminina pluralis. Sed iſta plane meditata, neque a Commentatore reſtituta ſunt. Vetus interpres, [Schegkius] invertendo fæpiſſime infelix, cui tamen hic aſſentior, [*tu ad tuas accedito artes*] videtur ſubintellexiſſe τέχνας. Sic ſupra, II. 9, 10." — Denique VPTONVS: „Noſter codex, τὰ σαυτοῦ." Sic vero, Wolfium ſequentes, jam ante Vptonum dederant editores Cant. & anon. Lond. Sic & noſter cod. pc. Eamdem emendationem commendaverat Salmaſ.

Ibid. καθῆσο. Sic pa. cum edd. καθίσο pb. κάθισον pc.

Ibid. πλέκε συλλογισμούς. Vide ad I. 29, 24.

Verſ.

Verſ. 27. Οὐκ ἔστι δ' ἐν σοὶ πόλεως ἡγεμὼν ἀνήρ. „Verſus jambicus, ſed neſcio unde; modo legas:

Οὐκ ἔστι δ' ἐν σοὶ ἡγεμὼν πόλεως ἀνήρ.

Hoc eſt: Non tu dignus es ad obeundum Philoſophi munus." VPTON.

CAPVT XIV.

TIT. Πρὸς Νάσωνα. „*Naſo*, Romanorum cognomen; celebre inprimis ab Ovidio, ſic dicto." VPTON.

Verſ. 1. μετὰ τοῦ υἱοῦ. Articulum τοῦ, qui deerat vulgo, adjeci ex pc.

Ibid. ἑνὸς ἀναγιώσματος. Vide notata ad I. 10, 8. & ad I. 26, 1.

Ibid. ὁ τρόπος ἐστὶ. Deeſt ἐστὶ pc.

Verſ. 2. ἐρεῖν. „Ms. Pariſ. εὑρεῖν, pro ἐρεῖν. Mox ἔφη, poſt ἔχει, deeſt in noſtro cod. & Ms. Pariſ." VPTON. εὑρεῖν male pab. In eisdem deeſt ἔφη. Pc. vero, pro eo quod edebatur, πόνον ἔχει, ἔφη, ſic dedit, πόνον, ἔφη, ἔχει, quod recepi.

Ibid. Poſt ἀτείρῳ αὐτῆς nullam diſtinctionem ponunt Ven. Cant. Lond. anon. & Vpt. Ad eam rationem Wolfius hunc locum ita convertit: *Omnis ars moleſtiam habet, cum indocto & ipſius imperita traditur.* Ego cum noſtris codd. & ed. Baſ. Gen. & Col. interpoſita diſtinctione, verba τῷ ἰδιώτῃ καὶ ἀτείρῳ αὐτῆς ad πόνον ἔχει retuli. Sic enim & mox vſ. 5. ait, ἡ μὲν μάθησις ἐνιαχοῦ μάλιστα τῷ ἰδιώτῃ παρατυγχάνουσι.

Verſ. 3. Καὶ τὰ μὲν. Forſan καίτοι τὰ μὲν, *quamquam ea quidem.* Quod ſi enim nude Καὶ τὰ μὲν legas; videri poterat deeſſe alterum orationis membrum, quod a δὲ incipiat, & ad illud μὲν referatur.

Ibid. καὶ ἀγωγὸν. Vulgo omnes καὶ ἐπαγωγὸν, quod ea notione, quæ hic locum habet, magis frequentatur. Sed ἀγωγὸν ſuum dare codicem & Pariſ. monuit Vptonus; quod ego haud dubie recipiendum putavi; nam eodem vocab. utitur Noſter III. 22, 89. & ejusdem fere ætatis ſcriptores; Plutarchus, δύναμις ἀνθρώπου ἀγωγὸς; & Maximus Tyrius, οὐδὲν πρὸς ἀρετὴν ἀγωγότερον; quæ exempla H. Stephanus adnotavit. Qui ἐπαγωγὸν huc invexit, is, cum ſimplicis vocabuli uſum ignoraret, alteram ſcripturam truncatam putaverat. In καὶ ἀγωγὸν conſentiunt pab. In pc. eſt ἔχει τι ἐπαγωγὸν, absque καὶ. Cf. Enchir. c. 34 ſub fin. & ibi var. lect.

Vers. 4. Vulgo omnes sic: *Καὶ γὰρ σκυτέως τῶς μανθάνει τις παρεῖναι καὶ παρακολουθεῖν, ἀτρεπές.* Ad quæ VPTONVS: „Pro *ἀτρεπὲς* legendum *ἀτρεπές*: ita mox infra *ἀτρεπέστατον τὸ μάθημα.* Cætera sunt etiam luxata & corrupta. Quid si hoc legas modo? *καὶ γὰρ σκυτέως μάθημα, εἴ τις θέλει παρεῖναι καὶ παρακολουθεῖν, ἀτρεπές. Etenim sutoris disciplina, si quis adesse vult & eam assequi, injucunda est.*" — Equidem *ἀτρεπὲς* haud cunctanter recepi; (cui opponitur *ἐπιτρεπτὸς*, vers. 6.) cætera ferri posse putavi, naturalem verborum seriem hujusmodi intelligendo: *καὶ γὰρ ἀτρεπὲς, παρεῖναι καὶ παρακολουθεῖν τῶς μὲν μανθάνει τις σκυτέως.* Quod *τῶς μὲν* pro *τῶς μὲι* expressum est in Vptoniana editione, error operarum est, editioni isti proprius. In pravum *ἀτρεπὲς* consentiunt mssti omnes. Pro *σκυτέως* verò, *σκυτέως* habet pc. quòd vide an verum sit, *τέχνην* intelligendo; at sic oportebat, ni fallor, *τὴν τοῦ σκυτέως*, vel saltem *τὴν σκυτέως.*

Vers. 5. *τῷ δὲ μὴ παρατυγχάνοντι.* Vulgo omnes, *ἀπατυγχάνοντι*, id est, quemadmodum in Notis interpretatur Vptonus, (nam in contextu versionem hujus vocis cum Wolfio prorsus præteriit) *qui eam assequi nequeat.* Sed: „Noster codex, ait idem VPTONVS, *παρατυγχάνοντι*, quam lectionem si magis probes, verte: *qui forte adest.*" — Haud cunctanter hæc scriptura in Græcum contextum adopteri debuit. Eamdem opportune obtulit noster pc. sed perperam idem paulo ante, *μάθησις*, pro *μάθησις.*

Vers. 7. *τὴν αὐτοῦ βούλησιν συναρμόσαι. αὐτοῦ* ex superioribus edd. revocavi, quibus adsentiuntur codd. pabc. Temere *αὐτοῦ* Vpton, ut alibi. De re confer Enchir. c. 8. (cap. 13. e Wolfii recens.)

Vers. 8. *τοῖς συστρεφομένοις. τοῖς συνστρεφομένοις* pc.

Ibid. ἀταράχως διεξάγειν καθ' αὑτὸν, μετὰ τῶν κοινωνῶν τηροῦντα τὰς σχέσεις &c. Post *μετὰ τῶν κοινωνῶν* comma vulgo ponebant cum ed. Bas. & ista verba ad superiora referebant. (Sic & codd. pbc.) Ad quam rationem Wolfius etiam interpretatus est: *citra perturbationem, nostro arbitratu ætatem degamus cum sodalibus &c.* Eodemque fere modo VPTONVS, qui tamen in Notis delendum comma post *κοινωνῶν* innuit, adjecta hac interpretatione: *citra perturbationem ut degant quantum ad se pertinet, ut cum sociis observent relationes tam naturales quam accersitas.* Recte sane. Et ignorant

nunc ibi distinctionem ed. Ven. & codex pa.) In reliquis vero oratione hoc versu nota etiam anacoluthon, quod jam subinde observavimus, nempe transitum a plurali numero ad singularem: modo dixerat τοῖς συστρατευομένοις; nunc, καὶ αὐτὸν, & τροφοῦντα. Vide ad I. 24, 34. Pro κοινωνῶν, perperam κοινῶν est in pb.

Ibid. σχέσεως τὰς φυσικὰς καὶ ἀναγκαίους. „*Affectiones & naturales, & accersitas*, id est, voluntate susceptas, cujusmodi sunt affinitatis & amicitiæ." WOLFIVS. „Vide III. 2, 4. IV. 8, 20. & M. Anton. VIII, 27." VPTON.

Ibid. τὴν σύνοδον. Sic scripsi accentu retracto, pro eo quod consentientibus nostris mastis acute vulgo hic scriptum erat, τὴν συνοδὸν. Analogia illud desiderabat. Quod si quis vero fortasse, distinctionis causa, ne cum ἡ σύνοδος confundatur, acute ἡ συνοδὸς scribendam statuat; dicam, similia composita, veluti ἔφοδος, in masculino æque ac in fœminino genere antepenacute scribi. Vide Lexic. Polyb. in Ἔφοδος. Apud Hesych. habes: Σύνοδος, πολλῶν παρουσία· ἢ συναδοιτέρος. Et σύνοδον, antepenacute, recte editum apud Nostrum IV. 1, 97 consentientibus libris omnibus.

Vers. 11. τίνα ταῦτα. Λέγουσιν οἱ Φιλόσοφοι &c. Sic distinguendum monuit Vpton in Notis. *Quærimus igitur, quænam ea sint. Dicunt Philosophi* &c. Recte sane. Vulgo omnes, τίνα ταῦτα λέγουσιν οἱ Φιλόσοφοι; *quænam ea esse dicant philosophi.*

Ibid. καὶ οὐκ ἔστι λαθεῖν αὐτούς. „Vide I. 14, 13 sq. II. 8, 14. Sic Socrates apud Xenoph. Ἀπομνημ. lib. II. [c. 1. s. 19.] τούτους ἡγεῖτο θεοὺς εἶναι, τά τε λεγόμενα, καὶ πραττόμενα, καὶ σιγῇ βουλευόμενα." VPTON.

Vers. 12. Εἶτα, (scil. μαθεῖν δεῖ) τοῖοί τινες εἰσίν. Vulgo omnes interrogative, Εἶτα ποῖοί τινες εἰσίν; Sed sine interrogatione hæc legenda, monuit Vpton in Notis.

Ibid. εἰδὶ γὰρ ἂν ἐκεῖνος εὑρεθῆναι. „Conf. Enchir. c. 31. [c. 38. recens. Wolf.]" VPTON.

Ibid. κατὰ δύναμιν. „Noster codex κατὰ δυσωπίαν. Recte, κατὰ δύναμιν. Vide Xenoph. Ἀπομνημ. I. 3, 3 ubi Socrates Hesiodi illud laudat,

Καὶδύναμαι δ' ἔρδειν ἱερὰ ἀθανάτοισι θεοῖσι."

VPTON. — Veram scripturam tenent nostri libri.

Ibid. ἐξομοιοῦσθαι ἀνάγκαις. „M. Anton. X. 8. Μεγάλως συλλήψεται σοι τὸ μεμνῆσθαι θεῶν, καὶ ὅτι περ

θὺ κολακεύεσθαι οὗτοι θέλουσιν, ἀλλὰ ἐξομοιοῦσθαι ἐκεί-νοις τὰ λογικὰ πάθη. *Multum conducet, meminisse Deorum, quod volunt illi ratione præditos ipsis adulari, sed similes ipsis fieri.* Respexisse M. Antoninum existimat Gatakerus ad Plat. de Leg. I. 4. Τίς πρᾶξις φίλη καὶ ἀκόλουθος θεῷ; μία, καὶ ἕνα λόγον ἔχουσα ἀρχαῖον, ὅτι τὸ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον φίλον ἂν εἴη. *Quænam est actio Deo amica & consentiens? Una, & quæ una ratione nititur antiqua,* &c." VPTON.

Vers. 13. μεγαλόφρον. Revocavi veriorem scripturam ex vett. edd. Cum accentu in antepenultima μεγάλοφρον dederat Vpt. cum Cant. & Lond. anon. quod verum videri poterat pro regula Grammaticorum, quæ præcipit, adjectiva composita in ων exeuntia, in neutro genere retrahere accentum: sed ab ea lege diserte iidem Grammatici excipiunt adjectiva ex φρὴν composita. In eam scripturam, quam restituimus, consentiunt codd. pab: sed in pa. recentior manus, male sedula, in fine adjecit α, ut sit μεγαλόφρονα, quod ipsum h. l. perperam etiam habet pc.

Vers. 14. Ἂν συγκαθῇς, ἐρῶ σοι, ὅτι &c. Posit ἐρῶ σοι vulgo omnes majori puncto distinguunt orationem, quod & Vptonus in contextu tenuerat, sed in Notis tollendum illud monuit. „συγκαθῇς, a συγκαθίημι, ut supra." WOLFIVS. „Distingue: Ἂν συγκαθῇς, ἐρῶ σοι ὅτι &c. *Si modo assentiri poteris, dicam tibi, oportere te primum,* &c." VPTON. At nihil nunc de *adsensu* dicit Epictetus: id Græce foret ἂν συγκατάθῃς, a verbo συγκατατίθεμαι. Aliud est συγκαθίημι, scil. ἑαυτὸν, *immitto me*, de quo vide II. 12, 13. Et intelligitur εἰς τὴν σκέψιν, ut ait I. 2, 4. aut εἰς τὴν ζήτησιν, aut simile aliquod nomen. conf. I. 7, 3. *Si nobiscum immittere te in hanc considerationem, in hanc disquisitionem volueris.* In eamdem fere sententiam vs. 20. ait, πῶς δύνασαι ἀναπαύεσθαι μου, καὶ ὑποσχεῖν τὸν ἔλεγχον, καὶ παραμεῖναι;

Ibid. πρῶτον δεῖ σε τοῖς ὀνόμασι παρακολουθεῖν. *Oportet te primum vocabula intelligere.* ὅτι δεῖ σε πρῶτον ph. Rem quod adtinet: — „Confer supra, cap. 10. Πῶς ἂν ἀπὸ τῶν ὀνομάτων κ. τ. λ. & vide I. 17, 12. II. 11, 4 sq. M. Antonin. lib. X. s. 8. Ὀνόματα θέμενος σαυτῷ ταῦτα, ἀγαθὸς, αἰδήμων, ἀληθὴς, ἔμφρων, σύμφρων, ὑπέρφρων, πρόσεχε μή ποτε μετονομάζῃ, καὶ ἀπολλύεις (scribe ἀπόλλῡς) ταῦτα τὰ ὀνόματα, καὶ ταχέως ἐπάνει

ἐπ'

ἐπ' αὐτά. *Nomina tibi ubi sumseris ista, boni, modesti, veracis, prudentis, unanimis, magnanimi; cave, ne quando transnomineris, & amittas denuo nomina ista; celeriterque (si quid tale contigerit) ad ea revertaris.* Fortasse autem hoc modo legendus est hic Marci locus: μὴ κατα μετονομάσῃ· κἂν ἀπολλύῃς [sic jam Mer. Casaub. at oportebat saltem κἂν ἀπολλύῃς] ταῦτα τὰ ὀνόματα, ταχέως ἐπάνιε ἐπ' αὐτά. id est: *Ne transnomineris: sin amittas ista nomina, haud mora ad ea reverte.* Cæterum non Stoici solum, sed & Socrates vocabulorum cognitionem atque inquisitionem apprime utilem existimabat; uti monui ad I. 17, 12. Plato in Cratylo: Ὃς ἂν τὰ ὀνόματα εἰδῇ, εἴσεται δὲ τὰ πράγματα. Vnde Plutarch. περὶ Ἴσιδος καὶ Ὀσ. Ἄριστα λέγεται παρὰ τοῖς Φιλοσόφοις, τὸ τοὺς μὴ μανθάνοντας ὀρθῶς ὀνομάτων, κακῶς χρῆσθαι καὶ τοῖς πράγμασιν. VPTON.

Vers. 15. Οὕτως, ὡς οἱ ἀγράμματοι ταῖς ἐγγράμμασι φωναῖς. *perinde ac illiterati literatis vocibus (utuntur.)* Monui ad I. 20, 4. τὴν ἔγγραμματον φωνὴν ibi nihil aliud sonare, nisi *vocem articulatam*, id est, linguam, sive sermonem quo utuntur homines. Ad eam rationem hæc fuerit mens Epicteti: *tu vocabulis in philosophorum scholis usitatis ita uteris, ut homines illiterati utuntur vocabulis vulgari sermonis usu tritis;* scil. ut nec certam nec distinctam notionem habeant rerum quæ verbis designantur, nec in usu verborum & sermonis certa principia habent, ut rationem reddere queant, cur sic potius, quam aliter, fit dicendum. Sed nescio an τὰς ἐγγράμματους φωνὰς ea verba dicat, quæ non tam in communi sermonis usu versantur, quam *quæ ἐν τοῖς γράμμασι*, id est, *in libris, in poëtarum & doctorum virorum scriptis maxime occurrunt:* quorum verborum veram vim minus etiam perceptam habent illiterati homines; ita ut, si nihilominus eis uti in suo sermone audent, magis etiam vacillent, & a vero sæpe plurimum aberrent. Id si dicere Epictetus voluit, non incommode fortasse latine *literatas voces* dixeris, utpote ab hominum *illiteratorum* usu alienas. Schegkius sic interpretatus est: *Ita scilicet uteris, tamquam artis grammaticæ ignari vocibus grammaticis.* Germanicus interpres in hanc sententiam: *ut ii, qui artis scribendi non bene gnari sunt, utuntur verbis præscriptis.* Rectius fortasse fuerant: *ut, qui artis legendi*

non

non bene gnari sunt, scriptis utuntur verbis; nempe hariolantur, vacillant, & saepe unum pro altero legunt.

Vers. 16. Φέρε ὃ θέλεις ὄνομα, [ἀγαθὸν καὶ κακὸν,] καὶ βασανίσωμεν αὐτοὺς εἰ παρακολουθοῦμεν. Noster codex delet ἀγαθὸν καὶ κακὸν, & pro αὐτοὺς habet αὐτοὺ: sed forsan αὐτὸ legendum, & referendum ad ὄνομα; hoc modo: Φέρε ὃ θέλεις ὄνομα, καὶ βασανίσωμεν αὐτὸ, εἰ παρακολουθοῦμεν. *Affer quodvis vocabulum, & in id inquiramus, utrum intelligamus.* VPTON. — Genuina si sunt verba ἀγαθὸν καὶ κακὸν, non ego cum Wolfio Vptonoque interpreter *vocabulum bonarum & malarum rerum*, sed, *Bonum & Malum*; id est, *verbi caussa, hoc ipsum nomen, Bonum*, aut hoc, Malum; (particula καὶ, ut passim alibi, pro ἤ accepta) ut nempe haec adferat tamquam exempla vocabulorum, quae perpetuo omnium in ore versantur, (cf. mox vs. 19. & cap. 17. vs. 2 & 10.) cum tamen vis eorum fere a nemine percipiatur. Sed abesse facile patiar; & saltem ut suspecta uncis inclusi ista verba. Agnoscunt tamen eadem verba nostri codices pab. Pc, vero ἀγαθὸν κακὸν habet, absque καὶ copula. αὐτοὺς nunc consentiente suo codice edidit Vptonus: ego id, quod aeque probum & familiare Epicteto est, αὐτοῦς (pro ἑαυτοὺς vel ἡμᾶς αὐτοὺς positum) e superioribus edd. restitui. Consentiunt tamen nunc in αὐτοὺς pbc. Neque vero ulla caussa est, cur αὐτὸ malimus. Vt hic αὐτοὺς, sic II, 19, 6. τὸν ἑαυτοῦ Φανλότητα βασανίζαι ait.

Vers. 17. Ἀλλ' ἁμαρτὸν τὸ ἐξελέγχεσθαι &c. „Naso: *Ait maleſtum eſt*, &c. Epictetus: *Novi equidem* &c.“ VPTON. At non opus est, ut ipsum Nasonem ista, Ἀλλ' ἁμαρτὸν &c. dixisse statuamus. Satis erit, ut ejus nomine ea dixisse Epictetum intelligamus: atque, ita capienda ista verba, satis ostendunt illa, κἂν αὐτο τύχῃ.

Ibid. τὰς τριὰς στρατείας. Cum στρατιὰς vulgo darent omnes, monuit Vpton in Notis, στρατείας etiam legi posse. Ego vero omnino hoc restituendum putavi; quo in eadem re utitur Noster IV. 1, 39. & Polyb. VI. 19, 2. Vocab. στρατεία nonnumquam pro στρατιᾷ, id est, pro *exercitu*, usurpatur; (de quo dixi ad Polyb. I, 9, 3.) στρατιὰ vero pro στρατείᾳ, pro *militia* vel *stipendiis militaribus* numquam, nisi ex librariorum errore. Veram scripturam, στρατείας, hoc loco habet noster

noſter cod. pb. De re, quæ hic agitur, vide omnino Not. ad IV. 1, 39.

Verſ. 18. Τίνος δ' ἂν καὶ φανείσοιτο, ὡς ἐνδεούσης; „Forte ὡς ἐνδεόμενος.“ VPTON. — Bene habet ἐνδεούσης, ſcil. σοὶ; pro illa hujus verbi conſtructione, ἐνδεῖ μοι τούτου.

Ibid. Vulgo omnes iſta conjungebant, ὁ Καῖσαρ σε οἶδεν ἐν Ῥώμῃ, & a ſequentibus interpoſito commate ſeparabant. Sed bene monuit VPTONVS: „Diſtingue, ὁ Καῖσαρ σε οἶδεν, ἐν Ῥώμῃ πολλοὺς &c. *Cæſar te novit, Romæ multos amicos habes.*“ — Cui obſecutus ſum. Vitioſam diſtinctionem cum editis tenent noſtri mſti.

Verſ. 19. καὶ τὸν κολοφῶνα ἐπιθῶ. Ante Vptonum omnes, καὶ τὸν κολοφῶνα τιθῶ. (Sic & pabc.) Vbi WOLFIVS: „τὸν κολοφῶνα accipio, ut τὸ κεφάλαιον, & καὶ τὸ μάγιστον. Fortaſſe legendum, καὶ τὸν κολοφῶνα δὲ ἂν τιθῶ ὅτι οὕτε &c.“ — VPTONVS vero: Noſter codex in marg. pro τιθῶ, ἴσως ἐπιθῶ. Recte omnino. Κολοφῶνα ἐπιτιθέναι, proverbialis locutio ſatis nota; *colophonem addere*, cum ultima manus operi imponitur. Vide Suid. Τὸν κολοφῶνα ἐπιθεῖς. Diog. Laërt. lib. X. ſ. 138. Καὶ φέρε οὖν δὴ νῦν τὸν κολοφῶνα (ὡς ἂν εἴποι τις) ἐπιθῶμεν.“ — Sic vero jam perſpecte SCHEGKIVS h. l. interpretatus erat: *Et ut Colophonem (quod dici ſolet) tandem imponam*; ubi in Græcis, SALMASIVS, ἐπιθῶ pro τιθῶ ſcribendum adnotavit.

Verſ. 20. καὶ τὰ μὲν τῶν ἄλλων. „καὶ ex noſtro codice inſerui. Dele autem interrogationem poſt καλῶς; Angl. *and as for the reſt, it may be ſuffer'd.*“ VPTON. — Interrogandi ſignum, quod cum ed. Cant. & Lond. anon. poſt καλῶς poſuerat Vptonus, delevi monente eodem. Tenui vero καὶ, quod ille e ſuo cod. recte adſciverat; ſed incommode idem copulativam vim huic particulæ nunc tribuit, quæ hoc loco nullam fere aliam vim habet, niſi quod apodoſin orationis incipiat, cujus protaſis ab illis verbis, ἐν οὖν σοὶ δοίην &c. vſ. 19. progrediebatur.

Ibid. ἀπαρχέσθαι μου. ἀνέχεσθαί μου pb. Perinde eſt. Poſt iſta verba autem intelligi participium λέγοντος debebit, niſi librariorum negligentia intercidit; nam duriuſcula ea ellipſis videtur.

Verſ.

Vers. 21. *εἰ μὴ καὶ τὸ ἔσωτρον τῷ αἰσχρῷ.* Temere in pc. omissa sunt verba *τῷ αἰσχρῷ*, atque etiam *καὶ* post *εἰ μή*.

Ibid. αὐτὸν αὐτῷ. αὐτὸν αὐτῷ pb.

Ibid. εἰ μὴ καὶ ὁ ἰατρὸς τὸν νοσοῦντα δοκῇ ὑβρίζειν, ὅταν εἴπῃ αὐτῷ. Sic quum præeunte editione Cantab. & Lond. anon. edidisset VPTONVS, hæc ad hunc locum adnotavit: Hæc lectio est recentiorum codicum; quos, cum nullius sint auctoritatis, male fortasse hic sequimur. Editio Ven. & Bas. habent *ὅταν δοκῇ αὐτὸν ὑβρίζειν.* Cod. Salmant. *δοκῇ * αὐτὸν*, & in marg. ** ἄνθρωπον.* id est, *ἄνθρωπον.* Certe *αὐτὸν* sententiam turbat; nec placet *ἄνθρωπον.* Quid si *αὐτόθεν* reponas? *Nisi medicus ægroto statim contumeliam facere videatur.* Vel potius pro *νοσοῦντα* legendum *νοσοῦντι*, hoc modo: *Καί τοι τί σοι ἐγὼ κακὸν πεποίηκα; εἰ μὴ καὶ τὸ ἔσωτρον τῷ αἰσχρῷ, ὅτι δείκνυσι αὐτὸν αὐτῷ, οἷός ἐστι· εἰ μὴ καὶ ὁ ἰατρὸς τῷ νοσοῦντι, ὅταν δοκῇ αὐτὸν ὑβρίζειν, ὅτι εἴπῃ, κ. τ. λ. Et quid mali ego tibi feci? nisi id quod speculum deformi, cum eum sibi ipsi ostendit qualis est: nisi & medicus ægroto* mali quid facit, *cum videtur eum contumelia afficere, quod dicat;* &c.* Hæc VPTONVS; quibus fruatur si cui placent; mihi non fecerunt satis. Sed quum haud dubie corrupta videretur veterum editionum scriptura, *ὅταν δοκῇ αὐτὸν ὑβρίζειν, ὅταν εἴπῃ αὐτῷ* (in quam quidem & scripti nostri libri consentiunt omnes) neque vero certius aliquid ego haberem; probavi illorum Editorum rationem, qui *ὅταν* ante *δοκῇ*, & *αὐτὸν* quod sequebatur, deleverunt; quibus Wolfius præiverat, sic vertens: *nisi forte medicus contumeliam ei facere videatur, cui morbum suum demonstrat;* quorum rationem ipse etiam Vptonus noster in contextu tenuit. Eodemque modo Græca constituere verba jusserat Salmasius. Illud autem vereor ne non satis commodum sit, *δοκῇ* in subjunctivo, post *εἰ μή*, ubi vel indicativus *δοκεῖ* suo loco stabat, aut optativus *δοκοῖ*. Subjunctivus huc invectus fuerit, postquam per errorem librarii, oculo aberrabitis ad sequentia, particula *ὅταν* erat importune intrusa. Paulo ante, quod ait *τί σοι ἐγὼ κακὸν πεποίηκα;* expoliendæ orationis studiosior auctor *τί σὲ* erat dicturus.

Ibid. Ἄνθρωπε, *δοκεῖς μηδὲν ἔχειν.* „Fortasse *δοκεῖς μοι δεινῶς*, ac potius *μὴ εὖ ἔχειν. videris mihi male affectus. μηδὲν ἔχειν, nihil habere,* quorsum pertinet,

tineat, non video." WOLFIVS. — „Sed nil mutandum censeo. Legendum interrogative, ut sit sensus: *Mi homo! credisne te nihil habere?* (i. e. nullo morbo laborare.) *Immo febricitas, πυρέσσεις δέ.*" COMES SHAFTESBVRIENSIS. — „Editio Salmant. *μηδὲν* * *ἔχειν*, & in marg. * *προσέχειν*. Tamen distinctio & interpretatio Viri Nobilis magis mihi placet." VPTON. — Vtique recte habet vulgata. *δοκεῖς μηδὲν* (scil. *κακὸν*) *ἔχειν*. Vt enim dicunt Græci *πράγματα ἔχειν*, *molestias habere*, sic & *ὀνείδη ἔχειν*, & *πληγὰς ἔχειν*, & *κακὰ ἔχειν*, & ejusmodi alia; ut monuit H. Steph. in Thesauro ad hoc verbum. Cæterum perinde est, interrogative legas cum Shaftesburio, an absque interrogatione in hunc modum: *Tu putas nihil mali te habere; at febricitas.* Ac videtur etiam hæc ratio propemodum commodior.

Ibid. *ἀσίτησον σήμερον, ὕδωρ πίε.* Sic recte Gen. Col. Cant. & seqq. nisi quod Col. & post *σήμερον* comma posuit, & post *ἀσίτησον*. Mendose Ven. & Bas. *ἀσίτητον, σήμερον ὕδωρ πίε.* Quo refertur WOLFII Nota: *Ἀσίτησον σήμερον* lego." — Conf. III. 13, 20. Mendosum *ἀσίτητον* tenet etiam noster pc. Ceteri verum tuentur; & *σήμερον* cum præcedente verbo jungunt omnes.

Ibid. *Καὶ οὐδὲις λέγει.* Pro *καὶ*, desiderabam *καί τοι* vel *καὶ μὴν*, *atqui nemo dicit.* At vulgatum tuentur libri omnes. Et ipsum *καὶ* per se eamdem vim, ac *καί τοι*, poterit habere; neque sollicitatum illud velim.

Vers. 22. *ἐπιβολαὶ ἀνομολογούμεναι.* Temere *ἀμελούμεναι* pc. — „Vide cap. 21. hujus Libri, *περὶ Ἀνομολογίας*: de *incongruentia, inconvenientia, discrepantia.* Hac *ἀνομολογίᾳ* stulti laborant, qui sibi dissident & pugnant; vitæque disconveniunt ordine toto. Contra Zeno dicebat, finem Philosophiæ esse, *ὁμολογουμένως ζῆν*, *convenienter vivere.* Cicero de Fin. III. [c. 6.] *Summum hominis bonum positum est in eo, quod ὁμολογίαν Stoici, nos appellemus* convenientiam, *si placet.* Seneca Epist. 74. *Virtus* convenientia *constat. Omnia opera ejus cum ipsa concordant & congruunt.*" VPTON. *ἀνομολογίᾳ καὶ ταραχῇ ἐν τοῖς περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν.* II. 21, 4. *ἀνομολογούμενον ἢ ἀσύμφωνον.* II. 24, 14.

Vers.

Vers. 23. Τοιαῦτά ἐστι τὰ ἡμέτερα, ὡς ἐν παιγνίῳ. „Vide Jamblich. de Vita Pythag. cap. 12. & Cic. Tusc. Disp. V. 3. Hanc ad rem extat elegans Menandri fragmentum apud Stobaeum, Florileg. tit. XXII.

— — Τοῦτον εὐτυχέστατον λέγω,
ὅστις θεωρήσας ἑλκύτως. Πλημμύραν,
τὰ σεμνὰ ταῦτ' ἀπῆλθεν, ὤφθεν ἦλθεν, ταχύ,
τὸν ἥλιον τὸν κοινόν, ἄστρ', ὕδωρ, νέφη,
πῦρ. ταῦτα κἂν ἑκατὸν ἔτη βιώσεται, (ita lege, pro βιώσεται,)
ὄψει παρόντα· κἂν ἐνιαυτοὺς σφόδρ' ὀλίγους,
σεμνότερα τούτων ἄτερ οὐκ ὄψει ποτέ.
Πανήγυριν νόμισόν τιν' εἶναι τὸν χρόνον.

Vide Diog. Laërt. in Vita Pythag. lib. VIII. 8. & Longinum, sect. 35. Vide etiam M. Antonin. VII. 47 sq. ubi pro καλὸν τὸ τοῦ Πλάτωνος, lege καλὸν τὸ τοῦ Πυθαγόρου, & junge has duas sectiones. Respicit M. Antoninus ad Pythagoræ dictum decantatissimum, ad quod passim alludit in his dissertationibus Epictetus." VPTON.

Ibid. κτήνη πραθησόμενα. Sic Vpt. edidit e suo cod. & ms. Paris. Nempe sic pab. Olim omnes παραθησόμενα, (cum pc.) sed ed. Salmant. in marg. πραθησ, quod & Wolf. in versione expressit, & in Græco ponere jussit Salmasius.

Vers. 24. ὅσοι γὰρ περὶ κτῆσιν. „Malim istud γὰρ paulo inferius post ταῦτα legere. οἱ μὲν τοιοῦς — — — τοῦ χόρτου, ὅσοι (quicunque scilicet) — — ἀναστρέφονται. ταῦτα γὰρ οὐδὲν ἄλλο ἐσ. Et pro ἀναστρέφονται legendum fortasse ἀναστρέφονται. Hoc modo inferiora hæc optime superioribus accommodantur; quia sequitur ὀλίγοι δὲ post οἱ μὲν, ut supra." COMES SHAFTESBVR. Prior conjectura admodum probabilis; altera non valde necessaria. Nihil vero variant libri.

Vers. 26. Post Καὶ τῶν οἷόν τε interrogandi signum Vptonus posuerat, sed illud rursus delere jussit in Notis.

Ibid. μηδ' ὀλιγιστὸν χρόνον. Sic ante Vptonum editt. omnes; recte, ut apud Sophocl. in Antig. vs. 625. ed. Brunck. cui opponitur πολλιστόν. Perperam ὀλιγιστὸν ed. Vpt. Ferri potuisset ὀλίγιστον, si darent codices; sed hi quidem recte tuentur id quod auctori restituimus.

Ibid.

Ibid. αὐτῇ. Perperam αὐταῖ Ven. & Baſ.

Ibid. οὕτως εὐτάκτους οἰκονομεῖσθαι. Vulgo omnes ἀτάκτους, (edd. & mſſtis) quod in, ut ſocimus, corrigendum eſſe res ipſa ſuaſit. conf. Xenoph. Memor. I. 4, 8.

Verſ. 27. Poſt Ἔστιν οὖν ὁ διοικῶν, interrogationem indicaverat Vpton cum Cant. & Lond. anonym. Eam rurſus delere juſſit idem in Notis. Et ſic nudum punctum poſuerant Ven. & Baſ. Neo male vero Gen. & Col. prorſus ſublata diſtinctione junxerunt iſta verba cum ſequentibus, hoc modo: Ἔστιν οὖν ὁ διοικῶν τοῦτος τίς; *Is igitur, qui mundum adminiſtrat, qualisnam eſt?*

Ibid. ἡμεῖς δὲ, τίνες ὄντες. Perperam δὲ τινες editt. vett. cum pc.

Ibid. ἆρά γ' ἔχομεν τινα ἀντιλογίαν πρὸς αὐτόν. Vide Not. ad I. 9, 5. Adde I. 12, 6.

Verſ. 28. τὴν πανήγυριν ἱστορήσοντες. ἀναλήψειν. „ἱστορήσοντες reſtitui ex noſtro codice: reliqui libri ἱστορήσοντ' ἀναλήψειν." VPTON. Cum Vptoni cod. convenit noſter pc. Et ſic corrigere juſſerat Salmaſius. ἱστορήσοντ' cum edd. habent pab. Sed in pb. in fine (a recentiori quidem manu) ſuperſcripta eſt terminatio ες, ut ſit ἱστορήσοντες, quemadmodum Wolfius legere juſſerat; nec id male. Ad rem quod adtinet; licet contemplativam vitam unice fere hic laudare Epictetus videatur; minime tamen ſibi placere otioſam hominis vitam, ſatis aliàs ipſe oſtendit.

Verſ. 29. Poſt ὑπὸ τῶν πολλῶν ſua auctoritate Vptonus interrogandi ſignum poſuerat; ſed illud rurſus delere juſſit in Notis, recte.

Ibid. κατεγέλα ἂν. Particulam ἂν ſuo e codice adjecit Vpt. Ignorabant eam edd. cum pabe.

CORRIGENDA ET ADDENDA
IN TOMO II. P. I.

Pag. 4. lin. 5. *pro* ipſo *ſcribe* ipſo
p. 5. l. 7. *ων ſcr.* ὧν
p. 16. ult. λόγον *ſcr.* λέγου
p. 19. l. 32. *νομῴδὸς ſcr.* κωμῳδὸς
— — ult. librariorum. *ſcr.* librariorum lapſus.
p. 21. ult. poſita? *ſcr.* poſita.
p. 22. l. 22 fin. *dele* eundem
— — l. 6 fin. *pro* apud illa *ſcr.* ab illo
p. 26. l. 9. ἀφωνῷ *ſcr.* ἀφωνῶ.
p. 33. l. 16. *οὐ ſcr.* οὔ.
p. 40. l. 8 fin. *pro* locum — — mutato *ſcr.* ſede — — mutatâ
p. 45. l. 21. ἀδυμεῖται *ſcr.* ἐνδυμεῖται
p. 51. l. 5. intelligere; intelligere,
p. 52. l. 3. *οἵτος ſcr.* οὗτος
p. 54 med. *ωμοι ſcr.* ὦμοι
p. 57 med. *Verſ.* 20. *Pro illis*, ὡς αἰδήμων — — VPTON. *Hæc ponenda:* λαύτερα ὡς πιστὸς, ὡς αἰδήμων, *ſedilio* ἀσαύτως, ἐπὶ τῆς ἀπὶ &c. Sic verba peroommode diſtinguuntur tres noſtri codices. Vulgo: ὡς αἰδήμων *ſedilio*, ὡσαύτως ἐπὶ τῆς ἀπὶ &c. De re conferendum initium capitis 13 hujus libri, ut monuit Vptonus.
p. 62. l. 6 fin. *ſic ſcribe*: & abeſt vox ἀληθῆ, quam ex principe editione Ven. habent reliquæ omnes. Forte ὡς ἀληθῆ τε καὶ σύμφωνα debuerant librarii.
p. 68. l. 16 fin. *ſcribe*: & recte μέλαι dant pab.
p. 73. l. 18 fin. *pro* quæ vel agit ipſe, *ſcr.* quæ *intus* vel *agit ipſe*,
p. 74. l. 18. & quod *ſcr.*: tum quod
p. 80. l. 9. vero Arianei *ſcr.* vero conſentiunt Arianei
p. 81. l. 18 fin. *ſufficiunt ſcr. ſuffecerit*
p. 86. l. 12. *poſt* Noſtet. *adde*: At hoc quidem loco nil mutant libri, qui mox *vſ.* 27. in *duoque* conſentiunt omnes.
— — l. 26. *poſt* traxit. *adde*: Sed vide, ne *narrationique* oportuerit.
p. 88. l. 1. *poſt* ἀγχοῦσθαι. *adde*: Intellige χρὴ vel ἐχρῆν.
p. 92. l. 18. *pro* ταῦτά Γε *ſcribe* ταῦτά γε
p. 100. l. 11. *ἐν τούτῳ. ſcr. ἐν τούτῳ.*
— — l. 17. *ἐν φ ſcr.* ἐν ᾧ
p. 116. l. 16. *γὰρ ἐστιν ſcr. γάρ ἐστιν*
p. 122. l. 9. in nos *ſcr.* ad nos
— — med. *poſt* ad l. 26, 1. *adde*: & ad l. 4, 9.
— — l. 19 fin. *ſcribe* delevi articulum τῶν cum
p. 127. l. 15. *poſt* VPTON *adde*: Objecerat alter: „At Plato nonne „fuit philoſophus? ſcilicet, idem qui ſimul præcipus eloquentiæ laude claruit.“ Cui poterat recte reſponderi: „Fuit „utique Plato philoſophus, fuitque idem inprimis eloquens: „ſed

„sed non ob eloquentiam censeri philosophus debet. Potuit „rat esse eloquentissimus, nec tamen philosophus: potuerat „idem summus esse philosophus, nec tamen eloquens.“ At Epictetus, ut sæpe aliàs, sic & hic respondet, aliem quæstionem aliudque exemplum proponendo; in quo exemplo res, de qua agitur, magis etiam est perspicua. „Hippocrates fuit „medicus, idemque facundissimus: sed vero idcirco famus „quitquam præcipuam medici virtutem in facundia ponit, aut „medicum ex facundia [illegible]at.“ Mox vero etiam de ipso Platone respondet, sed & ibi alio exemplo utens, nempe *pulcritudine* Platonis, cum qua confert id quod de facundia aliter obgesserat.

Pag. 129. l. 15. *post* χρῆσις τῶν φαντασιῶν. *adde:* quemadmodum
l. 30, 4. ait, προαίρεσις οἵα δεῖ, καὶ χρῆσις φαντασιῶν.
p. 134. l. 6. *pro* VPTON. *scribe* WOLF.
p. 138. l. 10 fin. Ἡμεῖς οὖν *scr.* Ἡμεῖς οὖν
p. 139. l. 25. superioribus Cohortatione *scr.* superiori cohortatione
p. 151. ante l. 13 fin. *hæc inserenda Adnotatio:* Ibid. εἰ ὀρθὸς
ἐστιν Ἀλγυπτίων. Nil mutant libri: sed omnino τὸ Ἀλγυπτίων
legendum videtur.
— — l. 4 fin. Noster codex *scr.* „Noster codex
p. 155. l. 14. λελησθυίας *scr.* λελησθυίας
p. 156. l. 11. ex οὐδ' ὅν detortum *scr.* ex ἓν δ' detortum
p. 166. l. 15 fin. *Ante* ἴδε, *Vers.* 17. οὐχ ἵνα &c. *infere hæc*
Ibid. καὶ νοσωνοὺς. Conf. I. 1, 9. & ibi not.
— — l. 12 fin. *pro* Articum *scr.* Articulum
p. 172. l. 17. *post* variant libri. *adde:* Confer notata ad editionem nostram criticam Enchiridii cap. 51, 3. p. 247 sq.
p. 173. l. 6. *pro* oblatum *scr.* oblatam
p. 178. l. 3. *pro* καὶ περὶ τῶν ἄλλων *scr.* καὶ περὶ τῶν ἄλλων
p. 182. l. 6 fin. CHARIORESQVE *scr.* CHARIORES
p. 185. l. 16 & 17. ζῆτω *scr.* ζητῶ
p. 191. l. 20. in fine. *scr.* in fine.)
p. 192. l. 3 fin. connexionem *scr.* connexione
p. 193. l. 22 sqq. *sic scribe:* in quod consentit pa. Sed aspernandum utique non fuit ἐστὶ πάντως, quod sane commodius: atque id ipsum habet noster pb. quare & suo e codice id hausisse Vpronus videri debet. De re ipsa &c.
p. 200. l. 11 fin. jam sic corrigere *scr.* dele sie
p. 201. l. 13. *pro* δεῖ οὖν *scr.* δεῖν οὖν
p. 204. l. 8 fin. scribitur πάντως. *scribitur* παντως.
p. 207. ult. ἡ ὁρμὴ *scr.* ἡ ὁρμή.
p. 208. l. 12. τὸ παθεῖν *scr.* τὸ παθεῖν
p. 211. l. 12. fatale esset *scr.* fatale esse
p. 213. l. 6. *post* debebat. *adde:* De re confer I. 22, 9 sqq.
— — l. 14 fin. Si pro *scr.* „Si pro
p. 219. l. 17. *pro* παρέδραμεν *scr.* παρέδραμεν
p. 223. l. 7. Quod notandum *scr.* „Quod notandum
— — l. 20. Οὗτος *scr.* Οὗτος
p. 226. l. 3 fin. ἢ παντὸς τοῦ *scr.* οὐ παντὸς τοῦ τῶν
p. 228 med. ἴχνος ὁρμῆν. *scr.* ἴχνος ὁρμῆν.
p. 229. l. 6. *post* furibus. *adde:* Confer Indicem in Ἐπίκτητος.
p. 236 med. ad I. 26, 2. *scr.* ad II. 26, 2.
p. 238. l. 15. Si honoris *scr.* Sic honoris
p. 240. l. 12 fin. & l. 8 fin. φασὶ *scr.* φησὶ

Pag. 250. l. 16 fin. praecepta esse *scr.* praecepta, esse.
— — l. 11 fin. & perperam *scr.* ex perperam
p. 252 med. *Quid substantiale scr.* „Quid substantiale
— — l. 4 fin. *eum scr.* εὖν
p. 255. l. 4. *naturæ scr.* naturâ
p. 256. l. 12 fin. *ουν scr.* οὖν
— — l. 3 fin. *post* habent. *adde:* Vid. Ind. in Διατριβῶν.
p. 260. l. 13. *pro* ποῦ *scr.* που
p. 263. l. 25. sciri, *scr.* sciri
p. 270. l. 6. *ναῦνο scr.* ναῦνε
— — l. 7. Ἀλλ' ὁ μὲν *scr.* „Ἀλλ' ὁ μὲν
p. 272. l. 10. *συμβίβλημεν scr.* „συμβίβλημεν
p. 273. l. 27. *post* Epictetus. *adde:* Sed quoniam ἔσχημεν in praeterito ponitur, ἐφάσκομεν quoque in praet. fuerit legendum. conf. vs. 10.
p. 274. l. 4 fin. verbis *scr.* his verbis
— — — — l. 1, 4. *pro* l. 21, 4.
p. 279. l. 8. *post* l. 25, 3. *adde:* Quod si quis tamen tenendum utique fuisse vulgatum contendat, cum eo non pertinacius pugnabo.
— — l. 14 fin. *pro illis*, Vide M. Anton. &c. *scribe:* Conf. not. ad vs. 13.
p. 277. l. 2. *μονοστίμους scr.* μονοστίμους
p. 281. antepen. *ἀνατέλλω scr.* ἀνάτελλε
p. 282. l. 14. in hanc *scr.* in hac
— — l. 7 fin. sic alteram *scr.* sic & alteram
p. 284. l. 2. Haud absimile *scr.* „Haud absimile
p. 285. l. 9. sententia *scr.* sententiam
p. 286. l. 10. *ἐξέλθης scr.* ἐξέλθῃς
— — l. 24. *aliquis. scr. aliquis.*" VPTON.
— — l. 9 fin. *exeritur. scr. exuitur.*
p. 292. l. 27. Inrelligere *scr.* „Intelligere
p. 294. l. 21. suas cupiditates *scr.* tuas cupiditates
— — l. 25. αὐτῶν, *scr.* αὐτοῦ,
p. 297. l. 4 fin. *κατεγελάϊς. scr. κατεγελᾷς.*
p. 298. l. 9. *post* admonitus. *adde:* Nostri quidem χρῆ tenent.
p. 299. l. 18 fin. auctiorumque *scr.* acutiorumque
p. 300. penult. *ὁ δὲ ἀξένωτος scr. ὁ δὲ ἀνεξέταστος*
p. 301. l. 6. deest in pab. *scr.* deest in edd. ante Vpt. & in codd. pab.
— — l. 7. *post* praefixa. *adde:* Habet h. l. codex noster pc. cum Vpt.
p. 304. l. 19. munire studeamus. *scr.* munire nos studeamus.
p. 305. l. 18. *post* δόκησιν." — *adde:* In τὸ φοβαίσθαι consentit pc. qui idem ἀκαφύγω pro ἀκαφύγω scribit, minus recte.
p. 312. antepen. *sic scribe: ἐκεῖνο τὸ ἔνος*, aut, *καὶ μὴ γεγέτο* (vel *ἀκαίρως*) *τὸ δοκοῦν αὐτῷ συμφέρειν.*
p. 316. penult. „Recte *scr.* Recte
p. 318. l. 12 fin. voce Ὑφοφοίσας. *scr.* voce ὑποξαποσαμένου
p. 319. l. 11. *vulgo sunt. scr. vulgo sunt?*
p. 322. l. 9 fin. rectum." *scr.* rectum."
p. 323. l. 11 fin. Conf. IV. *scr.* „Conf. IV.
p. 329. l. 4. *σὺν ὠφελίᾳ; scr. μὴν ὠφελίᾳ;*
p. 334. l. 2. Regu, *scr.* Regu.

Pag. 332. l. 9 fin. nescio quæ *scr.* nescio quis
P 333. l. 7 fin. At illa *scr.* Ad illa
— — l. 3 fin. nostri libri *scr.* tenent nostri libri
p. 334. l. 12 fin. οὐ δὲ μᾶλλον. *scr.* οὐδὲ μᾶλλον.
— — l. 4 fin. propositionem *scr.* præpositionem
p. 337. l. 21. editum esse *scr.* editum esset
p. 340. l. 2. post *abstinuit?* adde: Aut de rectus adolescentis ex Epicteti schola in urbem Romam agitur. conf. vs. 32. & vide Not. ad I. 10. 8.
p. 342. l. 9. ἐπαύσατον *scr.* ἐπὶ αὐτοῦ
p. 350. l. 6. Diogenes Laërt. *scr.* „Diogenes Laërt.
— — ult. post pendere, *adde:* Similiter Simplicius in Enoh. p. 530. 8. καὶ οὐκ αὐτὸ τῆς φύσεως ἴσοτιμον ἔχεται, ad idem æquumentum, ad eandem sententiam pertinet, eandem vim habet. Conf. ibi notata.
p. 352. l. 13. ἐπιφανεστάτοις, *scr.* ἐπιφανεστάτοις.
p. 355. l. 6 sq. καταμάθῃς *scr.* καταμάθοις
— — l. 12. διατέμνετο. *scr.* διαγίγνετο.
— — l. 14. WOLFIUS. *scr.* WOLFIUS.
p. 358. l. 6. ὅτι *scr.* ὅτε
p. 365. l. 13. post WOLFIUS. *adde:* Idem valet ac πρὸς τοὺς ἀνθρώπους τῶν ἀνεπιτηδείων.
p. 368. ἀνεπεμπε. *pro.* ἀνωθὲν *scr.* ἄνωθεν.
p. 368. l. 24. ἐπεὶ ἡ εὐλαβ. *scr.* ἐπεὶ τὸ εὐλαβ.
p. 377. post lin. 2. *hæc inserenda:* Vtrs. 7. οὐκ ἔχεις ποῦ τεθῇς. Non habes quo colloceris; i. e. nullo loco habendus es, omnium contemtu dignus es, immo e numero civium ejiciendus. conf. vs. 3.
— — l. 19. post p. 82 med. *adde:* Nobis in Fragm. Epict. est num. LIII.
p. 381. l. 5 fin. *pro* habere; *scr.* habere,
p. 384. l. 6. βάλλωμεν edd. *scr.* βάλωμεν edd.
— — l. 24. post codices nostri. *adde:* Vide vero, ne oportuerit μοὶ ἂν ἔβαλλες, mihi mittere debebas.
— — l. 27. *pro* commare post βάλε. *scr.* commeare post βάλλε.
p. 385. l. 1. quem nunc dicit *scr.* quem dicit
p. 386. l. 20 fin. *scribe:* At ibi τῷ, ἵνα τὴν ὀρμὴν μὴ ἀνοφελῆ, opponitur ὅς.
p. 388. Ante lin. 14 fin. *inserenda hæc:* Vtrs. 29. εἰκὸς δ᾽ ἐστὶ, διαθέεσθαι ταῦτα ὡς ἐπιβάλλει. Quo sensu qualicumque ex his verbis extricaretur, Wolfius in versione (quam tenui h. l. cum Vprono) ante διαθέεσθαι particulam καὶ supplevit, quam libri omnes ignorant. At vide, ne longe alia ratione sapiendus sit locus, haud dubie male adfectus. Equidem suspicor, hoc dixisse Epictetum: *Tum-ne ergo munus est, venientem* (in hunc mundum) *dicere, quid de eo fieri oporteat?* an (potius) *hæc* (quæ fiunt) *administrare eisque uti quemadmodum conveniet?* In græcis, nisi plura aut intercidêrunt aut corrupta sunt, saltem sic legendum conjicio: Τὸν οὖν ἔργον ἐστὶν εἰπεῖν τὰ δεῖ; (scil. ἃ δεῖ συμπίπτειν;) ἢ διαθέεσθαι ταῦτα (nempe ἃ συμπίπτει) ὡς ἐπιβάλλει;
p. 398 med. *pro* Grammaticum *scr.* Grammaticem.
p. 407. l. 3. etiam fere *scr.* dele etiam
p. 408. l. 9. *pro* adopeuoi *scr.* adoptari.

Pag. 408. penult. *post* debuerat. *adde:* Contra, si *ibi* sonat αὐτοῦ, deiderari videtur verbum εἶναι, aut aliud aliquod.
p. 409. l. 4. *pro* ας *scr.* ἂν
p. 412. l. 7. Nondum fateor, *scr.* Nondum, fateor,
p 414. l. 9. III. 83, 4. *scr.* III. 83, 4.ª VPTON.
p. 415. l. 13 fin. idem anonymus *scr.* dein anonymus
p. 416. l. 17. τοῦτο ἀμαλέτα. *scr.* ταῦτ' ἀμαλέτα
— — l. 23. fin. *vigbt opinions. scr. vigbt opinions.*
p. 417. l. 6. *post* ἀμφότερα. *adde:* Sed mox deinde omnes in ἀδιάφορα δὲ recte consentiunt.
p. 420. l. 6 fin. *religious scr. religioft*
p. 421. l. 2. *Chriſtianus* vel *Judæus scr. Chriſtianum* vel *Judæum*
— — l. 5 fin. Sumus igitur *homines: scr. Sumus igitur homines:*
p. 422. l. 10. Seeson *scr.* Seneca
— — med. si ἄλλη teneas *scr.* si αὐτὴ teneas
— — l. 13 fin. *sic ſcribe:* (quod ibi eadem notione
p. 423 ult. *pro* IDEM. *scr.* VPTON.
p. 425 med. *sic ſcribe:* Veteres editiones cum manis, perperam &c.
— — l. 11 fin. ἀδελφὸς εἰ *scr.* ἀδελφος εἰ.
p. 427. l. 17. nunc ille is *dele* ille
— — *extremâ pag: hæc adjicienda. Ibid.* οὔτ' ἔχειν, οὔτ' ἀπολλύειν. οὔτε μὴ ἔχειν scribendum cum res ipsa docere videtur, cum id quod continuo huic opponitur, καὶ μὴ ἔχειν καὶ ἀπολλύειν.
p. 429. l. 18. *pro* in pa. *scr.* in pab.
— — ult. conjecturam *scr.* ſcripturam
p. 430. l. 13 fin. Wolfiique *scr.* Wolfii
p. 433. l. 11 fin. ἀναβάλλεσθος. *scr.* ἀναβάλλεσθαι
— — l. 4 fin. quod miros *scr.* quos miros
p. 436. ult. pab. *scr.* pac.
p. 437. l. 3. τὰ δοκοῦντα *scr.* τὰ δοκοῦντα ἄπαντα
p. 438. l. 16. Epiſt. *scr.* Epiſt.
p. 440. l. 60. neſcio *scr.* neſciam
p. 442. l. 7. ἀνατλαμμάνης *scr.* ἀναπλαμμάνης
— — l. 11 fin. *definita scr. res definita*
p. 444. l. 9. εἰς τὶ *scr.* εἰς τι *vel* εἰς τὸ
p. 445. l. 3. τύχη, *scr.* τύχῃ,
— — l. 17 fin. *post* cod. pe. *adde:* Poterat vero & καὶ τοῦτο dicere, nempe τὸ σῶμα.
— — l. 5 fin. hominis verba eſſent, *dele* verba
p. 448. penult. pro *peritum* ſcr. *imperitum*
p. 450. l. 3. poſt *ve aliqua*; adde: conf. IV. 1, 8a ſq.
p. 452. l. 6. & ibi quidem *ſcr.* at ibi quidem
p. 454 med. aut ων *ſcr.* aut ὢν
p. 459. l. 15 fin. Φωνὰς εα *ſcr.* Φωνὰς nunc ea
— — ult. fuerant *ſcr.* fuerat
p. 460. l. 13 ſq. ſic ſcribe: *hoc ipſum nomen,* Βοῦς, *aut hoc,* Μάλιν;
— — l. 21. *poſt* abſque καὶ copula. *adde:* ne ſic quidem, male.
— — l. 10 fin. οὔτο *ſcr.* οὗτο
p. 461. l. 5 fin. *poſt* progrediebantur. *adde:* τὸ τῶν ἄλλων idem valet ac τὸ περὶ τῶν ἄλλων, nempe λεγόμενον, *id quod de aliis rebus dicitur.*

EPICTETEÆ PHILOSOPHIÆ MONVMENTA.

TOM. II. P. II.

EPICTETI DISSERTATIONVM

AB ARRIANO DIGESTARVM

LIBRI IV.

EIVSDEM ENCHIRIDION,

ET

EX DEPERDITIS SERMONIBVS

FRAGMENTA.

Poſt IO. VPTONI aliorumque curas,
denuo ad Codicum Mſstorum fidem recenſuit, Latina
Verſione, Adnotationibus, Indicibus
illuſtravit

IOHANNES SCHWEIGHÆVSER,
Argentoratenſis,
Inſtituti Literarii Reip. Gallofrancorum Socius.

TOMVS SECVNDVS.

PARS SECVNDA.

NOTÆ IN EPICTETI DISSERTATIONES.

LIB. II. CAP. XV—XXVI. LIB. III. ET IV.

LIPSIAE

IN LIBRARIA WEIDMANNIA

MDCCXCIX.

ΛΕΞΙΚΟΝ
ΑΝΤΙΟΤΑΤΙΚΟΝ

CAPVT XV.

TIT. Πρὸς τοὺς σκληρῶς τισιν ἐν ἔχρωντο ἐμμένοντας. Ante Vptonum σκληρῶς τινων ἐν edebatur. Hinc WOLFIVS: „Ἐμμένω τούτοις usitatum. Quare fortasse legendum τισιν ἐν." — „Hanc conjecturam (inquit VPTON) firmat noster codex; in textum itaque τισιν, pro τινῶν, recepimus. [& consentiunt pbc.] Tamen Mer. Casaub. ad Anton. lib. I. s. 16. Wolfii conjecturam non admittendam censet: *nam obstat* (inquit) τὸ ἐν *quod sequitur: ego potius pro* ἐμμένοντας *scripserim* ἔχοντας: *nam mox quoque,* [vs. 5.] ἔχονται αὐτοῦ τῆς ἀνοχῆς. Hæc ille. Salmasius autem legit, οἷς τισιν ἐν, vel ᾧ τινι, pro τινων ἐν." — τισιν ἐν ἔχρωντο, quod ferri non posse putavit Mer. Casaubonus, ex pervulgato græci sermonis idiotismo positum intelligo pro τισιν τούτων ἃ ἔχρωντο, *consultis ex his quæ secum decreverunt.* Cæterum vide Not. ad vs. 5.

Vers. 3. Φρονιτικοῦ. Ex Ven. hoc revocavit Vptonus recte; & consentiunt nostri libri. Φρονητικοῦ ed. Bas. & seqq. quod minus legitimum.

Ibid. ἀνδεινούς vulgo scribunt omnes. Sed ἀνδεινόν in Pass. videtur legendum. Nam ad ἀνδεινούς non potest intelligi ἑαυτὸν, quia adjicitur ἔχων in nomina-

minativo casu. — Haec scripseram, cum id ipsum ἐνδεικνὺς in nostro pb. inveni, quod proinde in contextu reponendum duxi. ἐνδεικνύς pa. cum olim editis. Prorsus corrupte ἐνδεικνὺς pc.

Vers. 3 *& seq.* Olim orationem sic distinxerunt: ἀλλ' ἀτονία ἕτερον τρόπον. τοιοῦτόν τι &c. Quo refertur Wolfii versio: *sed enervatio, dicet alio modo. Tale quiddam* &c. Una ed. Cantab. post ἀτονία interpunxit, & ἕτερον τρόπον ad sequentia traxit. VPTONVS in contextu comma quidem posuit post ἀτονία, sed punctum post τρόπον. Et deinde litera majuscula Τοιοῦτόν τι &c. servata Wolfii versione. In Notis vero monuit: „Potius distingue, ἀλλ' ἀτονία. ἕτερον τρόπον τοιοῦτόν τι, s. v. λ. *sed enervatio. Alio quodam modo tale quiddam* &c." — Eâdem fere distinguendi ratione usus est noster codex pc. quam cum ed. Cant. adoptavi, nec tamen (verum ut fatear) satis certus consilii. Schegkium alteram rationem, plerisque editoribus probatam, sic interpretatus erat, *robur enim illud non est, sed quodammodo virium imbecillitas.* — Loco denuo excusso, citra hesitationem jungenda ita existimo, ἀτονία ἕτερον τρόπον, *toni defectum diverso modo*, nempe *in partem contrariam.* (Sic ἄλλον τρόπον habes IV. 4, 19.) Scilicet, cum τόνος sit justa nervorum intentio, qua ad functiones suas peragendas aptum fit corpus hominis, duobus modis dici potest ἀτονία existere: uno modo, quo proprie & plerumque usurpatur illud vocabulum, cum remissi nimis laxatique sunt nervi; altero modo, cum nimia intentione torpent, rigentque & prorsus immobiles sunt.

Vers. 4. ἐκ τῆς ἀναίρας. Caret τῆς pb.

Ibid. ἀποκαρτερεῖν. „Vertit Cicero, *a vita per inediam discedere*: in Tusc. Disp. lib. I. c. 34. *Ejus autem, quem dixi, Hegesiae liber est* Ἀποκαρτερῶν, *in quo a vita quidam per inediam discedens revocatur ab amicis.* Vbi vide doctissimum editorem, & Suid. in Ἀποκαρτέρησον." VPTON.

Vers. 5. ἤδη τρίτην ἡμέραν ἔχοντος αὐτοῦ τῆς ἀποχῆς. „Fortasse ἔχοντα, *cum infligeret inediam.*" WOLFIVS. Genitivus τῆς ἀποχῆς non a verbo ἔχοντος pendet, ut putave-

putaverat Mer. Casaubonus, (vide Not. ad titulum hujus cap.) sed ab ἡμέραν. Est enim naturalis verborum series intelligenda haec: ἔχω δὲ αὐτοῦ ἤδη τρίτην ἡμέραν τῆς ἀποχῆς.

Ibid. Κέκραμαι, φησίν. „Tale quiddam propter obstinationem animi feciſſe Corellium quoque, ſcribit Plinius in Epiſtolis. Sic Plinius: [lib. I. ep. 12.] *Dixerat ſane medico admoventi cibum, κέκραμαι.* Idem ſcribit de Silio Italico, lib. III. Epiſt. [7.]“ SCHEGKIVS.

Verſ. 6. μετάθου. „*Muta ſententiam.*“ Anton. VIII. 16. Vide ibi Gatak.“ VPTON. μετάθου ſcripſi, penacute, ut grammatica ratio poſtulare videbatur. Vulgo: μεταθοῦ edd. ſed μετάθου vocd. pbc. Cf. II. 2, 21. not.

Verſ. 7. Τοῖς πρώτοις ἐμμένειν δεῖ. „Seneca de Benef. lib. IV. c. 38. *Hinc ortus ſuperbae ſtultitiae perſeverantia eſt: Quod ſemel dixi, qualecunque eſt, fixum ratumque ſit.*“ VPTON.

Verſ. 8. [Τί τοίνυν ἀνθρωπε; οὐ τήρων.] Videntur tenere haec verba repetita per incogitantiam librarii, ad ſuperiora initio vſ. praec. aberrantis. Agnoſcunt eas tamen cum editis codices noſtri pleriique, neque hic e coniice dubium movit Epictetus: quare ſervavi, quae mea mens iudicia. In pe. vero deſunt haec cum pluribus aliis quae praecedunt, inde ab illis ἀλλὰ τοῦτο ἤδη illa praec.

Ibid. τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, quod vide ne verum ſit.

Ibid. τὸν Σκιμλόν. Nil opus dicebat cum Salmaſio τὸ Σκιμλίον ſcribendum cenſamus. Vtrumque Graeci uſurparunt, ὁ Σκιμλος & τὸ Σκιμλον. Confer tamen Adnot. proxime ſequentem, ſub finem.

Verſ. 9. ἂν δὲ σαπρὸν ὑποστήσῃ ἔσω. Omnes vulgo ſic edebant: ἂν δὲ σαπρὸν ὑποστήσῃ, καὶ κατασκευὴν οὐκ οἰκοδόμησά τι τοῦτον ὁ ἂν πλείονα καὶ ἰσχυρότερα ἐπιθῇς, τοσούτῳ μᾶλλον κατασχήσουσι. Ad quae VPTONVS notavit: „Vertit Schegkius: *Quaſi putridum illud ſit quae ruinoſum, ab aedificatione abſtinendum.* [Quaſi eſſet, μὴ οἰκοδομητέον.] *Nam quo plura & ponderoſiora impoſueris, tanto cujus ſubvertetur aedificium.* Wolfius vertit: *Quaſi fundamentum putre ac ruinoſum jeceris, quo plura & firmiora impoſueris, eo citius aedificium corruet.* Legit SALMASIVS, pro οἰκοδόμησα, τιμῆ, ἀνοικοδόμησας μᾶλλον. Noſter autem codex,

dex, οἰκοδομικόν τι τοῦ τῆς, οἰκοδομημάτων. & delet δ'. Quid igitur si hoc modo, noſtrum codicem ſecuti, legamus? ἂν δὲ σαπρὸν θεσσαλὸν καὶ κατασείστου· οὐχὶ οἰκοδομήματίον, ὅσῳ ἂν πλείονα καὶ ἰσχυρότερα ἐπιθῇς, τοσοῦτῳ θᾶσσον καταπεσεῖται; Quod ſi putridum & tremoſum ſit fundamentum; nonne ædificatiuncula, quo plura & ponderoſiora impoſueris, eo citius corruet?" — Hæc Vptonus: cui obſecutus ſum, niſi quod αὐτὸ ante οἰκοδομ. tenui, quamquam magis utique ὀὐχὶ placebat. Cæterum ſi σαπρὸν & κατασείστου ad θεμέλιον refertur, ut recte ſtatuerunt interpretes, dicendum proprie fuerat κατασείστου, quia paulo ante τὸν θεμέλιον in maſc. gen. dixit. Sed ferendum nunc neutrum genus putavi, cum quoniam perinde & ὁ θεμέλιος & τὸ θεμέλιον græce dicitur, tum quia & intelligi poteſt σαπρόν τι καὶ κατασείστου. Codices noſtri in οἰκοδόμημά τι ὂν a vulgatis non diſcedunt. Sed de particulam, poſt ὅσῳ, recte ignorat pa. cum Vptoni codice. Cæterum alia etiamnum manda hunc locum occupaverat. ἐπιστήσῃ in tertia perſ. act. ferri non poterat, medio vero verbo non erat hic locus: ſtaque ὑποστήσῃς correxi, præeunte codice noſtro pc.

Verſ. 10. ἐξώγυς ἡμῖν ἐνδρατον. „ἡμῖν noſter codex: alii ἡμῶν." VPTON. In ἡμῖν conſentit pc. Cum eodem vero pc. & cum pa. ἐξώγυς ſcripſi, in ſubjunctivo, ἐδρατεται pro ἐξήγυσε, quod dabant edd. omnes cum pb. quod & ipſum quidem ferri poterat, ſed commodius alterum. Vide loca ad I. 83, 3, citata.

Ibid. καὶ τῆς μεγάλης καὶ τῆς μικρᾶς. „Vide ad II. 9, 26." VPTON.

Verſ. 12. Εἰ δ' ἐπιλθέ σοι τῶν τοι'. „Sotabe τῶν enclitica; id eſt, εἴ τινες ἐπ. σοι τοι'. Si forte olim &c." VPTON. — Vtique enclitice accipiendum τῶν, ſed accentu notatur ob ſequentem enclíticam τοι'. Rectius vero fortaſſe τινές τοι' ſcribitur, cum acuto accentu, ut habet pb.

Verſ. 13. τῶν τε νῦν τινες οὐκ ἔστι μεταθέσθαι. οὐκ, ἔτι μεταθέσθαι Ven. Baſ. & Salmant. οὐκ ἔστι legere juſſit Wolfius; & ſic editum eſt in Gen. Col. & ſeqq. conſentientibus noſtris codd. pb. Paulo ante, perperam μεταπλάσῃ editt. vett. pro μεταπλάσῃ.

Ibid. Μηδὲν οὐδὲ πεῖσαι οὐδὲ βῆξαι δεῖ. „Stabilis nec a ſententia deduci, nec rumpi poteſt." Rumpi certe

&

& occidi poteſt. Fortaſſe igitur, a ῥάω, ῥάσω vel ῥύσωμαι legendum, ſicut lingua nobis vernacula dicimus: *Narren kann man weder rathen, noch helfen*; vel, *wem nicht zu rathen, dem iſt auch nicht zu helfen.*" WOLFIVS. — „Cod. Salmant. * ῥῆξαι, & in marg. * ῥῆψαι. Sed nihil mutandum. Nam ῥῆξαι idem eſt ac *rumpere* apud Latinos. Virgilius, *Rumpantur ut ilia Codro.* Horatius: *Miſerque rumperis & latras.* Sic Il. 20, 31. ἀπάγξαιτο δὲ κῆρ ἑὸν ἔνδοθεν ἀχνύμενον, ἢ μεταδέσθαι. Angl. *You'll never make a fool break his heart, or change his opinion.* Neque abſimile dictum apud Diogenem Laërt. lib. VI. ſ. 7. ubi Antiſthenes τὰ ραφανελεύστου τε κακῶς ἀκούοντας κατεσθίειν μᾶλλον ἢ εἰ λίθους τις βάλλοιτο. Nullo ſenſu hæc dicta ſunt: ſed ſi pro ἢ εἰ λίθους ſcribas ἢ εἰ ἠλίθιος, tum hæc erit ſententia: *eos hortabatur qui maledictis lacerarentur, tolerare magis quam ſi quis ſtultus convitiis peteretur.* Vocem βαλεῖν, per ſe poſitam, *calumniandi* ſignificationem habere docebunt lexicographi. Stulti convitia negligunt; negligere multo magis decet ſapientes." VPTON. Emendatio ab Vptono propoſita an multum promoveat ad explicandum Laërtii locum, & ſine omnino opus emendatione, alii viderint. Cogitaveram equidem, reſpici ibi fortaſſe Aeſopum, lapidibus ſeſe peti patientem. Sententia dicti Epicteti hæc eſt: *Stultum nec perſuaſione, nec vi, e ſententia ſua poſſe abduci.* De vi, aliâ metaphorâ, nec vero diſſimili, utitur Hebræus vates, Proverb. 27, 14. *Stultum etiamſi in pilo pinſas piſtillo inter grandeum, non recedet ab eo ſtultitia.* In ῥῆξαι conſentiunt h. l. libri noſtri.

Verſ. 14. Φίλον ἔχειν σοφὸν μωρόν. Editi omnes nude Φίλον ἔχειν μωρόν. Obſecutus autem ſum VPTONO, in Notis monenti: „Noſter codex & Ms. Par. Φίλον ἔχειν σοφὸν μωρόν. Optime. σοφὸς μωρὸς, *a wiſe fool.*" — Habent autem illam ſcripturam duo Pariſini, pab.

Ibid. δυσμεταχειριστότερον οὐδὲν ἐστι. Vulgo omnes δυσμεταχείριστον. Sed: — „Aut δυσμεταχειριστότερον legendum; aut δυσμεταχείριστόν γὰρ οὕτως οὐδὲν ἐστι. Poteſt τὸ οὐδὲν ἐστι etiam ad ſtulti perſonam referri, ut is dicat, *Nihil eſſe quod alii moneant.*" WOLFIVS. „Vel forſan diſtinguendum: Μὴ μοι γένοιτο Φίλον ἔχειν σοφὸν μωρόν, δυσμεταχείριστον. Οὐδὲν ἐστι· χάρμα. *Abſit ut mihi amicus contingat ſapiens ſtultus, qui non tractari*

stati patefi. Nihil agis: decrevi. Vt verba stulti sint, Quidvis &c." VPTON. Id ipsum tertio loco propositum a Wolfio: sed in ea ratione, equidem vocabulum μεταχαλκτον in neutro genere & in nominativo casu acciperem, *intractabilis res est* sc. stultus sapiens. Nec tamen vel haec ratio, vel altera a Wolfio proposita, satis placuit; & unice vera visa est prior emendatio, ab eodem egregio interprete tentata; quam adoptare non dubitavi. Nihil frequentius, quam ejusmodi aberrationes librariorum in fine vocabulorum, praesertim longiorum.

Ibid. τοσαύτου πλείονος ἀλλαβόρου δέησαι. „Sic Horat. Serm. lib. II. 3. vers. 82. & alibi." VPTON. Perperam τοσαύτου scripsit pb.

Vers. 15. Οὐ θέλας τὸ τοῦ νοσοῦντος ποιεῖν. Olim ποιεῖν. Sed: — „Ποιεῖν, *facere*, legendum: non πιεῖν, *bibere*. Loquitur enim non de *potione hellebori*, sed de *officio agrotantis*." WOLFIVS. „Noster codex & Ms. Par. dant ποιεῖν. Edit. Salmant. * πιεῖν, & in marg. * ποιεῖν." VPTON. ποιεῖν ante Vptonum jam in contextu positum erat ab editore Cant. & Lond. anon. & consentiunt Parisini tres.

Vers. 17. μὴ μεταθέσθαι, μὴ μετατίθεσθαι pb.

Ibid. Οὗτοι οἱ μανικοὶ τόνοι. Articulum οἱ ignorat pb. quod rectius videtur, quemadmodum & ὑγιεινοὶ absque artic. ponitur; nisi per trajectionem οὗτοι οἱ μανικοὶ τόνοι dixit, pro οὗτοι οἱ τόνοι μανικοί.

Vers. 19. Ἀργύριον οὐ λαμβάνει. Videtur Epictetus tota hac disputatione respexisse aliquem nescio quarum artium professorem, qui pretium a discipulis accipere se nolle professus erat, atque adeo, indirecte saltem, vitio vertebat nostro Philosopho, quod honorarium aliquod ab auditoribus suis acciperet.

Ibid. Ἴσθι ὅτι. Deest ὅτι pb. nec magnopere desiderabatur.

Ibid. ἐν τούτῳ νῦν χρῆ. Olim χρή. Sed legendum esse χρῆ, a verbo χράομαι, monuerat Wolf. cui obsecuti sunt editores Gen. Col. & seqq. Et sic pb. sed mendosum χρὴ tenuere pac.

Vers. 20. ὅταν μὲν κλίνει, ἄδηλον ἔχει. Vptonus cum Wolfio: *quo quidem inclinet, incertum est.* Proprie *ipse incertum habet*, i. e, *nullam certam rationem habet.* Caeterum κλίνει scripsi cum pc. quod desiderabat usus. Vulgo κλίνῃ edd. cum pab.

Ibid. γίνεται τὸ κακόν. γίνεται καὶ τὸ κακόν pab.

CAPVT

CAPVT XVI.

Vers. 1. Ποῦ τὸ ἀγαθόν; Ἐν προαιρέσει. „Vide II. 10, 25.“ VPTON.

Vers. 2. *μέμνηταί τις ἡμῶν ἔξω τούτων τῶν λόγων.* „ἔξω, scil. *τῆς σχολῆς ἢ διατριβῆς. Num extra scholam & disputationem?* Sensus est, hæc sola perpetuo in memoria habenda in omnibus vitæ actionibus.“ WOLFIVS. Recte. *τῷ ἔξω* opponitur *ἐν τῇ σχολῇ*, vs. 20. Vide tamen, ne grammaticus ordo verborum talis sit intelligendus, *μέμνηταί τις ἡμῶν τούτων ἔξω τῶν λόγων; meminit-ne aliquis harum rerum extra disputationes?* Quæ quidem ratio probabilis admodum videbitur, si conferas II. 10, 29 sq.

Ibid. ἀφ' ἑαυτοῦ scripsi cum pa. ἀφ' αὑτοῦ edd. cum pb. In pc. hæc verba cum nonnullis præcedd. temere omissa.

Ibid. *ἀποκρίνασθαι τοῖς πράγμασιν.* „*Respondere ipsis rebus:* hoc est, discernere res, & judicare de rebus.“ WOLFIVS. — „Confer lib. III. c. 8. & III, 3, 14: *ἀποκρίνου ὡς πρὸς ἐρώτημα, κ. τ. λ.*“ VPTON.

Ibid. Τί δέ; ἄρτιοί εἰσιν. Sic scribere jussit Vpt. in Notis, & sic scripsit pc. Τί δ' ἄρτιοί εἰσιν edd. vett. cum pab. Τί δ'; ἄρτιοί εἰσιν ed. Lond. & Vpt. in textu.

Vers. 4. *ὁ αὐτὸς διαμένεις.* Sic recte Vpton. Cum *διαμέλλεις* dedissent ed. Ven. & Bas. perspecte monuit WOLFIVS: „Lego *διαμένεις*. Nam *διαμέλλεις* non placet.“ Tum VPTON: „Habet noster codex *διαμένεις*. Salmant. *διαμέλλεις*.“ — In *διαμένεις* consentiunt nostri codd. pabc. Idque ipsum in contextu jam posuerat editor Genev. Temere vero & perperam *διαμένῃς* Col. Cant. & Lond. anon.

Ibid. *γένῃ* scripsi cum pc. Cæteri *γίνῃ*, & sic edd.

Vers. 5. ὅμως ὅτι ἀγωνιᾷ. „Supra, cap. 13.“ VPTON.

Ibid. *ὅτι ἀνείληφε τὰ γεγραμμένα.* „*Se ea, quæ scripserit, mandasse memoriæ.* Sic h. l. *τῷ ἀνειληφέναι* utitur, ut subintelligatur *εἰς τὴν μνήμην.*“ WOLFIVS. Simili ratione *ἀναλαμβάνειν τέχνην*, est *addiscere artem*, I. 20; 13. cf. III. 21, vs. 1, 3, & 16. adde Tit. cap. 19. libri II. ibique notata.

Ibid. οὐκ ἀρκεῖται τῷ μελετῆται, *non satis est ei, declamare.* Vptonus cum Wolfio, *non contentus est exercitatione:* at iidem versu seq. τὸ δύνασθαι μελετᾶν recte *facultatem declamandi* interpretati sunt. Ego vero eadem notione hic quoque idem verbum μελετᾶν (quod quidem & ante, & post, alia notione usurpatur) accipiendum putavi. Sic rursus III. 9, 8. Quod autem etiam mox *vs.* 7. ἐμελέτησε ταύτην τὴν μελέτην *in ea se declamatione exercuit* verterunt iidem interpretes, non probavi, praetulique *ei exercitationi operam dedit.*

Vers. 7. τί ἐστιν ἕτερος; τί ἐστι ψόγος; Tria priora verba, omissa olim, adjecit Vptonus e suo codice. Addenda ea esse, jam monuerat Wolfius, conjecturam faciens ex eo quod sequebatur, τίς ἑκατέρου φύσις. In nostris codd. nihil hic erat praesidii.

Vers. 8. τοῖς πολλοῖς ὁ αὐτός ἐστιν; „τοῖς πολλοῖς, *cum multitudine;* praepositione σὺν, quod Graecis familiare, subaudita." VPTON. Pervulgata lex Graecae grammaticae est, nomina adjectiva & adverbia, similitudinem vel aequalitatem significantia, dativum casum adsciscere.

Vers. 9. Ὡς ὁ παιδαρίδιος. „Vide supra, II. 13, 2." VPTON.

Ibid. στατὸν ἔχει καλὸν. Ante Vptonum omnes, τὸ τὸν ἔχειν καλὸν. Hinc: „Pro τὸ τὸν quid fit legendum, non occurrit. ῥάβδον aut χιτῶνα non placet. κόσμον ἔχει καλὸν, *ornatum pulcrum habet*, explendae lacunae causa verti, donec aliquid melius occurrerit." WOLFIVS. — ‹ „στατὸν ἔχει καλὸν. Ita clare exhibet nostet codex: cum alii omnes, quos vidi, τὸ τὸν ἔχειν καλὸν, corrupte. [At in στατὸν ἔχει consentiunt nostri Parisini tres.] στατὰ erant *citharoedorum tunicae, imo ac perpetuo rigore a summo ad imum descendentes, ut stare viderentur in corpore;* uti optime explicat Salmasius in Tertull. lib. de Pallio, p. 105. ubi hunc etiam Arriani locum emendat. Vtitur Plutarchus in Alcib. ut idem vir doctus observabat: στατοὺς καὶ ξυστὰ καὶ τὸν ἄλλον ἀναγώνιον ἀμπεχόμενον κόσμον. Vbi στατοὺς verte *rectas tunicas:* sic enim Latini. *Tunica recta*, ut scribit Festus, *ita contexta erat, ut veluti rigens staret: vel quae a stantibus ab imo in altum texebatur. Hac tyrones & novae nuptae induebantur. Hanc parentes liberis suis conficiendam curabant, ominis caussa.* Plin. lib.

lib. VIII. c. 48. *Prima Tanaquil texuit* rectam tunicam, *quæ simul cum toga pura tyrones induuntur, nóvæque nuptæ*. Phrynichus: Στατὰς, ὁ τῶν ἀνύτρων χιτὼν οὐ λέγεται. ἀς Φαβωρῖνος, ἀλλ' ὀρθοστάδιος χιτών. Id est: Στατὰς, *Recta tunica* tibicinum non dicitur, ut Phavorinus, sed ὀρθοστάδιος χιτών. Hesychius: Ὀρθοστάδιοι χιτῶνες, οἱ στατοί, ἀπλαμμα μὴ ἔχοντες· οἱ δὲ συρόμενοι, συρτοί. *Rectæ tunicæ*, dictæ ὀρθοστάδιοι χιτ. vel οἱ στατοί, *sunt quæ incisionem nullam habent, uno ac perpetuo rigore ad imum a summo descendentes: syrtoi, sunt tunicæ laxæ ac fluentes.* Sic emendandus & interpretandus est Hesychius, ut vidit Scaliger ad Phrynichum, & postea Salmasius." VPTON. Sic etiam ad Arrianum nostrum idem SALMASIVS adnotaverat: „στατὸν ἔχει καλὸν, καὶ ἅμως &c. στατὸς χιτὼν, est ὀρθοστάδιος.

Ibid. ὄχλος δὲ τί ἐστιν οὐκ οἶδεν. „Cic. Tusc. Disp. V. 36. *Vir sapiens — — non, quid verissimum sit; sed, quid velit vulgus, exquirit?* Vide Xenoph. Memor. lib. III. c. 7." VPTON.

Vers. 10. αὐτὸ τὸ ἀγωνιᾷν. Caret τὸ pc. male.

Ibid. ἔστιν αὐτὸ παῦσαι. „αὐτὸ παῦσαι. Fortasse πέτεσθαι αὐτὸ παῦσαι." WOLFIVS. „Noster codex, ἔστιν αὐτὸ παῦσαι. Sed abest ἔστιν ab aliis libris." VPTON. Desiderabatur id verbum in omnibus edd. ante Vpt. Sed habet illud noster cod. pb. cum cod. Vpt.

Ibid. Φυσηθεὶς ἐξῆλθεν. „Vide III. 2, 10." VPTON.

Ibid. ἐκεῖνο caret pa.

Vers. 11. Τίνα θαυμάζομεν; Τὰ ἐκτός. Περὶ τίνα σπουδάζομεν; Περὶ τὰ ἐκτός. Olim, τίνα θαυμάζομεν περὶ τὰ ἐκτός. omissis mediis. Hinc WOLFIVS: „Videtur legendum: τίνα θαυμάζομεν; *Quænam miramur? τὰ ἐκτός. Res externas.* ut τὸ περὶ redundet. Nisi forte aliquid desit." — Ex nostro optimo codice veram lectionem revocavi, atque excudendam curavi." VPTON. Pro τίνα θαυμαζ. habet τί θαυμ. pc. Cæterum nihil differunt libri nostri ab olim editis, nisi quod παρὰ pro περὶ habet pb.

Vers. 12. Τί οὖν ἐνδέχεται, ὅταν τὰ ἐπιφερόμενα, παρὰ γνώμεθα; &c. Olim sic distinguebant: Τί οὖν, ἐνδέχεται ὅταν τὰ ἐπιφερόμενα παρὰ γνώμεθα, οὐ δυνάμεθα &c. Vbi WOLFIVS: „Videtur legendum, Τί οὖν ἐνδέχεται; [Sic distinguunt nostri pabc.] *Quid ergo fit? Non*

Non possumus esse metus expertes. Si vero οὐ δυνάμεθα abesset, legerem, Τί οὖν; ἐνδέχεται, ὅταν τὰ ἐπιφερόμενα ἀκριβῶς ἡγώμεθα, μὴ φοβεῖσθαι; μὴ ἀγωνιᾶν; Nam conduplicata interrogatio acriorem facit orationem. — Veterem distinguendae orationis rationem tenuere edd. Gen. & Col. nec non Cant. & Lond. anon. nisi quod hi post Τί οὖν punctum interrogandi posuerunt. Commodiorem rationem tacite iniit Vptonus, quam eamdem nos tenuimus; eamdem vero etiam ante Vptonum diserte commendaverat Salmasius.

Vers. 13. Κύριε, ὁ Θεός. „Nota loquendi formulam, Christianis haud ignotam. Vide supra, II. 7, 12." VPTON.

Ibid. πῶς μὴ ἀγωνιῶ. „Noster codex in marg. ἵνα, ὅπως. Et recte: Κύριε ὁ Θεός, ὅπως μὴ ἀγωνιῶ; *Domine Deus, fieri potest ut ego non angar?* vel, *erit ut ego non sim in angore?* Sic eleganter Graeci utuntur; quos imitati sunt Latini. Horat. lib. I. Epist. 12.

— — Non est ut *copia major*
ab Iove donari possit tibi. — —

Non est ut, οὐκ ἔστ' ὅπως." IDEM, *in Not. & in Addendis.* — Mihi satis placuit vulgata scriptura, quam tuentur loca huic parallela, I. 15, 5. & IV. 10, 10.

Ibid. εὔχου νῦν καθήμενος. „Sic Virgilius: *Melior via Deos sed & omina poscens.* Ironice autem Epictetus: aliter interrogative legendum." VPTON. — Vtique ironice, nam interrogative accipi imperativus εὔχου non potest: εὔχῃ oporteret. Quod autem καθήμενος dicit, ignaviam & socordiam notat hominis, qui a Deo sibi praestitum id cupit, quod suo labore ipse efficere poterat debebatque.

Vers. 14. ἔτι ζητεῖς. Perperam ἐπιζητεῖς pb.

Vers. 15. δότε μοι ἕνα, ᾧ μέλει &c. „Eandem loquendi formulam vide mox vs. 17. ἕνα μοι δότε, ἵνα ἴδω τοῦτον, & cap. 17, 29. δότε μοι ἕνα νέον." VPTON. Similiter Seneca, Epist. 37. *Neminem mihi dabis, qui* &c.

Ibid. πῶς τι ποιήσει. Sic recte pc. & pb. a prima manu. ποιήσῃ edd. cum pa. & pb. a sec. manu.

Ibid. Τίς, περικαπῶν, τῆς ἐνεργείας τῆς αὐτοῦ. „Haec omnia, quae desunt in reliquis libris, ex nostro codice supplevi." VPTON. Nihil hic juvaturi erant nostri codd. De re confer II. 21, 19.

Ibid.

Ibid. περὶ οὗ βουλόμεθα. Perperam βούλεται pa.

Vers. 16. οὐκ ἐφίστανει οὐδὲ τί εἶπε. Ante Vptonum οὐδέτι (sic) edebatur. Vbi: „Lego οὐδὲ τί εἶπε." WOLFIVS. „Legit Salmasius, οὐδὲν ὅ τι εἶπε. Forsan οὐδ' ὅ τι εἶπε." VPTON. In contextu Vptoni sic erat scriptum οὐδέ τι, & sic in pabc. Ego Wolfii rationem secutus sum.

Vers. 17. Τίς ἡμῶν τοῦτου ἕνεκα. „Noster codex ὑμῶν, atque ita in versu [lin.] sequente." VPTON. Sed mox omnes τετρίμμεθα, & μελετῶμεν &c. in prima persona: & amat ita loqui Epictetus, ubi socordiam aut aliud vitium auditoribus suis exprobrat, partem veluti culpae in se suscipiens. Noftri codd. ἡμῶν dant, ut editi.

Ibid. Τίς ἡμῶν [οὐκ] ἐνεκοιμήθη ὑπὲρ ἐναργείας. Particulam οὐκ, quam agnoscunt vulgo omnes, uncis inclusi cum Vptono, ut suspectam. — „Οὐκ redundare videtur. *Quis noftrûm ob actionem indormiit?* scilicet, *in aede oraculi.* Fuerunt enim loca, ubi oracula per somnia reddebantur: ut in antro Trophonii, in aede Aesculapii, & fortassis alibi." WOLFIVS. „Hunc ad morem in templis dormiendi ad captanda somnia alludit Virgilius, Aen. VII. 86.

— — — — Huc dona sacerdos
contulit, & caesarum ovium sub nocte silenti
pellibus incubuit stratis, somnosque petivit."

VPTON. — Sic etiam SALMASIVS ad h. l. adnotaverat: *ἐγκοιμᾶσθαι* dicuntur, qui *per somnia Deos consulunt.*" — Ne quid tamen dissimulem, vereor ne longius petita sit ista interpretatio, &, servata particula negante, sic fuerint vertenda ista verba: *Quis est noftrûm, qui actionum suarum causſa non dormierit securus?* Sic, in versione quidem, ipse etiam Wolfius: *Quis noftrûm actioni ſuae non indormiit?* Pro οὐκ ἐνεκοιμήθη, habet οὐκ ἐνεδυμήθη pb.

Ibid. Τίς; ἵνα μοι δότε. „*Quis? unum mihi date.* Dubium est, an post τίς membrum aliud desit. Nam & sic sententia bene se habet." WOLFIVS. Pro δότε, dat hic habet pa. sed δότε in marg. cf. supra vs. 15.

Vers. 18. περὶ μὲν τὰς ὕλας τετρίμμεθα, *in materiis quidem exercitati ſumus.* Mors, verbi causſa, & exsilium (vers. 19.) sunt materiae. In his exercitati sumus; nempe μέχρι λόγου, ut sciamus, quid de illis statuen-

ſtatuendum, quid faciendum: ſed ut recte de iis ipſi ſentiamus, ut recte agamus, ad hoc non ſumus exercitati, id nunquam curae nobis fuit.

Ibid. ἀσχήμονες. Perperam εὐσχήμονες Ven. & Baſ. quod in ἀσχήμονες mutandum monuit Wolfius; idque receptum in edd. Gen. Col. & ſqq. & erat etiam in ora ed. Salmant. Eamdem vero lectionem dedit codex Vptoni, & conſentiunt noſtri tres. In vocab. ἀπαλλάτταροι, quod mox ſequitur, quod ſaepe aliàs mutilarunt librarii, hoc loco conſentiunt libri ad unum omnes.

Ibid. ὅλοι ἀτυχήματα. „*Tati fruſtrationes:* hoc eſt, votorum perpetuo ſumus impotes." WOLFIVS. Vptonus vertit: *calamitates quanti quanti ſumus.* Nos: *quanti quanti ſumus, ſcelera.* Vide I. 9, 7. & ibi Not.

Verſ. 19. ἀλλὰ τὸν Φόβον. „Supra, II. 1, 13. dixerat, οὐ γὰρ θάνατος φοβερὸν, ἀλλὰ τὸ φοβεῖσθαι θάνατον. Vide etiam I. 27, 10. & III. 26, 38." VPTON.

Verſ. 20. κατάγλωσσοι. κατάσχολοι pc. in contextu; ſed in ora πρ'. κατάγλωσσοι.

Ibid. ναναγοὺς acute ſcripſi cum pac. ut volebat uſus. Perperam νανάγους edd. cum ph.

Verſ. 21. ὑπὸ τῆς ἀμελειτάλας προσεπιπροσέσαμεν ἀεί τινα. Vulgo omnes ἐπὶ τῆς ἀμ. quod ferri nullo modo poſſe putavi, & in ὑπὸ mutavi. Non ita confidens WOLFIVS: „Malim (inquit) ὑπὸ, *prae incogitantia, quia iſta meditati non ſumus.*" — Haud raro inter ſe permutatas iſtas duas praepoſitiones videre licet librariorum errore, quem paſſim ad Polybium notavimus.

Verſ. 22. ὅταν πλέῃ. Sic ſcripſi ex trium noſtrorum codicum conſenſu. ὅτε edd.

Ibid. ἢ τὸ πέλαγος περιβλεψάμενος. Conjunxi haec, ut ratio ſuadebat, monebatque Vptonus in Notis, cum omnes vulgo ναυκόψας εἰς τὸν βυθὸν ἢ τὸ πέλαγος junxiſſent, & interjecto commate a περιβλεψάμενος ſeparaſſent. Totum locum in eisdem Notis ſic convertit idem VPTON: „*Exempli gratia ego, cum navigo, deorſum adſpiciens in profundum, aut pelagus circumſpicius, ac terram nusquam proſpicius, extra me ſum, &c.*"

Ibid. καὶ φανταζόμενος — — οὐκ ἐπέρχεταί μοι. Poteſt eſſe ἀναπόλουθον. Verum conſtructio poſtulat φανταζομένῳ, vel ἐξίσταμαι φανταζόμενος — — — καὶ

— — καὶ οὐκ ἀνέρχεται." WOLFIUS. — Nota ἀναπλήρωσιν. Vide ad I. 7, 20." VPTON. — Præter rem ab Vptono, Wolfiogue ἀναπαλαίωσιν ſermonis ſtatui I. 7, 20. monuimus in Adnot. ad illum locum. Adde quæ ad II. 2, 23. dicta ſunt. At hoc loco, ubi inter φανταζόμενος & οὐκ ἀνέρχεταί μοι compluſcula quædam verba intercedunt, nil magnopere inuſitati habet iſtiusmodi negligentia ἀκριβείας, in ſubito præſertim & familiari ſermone. Neſcio vero, quid voluerit debueritve codex noſter pc. quod γυναγήσως, pro γυναγήσω, ſcripſit; niſi prorſus temere id factum. Nam ſi debuiſſe eum ſtatuas γυναγήσω, ὡς οὐκ ἀνέρχεταί μοι, deſiderabitur verbum finitum in phraſi præcedente.

Ibid. τὸ πέλαγος τοῦτο. Caret τοῦτο pc. qua voce ægre ego caream.

Ibid. Τί οὖν μα ταράσσει; „Confer Enchir. c. 5." VPTON. τίς οὖν pa. minus commode; & ultima etiam litera ς puncto inferne notatur ut ſuſpecta.

Verſ. 23. ὅταν σεισμὸς γένηται. *ingruente terræ motu.* „Quales Nicopoli frequentes erant: vide ſupra, II. 6, 20." VPTON.

Ibid. Φαντάζομαι ὅτι — — μέλλει. Verbum φαντ. in fine ponit pa. ὅτι — — μέλλει φαντάζομαι.

Ibid. ἀρκεῖ μοι μικρὸν λιθ. Pronomen μοὶ, cum abeſſet vulgo, extruſum a ſequenti ſyllaba μι in μικρὸν, adjeci. ex pc. quamquam utique haud valde deſiderabatur. Mox, pro βάλλῃ, habet βάλλει idem pc. rectius fortaſſe, quia præcedit præſens ἀρκεῖ.

Verſ. 24. ἀπαλλαττόμενον τῶν συνήθων καὶ ἑτέρων καὶ τόκων καὶ συναναστροφῆς. Vocab. συνήθων adjective accipiendum putavi, & ad tria ſubſtantiva, quæ ſequuntur, ex communi referendum. Vulgo ſubſtantive acceperunt. Conf. vſ. 27. Nil variant libri; niſi quod comma, quod olim cum pa. ponebant poſt ἑτέρων, deeſt in pbc.

Verſ. 26. ἀξιῶ· ἀξιοῦμεν pc. non male.

Verſ. 27. Ἀπὸ δὲ τὸν ἄνθρωπον ὅλην τὴν ἡμέραν. ὅλων Ven. & Salmant. ὅλον Baſ. Gen. Col. ὅλην legendum monuit Wolf. & habet hoc Salmant. in ora, & in textum receperunt Cant. Lond. anon. & Vpt. ſuffragante codice Vptoni. Sic vero & noſtri pabc.

Ibid. μηθ' ἑτέρου. καθ' ἑτέρου Cant. operarum errore, in Vptonianum contextum propagato. Sed corrigere Vptonus juſſit in Notis. Perperam μηθ' ἑτέρῳ pc.

Ibid.

Ibid. τῷ σώματι τῷ αὐτοῦ. αὐτοῦ pb. — *Vers.* 28. Τίς δ' ὁ νόμος. Sic scripsi cum nostris pbc. Vulgo Τί δ' ὁ νόμος; quod & ipsum quidem ferri poterat, intelligendo verbo κελεύει, aut alio simili.

Ibid. τὰ ἴδια τηρεῖν, &c. „Vide IV. 3, 10.“ VPTON.

Ibid. διδομένους μὲν χρῆσθαι. „Conf. I. 1, 27. Mox, pro μὴ διδόμενα, habet noster codex μὴ διδομένοις.“ IDEM. Sic & pb. in contextu, μὴ διδομένοις, male. Superne vero ab alia manu notatur διδομένων, quod ferri utcumque posset. At in μὴ διδόμενα consentiunt pac. cum edd.

Ibid. ἀποδιδόναι εὐλύτως καὶ αὐτόθεν, χάριν εἰδότα &c. Sic conjungenda ista putavi; *reddere prompte & e vestigio, vel expedite & sponte.* Conf. Not. ad Epist. ad L. Gell. vs. 3. Post ἀποδιδόναι punctum interposuerant Ven. Bas. Gen. Col. εὐλύτως καὶ αὐτόθεν cum sequentibus verbis jungentes. Sed ἀποδιδόναι εὐλύτως, καὶ αὐτόθεν, χάριν εἰδότα Cant. Lond. anon. & Vpt. Sic & vertit Vptonus cum Wolfio: *restituere expedite, & statim habere gratiam.* Noster cod. pa. omnia ista continuo tenore absque distinctione scripsit. Pbc. vero sic, ἀποδιδόναι εὐλύτως καὶ αὐτόθεν, χάριν εἰδότα &c. prorsus ut nos legimus. Quod praecedit, ἀφαιρουμένου τινός, activa notione acceperunt Wolf. & Vptonus, *cum quis eripit;* ego passive, *si quid eripitur,* (nempe homini, vel nobis,) *reddere illud* (scil. Deo qui dederat;) &c.

Ibid. χάριν εἰδότα οὗ ἐχρήσατο χρόνου. Vptonus cum Wolfio, *habere gratiam pro eo tempore quo utenda dedit.* At *utenda dedit* Graece est ἔχρησε: ἐχρήσατο vero, *commodato accepergt, usus erat;* quemadmodum & modo praecessit ἀφομένους χρῆσθαι.

Ibid. οὐ θέλεις με καλέσειν σὴν τίτθην καὶ μάμμην. Ante Vptonum edd. omnes μὴ καλεῖν, consentientibus mss. Hinc SCHOLIVS: „Lege μὴ, *Visne me accersere nutricem?*“ Sed SHAFTESBURIENSIS, referente Vptono: „Lege μὴ καλέσειν, ut infra in hoc cap. [vs. 20.] κλάσειν μάμμας, & supra [vs. 26.] ὅταν κλάσειν. Sic etiam vetus Interpres, [Schegkius] qui verbum *implorare.*“ — Shaftesburiensi obsecutus Vptonus κλάσειν in contextum recepit: quod & ego tenui, nisi quod vocalem iota subscripsi. Nempe cum κλάσειν olim scriptum fuisset, non κλάσειν, quod idem valet ac κλάσειν, temere illud

illud in καλεῖν mutarunt: librarii. Mox verſ. ſq. rurſus πλέονος, pro πλέονος (i. e. πλείονος) dabant veteres libri; & πλέονα; pro πλέονα, vb 96. & πλέοσι vſ. 39. & paſſim. καταπλέειν, pro καταπλεῖν. Conf. I. 9, 19. not. & III. 24, 5. n. Adde I. 28, 24. I. 29, 35 & 65. II. 6, 16. &c. Ad iſta autem verba, εἰ θέλεις μὴ πλεῖν, intelligi puto αὐτὸν, niſi velis eum plorare, niſi velis ut ploret homo, vel ut ploremus. vide ad vſ. ſeq.

Vſ. 29. Τί γὰρ διαφέρει, τίνος ἧττον ἐστὶ, καὶ ἐπὶ τίνος κρέμαται. „τίνος ἧττον εἶ, & ἐπὶ τίνος κρέμαμαι, pro ἐστὶ & κρέμαται, legendum puto.“ WOLFIVS. At quod in verbis proxime ſequentibus ſecunda utitur perſona, non idcirco neceſſe erat, ut hic pariter ſecunda perſona adhiberetur. Tertia paulo ante uſus erat, ἐχρήσατο; & ad μὴ πλεῖν, ut modo monui, αὐτὸν intelligendum eſt, in tertia pariter perſona.

Ibid. Τί κρεῖττον εἶ τοῦ διὰ κοράσιον πλαίοντος, εἰ διὰ γυμνασίδιον, καὶ στωΐδια — — παιδᾶς. πλαίοντος, ex vett. editt. revocavi; in quibus quidem jota deſideratur ſubſcriptum; & cum his faciunt ſcripti libri. Sua auctoritate editor Cantabr. πλαίοντος ſcripſit, quod tenuere Lond. anon. & Vpton. cf. Not. ad vſ. præc. Pro εἰ διὰ γυμνασ, vulgo omnes dant ἢ διὰ γυμνασίδιον; quod in contextu tenens Vptonus, interrogandi ſignum, poſt γυμνασίδιον poſuit, & ſic etiam vertit; *aut, ob, gymnaſium?* nullo interrogationis ſigno poſt πενθεῖς poſito. Perſpecte vero WOLFIVS: „Lege εἰ διὰ (inquit) per *ei* diphthongum: nam unius literæ permutatio totam ſententiam pervertit & obſcurat. Quia de infante, & nutrice locutus eſt, κοράσιον verti *puparn:* etſi ad *Achillem* quoque, *Briſeidis raptum deplorantem*, referri poteſt, quo philoſophum graviorem & conſtantiorem eſſe vult. Eum enim deridet, qui *conſuetum gymnaſium & adoleſcentulos auditores* [*condiſcipulos* equidem putabam, & colluſores. vide ad vſ. ſeq.] *gravate relinquit.*“ — Tum vero VPTONVS: „Ante γυμνάσιδιον deeſt διὰ in noſtro codice; &, στωΐδια, cod. Ven. Salmant. & Ms. Pariſ. habent στωΐδια. Sed potius lego: Τί κρεῖττον εἶ τοῦ διὰ κορύσιον πλαίοντος, εἰ διὰ γυμνασίδιον καὶ στωΐδια καὶ γυμνασκάρια καὶ τοιαύτην διατριβὴν πενθεῖς; *Ecqua re melior es eo qui ob puellulam plorat, ſi ob gymnaſium & porticus & adoleſcentulos & ejuſmodi congreſſus luges?*“ — στωΐδια Baſileenſis etiam

iam edidit habet cum Ven. neque aliter Parisini codices omnes. *στυλίδα* temere Gen. Col. Cant. Lond. anon. & Vpt. *διὰ* ante *γυμνου*. recte habet pc. cum edd. Sed carent pab. cum Vptoni codice. In mendosum *ἤ*, pro *εἰ*, cum vulgatis consentit noster pa. & pb. in contextu, sed in hoc superne scriptum *εἰ*, a recentiori quidem manu. At veri vestigia in ipso contextu servavit pc. *εἴ* scribens, hoc uno peccans quod accentum imposuit.

Vers. 30. *Ἄλλος ἐλθών.* „Subaudi *λέγει* post *ἐλθών*, *alius adveniens dicit*; aut *παρῆλθε*, nam praecedit *παρῆν*. Noster codex in margine, pro *ἐλθών*, *ἴσως παρῆν*: &, pro *τίνων μέλλει*, *τίνει* exhibet.“ VPTON. Putabam, *ἐλθὼν* referri ad auditorem recens advenientem; cum vs. praec. de eo dixisset, qui scholae valedicit. Incommodat tamen, quod *Marcia aqua*, quam mox nominat, Romae erat, non Nicopoli. *τίνων μέλλει* perperam dabant ed. Ven. & Bas. Recte *τίνων μέλλει* edd. posteriores cum pas. *τίνει* vero absque *μέλλει* pb. cum Vptoni codice. Ad *ἄλλος ἐλθὼν*, in ora pc. notatur a prima manu, *ἴσως ἐλεύσει* (*λέγει* voluit) *παρῆν*.

Ibid. *τὸ τῆς Δίρκης ὕδωρ.* „*Dirce*, fluvius [Boeotiae] in Ismenum delabens: *καθαρῷ καὶ ἡδεῖ ῥέουσα ὕδατι*, verba sunt Aeliani lib. XII. c. 57. Euripid. Herc. Fur. vs. 573. *Δίρκης τε νᾶμα λευκόν.* & vers. 784. *καλλιῤῥόου*. & in Phoeniss. vs. 648. *καλλιστόταμος* vocat.“ VPTON.

Ibid. *Τὸ γὰρ Μάρκιον.* „*Marcia aqua*, olim Aufeia dicta, ab Anco Marcio Romam ducta. Plin. lib. XXXI. c. 3. [s. 24.]“ WOLFIVS. De eadem *Marcia aqua* conferi, si lubet, scriptores ab Harduino ad Plinium laudatos.

Ibid. *ἔστιν οὖν σύνηθες.* Caret *οὖν* pa.

Vers. 31. *ἂν μὲν καὶ τούτῳ προσπαθῇς.* Vulgo omnes *ἂν μὲν τοιούτῳ προσπαθῇς.* Quo referuntur quae ad h. l. notarunt Interpretes. „*προσπάθῃς* lege: nisi forte *προσπαθεῖ* pro *προσπάσχει* usurpari.“ WOLFIVS. — „Pro *τοιούτῳ* lege *τούτῳ*: atque ita Wolfius in versione.“ VPTON. Mihi ex *καὶ τούτῳ* detortum *τοιούτῳ* visum erat, quod vel invitis libris recepi. De verbo *προσπάσχειν* & *προσπαθεῖν* Indicem vide.

Ibid. *κλαῖε.* In hanc scripturam nunc consentiunt omnes. cf. ad vs. 28.

Ibid.

Ibid. Θερμάς τε τὰς Νέρωνος, Μάρκιον δ' ὕδωρ. „Verſus Euripideo ſimilis, & ad ipſius imitationem compoſitus, idque ex tempore. Sed peccat in leges metricas; nam loco quarto ſpondæum poſuit.“ VPTON. Pro Μάρκιον δ', quod recte cum pb. habet edit. Baſ. & ſequentes, eſt Μάρκιός δ' in ed. Ven. & in codd. pac.

Ibid. πράγματα τὰ τυγχάνοντ' ἀμπέσῃ. Abeſt vulgo artic. τὰ, quem inſerendum omnino putavi, abſorptum a terminatione vocis præcedentis. Ad vulgatam lectionem notavit WOLFIVS: Vſitatius dici videretur, πράγματ' ἀμπεσούμενα τυγχάνῃ.“ — VPTONVS: „Forſan pro τυγχάνοντ' legendum τύχοντ' ἀμπ.“ — Vtique vero τὰ τυχόντα malim; nam vix alibi usquam τὰ τυγχάνοντα eadem notione ac τὰ τυχόντα uſurpatum inveniet. Sed utut ſit, articulus adjici debuit; niſi Wolfii potior videatur emendatio. Scripti libri a vulgatis hic nil diſcedunt.

Ibid. 32. καὶ τὴν ἀπρόπτωσιν. Caret καὶ pc. male.

Ibid. πρεῖττόν τι ἔχεις ἢ μεῖζον ἰδεῖν &c. „Vide III. 13, 15. III. 22, 22. Vide etiam Menandri verſus ſupra laudatos ad II. 14, 23.“ VPTON.

Ibid. τῆς θαλάσσης. καὶ τῆς θαλάσσης pb. Sed conjunctiva particula facile caremus.

Verſ. 33. Εἰ δὲ δὴ παρακολουθεῖς τῷ διοικοῦντι τὰ Ὅλα. Editio Ven. εἰ δὲ δεῖ παρακολουθεῖς. Quo refertur WOLFII nota: „δὴ conjunctio reponenda.“ Editio Baſ. Salmant. & ſequentes omnes usque ad Vptonum: εἰ δὲ δεῖ παρακολουθεῖν. Quam lectionem defendit SHAFTESBVRIENSIS, vertitque, *Quod ſi potes*, vel, *quodſi tibi pro officio eſt, ſequi gubernatorem in adminiſtratione Vniverſi*, vel, *mentem gubernatoris aſſequi in adminiſtratione.* Vptoni codex & ms. Pariſ. confirmarunt Wolfii emendationem, quam in contextum Vptonus recepit. Plane εἰ δὲ δὴ παρακολουθεῖς dant pac. & εἰ δὲ παρακολουθεῖς pb. omiſſa δὴ particula.

Ibid. κἀκεῖνον ἐν σαυτῷ περιφέρεις. „Pro ἐν ταυτῷ [quod eſt in ed. Ven.] legendum fortaſſis ἐν σαυτῷ, *in te ipſo.* Alludit opinor ad illud, ὅτι ὁ ἄνθρωπος μικρόκοσμος.“ WOLFIVS. — „ἐν σαυτῷ. Ita noſter codex, & omnes libri quos conſului, excepto uno cod. Ven. qui corrupte legit ἐν ταυτῷ. De ſenſu autem loci, confer II. 8, 12. I. 14, 14.“ VPTON. In σαυτῷ conſentiunt pabc. & ſic ed. Baſ. & ſeqq. Perperam vero idem

Vptonus in verbo *περιφέρεις* periodum claudit, adpoſito puncto: in quo temere ſecutus eſt editorem Cantab. & Lond. anon. quibus ipſis Wolfius præiverat, in hoc convertendo loco parum feliciter verſatus: *Quod ſi rem vere intelligas*, (ſic ille) *etiam univerſitatis gubernatórem circumfers in temet ipſo.* Vptonus: *Quod ſi gubernatorem in adminiſtratione Univerſi ratione aſſequaris, eum etiam in temet ipſo circumfers.* Tum, veluti novo ſumto initio: *Adhuc deſideras lapillos &c.* Recte veteres editiones, nudum comma poſt *περιφέρεις* ponentes, verba iſta, *ἔτι ποθεῖς* & quae ſequuntur, ſuperioribus reſpondentia faciunt.

Ibid. ἔτι ποθεῖς λιθάρια καὶ πέτραν κορυφήν; „Ad locum quendam poëtae neſcio cujus, vel forſan ſophiſtae, videtur alludere Epictetus. Forſan Menandri; nam paulo ſupra ad Menandri verſus reſpexit.“ VPTON. Mihi haec verba reſpicere viſa ſunt ad ea, quae verſ. 32. relata ſunt: *πότε οὖν Ἀθῆναι πάλιν ὄψονται, καὶ τὴν εὐρύχωλιν.* Et *λιθάρια* intelligo *marmora*, quibus templa & aedificia publica nitebant Athenis, *πέτραν κορυφὴν* vero *arcem Athenienſem* intelligo.

Ibid. τὰ παιδία. τὰ παιδάρια pa. in context. ſed *παιδία* in ora.

Verſ. 34. ἐξὸν τὰ ὄντα ἐπιγράφειν. ἐξὸν non tam *quam poſſes* vertendum h. l. videtur, quam *quum deceret*; ſicut *παρὸν* apud Polyb. IV. 27, 4. ubi vide quae notavimus. Pro *ἐπιγράφειν*, perperam *ἐπιφέρειν* habet pc. in contextu; ſed in ora, *γρ. ἐπιγράφειν.*

Ibid. Εἰσαγωγὰς ἔτραξά τινας. „*Πράττειν εἰσαγωγάς*, pro *συγγράφειν* vel *συντιθέναι* poſitum exiſtimo. Etſi autem Arriani noſtri ea fuit eloquentia, ut *ὁ νεώτερος Ξενοφῶν* appellaretur; tamen Epicteti, quam ſua, dictione uti ſe maluiſſe profitetur. Epictetus autem rerum quam verborum ſtudioſior, ſe ab Rhetore ut indiſertum fuiſſe contemtum, non diſſimulat.“ WOLFIVS. — „*ἔτραξα*, *legi*, non *feci*. Sic *τράττεσθαι* Graeci uſurpant. Vide infra, [II. 17, 27.] *ὅτι συλλογισμοὺς ἔτραξας μεταπίπτουσας.*“ SALMASIVS. — „Sed tamen ita dicimus vernacula lingua, *I made ſome Kind of Introductions.*“ Pro *τοῦ γάρ μοι*, legit Meibomius *τοῦ γάρ σοι*, recte ut videtur. Nunc videamus locum integrum: *Τί σαυτὸν φιλόσοφον ἐπέγραφες, ἐξὸν τὰ ὄντα ἐπιγράφειν, Ὅτι εἰσαγωγὰς ἔτραξά τινας, καὶ Χρυσίπ-*

πεια

τινὰ ἀνέγνων, Φιλοσόφου δ' οὐδὲ θύραν παρῆλθον; Ποῦ γάρ σοι, κ. τ. λ. Sic de Græco Anglice reddidi: *Why haſt thou given thyſelf the title of a Philoſopher, when thou ſhouldſt ſpeak of things as they really are: I have (thou may'ſt ſay) made ſome Kinds of introductions, and read over Chryſippus, nor have I even paſt by the door of a Philoſopher? For whence ſhouldſt thou attain a matter of ſuch importance, as Socrates attain'd,* &c.[a] VPTON.

Eadem phraſi, εἰσαγωγὴν πράττειν, jam ſupra uſus eſt philoſophus noſter, I. 29, 23. Erat vocabulum Dialecticis maxime proprium, Εἰσαγωγαὶ, quo deſignabant *breves commentariolos quibus artis ſuæ elementa tradebant*, quas hodieque *Introductiones*, & *doctrinæ Compendia*, & *Elementa* adpellamus. A. Gellius XVI. 8. *Quum in diſciplinas Dialecticas induci atque imbui vellemus, neceſſum fuit adire atque cognoſcere quas vocant Dialectici* εἰσαγωγάς. &c. Quo e genere *Porphyrii Iſagoge in quinque Voces* ad noſtram etiam ætatem pervenit. Verbum πράττειν generali quadam neque ea inuſitata notione accipio, pro *tractare, pertractare, operam dare.*

Ibid. Φιλοσόφου δ' οὐδὲ θύραν παρῆλθον. Vptonus cum Wolfio, *philoſophi autem ne januam quidem præteriiſſe.* Et conferre Vptonus jubet IV. 1, 177. ubi ait: Θυράπασσον, ἀντὶ γέροντος πλουσίου, Φιλόσοφον· περὶ θύρας ὄφθητι τὰς τούτου. Nempe *colere & frequentare philoſophum*, eſt περὶ θύρας Φιλοσόφου ὀφθῆναι, vel ἐπὶ τὰς Φιλοσόφου θύρας φοιτᾶν, ut ait Aelianus Var. Hiſt. XII. 21. citatus ab Vptono in Ind. ad voc. θύρα. Hic homo, quem nunc Epictetus dicit, dialecticas quidem tractaverat ſubtilitates, ſed Philoſophiæ vere nominatæ ſtudium quod adtinet, tantum abfuerat ut *Philoſophi fores frequentaret*, ut ne ex aliquo quidem intervallo accedere, aut vel *præterire præter Philoſophi fores* dignaretur. In eamdem ſententiam planis verbis II. 17, 27. ait, μέχρι νῦν οὐδ' ἥψω τοῦ πράγματος.

Verſ. 35. Ποῦ γάρ μοι μέτεστι τούτου τοῦ πράγματος. Ποῦ γάρ σοι, quod conjectaverat Meibomius, placuit (ut modo vidimus) Vptono. Sed duobus modis defendi μοι poteſt: uno, ut temperandæ nonnihil exprobrationis cauſſa in prima perſona loquatur Epictetus, veluti ipſe cum altero participaret culpam, quod ſæpe

aliis eum facere obſervavimus; altero modo, qui magis convenire huic loco videtur, ut hæc hominis illius nomine, cum quo disputat Epictetus, dicta ab Epicteto intelligantur, jungenda cum iis quæ proxime præceſſerunt. *τοῦ μοι* habet pc. absque *γὰρ*. In *μοι* nil variant libri.

Ibid. οὐ Διογένει μετῆν. Nihil muto: ſed vide an *ἢ οὐ Διογ.* ſcripſerit Arrianus, ut particula *ἢ* abſorpta ſit a vocali *ι*, in quam deſinit vox præcedens.

Verſ. 36. *πλείονα* ſcripſi, cum *πλέονα* absque ſubſcripto jota dediſſent veteres editiones. Sua rurſus auctoritate *πλαίονα* ſcripſit Cantabrigienſis editor, quod tenuere Lond. anon. & Vpton. Vide ſupra ad vſ. 28. Et *πλαίονα* habet hic quidem etiam pa. ſed *πλείονα* pbc.

Ibid. τὴν δεῖνα. Corrupte *τὴν γεῖνα* ſola ed. Ven.

Ibid. οὐδ' ἐν Ἀθήναις ἔσεσθαι. „Vide Dion. Chryſoſt. Orat. VI. in initio.“ VPTON.

Verſ. 37. *ἐξελθεῖν τοῦ συμποσίου, καὶ μηκέτι παίζειν.* „Vide ſupra, I. 25, 18. II. 15, 6. Vita Sympoſium. confer Enchir. c. 15.“ VPTON. Pro *ὅταν θέλῃ ἐξελθεῖν*, inverſo verborum ordine ſcribit pc. *ἐξελθεῖν ὅταν θέλῃ.*

Ibid. μηκέτι παίζειν. *μὴ παίζειν* pb. minus commode.

Ibid. μένων. Perperam *μέλλων* pa. in context. ſed punctis inferne notatum, ut ſuſpectum; & in ora, *μένων.*

Ibid. οὐχὶ δ', ὡς παιδιᾷ, παραμένει μέχρις ἂν ψυχαγωγῆται. „Vertit Schegkius: *nec tantisper manet, dum ludicris illis delectatur.* Wolfius: *Non autem tanquam ludo intereſt, quoad eo delectatur?* At monente *Gatakero* ad M. Anton. lib. V. ſ. 29. legendum *ὡς παιδία, ut pueri;* qui ludum, quamdiu volupe eſt, protelant; ubi tædio cœperit, incidunt.“ VPTON. — Eam conjecturam, *ὡς παιδία*, invitis libris omnibus in contextum adoptavit hic Editor; quam ego, cum non modo non neceſſaria, ſed ne ſatis quidem commoda videretur, removendam, reſtituendamque conſentientem librorum ſcripturam putavi. De re, & de ipſo etiam vocab. confer I. 25, 7 ſqq.

Verſ. 38. *Ταχύ γ' ἂν ὁ τοιοῦτος ὑπομείναι &c.* Pro olim vulgato *οὗτος*, noſtro e cod. pc. *ὁ τοιοῦτος* adopta-

adoptavi; intellexique *hominem talem*, qualis ſuperius deſcriptus eſt, qui, quamquam philoſophi nomen ſibi ſumit, tamen ita puériliter ſentit. *Talis ſane homo* (æquo fortique animo, quemadmodum a philoſopho merito exſpectes) *tulerit ſcilicet, ſi ad perpetuum exſilium, aut ſi capitis fuerit condemnatus!* Vulgo quum ταχύ γ' ἂν οὗτος legerent omnes, quemadmodum vſ. præc. ἔτι οὗτος ἀνιᾶται, de eodem viro hæc nunc acceperunt, de quo proxime ante dictum eſt. Quæ verba Wolfius ita vertit: *Is ſcilicet exilium perpetuum ſuſtinebit, aut condemnationem ad necem*: non ſatis video qua ſententia, ſi ad eumdem virum hæc referuntur, de quo proximis verbis agitur. Wolfium ſecutus eſt Vptonus, niſi quod εἰς ἄπαυſα, *prorſus*, interpretatus eſt, quod Græce εἰς ἅπαν vel εἰσάπαν ſonat, non εἰς ἄπαυſα; ad quam formulam (ut recte Wolfius in Notis etiam monuit) intelligitur nomen χρόνους & opponitur *perpetuum exſilium* peregrinationi ſtudiorum cauſſa ſuſceptæ. Olim, priusquam ſcripturam ὁ τοιοῦτος cognoviſſem, cum & ipſe οὗτος tenerem, & ad eum, de quo proxime ante dictum, referrem, formulam ταχύ γε ut ſerio & poſitive (ut aiunt) dictam acceperam, & totam ſententiam latine ſic reddideram: *Facile ſane hic patiatur, ſi vel ſempiterno exſilio mulctetur, vel capitis etiam condemnetur*: quam in partem a Germanico etiam Interprete acceptum hunc locum video. Sed nec ſatis commode hæc ſententia cum proxime præcedentibus cohærere videtur, & (quod præcipue tenendum) formula ταχύ γε non aliter fere uſurpari ſolet, quam qua ratione & ſupra expoſitum eſt, & in verſione noſtra expreſſum. Conf. III. 22, 59. & ibi not. Pro ὑπερπέσαι, perperam ὑπερπεῖναι cum circumflexo ſcripſit ed. Baſ. cum pac. Recte ceteræ edd. cum pb. acutum habent accentum.

Ibid. In φυγεῖν nil variant libri. Videri poterat φυγὼν ſcribendum, ob ſequens participium καταμριθείς. Sed ferenda in hac præſertim ſcriptione ἀναπολουθία iſta viſa eſt. Poterit vero etiam infinitivus φυγεῖν ab ipſo verbo καταμριθείς pendere.

Verſ. 39. ἄπτεσθαι τροφῆς στερροτέρας. Sic auctor Epiſt. ad Hebræos, cap. 5, 14. τελείων δέ ἐστιν ἡ στερεὰ τροφή. Pro στερροτέρας h. l. στερρᾶς habet pb.

Ibid. πλέειν μάμμας καὶ τίτθας πλαίειν h. l. dabat ed. Ven. ut reliquae; sed πλάειν pabc. Conf. ad vs. 28.

Ibid. γραῶν ἀποκλαύματα. „Accipio ἃ ἀποκλαίονται αἱ γραῦς, quibus ploratibus aniculorum aures complentur." WOLFIVS. — „Duobus modis textus reſici poteſt: vel delendo γραῶν ἀποκλαύσματα, tanquam gloſſema: *Non vis jam ablactari, ut pueri, & cibum capeſſere ſolidiorem, neque plorare mammas & nutriculas? At illis diſcedens moleſtiam creabo.* Vel ponendo interrogationis notam poſt τίτθας; tum incipit reſpondens ille: — Γραῶν ἀποκλαύματα! ἀλλ' ἐυείνας κ. τ. λ. quaſi dixiſſet, *Hei mihi! Aniculatum ejulatus! at illis &c.*" VPTON. — Poſterior ratio, ab Vptono propoſita, frigidior; prior, violentior. In verſione idem interpres, cum Wolfio, *anilles nomenclaturas* poſuerat; tamquam eſſet ἀποκλήματα. Nil mutant libri.

Verſ. 40. ὅταρ καὶ σὰ, τὸ δόγμα. „Conf. Enchir. cap. 5. [c. 10. e recenſ. Wolf.]" VPTON. Deſunt verba τὸ δόγμα in pb.

Ibid. Τὸ σὸν ἔξελε. „Haec lectio eſt noſtri codicis: [& pb.] in aliis τὸ σὸν abeſt." VPTON.

Ibid. αὐτοὶ ἐξελεῦσιν, *ipſa abjicient.* αὐταὶ e conject. correxi. Vulgo omnes αὖ τε, edd. & mssti; quod cum per ſe minus gratum erat in hac connexione, tum incommode jungebatur cum ἐυείνων. Perperam ἔξελθε & ἐξελθεῖσιν pc.

Ibid. δι' αὐτὰς. δι' αὐτὰς ed. Vpt. cum pb.

Verſ. 41. τὸ λεγόμενον τοῦτο, Ἀποναίθητι ἤδη ὑπὲρ εὐροίας. „Ἀπόνοιαν hic intelligo, non *deſperationem* ignavam, ſed *audaciam inſignem* in rebus arduis expetendis." WOLFIVS. — „Eodem modo hoc verbo utitur M. Anton. lib. II. ſ. 2. ὦδε ἀπονοήθητι. Addit tamen Epictetus τὸ λεγόμενον τοῦτο. vide II. 15; 13. Ἄνθρωπε, (τὸ λεγόμενον τοῦτο) ἀπονοήθητι ἤδη ὑπὲρ εὐροίας. *Homo, jam tandem audax effitaris (ut ajunt) pro rerum curſu proſpero*, &c." VPTON. Rurſus IDEM in *Indice*: „Eſt in promptu emendatio, ἀπονοήθητι. Sed addit Epictetus, τὸ λεγόμενον. Anglice: *Man, be thou (if I may ſay ſo) a very Deſperado for the ſake of Philoſophy.*" — Apud M. Antonin. l. c. verum puto Gatakeri conjecturam; quae, ut bene vidit Vptonus, aliena

na est ab hoc loco. Proverbialiter dici, ἀπονοήθητι ὑπὲρ τούτου, indicat adjecta formula τὸ λεγόμενον τοῦτο. Sententia haud obscura; *objecta omni alia spe & cogitatione, in hoc unum incumbe; in hoc omnes nervos intende; pro hac veluti desperatus pugna.* Nam, ut Xenophon ait, (Hist. Græc. lib. VII. p. 504. ed. Bas.) proverbiale dictum & ipse (ut videtur) respiciens, ἔξεστι λέγειν ὡς τοῖς ἀπηνανεμμένοις οὐδεὶς ἂν ὑποσταίη. Eademque ratione τέλμμα γενναῖον, ἄξιον dicitur ἀπονενοημένου νεανίσκου, apud Lucian. in Lucio, cap. 23. T. II. p. 591 sq.

Ibid. ἐναντιωσόμεθα ποτε. Corrupte ἐναταιωσόμεθα ποτε pc.

Vers. 42. πρὸς τὸν Θεὸν. πρὸς τὸν οὐρανὸν pc. Sic omnes II. 17, 29. εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβλέπειν.

Ibid. σός εἰμι. *tuus sum.* Omnes vulgo ἴσος εἰμὶ. *æqualis sum*; scil. σοὶ, *tibi*. Quo refertur hæc Adnotatio: „Sic loquuntur Stoici. Seneca Epist. 91. *Dedit tibi illa, quæ si non deseruris*, par Deo *surges*. Et passim. M. Antonin. VIII. 2. Τὸ παρὰν ἔργον ἔχου νοερῶν καὶ κοινωνικοῦ καὶ ἰσονόμου ἰδέᾳ. Vide supra, I. 12, 27. Cicero de Leg. I. 8. *Virtus eadem in homine ac Deo est.* Seneca Epist. 71. p. 511. *Idem esse docebat Socrates veritatem & virtutem: quomodo illa non crescit, sic nec virtus quidem. Habet numeros suos: plena est.*" VPTON. Sane, *hominem Deo parem* sive *similem*, nonnumquam dixere Stoici, & ipse etiam Epictetus noster, I. 12, 26 sq. nempe ob mentis & rationis cum Deo communionem. At de ea re nunc non agitur; & quilibet attentior lector intelliget, non esse hujus loci illam sententiam. Alibi quidem, hominem adhuc quæsa ad optima quæque tendentem, sudaciori etiam formula utitur, σὺ θεὸς εἶ, *te deus es*; II. 17, 33. si modo ibi vera ista scriptura est. At, induci ab Epicteto probum hominem, ipsum de se hoc prædicantem, *Deo se parem* sive *similem esse*; atque hoc tum maxime prædicantem, cum Dei voluntati suam voluntatem penitus submissam subjectamque profitetur; id vero nullo modo probabile est. Quare ego quidem non modo sagacissimam, sed & necessariam & unice veram judicavi SALMASII emendationem, σός εἰμι, *tuus sum*, scribere jubentis. conf. III. 24, 88. Pari errore IV. 6, 15 in nostro cod. pc. οὖν ἴσον pro οὖν σὸν scribitur. Sed hoc loco alia etiam accedebat librariis creandi occasio,

Quemadmodum a terminatione vocis præcedentis sæpe absorptam initio sequentis vocis similem literam syllabamve videmus; sic vicissim subinde initio vocis sequentis temere repetitur litera vel syllaba eadem, aut similis ei, in quam desiit vox præcedens. Præcedebat vocula σοι. Itaque ex σοι σὸς, σοι ἴσος fecit librarius is, e cujus exemplo error iste in nostros codices est propagatus. Vulgatum tenent nostri pab. Temere prorsus ὅρον εἰμὶ scripsit pc.

Ibid. ὅπου θέλεις ἄγε. „Vide Enchir. cap. 52.“ VPTON.

Ibid. ἢν θέλεις ἐσθῆτα περίθες. „*Vestè me qua vestis induito.* Id est, seu me Stoicum seu Cynicum esse velis: nam Stoica dogmata a Cynicis tunica tantum distabant, ut ait Juvenalis. Stoici tunicam sub pallio gerebant: Cynici erant ἀχίτωνες, non tunicam gerebant, sed pallium duplicabant. Laërtius in vita Diog. περίβολα διπλώσας πρῶτος. De quo Horatius lib. I. epist. 17.

Contra, quem duplici panno patientia velat.“

VPTON. — Immo vero ex eis quæ continuo adjicit, intelligi par est, *vestem* nunc dici variam hominis *conditionem* servilem, herilem, conditionem privatam, aut magistratum majorem minoremve. cf. I. 24, 12. I. 29, 44 sqq. Scripsi autem ἢν θέλεις cum pbc. Et sic recte jam expresserat ed. Lond. anon. Corrupte ἢν θέλῃς pa. & ed. Ven. Bas. Gen. Col. Inde ἢν θέλῃς ed. Cant. & Vpt.

Ibid. ἄρχειν μὲ θέλεις, &c. Conf. III. 24, 86 sqq. IV. 1, 89 sq.

Vers. 43. ἐν βοὸς κοιλίᾳ καθήμενος. „*In ventre bovis sedens.* Nec hæc formula mihi unquam antehac lecta est. Fortassis ad Scytharum proverbium, τὸ ἐπὶ βύρσης καθέζεσθαι facete alludit. Sed haud scio an vasculum aliquod cunarum simile, an vero pulvinus coriaceus, an aliquid aliud intelligatur.“ WOLFIVS. „Hunc locum depravatum censeo, & pro ἐν κοιλίᾳ legendum ἐν γωνίᾳ, pro βοὸς, μόνος. Hoc modo: μόνος ἐν γωνίᾳ καθήμενος, *solus in angulo sedens.* Eadem locutionis formula sæpius utitur: I. 29, 36. καθήμενον ἐν γωνίᾳ. I. 29, 55. ἐν γωνίᾳ καθεζόμενοι. II. 13, 26. εἰς τὴν γωνίαν ἀπελθὼν κάθησο. & alibi.“ VPTON. Tum IDEM rursus *in Indice:* „Sed forsan nimis audax mea ibi est emen-

emendatio. Nam narrat Lucianus in Tóxari, [c. 47 sq. T. II. p. 553 sq.] Scythas olim (sic mos erat) sedisse supplicantes in tergore bovis mactati. Non dicit itaque Epictetus ἐπὶ βύρσης, sed, ridiculi gratia, ἐν βοὸς κοιλίᾳ. Sed lector suo semper utatur judicio. — Neutra ratio satis placet: nec tamen melius aliquid certiusve occurrit: nisi ex eo fortasse, quod apud Aegyptios non nunquam factum legimus, ut mortui hominis corpus εἰς ξυλίνην βοῦν κοίλην depositum conderetur, (Diodor. Sic. I. 85. Steph. Byz. in Βούσιρις. Herodot. II. 129. sqq.) suspicari liceat, in proverbium quodammodo cessisse hanc locutionem, ἐν βοὸς κοιλίᾳ καθῆσθαι, pro *in obscuro angulo* (velut in sarcophago vel sepulcro) *sese abscondere*. Sed viderint hoc quidem doctiores. Nisi forte nimis etiam docte tractatus hic locus ab interpretibus est, ut in longinquo quaesierimus quod in proximo situm erat. Sane ἐν βοὸς κοιλίᾳ καθήμενος, in qua phrasi nil variant libri, est, *bovis* vel *vaccae ventri adsidens, eique veluti sese insinuans*. μάμμη vero fortasse familiari Graecorum sermone non solum *matercula* dicebatur, sed & (ut Latinorum *mamma*) *ubera matris*, & *lac maternum quo nutriuntur parvuli*; unde μαμμᾶν αἰτῆσαι apud Aristoph. Nub. 1383. (al. 1386.) de infante dicitur, qui *cibum petit*, & Suidas in Μαμμίαν docet, pueruios μαμμᾶν, τὸ Φαγεῖν dicere. Quo & pertinet quod supra vs. 39. οὐ θέλεις ἤδη ἀπογαλακτισθῆναι Epictetus dixit. Itaque vide, ne nunc hoc plane dicat: *te veluti vitulus ventri bovis adfide, & mammam tuam exspecta*, (vel *excipe*) *dum ea te satiet*: nempe tantum abes, ut ad Deum ea ratione, qua dictum est, animum tuum erigas, eumque ducem, quocumque te vocaverit, sequi paratus sis.

Ibid. μέχρι σε scripsi cum pab. μέχρις σε edd. cum pc.

Vers. 44. Ὁ Ἡρακλῆς εἰ τοῖς ἐν οἴκῳ παρεκάθητο. Vulgo omnes ἐν οἴκοις. Hinc WOLFIVS: „Lego, Ἡρακλῆς δ' εἰ τοῖς μὲν οἴκοις." — Ac sane suspectum, & insolitatum, quoad quidem sciam, ἐν οἴκοις, pro οἴκοις vel ἐν οἴκῳ. Itaque ἐν οἴκῳ scripsi cum pb. In vulgatum quidem ἐν οἴκοις consentiunt pac. Adjecta vero particula δὲ nil est opus, quam & libri ignorant omnes.

Ibid. οὐχ Ἡρακλῆς. Sic edd. cum pa. commode. οὐχ Ἡρακλῆς pbc.

Ibid. συνήθεις ἔσχε καὶ Φίλους. Cum abeſſet olim particula καὶ, adjiciendam monuit Wolfius: & adjecit Vptonus, ſuffragante ipſius codice, cum quo facit noſter pb.

Ibid. οὐδὲν Φίλτερον. Poterat οὐδένα dicere; ſed in οὐδὲν conſentiunt pab. cum edd. Perperam οὐδὲ Φιλτ. pc.

Verſ. 45. οὐδὲ Θησεύς. οὐδὲ ὁ Θησεὺς pc. ſicut ſupra ὁ Ἡρακλῆς.

Ibid. ἵνα τὰ τῆς Ἀτ/ικῆς. ἵνα τῇ Ἀτ/ικῇς pb. in contextu, ſuperne vero τὴν Ἀτ/ικὴν, eadem manu.

Ibid. Προκρούστου καὶ Σκίρωνος. „*Procruſtes* & *Sciron*, latrones famoſiſſimi, qui Atticam infeſtarunt, & a Theſeo demum occiſi. Vide Plutarch. in vita Theſei; Hygin. Fab. XXXVIII. Ovid. [Heroid.] Ep. II. 69.

Cum fuerit lectus Sciron, torvusque Procruſtes.

Vide quoque Metamorph. lib. VII. 438 ſqq.“ VPTON.

Ibid. λύπην, Φόβον &c. „Majuſcula ſcribendae hae voces litera, nam προσωποποιοῦνται. Sic etiam apud Horat. ſcribendum *Curas laqueata circum tecta volantes.* &, *Poſt equitem ſedet atra Cura.*“ VPTON. Et ſic ille edidit, Λύπην, Φόβον, Ἐπιθυμίαν &c.

Verſ. 46. καθεσωμένον. Sic correxi. Vulgo καθεζωμένον edd. & mſti, neglecto augmento, quod tamen deſiderabat uſus. In pb. tamen vera ſcriptura interlineas adnotatur.

Verſ. 47. αἰμάζου καὶ στένων ἀκολουθήσεις τῷ ἰσχυροτέρῳ. Sic Enchir. c. 52. [c. 77. Wolf.]

— — — — ἢν δὲ μὴ θέλῃ,
κακὸς γενόμενος οὐδὲν ἧσσον ἕψομαι.

Seneca Quæſt. Nat. l. II. c. 59. *Quiſquis autem queritur, & plorat, & gemit, imperata facere vi cogitur, & invitus rapitur ad juſſa nihilo minus. Quæ autem dementia eſt, potius trahi, quam ſequi?* M. Anton. X. 28. Μένῃ τῷ λογικῷ ζώῳ δέδοται τὸ ἑκουσίως ἕπεσθαι τοῖς γινομένοις. τὸ δὲ ἕπεσθαι ψιλὸν, πᾶσιν ἀναγκαῖον.“ VPTON.

Ibid. μηδέποτ' εὑρεῖν δυνάμενος. „*Nunquam invenire queas.*“ Videtur Wolfius legiſſe εὑρεῖν. nec immerito. COMES SHAFTESBVRIENSIS. Hoc quidem loco, utrum teneas, perinde fere eſt. Infra, III. 14, 8. perperam codices εὑρεῖν dederant pro εὑρεῖν. Quodſi hic

hic *αὐρεῖν* offerret aliquis vetus liber, lubens acciperem. Sed noſtri quidem pab. vulgatum tenent; in pc. vero mendoſe *αὐραῖν* (ſic) ſcribitur, non *αὐρεῖν*.

CAPVT XVII.

TIT. *τοῖς ἐπὶ μέρους.* „Perperam in nonnullis editis deeſt *τοῖς*.“ VPTON. — Nempe in Gen. Col. Cant. & Lond. anon. Sed agnoſcunt ea mſti omnes. *τὰ ἐπὶ μέρους, res particulares, ſingulæ, ſingulares.*

Verſ. 1. *Τί πρῶτον — — Ἀποβαλεῖν οἴηται.* „Confer ſupra cap. 11. initio, & vide III. 14, 8.“ VPTON. Conf. Not. ad II. 11, 6.

Verſ. 3. *Μαθεῖν θέλουσας δὲ οὐκ οἰόμεθα εἰδέναι.* Ante Vptonum ignorabant edd. duo priora verba. Itaque ad *δὲ οὐκ οἰομ.* ait WOLFIVS: „Malim *ὦν*, ut repetatur *ἥνεκα*, vel *δι' ἃ*.“ — „Editio Salmant. * *ἃ*, & in marg. * *δοκεῖ λεῖπειν δι'*. At optime noſter codex reſtituit, inſerendo *Μαθεῖν θέλουσας*.“ VPTON. — Opportuna ſane loco male adfecto medicina, quam non præbituri erant noſtri libri.

Ibid. μαθεῖν θέλομεν, ὡς κομψὰ καὶ δριμέα, οἱ δ' ἵν' ἀπ' αὐτῶν περιποιήσωνται. „*οἱ δ' ἵν' ἀπ' αὐτῶν περιπ.* De philoſophis intelligi poteſt. *Vulgus*, inquit, *argutiis amat, philoſophi quæſtum.* Sed nihil vetat, quo minus etiam ad auditores referatur, qui eundem quæſtum ſibi proponant, ut faciunt Theologi, & aliarum artium profeſſores.“ WOLFIVS. „Noſter codex pro *οἵδ'* [ſic perperam Vptonus & alii vulgo omnes ſcripſerunt h. l. pro *οἱ δ'*] habet *οἰδ'*. [Sic & noſter pc.] Quæ lectio ſi amplectenda, *περιποιεῖν*, *lucrum facere*, in ſenſu philoſophico adhiberi exiſtimo, ut Horatianum illud.

Condo & compono quæ mox deprompſere poſſum:

Et ſic legendum: *ἃ γὰρ λαλοῦσιν οἱ Φιλόσοφοι, μαθεῖν θέλομεν, ὡς κομψὰ καὶ δριμέα· οὐδ' ἵν' ἀπ' αὐτῶν περιποιήσωμεν. Quæ enim loquuntur Philoſophi, diſcere volumus, utpote elegantia & acuta: non ut in rem noſtram vertamus.* Verumenimvero recepta lectio recte ſe habet, ſed male hic interpretes. Nam *οἱ δὲ* pro *τινὲς, quidam, nonnulli*, uſurpatur: & ſic Lucianus in Timone p. 63. *Οἱ δὲ καὶ αὐτῷ σοι τὰς χεῖρας Ὀλυμπιάσιν ἐνεβεβλήκασι. Nonnulli etiam tibi ipſi manus injecerunt in Olympiacis.* Vbi græcus Scholiaſtes: *Ὁμοίως ἡ σύνταξις ταύτη ἐν τῇ ἱερᾷ τοῦ Εὐαγγελίου Ματθαίου συγγρα-*

συγγράφῃ, τῇ· οἱ δὲ θέλουσιν. ἀνίσι γὰρ τοῦ τινὲς, τὸ οἱ δὲ καίτοι. Locus Matthaei eſt cap. 28. verſ. 17. Sic itaque nulla mutatione lege & interpretare: *ἃ γὰρ λαλοῦσιν οἱ Φιλόσοφοι, μαθεῖν θέλομεν, ὡς κομψὰ καὶ ἀκριβῆ· οἱ δ' ἵν' ἀπ' αὐτῶν περιποιήσωνται.* *Quae dicunt philoſophi, ea diſcere volumus, ut elegantia & acuta; nonnulli, ut quaeſtum inde faciant.*" VPTON. — Vtique *οἱ δὲ* ſubinde, ubi non praeceſſit *οἱ μὲν*, ſic uſurpatur, ut valeat *τινὲς*, *nonnulli:* quam in partem varia ex variis ſcriptoribus exempla citarunt docti viri ad Matth. 28, 17. Neque vero idcirco male Wolfius fecit, quod in verſione ſic poſuit: *alii, ut elegantia & acuta; alii, ut quaeſtum inde faciamus.* Nam ante *οἱ δὲ*, niſi expreſſum eſt, certe intelligitur *οἱ μὲν*. Et hoc quidem loco haud abſurde fortaſſe etiam aliquis ſuſpicatus fuerit, *οἱ μὲν ὡς κομψὰ* ſcripſiſſe Arrianum, duas autem priores voces a ſimili terminatione praecedentis verbi *θέλομεν* fuiſſe interceptas. Conf. Not. ad L. 18, 8.

Verſ. 5. *τὸ δ' ἐξαπατῶν.* Vel invitis libris ſic corrigendum putavi. Mendoſe vulgo *ἐξαπατεῦν*. At in veterum *ἐξαπατῶν* conſentiunt codices noſtri omnes.

Ibid. ὅπερ καὶ Θεόπ. „Sic noſter codex: alii *ὅτου.*" VPTON. *ὅπερ* recte noſter etiam pc.

Ibid. Θεόπομπον τὸν ῥήτορα. Theopompum oratorem. „Hic erat ille *Theopompus*, qui ſcripſit, ut ait Athenaeus lib. XI. p. 508. *κατὰ τῆς Πλάτωνος διατριβῆς.* De eo etiam Diogenes Laërtius in Antiſthenis vita, lib. VI. ſ. 14. *τοῦτον μόνον ἐκ πάντων Σωκρατικῶν Θεόπομπος ἐπαινεῖ. Hunc (Antiſthenem) ſolum ex omnibus Socraticis Theopompus laudat.*" VPTON. — Videtur *Theopompum* hunc, quem *oratorem* Epictetus adpellat, a celebri Hiſtoriarum ſcriptore, Theopompo Chio, diverſum ſtatuere Vptonus noſter, ſine cauſſa. Sane eum, qui *κατὰ τῆς Πλάτωνος διατριβῆς* ſcripſit, id eſt, ut ibi interpres habet, *de Inſtitutis & exercitationibus Platonis*, diſerte *Theopompum Chium* adpellat Athenaeus, nec ulla nota a Theopompo hiſtorico diſtinguit. Et quem Theopompum Laërtius ait laudaſſe Antiſthenem, is recte Menagio, ad eum locum, non alius ab hoc eodem Chio viſus erat. Et convenit quod eodem loco, quo ſupra, Athenaeus refert, Platoni exprobraſſe Theopompum, Antiſtheni eum ſubripuiſſe nonnulla dialogorum ſuorum argumenta. Recte vero *ῥήτορα* vel *oratorem* hunc adpellat Epictetus, qui praeclariſſimus inter Iſocratis oratoris diſci-

discipulos est habitus, & non modo oratorio stylo libros Historiarum scripsit, quibus etiam Ἱστορικοὺς λόγους titulum fecit, verum etiam ipse eloquentiae primas sibi vindicavit, & ἐπιδεικτικοὺς λόγους, diversos ab Historiarum libris, vicies mille versibus conscripsisse se ait, denique diserte gloriatus est, διότι οὐδείς ἐστι τόπος καλὸς τῶν Ἑλλήνων, οὐδὲ πόλις ἀξιόχρεως, εἰς οὓς αὐτὸς οὐκ ἐπιδημῶν, καὶ τὰς τῶν λόγων ἐπιδείξεις ποιούμενος, οὐχὶ μέγα πλέος καὶ ὑπόμνημα τῆς ἐν λόγοις αὐτοῦ κατέλιπεν ἀρετῆς. teste Photio in Bibl. cod. CLXXVI. p. 203 sq. edit. Hœsch.

Ibid. ὅπου καὶ Πλάτωνι ἐγκαλεῖ. Ferri hoc potest: *ubi* vel *quum Platonem etiam reprehendit.* Et consentiunt cum vulgatis nostri pab. At pc. ὡς που καὶ Πλάτωνα (sic) ἐγκαλεῖν. Quo vera, ni prorsus fallor, lectio continetur haec: ὡς που καὶ Πλάτωνι ἐγκαλεῖν, *id quod & Theopompum decepit, ut Platonem etiam reprehenderet.*

Ibid. ἐπὶ τῷ βούλεσθαι ἅπαντα ὁρίζεσθαι. Potest verbum ὁρίζεσθαι in medio genere positum intelligi, quod activam habeat notionem. Sic Vpt. cum Wolf. *quod definire omnia voluerit.* Ego commodius duxi passive accipere, *definiri.* Corrupte ὁρίγεσθαι, pro ὁρίζεσθαι, scribitur in pb.

Vers. 6. καινῶς φθεγξόμεθα τὰς φωνάς. Perperam τοῖς φωνοῖς ed. Ven. & Bas. Hinc: „Lego ταῖς φωναῖς, vel τὰς φωνάς.“ WOLFIVS. „Noster codex, uti ed. Salmant. τὰς φωνάς.“ VPTON. Sic ante Vpt. jam & ediderant Gen. Col. Cant. & Lond. anon. Et sic vs. 8. omnes, καινῶς τὰς φωνὰς ταύτας ἀνηχοῦμεν. Neque aliter hoc loco pabc. Cur vero ἐφθεγξόμεθα scriptum voluerit Salmas. pro φθεγξόμεθα, causam nullam video. De re, quae hic agitur, conf. II. 14, 14 sqq.

Vers. 8. Initio hujus versus cum undecim verba, Ἐκεῖ τοιαῦτα — — Τίς γὰρ ἡμῶν οὐκ, operarum errore praetermissa essent in ed. Genevensi, idem error in posteriores editiones Col. Cant. & Lond. est propagatus. Itaque quum abrupte ibi ἔλεγεν ὑγιεινόν τι &c. legeretur, ἐλέγομεν corrigendum censuerat Salmasius. Verba temere omissa, quae cum ed. Ven. & Bas. scripti libri omnes agnoscunt, suo loco restituit Vptonus.

Ibid. Ἰκκουράτῃ. Ἰκκουράτην pc. quod perinde est.

Ibid. καινῶς. καινῆς pa.

Vers.

Verſ. 9. Ἔχομεν γάρ τινα καὶ ὑγιεινοῦ πρόληψιν. *Habemus etiam aliquam ejus quod ſalubre eſt anticipationem.* Haud ſatis apte notionem ejus *quod corpori humano ſalubre* eſt cum anticipata *Boni & Mali moralis* notione (vſ. 10.) conferri, facile intelligent ii, qui in variam notionum noſtrarum originem rationemque paulo diligentius inquiſiverunt.

Ibid. ὁ μὲν λέγει, ἀνάτεινον. „Τὸ ἀνατείνειν Lexica, inter cætera, *ſubducere* interpretantur: ſed ſine exemplo. Sed, ſive ἀνάτεινον, ſive ἀείρησον legendum, de ſententia ſatis conſtat. Vtitur hoc verbo etiam in lib. IV. ſenſu eodem.“ WOLFIVS. „Pro ἀνάτεινον, mallem ἀείρησον, cui opponitur δὸς προφήν, Sic ſupra, II. 14, 21. At Schegkius, & ipſe medicus, vertit: *Quo fit, ut quidam putent differendum, alius vero præbendum cibum opinetur.*“ VPTON. Haud dubie idem valet ἀνάτεινον, atque ἀείρησον. Et eodem modo idem verbum, atque hoc loco, rurſus habes III. 22, 73. (non libro IV. ut ait Wolf.) Sed eadem notione alibi hoc verbum vix ac ne vix quidem inveneris. Fuerit-ne medicis olim ita uſurpatum, neſcio: in Foeſii quidem Oeconomia Hippocratis, ubi diligenter collectæ ſunt voces formulæque medicis uſitatæ, fruſtra quæſivi. Perſpecte vero Schegkius *differre* interpretatus videtur: ac fortaſſe pari ratione apud Polybium verbum προσανατείνειν accipiendum, XI. 22, 3. ὡσθ' ὡς τῇ μὲν ὥρᾳ προσανατείνειν, nempe τὰς ἐξαγωγάς, *cum ſolitus eſſet, horam* vel *tempus dici quod adtinet, magis etiam differre eductionem exercitus.* i. e. *cum ſolitus eſſet ſerius etiam* (quam Pœni) *ſuas educere copias.* Ea ratione apud Epictetum noſtrum, ad verbum ἀνάτεινον ſubintelligendum fuerit τὸ φάγειν, vel τὸ σῖτον λαμβάνειν.

Ibid. οὐ δύναται καλῶς ἐφαρμόσαι. Commodius videri poterat δύνανται in plurali; ſed & ſingularis ferri poteſt, in quem conſentiunt libri.

Verſ. 10. Ἀγαθὸν καὶ κακόν. In ed. Ven. hæc ſic juncta erant cum præcedentibus, ἐπὶ τῶν κατὰ τὸν βίον ἀγαθὸν καὶ κακόν. Quam ſcripturam editionis Ven. in Notis adferens WOLFIVS, recte monuit: „Poſt βίον punctum ponendum. ἀγαθὸν & κακὸν nova eſt periodus.“ — At quo minus ei obtemperarent ſequentes editores, impedivit Baſileenſis editor, qui Venetæ editionis ſcripturam in hanc mutaverat, ἐπὶ τῶν κατὰ τὸν βίον

βίον ἀγαθῶν καὶ κακῶν. quam tenuere posteriores usque ad Vptonum, qui, præeunte ipsius codice, (cum quo & nostri omnes consentiunt) rationem a Wolfio commendatam secutus est.

Vers. 12. *ἀμφοτέρους ὑμᾶς.* „Cod. Salmant. *ἡμᾶς.*“ VPTON. *ἡμᾶς* etiam pb. & pa. a prima scriptura; sed in hoc correctum *ὑμᾶς.*

Vers. 13. *εἰ πάντες οἱ τὰ ὀνόματα λαλοῦντες ἱκανῶς ἴσμεν ἕκαστα τούτων.* Omnes vulgo *μὴ κενῶς ἴσμεν.* Quod quin mendosum sit, dubitari non potest. Nam & per se *κενῶς ἴσμεν, temere scimus*, absurde dictum videri debet. *κενῶς οἰόμεθα* dici potest, & *κενῶς λέγομεν*, & similia; sic vers. 6. *κενῶς φθεγγόμεθα τὰς φωνάς*, rursusque vs. 8. *κενῶς τὰς φωνὰς ἀπηχοῦμεν.* Sed *κενῶς ἴσμεν* pugnat ipsum secum. Quod intelligens puto Wolfius, *ἴσμεν* non *scimus*, sed *proferimus*, vertit: *si singula temere non proferimus.* Quam versionem Vptonus quoque tenuit. Pari modo Schegkius: *quod si non inaniter ista effutimus.* Nec vero idcirco suspicio oboriri debet, in verbo *ἴσμεν* mendam inesse; nam ne per se quidem commoda est illa sententia, quam expressêrunt hi interpretes: nec enim probabile est, hoc dicere voluisse Epictetum, *omnia atque singula nomina, quibus utimur, (ἕκαστα τούτων) temere a nobis proferri, aut falso a nobis adhiberi:* sed haud dubie hoc dicit: *Si omnes, qui in sermonibus nostris utimur illis nominibus,* (Bonum, malum; Vtile, inutile, & similia;) *satis recte* (vel saltem *probabiliter*) *sciremus & percepta haberemus singula quæ istis nominibus designantur;* (cf. vs. 10.) *nisi cura quadam ac diligentia opus esset ad evolvendas illas notiones anticipatas, quas animo veluti complicatas habemus; cur dissentimus alter ab altero in adplicandis illis nominibus notionibusque ad res singulares de quibus agitur? cur inter nos pugnamus?* Atque id Græce non est *εἰ μὴ κενῶς ἴσμεν*, sed *εἰ ἱκανῶς ἴσμεν* &c. Librarii illius animo, e cujus exemplo propagatus hic est, obversabatur adhuc illud *κενῶς*, quo noster supra vers. 6 & 8. usus erat. Ad *εἰ πάντες* notavit VPTONVS: „Sic noster codex: alii *οἱ πάντες.*“ — Nempe mendose *οἱ* dabant Ven. & Bas. cum pa. sed *εἰ* perspecte in versionibus suis & Schegkius & Wolf. expressêrunt; idque in contextum receperunt Gen. Col. & seqq. & sic cum Vptoni cod. habet noster

noſter pb. Pc. vero γὰρ πάσας ſcribit, & οἱ pariter ac οἱ ignorat.

Verſ. 14. Καὶ τί μοι νῦν τὴν πρὸς ἀλλήλους μάχην παραφέρεν; „τί μοι videtur ἐλλειπτικόν. Quid vero, ſi καὶ τί δεῖ νῦν τὴν &c. *Quorſum attinet?*" WOLFIVS. „Τί μοι, *quid ad me*, ſcil. *attinet?* Locutio eſt ἐλλειπτική, ab optimis uſurpata ſcriptoribus, quæ ſuppleri debet verbo διαφέρει, προσήκει, vel μέλει. De ſenſu loci confer II. 11, 13. II. 24, 15. III. 23, 34." VPTON.

Ibid. τὴν πρὸς ἀλλήλους μάχην παραφέρειν. Poſſis προφέρειν ſuſpicari: ſed probum eſt παραφέρειν, *allegare*. Vide ad Enchir. XXXIII. 8. (c. 47. recenſ. Wolf.)

Ibid. οἱ ἐφαρμόζεις. Caret οἱ pc.

Verſ. 15. τὸν δεύτερον τόπον. „Vide lib. III. c. 2. ubi plura de tribus in Philoſophia locis." VPTON.

Verſ. 16. χαρίζομαι. χαρίσομαι pc. ſed ζ ſuperne inter lineas.

Verſ. 18. ἀπόδειξις γὰρ αὕτη μεγίστη. „Deeſt vox μεγίστη in noſtro cod. & mſ. Pariſ." VPTON. — Deeſt in pab. Sed habet pc.

Ibid. Θέλω τι, καὶ οὐ γίνεται. „Confer I. 27, 10." IDEM.

Verſ. 19. Μεγαλοφυῶς, κατά γε τοῦτο. In eam ſententiam Medæa apud Eurip. vſ. 807. ipſa ait:

Μηδείς με φαύλην κἀσθενῆ νομιζέτω.

Ibid. τὸ, ἃ θέλει. τὰ ἃ θέλει pa. male.

Verſ. 20. Εἶτα οὕτω τιμωρήσομαι. „Verba ſunt Medææ, ſecum in animo revolventis quæ ab Junone paſſa eſt. Mox, pro ἀπεκτεῖνω, forſan ἀποκτενῶ. Reſpexit autem Epictetus Medæam Euripidis. Sic enim Medæa, verſ. 793. & 815." VPTON. — Sententiam Poëtæ expreſſit Epictetus; verba non preſſe ſecutus eſt. ἀποκτενῶ ante Vpt. jam commendaverat Meibom. In ἀποκτείνω vero nil variant libri.

Verſ. 21. οὐδὲ τὰ πράγματα μετατιθέντα καὶ μεθαρμοζόμενον. „Res non mutantur; nos rebus ſubjungere oportet.

Et mihi res, non me rebus ſubjungere conor.

Horat. Ep. 1. lib. I. vſ. 19." VPTON.

Verſ. 22. οὐδὲν ὧν θέλεις οὐ γίνεται. „οὐδὲν ὧν οὐ θέλεις γίνεται." MEIBOMIVS. Nil mutant libri. Conf. Not. ad vſ. 28.

Ibid.

Ibid. σοι συνοικεῖν. Omisit σοι pc. ex occasione literarum συ, a quibus incipit verbum sequens.

Ibid. μὴ θέλε μένειν. Perperam μέλεν Ven. Bas. & Salmant. μέλλειν ora ed. Salmant. μένειν legere jussit Wolf. & sic ediderunt Genev. Col. & seqq. Et eodem modo habet cod. Vpt.

Ibid. ἢ ἃ ὁ Θεὸς θέλει. θέλε ed. Vpt. errore ex ed. Cantab. propagato, quem corrigere Vptonus jussit in Notis.

Ibid. τίς σε ἀναγκάσει. σε ignorabant cæteri; suo e cod. adjecit Vpton, cum quo facit pb. Pro ἀναγκάσει, perperam una ed. Bas. ἀναγκάσοι habet.

Ibid. Ante verba οὐ μᾶλλον, intelligendum, ac fortasse etiam adjiciendum, οὐδείς.

Vers. 23. Ὅταν τοιοῦτον ἔχῃς ἡγεμόνα. „Vide IV. 7, 20." VPTON. Perperam ἔχεις pa. Et mox συνθέλεις pabc. pro συνθέλῃς.

Vers. 24. πενίᾳ καὶ πλούτῳ. Ante hæc verba temere in pb. inter lineas adjicitur negans particula οὐ. Et deinde ibidem pro ἀλλ' ὑγιείᾳ; δυστυχήσεις. quod (sic) in contextu est, in ora notatur, ἂν ὑγιείᾳ, δυστυχήσεις.

Ibid. ἀποτεύξῃ, περιπτώσεις. Vulgo omnes ἀποτεύξει, περιπτώσει. Hinc: „Lege verbaliter, ἀποτεύξῃ, περιπτώσῃ, *frustraberis, incides.*" WOLFIVS. — „Vel ἀποτεύξεις, περιπτώσεις." VPTON. — Ego ἀποτεύξῃ, περιπτώσεις, corrigere non dubitavi. Et parum quidem præsidii huic correctioni est in libris nostris; at in patamen pro ἀποτεύξει, quod ibi ut in aliis hodie legitur, prius ἀποτεύξῃ fuerat scriptum. Salmasius ita constituendum hunc locum censuerat: ἀποτεύξει, περιπτώσει· ἀλλ' ὑγιείᾳ; δυστυχήσεις ἀρχαῖς, τιμαῖς. si modo recte hæc de ejusdem viri docti exemplo descripta sunt.

Vers. 25. Ἀλλὰ τῷ Διὶ χάρισαι αὐτὰς, τοῖς ἄλλοις Θεοῖς. „καὶ τοῖς ἄλλοις." COMES SHAFTESBVR. — „Sed sine copula legi possit: nam sic sæpe ἀσυνδέτως construuntur sententiæ." VPTON. Pro αὐτὰς, omnes vulgo αὐτὰ dabant. Sed omnino αὐτὰς fuit corrigendum, nempe τὴν ὄρεξιν καὶ τὴν ἔκκλισιν, (vs. 24.) quo & refertur verbum τετάχθωσαν, quod mox sequitur.

Ibid. ἐκκλῖναι παράδος, scil. αὐτὰς, nempe τὴν ὄρεξίν σου καὶ τὴν ἔκκλισιν. „Seneca Epist. 37. *Hic est magnus animus, qui se Deo tradidit; at contra ille pusillus & degener, qui obluctatur, & de ordine mundi male existimat, & emendare mavult Deos, quam se.*"

VPTON. — Non leguntur hæc verba in Epist. 37. sed alibi quærenda. Interim ex Epist. 37. ista notemus: *Si vis tibi omnia subjicere, te subjice rationi.*

Ibid. μετ' ἐκείνων τετάχθωσαν, scil. ἡ ὄρεξίς σου καὶ ἡ ἔκκλισις. E re militari translata locutio: τετάχθαι μετά τινος, *cum aliquo in acie stare, partes alicujus sequi.* Atque etiam extra bellum, πόλις τεταγμένη μετ' Αἰτωλῶν, *civitas socia Aetolorum*, apud Polybium.

Vers. 26. ἀτάλαίπωρε. Edd. omnes ταλαίπωρε, *ô miser.* Sed: „Noster optimus codex & ms. Reg. ἀταλαίπωρε. [Sic pab.] Recte omnino." VPTON. Rursusque IDEM in Indice, ad voc. ἀταλαίπωρος: „Sic quoque lege II. 17, 26. ἀταλαίπωρε, cum nostro codice, id est, *Tu qui adeo delicatulus es, ut hasce res ad amussim non examinaveris.*" — In Græco contextu obsecutus sum viro docto, & nostris codicibus; in versione, *ignave!* posui. Nempe *ignavum* hunc dicit, *qui nervos non habet, qui* (ut mox vers. 27 sqq. ait) *opus homini propositum nondum ne adgressus quidem est; qui non dat operam, ut collum exserat, ut in libertatem se vindicet, & in vitæ palæstra tamquam fortis athleta pugnet.* Conf. ad II. 20, 20.

Ibid. καὶ ἐλεεῖς. „Vide ad I. 18, 3." VPTON.

Ibid. καταυλῇς. Sic, cum subscripto jota, edebatur jam inde ab ed. Cantab. Superiores καταυλεῖν cum mss.tis.

Ibid. καὶ τί ἔτι λέγεις πεπαιδεῦσθαι. Cum omnes vulgo καὶ τί ἐπιλέγεις darent, WOLFIVS monuit: „Legendum ἔτι λέγεις." Et MEIBOMIVS, minus quidem fidenter: „Quid si ἔτι λέγεις." Ego vero haud dubie amplectendum hoc putavi. Sic amat Noster frequentare particulam ἔτι. I. 5, 5. τοῦτο ἔτι καὶ ὠμαυτὸν καλοῦμεν. Supra, hoc cap. vs. 23. τί φοβῇ ἔτι; & vs. 25. τοῦ ἔτι ὀνυροήσεις. Sic III. 24, 46. τοῦ ἔτι κολακείας τόπος; τί ἔτι ποθεῖς; & sæpe aliàs. At hoc loco ipsum illud ἔτι λέγεις offerebat etiam noster cod. pc.

Vers. 27. συλλογισμοὺς ἕπραξας μεταπιττοῦσας. Potest hoc ferri ut junctim dicat συλλογισμοὺς μεταπιττοῦσας, quemadmodum II. 21, 17. συλλογισμοὺς ἀνάλυσε μεταπιττούσας. (Conf. Adnot. ad I. 7, 1.) Nisi & ibi & hic interposito commate, aut interserta καὶ conjunctione, vox μεταπιττοῦσας a συλλογισμοὺς separanda atque distin-

distinguenda. Sic sane aliâs distinguit II. 13, 21. ἀμελλήτας συλλογισμοὺς καὶ μετακλίτους. II. 23, 41. ὁ δ' ὑπὸ συλλογισμῶν (ἁλισκόμενος,) ὁ δ' ὑπὸ μετακλιτῶν. III. 21, 10. πῶς οἱ συλλογισμοὶ ἀναλυθήσονται, πῶς οἱ μετακλίτοις. Sic & III. 24, 70. IV. 12, 12. Ab hoc quidem loco nil variant libri, nec ullus distinctionem ullam interserit. ἔτραξας est *tractasti, in iis versatus es, operam eis dedisti;* sicut II. 16, 34.

Ibid. πάντα ταῦτα. ταῦτα πάντα pb.

Ibid. συναισθανόμενος. συναισθόμενος pc.

Vers. 28. ἔνθεν ἀρξάμενος. ὅθεν pc. male.

Ibid. προσοικοδομῶν τὰ ἑξῆς. „Conf. II. 15, 8.“ VPTON.

Ibid. πῶς μηδὲν ἔσται, σοῦ μὴ θέλοντος· θέλοντος, μηδὲν οὐκ ἔσται. Corrupte vulgo edd. omnes: πῶς μηδὲν ἔσται σοῦ θέλοντος μηδέν; οὐκ ἔστι. (Et sic noster pc,) Quæ sic convertit Vptonus cum Wolfio: *quo pacto nihil sit futurum, si tu nolis. Fieri nequit.* Quem ad locum miror nihil a Wolfio esse adnotatum. Sed: „Pro σοῦ θέλοντος, legendum fortasse σοῦ μὴ θέλοντος, ut supra in hoc capite. Et postea (quasi sibi respondens discipulus) μηδέν· οὐκ ἔστι, vel μηδὲν ἔστι.“ COM. SHAFTESBVRIENSIS. — „In margine nostri codicis duæ sunt lectiones: Μηδὲν ἔστι σοῦ μὴ — — Ἄλλως· Μηδὲν ἔσται σοῦ μὴ θελ. Ms. Paris. Μηδὲν ἔσται σοῦ μὴ θέλοντος· μηδὲν οὐκ ἔστι. [Sic noster pab.] Propter earundem vocum repetitionem sæpe in hisce Dissertationibus describendis erraverunt librarii. Lego itaque, partim nostro codice adjutus: Μηδὲν ἔσται σοῦ μὴ θέλοντος, θέλοντος σοῦ ἔσται.“ VPTON. — Ego plenius, & propius ad veteris scripturæ vestigia in libris reliqua, posterius comma sic restituendum putavi: θέλοντος, (scil. σοῦ,) μηδὲν οὐκ ἔσται. Sic vers. 22. μὴ θέλε τὸν ἄνδρα, καὶ οὐδὲν ὧν θέλεις οὐ γίνεται. conf. & vers. 7. Quod si pro μηδὲν οὐκ ἔσται, μηδὲν οὐκ ἔστι scripseris, eadem sententia nullo magno incommodo manebit, & pressius etiam librorum vestigiis insistes. De fonte erroris conf. Not. ad I. 18, 8. Μηδὲν, pro vulgato μηδέν, lubens ex Vptoni cod. & mss. Paris. adoptavi. Sæpe temere istam formam mutarunt librarii.

Vers. 29. Δότε μοι ἕνα τόνον. „Eandem locutionis formulam vide supra, II. 16, 15 & 17.“ VPTON.

Ibid. τούτου τοῦ πράγματος ἀθλητήν. „Eodem modo M. Anton. III. 4. ἀθλητὴν ἄθλου τοῦ μεγίστου. ubi vide Gatakerum.“ VPTON.

Ibid. ἀπαραποδίστως καὶ ἀλύπως διαγαγεῖν. „Sic ex nostro codice repoſui. Cæteri dant ἀπαραποδίστῳ καὶ ἀλύπῳ. Nota autem, primum in Philoſophia locum: mox vſ. 31. ἐγὼ θέλω μὲν καὶ ἀπαθὴς εἶναι &c. ſecundum locum: & vſ. 33. ἤθελον δ' ἀσφαλῶς ἔχειν, &c. locum tertium. Vide lib. III. c. 2.“ VPTON. Haudquaquam vero ſpernenda aliarum editionum Lectio ἀπαραποδίστῳ καὶ ἀλύπῳ, quam eamdem tenent codd. pabc. Nam pari modo adjectivum, pro adverbio, habes III. 13, 14. ἀπαθὴς καὶ ἐλεύθερος διάξεται. & ibid. vſ. 21. ὡς σοφοὶ διάγειν ἐθέλομεν. Quibus ex locis ſimul intelligitur, nil opus eſſe ut cum Meibomio διαξαγαγεῖν ſcribamus, pro διαγαγεῖν. Vtrumque enim iſta notione, *vivere*, *vitam transigere*, recte dicitur, διαξάγειν & διάγειν.

Vers. 30. Δειξάτω τις ἡμῶν τὸν τοιοῦτον. Olim αὐτὸν τοιοῦτον vulgatum erat, & ſic pa. Sed: „Malim ἑαυτὸν vel αὑτόν.“ WOLFIVS. Cui parens Vptonus, αὐτὸν τοιοῦτον edidit, quemadmodum in pc. ſcribitur. In Notis vero idem VPTONVS ait: „Noſter codex τὸν τοιοῦτον.“ — Quæ mihi veriſſima ſcriptura viſa eſt, in quam & noſter conſentit pb. Similiter nunc ait δειξάτω τις ἡμῶν τὸν τοιοῦτον, ut paulo ante dixerat ὅστε μοι ἕνα. Neque tamen præfracte αὐτὸν aut (quod perinde eſt) αὐτὸν ſpernam, *oſtendat aliquis ſe talem.*

Ibid. σὰ ἐστι ταῦτα τὰ κτήματα. *tuæ ſunt hæ poſſeſſiones.* Si vera eſt ſcriptura, erunt τὰ κτήματα, quæ dicit, τὸ ἀπαραπόδιστόν εἶναι, καὶ ἄλυπον, καὶ ἐλεύθερον, ex vers. 29. vel, quoniam de primo illo loco agit, qui eſt περὶ ὀρέξεως καὶ ἐκκλίσεως, erunt τὰ κτήματα, quæ huic juveni promittit, τὸ ἐν ὀρέξει μὴ ἀποτυγχάνειν, ἐν ἐκκλίσει μὴ περιπίπτειν. Verba ταῦτα τὰ deſunt pc. male.

Vers. 31. ὅταν τοῦτον ἐκπονήσῃ — — τὸν τόπον. Vulgo omnes ὅταν τοιοῦτον &c. Recte vero VPTONVS monuit: „Potius τοῦτον — — τὸν τόπον.“ — Cui morem gerere non dubitavi; quamquam in τοιοῦτον conſentiunt mssti libri cum edd. In pb. vero, inverſo nonni-

nonnihil verborum ordine, sic scriptum, ὅταν ἐκτονήσῃ τοιοῦτον καὶ κατανλήσῃ τὸν τόπον.

Vers. 32. πρὸς πατρίδα. Olim πρὸς τὴν πατρίδα. Articulum vero delevit Vpton. jubente ipsius codice. Recte, quoniam & cetera nomina articulo carent. Cum Vpt. facit poster pb.

Vers. 33. ἐκμελετήκα. μεμελέτηκα pc.

Ibid. ἤθελον δ' ἀσφαλῶς ἔχειν καὶ ἀσείστως. In Ven. ed. sic expressum erat, ἀσφαλῶς ἔχειν καὶ ἀσείτος. Pro quo editor Basileensis id posuit, a quo illud proxime corruptum erat, ἀσφαλῶς ἔχειν καὶ ἀσίτως, quod tenuere sequentes editores usque ad Vptonum. Sed id quum sine sensu esset, perspecte WOLFIVS monuerat: „Fortassis ἀσείστως, *inconcusse*, vel ἀκινήτως." Et in versione sic posuit: *Velim autem tutus esse, & tranquillus.* Quem non audiens VPTONVS, καὶ ἄσιτος edidit, accentu retracto, & duas has voces a superioribus interposito commate separavit, tali subjecta versione: *velim autem tutus esse, quamvis impastus.* In Notis vero haec ad h. l. monuit: „Cod. Ven. & Salmant. habent ἄσιτος. Cod. Bas. ἀσίτως. Pro ἀσίτως, minima mutatione, legi posset ἀσινῶς, *sine noxa, innoxie.* Hoc modo: *Velim tutus esse atque sine noxa, idque non modo vigilans*, &c. Vel legendum, verbis transpositis: καὶ οὐ μόνον ἐγρηγορὼς καὶ ἄσιτος, ἀλλὰ καὶ καθεύδων καὶ οἰνωμένος. Vbi ὁ ἐγρηγορὼς opponitur τῷ καθεύδοντι: ὁ ἄσιτος, τῷ οἰνωμένῳ." — Haec ille. Et in ἄσιτος quidem cum Vptono consentiunt tres nostri codd. pabc. idque ipsum Salmasius etiam probaverat. At mihi cum ἄσιτος, tum ἀσίτως, manifeste corrupta visa sunt; contra ita sese probavit Wolfiana illa emendatio, ἀσείστως: ut, quin eam adoptarem, nullo modo haesitandum duxerim. ἀσείστως ἔχειν opponitur ei, quod alibi dicit ἐκσείεσθαι τῶν λόγων: vide IV. 9, 10 sq. & I. 26, 10. ibique notata.

Ibid. καὶ οἰνωμένους. „Num Stoici dicebant, Sapientem οἰνωθήσεσθαι μὲν, οὐ μεθυσθήσεσθαι δέ. Laërt. in vita Zenon. f. 118. Consule Menagium; & vide supra ad I. 18, 23." VPTON. Perperam οἰνομένους ed. Bas. errore operarum propagato in ed. Gen. & Col.

Ibid. καὶ ἐν μελαγχολίᾳ. „Supra etiam hoc verbo usus videtur pro *aegritudine*, lib. I. c. 18." WOLFIVS. „Vide ad I. 18, 23. Aptissime ad hanc rem Lucretius, lib. III. vs. 55.

Quo magis in dubiis hominem ſpectare periclis
Convenit, adverſisque in rebus noſcere qui ſit.
Nam vera voces tum demum pectore ab imo
Eliciuntur, & eripitur perſonâ, manet res."

VPTON.

Ibid. σὺ θεὸς εἶ, ὦ ἄνθρωπε. Poſt ἄνθρωπε olim interrogandi ſignum poſuerant, quod delevit Vptonus. Monueratque jam WOLFIVS: „Affirmative hoc accipio, ut ſit approbatio magni animi." — Vide vero, ne non θεὸς, ſed θεῖος, *divinus*, ſcripſerit Arrianus, dixeritque Epictetus. Cæterum conf. not. ad II. 16, 42. Neque vero ſolicitari magnopere h. l. deberi vocabulum θεὸς, intelligitur ex II. 19, 27.

Verſ. 34. τί λέγει Χρύσιππος ἐν τοῖς περὶ τοῦ Ψευδομένου. „Laërtius in vita Chryſippi, lib. VII. 196. περὶ τοῦ Ψευδομένου, πρὸς Ἀριστοκράσους. ε'. Item, πρὸς τοὺς διὰ τομῆς διαλύσεις τῶν ψευδομένων λόγων. Item, περὶ τῆς τοῦ ψευδομένου λύσεως. & iſtiusmodi. Eſt autem Ψευδόμενος, *ſermo*, [argumentatio,] *qui quicquid reſpondeas falſum reperietur.* Habuit nomen a *mentientes*; quoniam exempli cauſſa ſumitur is qui mentitur, uti monet Menagius, quem vide ad Diog. Laërt. lib. II. ſ. 108. Seneca Epiſt. 46. p. 152. *Quid me detines in eo, quem tu ipſe Pſeudomenon appellas, de quo tantum librorum compoſitum eſt?*" VPTON.

Verſ. 35. Οὕτω καὶ ὑμεῖς &c. „*Hoc modo vos etiam facitis. Vis recitem tibi?* &c. Hac proſopopoeia ſophiſticam vanitatem exprobrat Epictetus." WOLFIVS. — Vptonus, neſcio quid ſpectans, in Græcis minori puncto (loco majoris) poſt ἐραῖς poſito, verba illa, Οὕτω καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε, ad ipſum illud verbum ἐραῖς retulit, & ποιεῖτε imperative accepit, hac ſubjecta verſione, *tragœdas ad alios dices: Sic & vos facitote.*

Ibid. Θαυμαστὸς, ἄνθρωπε, γράφεις — — εἰς τὸν Ἐπικούρους χαρακτῆρα, σὺ εἰς τὸν Ἐπίκτητος, &c. „Haud aliter Horatius, Epiſt. lib. II. 2. verſ. 87.

— — — *at alter*
alterius ſermone meros audiret honores.

Et paulo poſt:

Diſcedo Parcæus pretium recitaturus: ille mihi quis?
Quis, niſi Callimachus?"

VPTON.

Vers. 36. *πάλιν ἐπὶ ταὐτὰ ἐπανέρχεσθε.* Cum *ἐπὶ ταῦτα* darent omnes, morem WOLFIO gessi, monenti: „Malim *ἐπὶ ταὐτὰ*, & sic in cæteris etiam." — Nempe & mox deinde *ταῦτα εἴρχεσθε*, *περὶ ταῦτα σπουδάζετε* scripserant Ven. & Raf. sed ibi quidem *ταὐτὰ* jam pridem recte reposuerunt editores Gen. Col. & seqq. Conf. ad II. 18, 9. In pejorem quidem scripturam, *ταῦτα*, ubique hic conjurarunt codices nostri.

Ibid. *ὁμοίως ὁρμᾶτε, προβάλλεσθε, προτίθεσθε.* Vulgo omnes (edd. & mssti h. l.) *προστίθεσθε.* Sed: „Fortassis *προτίθεσθε*, *proponitis*; nisi pro *συγκατατίθεσθε* sit scriptum." WOLF. — „*συγκατατίθεσθε* rectius credo. Hic etiam tres isti loci ponuntur: (ut supra:) & est ibi tertius locus *περὶ τὰς συγκαταθέσεις*." COMES. SHAFTESBURIENSIS. — „Ἐπιβάλλειν, *προτιθέναι*, [immo *ἐπιβάλλεσθαι*, *προτίθεσθαι*] junctim sæpius leguntur. Hic itaque *προτίθεσθε* lego. Vide Indicem in voce *προτίθεμαι*." VPTON. Conf. Not. ad I. 4, 14.

Vers. 37. *τὴν ἀκοὴν ἀκούετε* ed. Vpt. errore ex edit. Cant. propagato, quam correxit Lond. anon. & corrigere in Notis jussit Vpt. Veteres editiones recte *ἀκούητε*. Sic & pab. sed *ἀκούσητε* pc.

Ibid. *εἰς οἷον παράστασιν ἀπέρχεσθε.* Vertit Vptonus cum Wolfio, quasi *ἀπέρχῃ* scriptum esset, quod utique commodius videri poterat: sed in vulgatum consentiunt libri.

Ibid. *ἄλλοι λόγοι.* „Vide ad I. 19, 24." VPTON.

Vers. 40. *οὐδ' ἐγὼ δεόμεθα τοῦ προσέχειν.* Cum *τῷ προσέχειν* vulgo darent omnes, ferri quidem hoc posse intellexeram, sed *τοῦ προσέχειν* jam olim malueram. Id ipsum dehinc recepi, cum in pb. sic scriptum inveniſſem. Conf. IV. 11, 36. & III, 26, 6.

Ibid. *ἀδους τὰς συνηγορίας καὶ τὰς συντάξεις τὰς Χρυσίππου.* „Vide ad I. 4, 6. & Laërtium, [VII. 189 sqq.] ubi scripta Chrysippi recenset." VPTON. — *συνηγορίας* vertunt *collectiones*; ego fere nullus dubito, *εἰσαγωγὰς* legendum. cf. II. 16, 34. ibique notata. Pro *συνάξεσι*, perperam *συνάξεις* habet pb. Et in eodem mox omissa verba *καὶ Ἀρχεδήμου*.

Ibid. *μετὰ τῶν Ἀντιπάτρου καὶ Ἀρχεδήμου.* De *Archedemo* vide II. 4, 11. not. De *Antipatro* vide infra ad II. 19, 2.

CAPVT XVIII.

Vers. 1. Πᾶσα ἕξις καὶ δύναμις &c. „Vide II. 9, 10. & confer lib. IV. c. 12.“ VPTON.

Ibid. ὑπὸ τοῦ τρέχειν. „Ms. Paris. ἀπό. [nempe sic pa.] Forsan legendum ἀπὸ τοῦ περιπ. ἢ προχαύνιμι ἀπὸ τοῦ τρέχειν“ IDEM. Ferri ἀπὸ utcumque posset, ni praecederet ὑπὸ τῶν καταλλ. ἔργων. Porro cum verbo αὔξεται quidem stare fortasse praepositio ἀπὸ poterat; cum συνέχεται non posse videtur. Et in ὑπὸ recte consentiunt pbc.

Vers. 2. Ἂν θέλῃς. Olim θέλῃ, ubi θέλῃς legendum monuere Wolfius & Salmas. quod repostrit Vptonus, praeeunte ipsius cod. & ms. Paris. ut ait, (immo vero sic tres pabo.) & ed. Salmant.

Ibid. ἐν γραφικῇ. „Conf. II. 9, 10.“ VPTON.

Vers. 3. κἂν ἀναπέσῃς. Vulgo omnes διατέσῃς. Itaque WOLFIVS: „Διαπίπτειν, inquit, aliàs est *errare, excidere, frustrari.* Hic idem valet quod ἐκλύεσθαι, *cessare, remollescere.*“ — Et VPTONVS: „Διαπίπτειν pro *remollescere, diffluere*, utitur Plato in Phaedone: τῷ μὲν σώματι, ὃ δὴ νεκρὸν καλοῦμεν, προσῆκε διαλύεσθαι καὶ διαπίπτειν. Sed prò διατέσῃς habet noster optimus codex ἀναπέσῃς, quam veram esse existimo lectionem; nam ἀναπίπτειν est *in lecto recumbere*, ut satis notum; atque ita loci sensus postulat.“ — Recte vir doctus codicis sui commendavit lectionem, quam adoptare ego non dubitavi. Eidem vero adstipulatur noster pc. De isto usu verbi ἀναπίπτειν vide quae collegit Wetstenius ad Matth. XV. 35. quibus locis adjici poterat Polyb. XXXI. 4, 6. ex Athenaeo. Verbum vero διαπίπτειν, loco ab Vptono citato, (Phaed. c. 29. p. 215. ed. Forst.) nihil habet quod ullo pacto huc referri queat.

Vers. 4. εἴ τι ποιεῖν ἐθέλεις ἀντιῶν, ποίει αὐτὰ· εἰ δὲ μὴ ποιεῖν ἐθέλεις, μὴ ποίει αὐτὸ, ἀλλ' ἔθιζε &c. Cum abessent vulgo, ante Vptonum, ista verba, εἴ τι μὴ ποιεῖν ἐθέλεις, μὴ ποίει αὐτὸ, defectum locum ex conjectura sic interpretatus est WOLFIVS: *Si quid facere volueris, habitum ejus tibi comparato. Si quid facere nolueris, omittito: teque consuefac aliud quippiam potius ejus loco agere.* Cui versioni hanc Notam subjecit: „Suspectus locus; obscurus certe quidem: in quo vertendo, verbis relictis, qualemcumque sententiam

sum secutus." — „At ex nostro codice (ait VPTONVS) totam sententiam oscitantia librariorum omissam restitui, εἴ τι μὴ ποιεῖν ἐθέλεις, μὴ ποίει αὐτό. Verba autem ista, εἴ τι ποιεῖν ἐθέλεις ἕκτικον, [ad quæ primum intelligendum pronomen σεαυτῷ] sic in lingua vernacula sonant: *If you would make any thing habitual to you.* ποίει αὐτό, *id age, in hoc incumbe;* uti III. 5, 7. ποίει ἐνεῖνο. Opportunum utique remedium male affecto loco obtulit Vptoni codex, quo remedio nostri carebant libri. Præterea pravam distinctionem, quæ vulgo hic obtinebat, perspecte Vptonus correxit, vocem ἕκτικον cum præcedentibus εἴ τι ποιεῖν ἐθέλεις conjungens, cum in editis & in pabc. posito commate post ἐθέλεις, jungerentur ista ἕκτικον ποίει αὐτό. In cod. pb. ut aliquo modo molliretur incommodum, quod hunc locum olim premebat, pro ἀλλ' ἔθισον, inter lineas μὴ ἔθισον notatum est. Pro ἐθέλεις, quod præcessit, θέλεις habet pc.

Vers. 5. Οὕτως ἔχει. Perperam ἔχεις pa. ἔχειν pc.

Vers. 6. Ὅταν ἡττηθῇς τινος ἐν συνουσίᾳ. „*Cum alicui succubueris in aliquo congressu.* Quia subjicit, auctam esse intemperantiam, vel de gula vel de inguine intelligo." WOLFIVS. „Male vertit Wolf. *si victus a quopiam in congressu fueris.* συνουσία hic est *consuetudo venerea.* Sic συνεῖναι, *rem habere cum muliere,* aut, ut Plautus ad verbum, *esse cum muliere.*" VPTON. — Immo vero rectius, si quid video, Wolfius quam Vptonus. Agitur enim de ejusmodi συνουσίᾳ, in qua quis pariter vel vincere potest, vel succumbere. Sic Socrates pulcro Alcibiadi συνῆν, atque etiam συγκαθεύδων ἦν, (ut ait philosophus noster, vs. 22.) neque vero succubuit, sed superior discessit. conf. vs. 15 sqq. Quare generaliori notione h. l. accipiendum vocabulum, ut vs. 21. Quamquam utique figillatim de venerea consuetudine subinde usurpatur, veluti II. 8, 12. qua eadem notione & verbo συνουσιάζειν passim utitur noster. Pronomen τινὸς perinde fere est, ad ἡττηθῇς referas an ad συνουσίᾳ: prior tamen ratio ad græci sermonis usum accommodatior videtur. Sed in latina versione commodius putavi, *succumbere libidini:* τινὸς vero, quo tolleretur ambiguitas, *puerum vel puellam* interpretari placuit. conf. vers. 15 & 22.

Ibid. μίαν ἦτταν ταύτην. μίαν ταύτην ἧττων pbc.

Ibid. τέτροφας, ἐκτύξησας. Ni me fallit opinio, per καὶ particulam copulari duo ista verba debuerunt, librariorum incuria omissam: nam asyndeto nulla hoc quidem loco vel vis vel gratia inesse videtur.

Vers. 8. Οὕτως ἀμέλει καὶ τὰ ἀῤῥωστήματα ὀνομάζεσθαι λέγουσιν οἱ φιλόσοφοι. „Quinam philosophi? Socrates, inter alios, apud Platonem in Gorgia, pag. 524 sq. edit. Steph. ubi de animis defunctorum verba facit." VPTON. — Cicero Tusc. Disp. IV. 10. *Aegrotationes, quae appellantur a Stoicis ἀῤῥωστήματα.*

Ibid. λόγος εἰς αἴσθησιν ἄξων τοῦ κακοῦ. WOLFIO obsecutus sum, qui, quum ἀξιῶν vulgo darent libri, notavit: „Lego ἄξων, *oratio eo perductura ut sentias malum.*" — Eamdem emendationem Salmasius commendavit. Vulgatam quidem tenens quidem VPTONVS, monuit tamen & ipse: „Codex Bas. [id est, Basileensis editio] pro ἀξιῶν in marg. ἀταξιῶν. Et sic Schegkius, *si ratio adhibita ad sensum illum stupiditatis, pravitatem ejus refpuat.* At multo melior Wolfiana lectio videtur." — Sic sane apud Polybium habes εἰς ἐπίστασιν ἄγειν τινὰ περί τινος, εἰς ἀληθείας ἐνέλεγχον ἄγειν τοὺς ἀντιγραφέας, & similia, quae collegimus in Lexic. Polyb. ad v. ἄγειν. λόγον vero h. l. non *orationem* cum Wolfio, sed *rationem* cum Vptono interpretatus sum. Nihil h. l. promovebant veteres libri.

Vers. 9. οὐκέτι εἰς ταὐτὰ ἐπάνειμι. εἰς ταῦτα edebatur ante Vptonum. Hinc: „Forte ταὐτὰ, ut supra [II. 17, 36.] ἐπὶ ταὐτὰ ἐπανέρχεσθαι." COM. SHAFTESB. — „Εἰς ταὐτὰ habet noster codex." VPTON. — Eamdem scripturam ex conject. commendaverat Meibom. In ταῦτα consentiunt pabc.

Ibid. ὑπὸ τῆς καταλλήλου φαντασίας. „M. Antonin. VII. 2. Τὰ δόγματα πῶς ἄλλοις δύναται ὑποφθῆναι, ἐὰν μὴ αἱ κατάλληλαι αὐταῖς φαντασίαι ἐμβεβῶσαι; *Dogmata quomodo aboleri in te poterunt, nisi cogitationes his congruae extinguantur?*" VPTON.

Ibid. τυλοῦται. Quod κυλοῦται habet ed. Bas. prius ejus editionis error est. Temere τυφλοῦται pc. Ceteri in vulgatum recte consentiunt.

Vers. 10. ἂν μὴ ὑπομενῇ. „Omnes libri, quos vidi, excepto nostro codice, habent ἂν μή τι. Sup." VPTON. τι cum Vpt. ignorat noster pc.

Vers.

Vers. 13. ἐκλύεται τὴν πρώτην. „Supple ἡμέραν.“ VPTON. Poterat eadem adnotatio ad vers. præced. pariter referri. Rectius vero fortasse τὴν πρώτην ὥραν intelligetur, ut minus definite dictum sit; *primo tempore, primum.*

Vers. 14. ἀλλὰ προσέσχον. „Variant codices. Noster habet προσίσχον. Edit. Ven. προσέχον. Salmant. προσέχων. Basil. προσέχου.“ VPTON. Cum ed. Bas. faciunt pro more edd. Gen. Col. Cant. Lond. & majori puncto verba hæc a superioribus separant. Nempe προσέχον in ed. Ven. operarum errore peccatum erat, quod corrigere ex conjectura voluerunt posteriores editores. Perspecte vero Vptonus sui codicis scripturam adoptavit, quam eamdem tenent nostri Parisini tres. Cohærent hæc cum præcedentibus, & in prima persona erant efferenda, quemadmodum rursus illa paullo post, Σήμερον — — οὐκ εἶπον αὐτὸς ἐμαυτῷ &c. Ac jam olim Wolfius in prima persona hæc interpretatus est; sed ἐπέσχον expressit, *me cohibui*, non προσέσχον, quod rectius Vptonus *mentem diligenter adpuli* vertit.

Ibid. κομψῶς σοί ἐστι. Sic medicus ægroto ait III. 10, 13. ubi vide notata. Prætererat hic locus interpretes Novi Test. ad Evang. Joh. 4, 52.

Vers. 15. Ὄφελόν τις μετὰ ταύτης ἐκοιμήθη. Omnes vulgo τίς cum acuto accentu interrogative expresserant. Sic etiam VPTONVS; qui tamen in Notis meliorem iniit rationem, ita scribens: „Legit Salmasius, ὅτι ὄφελον μετὰ ταύτης ἐκοιμήθην! Recte: nisi tertia persona pro prima usurpatur, ἐκοιμᾶτο, uti apud Horat.

Hunc hominem velles si tradere.

Vtinam quis cum ea concubuerit! (κοιμᾶσθαι, *dormire cum aliqua*, pro *rem habere*, usurpatur in Enchir. c. 40.) *Et, Quam beatus maritus ejus!* Mox ὁ γὰρ τοῦτ' inclusive lego, hoc modo: Ὅτι ὄφελόν τις μετὰ ταύτης ἐκοιμήθη! καὶ, Μακάριος ὁ ἀνὴρ ὁ αὐτῆς! (ὁ γὰρ τοῦτ' εἶπων, μακάριος καὶ ὁ μοιχός.) οὐδὲ τὰ ἑξῆς ἀνεζωγρ.“ — Rursus idem VPTONVS in Indice, voc. τίς, hunc eumdem locum respiciens: „ὄφελόν τις, *utinam aliquis*, id est, *utinam ego.*“ — Recte vero: ac poterat ad firmandum istum usum pronominis τίς ad alia Nostri loca provocare, II. 23, 23. IV. 4, 35. IV. 11, 33. quæ virum doctum, ista scribentem, prætererant. Conf. ad I. 14, 11. Similiter Socrates apud Platonem in Phædon.

don. cap. 5 extr. τί γὰρ ἄν τις καὶ ποιῶ ἄλλο ἐν τῷ μέχρις ἡλίου δυσμῶν χρόνῳ; pro τί γὰρ ἂν ποιοῖμι ἄλλο.

Ibid. ὁ ἀνὴρ ὁ αὐτῆς. Sic edd. cum pc. Nec aliter Vptoni codex. Sed brevius, ὁ αὐτῆς ἀνὴρ pa. ὁ ἀνὴρ αὐτῆς pb.

Ibid. (ὁ γὰρ τοῦτ' εἰπὼν, μακάριος καὶ ὁ μοιχός.) „Fortassis: εἰ γὰρ ὁ τοῦτ' εἰπὼν μακάριος, καὶ ὁ μοιχός." WOLFIVS. — „Subintelligitur φησί. Sic paulo infra: [vers. 20.] Πλάτων μὲν, ὅτι &c." COMES SHAFTESB. In hanc sententiam Wolfius in versione locum hunc expressit: *Nam qui hoc dicit, mœchum etiam beatum dicit;* quæ latina magis placent, quam græca ab eodem Wolfio proposita. Sed videndum tamen, ne in græcis unum aut alterum exciderit verbum, in hanc fere sententiam: ὁ γὰρ τοῦτ' εἰπὼν, ταχὺ ἂν εἴποι, *mox dixerit*, vel ἐγγύς ἐστι τοῦ εἰπεῖν, *prope abest ut dicat.* Cæterum verba ista, præeunte in superiori Adnotatione Vptono, parentheseos signis inclusi.

Vers. 16. οὐδὲ τὰ ἐξῆς ἀναζωγραφῶ. Conf. infra vs. 25.

Vers. 17. κορυφήν. „Noster codex κεφαλήν." VPTON. Sic & pb. & caret μου, quod vulgo sequitur.

Ibid. σοφισμάτιον ἔλυσας. ἔλυσε scribere jussit Salmasius: præter rem, si quid video. Se ipsum compellans Epictetus, secunda utitur persona.

Ibid. τοῦ Κυριεύοντος. „Σοφισμάτιον κυριεύον, ψευδόμενον, ἡσυχάζον, hic nominantur. Apud Diogenem Laërtium [in vita Chrysippi præsertim, & in Euclide Megarico, lib. II. s. 108.] multæ aliæ sunt Stoicorum recensentur, non explicantur: ut, ὁ χωρίζων λόγος, μετάπτωσις ἀξιωμάτων ἐξ ἀλλήλων εἰς ψεῦδη καὶ ἀντίστροφα, συνημμένα τιθανά, συμπεπλεγμένα, συναίμματα, συνημμένης προνοίας ἀμφιβολίας, εἰσαγωγήσεις [εἰσαγωγή, puto, voluerat scribere;] ἀνυπαρξίαι λόγοι καὶ συνημμένοι, περὶ τῶν μεταπιπτόντων λόγων πρὸς τὴν μεσότητα, ἄπορος διαλανθάνων, Ἡλέκτρα, ἐγκαλυμμένος, σωρείτης, κερατίνης, Φαλακρός, ὁ Ἀχιλλεὺς λόγος, & id genus alia portenta: in quibus tractandis & edisserendis occupentur ii, qui abundant ocio, quique nugis magis capiuntur, quam rebus seriis. Quod patrum nostrorum ætate vulgo in scholis esse factitatum, minus miror, cum

cum exemplo sectæ (si diis placet) gravissimæ niterentur.[a] WOLFIUS. „Περὶ Κυρισύνους vide in cap. seq.[a] UPTON. Vide Adnot. ad c. 19, 1.

Vers. 18. ὑπὲρ τὸν Ἡσυχάζουσα. „Cicero Acad. II. 29. *Placet enim Chrysippo, cum gradatim interrogaretur, verbi caussa, tria pauca sint, annè multa? aliquanto prius, quam ad multa perveniat, quiescere; id est, quod ab iis dicitur,* ἡσυχάζειν. Meminit Laërtius in vita Chrysippi, s. 197. περὶ τῶν εἰς τὰς ὑπολήψεις λόγων, καὶ ἡσυχαζόντων, πρὸς Ὀνήτορα, β'. Vbi Menagius: *Anxie quærebat finitorem acervi Chrysippus; quem cum invenire desperaret, excogitavit τὸν ἡσυχάζουσα λόγον: qui fiebat, cum interrogatus sustinebat se, priusquam ad finem interrogator perveniret.* Hinc Persius, Sat. VI. 80.

— — — *Depinge, ubi fistam,*
Inventus, Chrysippe, tui finitor acervi.[a]

UPTON.

Ibid. τὸν κυρισύνουσα ἐρωτῆσαι. *Dominantem interrogare*, i. e. *adversario proponere.* Est enim verbum hoc familiare græcis Dialecticis ἐρωτᾶν λόγον, *argumentationem* vel *ratiocinationem interrogare*, pro, *alteri proponere.* Quo verbo utuntur etiam ubi non interrogativa forma proponitur argumentatio; quoniam eo certe consilio illa proponitur, ut videamus quid ad eam respondeat adversarius. De qua phrasi ἐρωτᾶν λόγον tam docte, quam perspecte, præcepit Henr. Stephanus ad Sext. Empir. Pyrrh. Hypoth. lib. I. sect. 20. p. 207. edit. Fabricii; ubi etiam docet, eâdem in latino etiam sermone usum esse Ciceronem, de Fato cap. 12 seq. sic scribentem: *Nec nos impediet illa ignava ratio quæ dicitur; appellatur enim quidam a philosophis ἀργὸς λόγος; cui si pareamus, nihil omnino agamus in vita. Sic enim interrogant: Si fatum tibi est ex hoc morbo convalescere; sive medicum adhibueris, sive non adhibueris, convalesces. — — Recte genus hoc interrogationis ignavum atque iners nominatum est.* Præter loca a Stephano citata, vide eumdem Sextum Pyrrh. II. 146 sq. & 250 sq. Sic Diogenes Laërtius, II. 108. de Eubulide Milesio verba faciens, ait: ὃς καὶ πολλοὺς ἐν διαλεκτικῇ λόγους ἠρώτησε, τόν τε ψευδόμενον, καὶ τὸν διαλανθάνουσα, &c. Simplicius in Commentar. in Enchirid. sub finem Procemii: ἐν διαιρέσεσι ἐρωτᾷ

ἐρωτᾷ τὸν λόγον, inſtituta diviſione concludit argumentum; tripartitam rationem (trilemma) proponit. Rurſus idem ad Enchir. c. 38. p. 238. edit. Lugd. Ῥητέον δὲ περὶ τούτων κοινότερον καὶ καθολικώτερον, ἐκ διαιρέσεως ἐρωτῶντι τὸν λόγον. Eodem pertinet quod mox apud Noſtrum initio cap. ſeq. legimus: ὁ κυριεύων λόγος ἀπὸ τοιούτων τινῶν ἀφορμῶν ἠρωτῆσθαι φαίνεται.

Verſ. 19. μετὰ καθαροῦ σαυτοῦ, μετὰ τοῦ καθαροῦ σεαυτοῦ pc.

Verſ. 20. Πλάτων μὲν, ὅτι &c. „Fortaſſe verbum φησὶ vel καλεῖσθαι deeſt.“ WOLFIVS. — „Sed fortaſſe nil mutandum, quia ſubintelligitur φησὶ, ut ſupra in hoc cap. [vſ. 15.] μακάριος καὶ ὁ μοιχός.“ COM. SHAFTESB. — Similem ellipſin habes II. 21, 10. in illis verbis, Εἶτα σὺ πάλιν. At hoc loco, quoniam particulam μὲν non ſequitur adverſativa, quae ei reſpondeat, videndum puto ne e verbo λέγει aut neſcio quo alio corruptum ſit illud μὲν, aut ne verbum unum aut alterum in hac regione intercideriſ. Sed eam quidem dubitationem pertinacius urgere nolim.

Ibid. Ἴδι ἐπὶ τὰς ἀποδιοπομπήσεις. „Plato de Legib. lib. IX. [ineunte.] p. 854. edit. Steph. Ὅταν σοι προσπίπτῃ τι τῶν τοιούτων δογμάτων, ἴθι ἐπὶ τὰς ἀποδιοπομπήσεις, ἴθι ἐπὶ θεῶν ἀποτροπαίων ἱερὰ ἱκέτης, ἴθι ἐπὶ τῶν λεγομένων ἀνδρῶν ὑμῖν ἀγαθῶν ξυνουσίας· καὶ τὰ μὲν ἄκουε, τὰ δὲ καὶ σὺ λέγειν αὐτὸς, ὡς δεῖ τὰ καλὰ καὶ τὰ δίκαια παίδα ἄνδρα τιμᾶν. τὰς δὲ τῶν κακῶν ξυνουσίας φεῦγε ἀμεταστρεπτί. καὶ ἂν μέν σου φρονῇ ταῦτα λωφᾷ τι τὸ νόσημα· εἰ δὲ μή, κάλλιόν θάνατον σκεψάμενος, ἀπαλλάττου τοῦ βίου. *Quum in animum tuum hujusmodi cadit cogitatio, confuge ad expiationes, confuge ad deorum averruncatorum liberatorumque ſacra ſupplex, confuge ad bonorum virorum conſuetudines: ubi partim audias, partim tu quoque dicas, juſta honeſtaque ab omnibus colenda eſſe: improborum autem hominum commercia ita diligenter effugias, ut nullum ad eos te recipiendi relinquas locum. Quae ſi remedia adhibenti morbus quodammodo quietem praeſtiterit;* (bene tecum agetur. De hac ellipſi vide ad l. 24, 14.) *ſin minus, mortem tibi inhoneſta vita meliorem & praeſtantiorem ratus, hac te vita libera.* Ἀποδιοπόμπαιος eſt *ſacrum expiabile*, ab ἀποδιοπομπεῦμαι, expio. Heſychius: Ἀποδιοπομπεῖσθαι· ἀποστρέφεσθαι, τὸν ἀποτρόπαιον

τρόπαιον ἐκπέμπεσθαι, (lege ἐστέμπεσθαι, μικρὸν ἀπο-καθαίρεσθαι." VPTON.

Vers. 21. ἀρκοῦν, *cum satis esset.* ἀρκεῖ edidit VPTONVS, hac adjecta Nota: „Sic noster codex; cæteri omnes ἀρκοῦν. Sed videtur excidisse δέ· Ἀρκεῖ δὲ κἄν: *Plato quidem jubet,* — — *sufficit autem si &c.*" — Et ego pariter, si certus fuissem ex antiquo codice, non e recentioris critici conjectura ductam illam in ora libri Vptoniani scripturam, lubens ἀρκεῖ accepissem, præsertim si adjicere δὲ particulam licuisset. Nunc verò veterem lectionem, quæ exquisitior etiam quodammodo videri debebat, revocandam putavi; ἀρκοῦν, participium absolute positum, quemadmodum παρὸν, ἐξὸν, & similia. Neque vero diffiteor, sic nunc id, quod mox vs. 22. sequitur, ἅπαλθε πρὸς Σωκράτην, nulla adjecta conjunctione, nimis abrupte positum videri; quod satis commode haberet, si pro ἀρκοῦν, paulo ante, ἀρκεῖ δὲ legeremus. Quidquid sit, turbatum nonnihil in hac regione est, quod e melioribus codicibus medicinam desiderat. Venerat in mentem ἀρκεῖ οὖν, sed non liquet. In ἀρκοῦν consentiunt pabc. Pro sequenti κἄν vero, perperam σὺν ἂν habet pc.

Ibid. κἄν, — — πρὸς τοῦτῳ γίνῃ ἀνασκοπάζων. Et hæc oratio paulo obscurior abruptiorque videri possit; at nihilo minus, ni fallor, proba atque integra. πρὸς τοῦτῳ γίνῃ Vptonus, cum Wolfio, *apud illum esto*, vertit. Primum, quasi γίνου scriptum esset, in imperativo; cum tamen manifeste subjunctivus γίνῃ a præcedente conjunctione κἄν, id est καὶ ἐὰν, pendeat. Sed hoc leve est; illud ad sententiam majoris momenti, quod τούτῳ in masculino accipiunt, atque sic interpretantur, quasi πρός τινι εἶναι sonaret *apud aliquem esse, cum aliquo versari*, quod graeci sermonis usus non ferre videtur: est enim illud μετά τινος vel σύν τινι εἶναι. At πρὸς τούτῳ γίνεσθαι, est, *in hac re esse occupatum, hoc agere.* Sic οὐ γέγονα πρὸς τοῦτο, II. 19. 6. *in hoc non elaboravi.* Conf. Lexic. Polyb. in voce πρὸς, num. 2. Verbum ἀνασκοπάζων iidem interpretes, *teque cum eo comparato!* verterunt: quasi intelligendum esset ἀνασκοπάζων σαυτὸν πρὸς αὐτούς. At rectius fortasse & minoribus ambagibus unum pronomen personale αὐτοὺς fuerit intelligendum: *considera, observa illos; tecum collatos*, id est, *simili loco tecum versantes*: quorum posteriorum verborum vis in præpositione ἀνὰ inest, e qua compositum est verbum ἀνασκοπάζων. De re,

τὸ, quæ hic agitur, conferre Vptonus juſſit Enchirid. cap. 33. ſect. 12.

Ibid. τῶν ἀποθανόντων. τῶν ἀποθνησκόντων pb. male.

Verſ. 22. ἄπελθε πρὸς Σωκράτην &c. „Vide Platonis Sympoſium.“ VPTON.

Ibid. πόστος ἀφ' Ἡρακλέους. *quotus ab Hercule.* „Gymnicorum certaminum auctor perhibetur Hercules. Hic primus victor: poſt illum autem pugiles ii demum habebantur, qui & lucta & pancratio vicerant. Octo tales in certamine pugiles ἐν τῇ Ὀλυμπιονικῶν ἀναγραφῇ inveniuntur. Κάρος [Κάπρος] Ἠλεῖος καὶ πάλην καὶ παγκράτιον ἐνίκα μετὰ Ἡρακλέα, καὶ ἀναγράφεται δεύτερος ἀφ' Ἡρακλέους. Ῥόδιος — — τρίτος ἀφ' Ἡρακλέους. Πρωτοφάνης Μάγνης, πάλην καὶ παγκράτιον, τέταρτος ἀφ' Ἡρακλέους, &c. &c. Atque hinc explicatur hic locus.“ VPTON. Vide Ἱστοριῶν συναγωγὴν in Scaligeri Theſ. Temp. p. 333. ad Olymp. CXLII. ubi Κάπρος nomen habes illius qui *ſecundus poſt Herculem* luctæ & pancratii eodem die victor renunciatus eſt; adde Pauſan. lib. VI. c. 15. p. 489 ſq. Tum vide ad Olymp. CLVII. p. 334. apud Scalig. ubi ante verba, Τρίτος ἀφ' Ἡρακλέους, intercidit nomen Ἀριστομένης Ῥόδιος, ex Pauſan. V. 21. p. 432. ſupplendum. Viciſſim, (quod obiter hic monere liceat,) apud eumdem Pauſaniam ibidem poſt verba πρῶτος μὲν ἐξ αὐτῆς Ἠλιάδας, intercidiſſe nomen Κάπρος videtur. Quid autem rurſus ibidem ſibi velint iſta verba Ἑλλήνων δὲ πέραν Ἄγνου, equidem haud adſequor, niſi forte ſic legendum, Ἑλλήνων δὲ τῶν πέραν Αἰγαίου Ῥόδιος Ἀριστομένης, deleta δὲ particula quæ poſt Ῥόδιος perperam, ut videtur, ibi repetitur. *Quartus ab Hercule* luctæ pancratiique victor memoratus ad Olympiadem CLXXII. Quintus ad Olymp. CLXXVIII. &c.

Ibid. Χαῖρε, παράδοξε. „*Paradoxi:* ſic pugiles ſalutati, qui uno eodemque die victores in Olympicis certaminibus coronabantur, lucta ſimul & pancratio. Plutarchus in Compar. Cimonis & Luculli: ὥσπερ δὲ τῶν ἀθλητῶν τοὺς ἡμέρᾳ μιᾷ πάλῃ ἅμα καὶ παγκρατίῳ στεφανουμένους ἔθει τινὶ παραδοξονίκας καλοῦσιν· οὕτω Κίμων &c. Ita hunc Plutarchi locum recte Faber in Agoniſt. lib. III. c. 21. legendum monuit. Dio Chryſoſt. Orat. IX. p. 135. τοῦτον δὴ τὸν ἀγῶνα — — χαρτὸν ὄψα καὶ παράδοξον. Vbi Caſaubonus: *Olim ſumm hoc*

hoc certamen vocat παραδόξου, alludit Diogenes ad athletas Paradoxos, quorum in libris ac lapidibus antiquis fit mentio. Vide Inſcript. apud Gruter. p. CCCXIII. 10. VPTON.

Ibid. τοὺς σαπροὺς τούτους παλιτας. „Quid ſi πύκτας? quia ſequitur πανλάβλους." WOLFIVS. (παγκρατιαστὰς, pro πανλάβλους, ſcribere voluerat; & imprudenti hoc excidit.) — „Πύκτας ſcriberem, ſi codicum auctoritatem haberem. Vide Fab. Agoniſt. lib. III. c. 21. & Gatak. ad Anton. III. 4." VPTONVS. — Idem vero Vptonus, in Indice: „πύκτας reponendum; (ait) niſi joco ſe accipias." — At joco quidem nunc ſane non erat locus: ſed GATAKERVM ego probavi, loco citato monentem „πύκτας legendum, niſi forſan per ludibrium ita nuncupare placuit." Nempe per ludibrium contemtumque παλιτας pro πύκτας haud abſurde dicere Epictetus potuit; nec vero admodum probabile eſt, ſatis notum & uſu tritum nomen πύκτης (cui etiam propria ſedes hic, ubi & παγκρατιασταὶ & μανομάχοι nominantur, videri debebat) in παλιτης fuiſſe a librariis temere mutatum. Si quis tamen cum Fabro l. c. minime dubitandum duxerit, quin πύκτας pro παλιτας ſit legendum, ei equidem litem non movebo. In παλιτας conſentiunt pab. πύκτας habet pc. quod ex eodem παλιτας corruptum.

Ibid. νικήσας. νικήσεις edens VPTONVS, haec ad h. l. notavit: „Hæc vox abeſt ab editis omnibus, ex noſtro codice ſuppleta. Sed quid ſi νικήσας legas? Χαῖρε, παράδοξε, οὐχὶ — — νικήσας. *Salve, paradoxe, qui non viciſti* &c." — Mihi iſta conjectura viri docti non probabilis modo, ſed certa atque neceſſaria viſa eſt; quare adoptare eam non dubitavi. Nihil prorſus hic juvabant noſtri libri. Mox, pro τοὺς ὁμοίους αὐτοῖς, eſt τοῖς αὐτοῖς ὁμοίους in pa. mendoſe: debebat τοὺς αὐτοῖς μοίους.

Verſ. 24. Ἀλλ' εἰπέ· Ἐνδέξαί με μικρὸν, φαντασία. Sic III. 12, 15. ἀνεξέταστον φαντασίαν μὴ παραδέχεσθαι, ἀλλὰ λέγειν, Ἐνδέξαι. ἄφες ἴδω τίς εἶ. Et Enchir. c. 34. ἐνδέξαίσθω σε τὸ πρᾶγμα. Vide Shaftesb. Vol. I. p. 320." VPTON.

Verſ. 25. μὴ ἀφῇς αὐτῇ προάγειν. „Vide III. 24, 98." VPTON.

Ibid. ἀναζωγραφούσῃ τὰ ἑξῆς. Confer ſupra, verſ. 16.

Ibid. ἀφαιρεῖ σ' ἔχουσα, *te secum rapiet.* Quemadmodum ἥκω ἔχων græce dicunt, pro *adfero*; sic οἴχομαι ἔχων est *abfero*, *abripio*.

Ibid. ἄλλην τινὰ ἀνθεισάγαγε &c. „Confer III. 24, 10.“ VPTON.

Vers. 29. ὡς τοὺς Διοσκούρους ἐν χειμῶνι οἱ πλέοντες. „Caſtor & Pollux, Dioſcuri, Jove nati ex Leda, navigantibus ſalutares:

— — *quorum ſimul alba nautis*
ſtella refulſit;
defluit ſaxis agitatus humor,
concidunt venti.“ [Horat. Od. I. 12.]

VPTON.

Ibid. τοῖος γὰρ μείζων χειμὼν, ἢ ὁ ἐκ φαντασιῶν ἰσχυρῶν καὶ ἐκπυστικῶν τοῦ λόγου. „Ἰσχυραὶ φαντασίαι ſunt, aut ait A. Gellius lib. XIX. c. 1. *viſa quæ vi quadam ſua ſeſe inferunt noſcitanda hominibus.* Hæc eſt igitur mens Epicteti: *Ecquæ major tempeſtas eſſe poſſit, quam cum viſa vehementer ſeſe inferunt & rationem detundunt?*“ VPTON., *in Notis ad voc.* ἐκπυστικῶν. Conf. Admot. ad II. 13, 19. Perperam & invitis mss. tis χειμῶν. ſcribunt Ven. & Baſ.

Vers. 30. ὅση γαλήνη. „Eadem translatione non uno in loco utitur M. Antoninus. Sic lib. XII. ſ. 22. Πάντα ἡ ὑπόληψις. καὶ αὐτὴ ἐπὶ σοί. ἄρον οὖν, ὅτε θέλεις, τὴν ὑπόληψιν· καὶ, ὥσπερ κάμψαντι τὴν ἄκραν, γαλήνη, σταθερὰ πάντα, καὶ κόλπος ἀκύμων. *Omnia in opinione ſita ſunt: & hæc ipſa in te. Tolle igitur, quandocunque volueris, opinionem; &, ſicut promontorium prætervecto, tranquillitas* (adeſt,) *omnia ſtabilia, & ſinus æſtu immunis.* Lib. VII. ſ. 68. τί γὰρ κωλύει ἐν πᾶσι τούτοις τὴν διάνοιαν σώζων ἑαυτὴν ἐν γαλήνῃ. Lib. VIII. ſ. 28. Ὁ πόνος ἤτοι τῷ σώματι κακὸν ἐστὶν, ἢ προφανέσθω. ἤτοι τῇ ψυχῇ· ἀλλ' ἐξεστιν αὐτῇ τὴν ἰδίαν αἰδρίαν καὶ γαλήνην διαφυλάσσειν, καὶ μὴ ὑπολαμβάνειν ὅτι κακόν. *Dolor aut eſt corpori malum; quod, ſi ſit, corpus id cenſeat: aut animæ; at illi licet etiam inter dolores ſerenitatem ſuam tranquillitatemque ſervare, nec opinari malum eſſe.*“ VPTON.

Vers. 32. αἴθε δ' ἀμβολίεργος. „Heſiod. Ἔργ. καὶ Ἡμ. vſ. 413.“ [411.] VPTON.

CAPVT

CAPVT XIX.

TITVLVM hujus capitis, Πρὸς τοὺς μέχρι λόγου μόνον ἀναλαμβάνοντας &c. parum adcurate Vptonus cum Wollio sic est interpretatus: *Ad eos qui verbo tenus duntaxat se pro Philosophis gerunt.* τὰ τῶν Φιλοσόφων ἀναλαμβάνειν non est *pro philosopho se gerere*, sed *philosophorum præcepta addiscere.* Vide I. 20, 13. II. 16, 5. III. 21, 1 & 3. &c. Sic Polyb. III. 4, 10. IX. 20, 8. Tum nec satis commode μέχρι λόγου *verbo tenus* nunc vertebatur: oportebat, *verborum* vel *verbis tenus*, in plurali numero, vel *sermonum*, *disputationum tenus*; (conf. I. 7, 5.) nempe quod id unum agant isti homines, ut *verba facere ac disserere possint* de dogmatibus philosophorum, non ut in vitæ usum ea convertant. Quo pertinet quod A. Gellius scribit lib. XVII. c. 19. *Favorinum ego audivi dicere, Epictetum Philosophum dixisse: Plerosque istos, qui philosophari viderentur, philosophos esse hujuscemodi, ἄνευ τοῦ πράττειν, μέχρι τοῦ λέγειν: id significat, factis procul, verbis tenus.* conf. III. 24, 16. Præcipue vero *ratiunculas* spectare videtur illas & infinitas argutias, quibus vulgus Stoicorum gloriam captabant. conf. infra vs. 22. Quo pertinet etiam, quod in Tabula Capitum hujus Libri, non μέχρι λόγου, sed μέχρι λόγων, scribunt tres nostri codd. pbc. cum vett. edd. quod ipsum etiam h. l. codex pb. tenet. Vnus Vptonus in Capitum Indice μέχρι λόγου edidit, sua auctoritate (ut videtur) hanc scripturam ex hoc loco istuc transferens. Cæterum de hujus Capitis Argumento hæc adnotavit idem VPTONVS: „In hoc Capite insectatur istos Philosophus noster, qui ostentationis caussa tam in Logicis, quam in Ethicis, in Philosophiæ historiam curiosius inquirant, neque ulla propria sibi statuant dogmata. Vide omnino A. Gell. lib. I. cap. 2. & lib. XVII. c. 19. Obscura autem sunt nonnulla propter disputationes subtiliores Stoicorum in re logica. Consule Ciceronem de Fato." [cap. 6 fq.] — Sic ille. Quibus adde, quæ de præcipuo hujus capitis Argumento nos adnotavimus ad vs. 6.

Vers. 1. Ὁ Κυριεύων λόγος &c. „De hoc loco (ait *Vptonus*) per Literas consultus vir amicissimus IACOBVS HARRIS mihi in hæc verba responsum dedit: „Si quis „petit hujus nominis (ὁ κυριεύων λόγος) rationem, im„positum videtur ob rei significatæ dignitatem, nempe

„a cujus explicatione pendet tota *de Casu & Fato, de Libertate & Necessitate* disputatio; qua quid in Ethica, „immo in omni Philosophia gravius?

„In hac controversia tres erant Stoicorum propositiones, quibus hoc peculiare, ut, duabus quibuslibet earum affirmatis, negaretur exinde tertia. Ex. gr. Propositiones sint A, B, C. Positis A & B, negabatur C: positis A & C, negabatur B: positis B & C, negabatur A. Ita fiebant tria diversarum conclusionum „argumenta, atque adeo tres inter Stoicos αἱρέσεις, sive „sectae, pro diversitate harum conclusionum. His singulis patrocinati sunt, alteri Diodorus, (cognomento „Dialecticus) alteri Cleanthes, & tertiae Chrysippus. „Inter hos autem omnes convenerat, in singulis argumentis conclusionem recte fieri: id solum quaerebatur, quas duas propositiones e tribus assumerent, unde argumentum ducerent; quam propositionem relinquerent, ut in conclusione negaretur.

„Propositiones tales erant: 1. Πᾶν παρεληλυθὸς, ἀληθὲς ἀναγκαῖον. *Omne praeteritum, rem esse necessario „verum.* 2. Δυνατῷ ἀδύνατον μὴ ἀκολουθεῖν. *Possibili impossibile non esse consequens.* 3. Δυνατόν ἐστιν, ὃ οὔτ' ἔστιν ἀληθὲς, οὔτ' ἔσται. *Esse aliquid possibile, quod „neque verum est nunc, neque verum erit.*

„Harum propositionum prima satis aperta; obscuriores paululum secunda & tertia. [De prima vide tamen, „quae mox inferius notabimus.]

„Secunda melius tali exemplo liquebit. Dictum hoc, „*Socrates gladio periturus est*, dum Socrates vivebat, „fuisse videtur *in futuro possibile:* postquam autem veneno Socrates perierat, tum *in praeterito* videtur factum fuisse *impossibile.* Ita in uno subjecto (nempe, *in „τῷ Socratem gladio perire)* misceri videntur duo plane „contraria, *Possibile* & *Impossibile.* Hoc vero per hanc „secundam propositionem fieri non potuit. Ait enim, „Δυνατῷ ἀδύνατον μὴ ἀκολουθεῖν, *Possibili Impossibile non „esse consequens;* seu, quod eodem redit, *Possibile in „Impossibile non convertere.*

„Hac explicata propositione, facilior tertia. Affirmat „enim id quod secunda negat, & est quodammodo illius „reciprocatio. Ait igitur, *Possibile esse aliquid, quod nec „verum est nunc, nec verum erit in futuro.* Ex. gr. Affirmat, dictum hoc *(Mundus aqua peribit)* possibile „esse, quamvis nec nunc aqua pereat, nec olim perit-

„turus

„turus sit: neque enim necesse omnia possibilia re„vera evenire, sed fieri posse eorum aliqua nunquam „evenire.

„Nunc ad argumenta transeamus, hoc prius de na„tura rerum præmisso: Rerum aliæ sunt *necessariæ*; „aliæ *contingentes*. Necessariarum aliæ sunt *necessario* „*veræ*; aliæ *necessario falsæ*. Rursus: Rerum aliæ „sunt *præteritæ*; aliæ *præsentes*; aliæ *futuræ*. *Præ„teritæ* videntur plerisque *necessariæ*; *futuræ* vero, *con„tingentes*.

„His autem ita se habentibus, quicunque tractationem „*de Fato & Libertate* a rerum *præteritarum* contempla„tione exordiebantur, hi *Necessitati* faventes, (quippe „præteritum omne, ut videtur, necessarium) in uno „subjecto Possibile & Impossibile minime misceri puta„bant: atque idcirco, positis duabus prioribus proposi„tionibus, tollebant tertiam; hoc est, negabant *quid„quam possibile esse quod non verum est nunc, nec ve„rum erit in futuro*. Horum princeps erat *Diodorus* „*Dialecticus*.

„Alii, a rerum *futurarum* contemplatione eandem „tractationem exordientes, *Contingentiæ* (si fas sit ita „loqui) potius, quam *Necessitati*, favebant. Quod enim „Futurum, id etiam videbatur Contingens. Hi ergo „tenebant, esse multa possibilia, quæ nec nunc vera, „neque olim vera futura erant. Quod autem, Possibile „& Impossibile in uno subjecto misceri, durum quiddam „& inud concoquendum videbatur, ut hoc evitarent, ne „res quidem præteritas Contingentia carere voluerunt. „Duabus ergo postremis propositionibus positis, tolle„bant primam; hoc est, negabant *Omne præteritum* „*rem esse necessario verum*. Horum e numero præcipuus „*Cleanthes*.

„Tertium restat Philosophorum genus, cui, utcun„que *Contingentiam* rebus *futuris* negare nollet, tamen „*præteritis* quoque concedere fababsurdum videbatur. „Hi ergo, ne sua privarent res præteritas Necessitate, „malebant Possibile & Impossibile in uno subjecto misce„ri; atque adeo, positis prima & tertia propositione, „tollebant mediam, hoc est, negabant *Possibili Impossi„bile nunquam esse consequens*; vel, quod eodem redit, „affirmabant, *Possibili Impossibile aliquando esse consequens*. „Hujus opinionis propugnator *Chrysippus*.

„Hæc vero sententiæ, quotquot fuerunt, vel potius „fieri potuerunt; περὶ Δυνατῶν. καὶ Ἀδυνάτων. Aut „enim, secundum Diodorum, tam Futura, quam Præ„terita, *necessaria* sunt; aut, secundum Cleanthem, tam „Præterita, quam Futura, *contingentia*; aut, secundum „Chrysippum, Præterita quidem *necessaria*, Futura vero „*contingentia*.

„Atque hæc satis ad Λόγον Κυριεύοντα. Restat, ut „obiter explicemus *Epistolam* CICERONIS, cujus inter„pretatio ab hac doctrina pendet. Epist. 4. lib. IX. ita „scribit Varroni suo: Περὶ Δυνατῶν. *ne scita quidem* ἀπὸ Διό„δωρον κρίνειν. *Quapropter, si venturus es, scito ne*„*cesse esse te venire. Si autem non es, τῶν ἀδυνάτων est* „*te venire. Nunc vide, utra te κρίσις magis delectet,* „Χρυσιππεία. *ne, an hæc, quam noster Diodotus non* „*concoquebat. Sed de his etiam rebus, otiosi cum erimus.* „*Hoc etiam κατὰ Χρύσιππον δυνατὸν est.*

„*Si venturus es, scito necesse esse te venire.* Hæc ex „Diodori sententia; quippe qui negabat τι δυνατὸν εἶναι, „ὃ οὐκ ἔστιν ἀληθὲς, οὐκ ἔσται, quique ob hanc ratio„nem tenebat omnem eventum evenire necessario.

„*Nunc vide, utra te κρίσις magis delectet*; nempe „Diodori, qui omnia ad necessitatem referebat; an al„tera Chrysippi, cui, contra Diodorum, placebat δυνα„τόν τι εἶναι, ὃ οὐκ ἔστιν ἀληθὲς, οὐκ ἔσται, quique „idcirco putabat rem fieri non potuisse, quoniam non „erat eventura.

„*Sed de his rebus, otiosi cum erimus: hoc etiam po„test Χρύσιππον δυνατὸν est.* Δυνατὸν est κατὰ Χρύσιπ„πον, nos de his rebus in otio disputare, seu ita for„tan eveniat, seu non; quia Chrysippo judice nonnulla „sint in numero τῶν δυνατῶν, quæ nunquam fiunt. At „non ita ex Diodori sententia; cui ἀδύνατον est, ut per „omne tempus ἀδύνατον fuit nos disputaturos, si revera „non disputamus: sin vero ullo unquam tempore disputaturi fumus, tum pari modo semper ἀναγκαῖον."

Hæc tam acute, quam docte, HARRISIVS. De eadem κυριεύοντι λόγῳ (cujus jam memminerat noster sup. præced. vs. 17 sq.) breviter in Indice hæc monuit REINESIVS: „Dicitur argumentatio Κυριεύων, quia cæ„teris inter argumentationes dominari videtur." Meminit autem (præter Nostrum) quoque Lucianus in Vitar. Auct. (c. 22. T. I. edit. Hemst. p. 562.) Plutarch. in Sympos.

Synpos. lib. I. quæst. 1. Themistius in Orat. 2. — Auctorum verba citavit Menagius ad Laert. II. 108. p. 123 sq. Numero vero eorum, qui hujus rationis memi-nerunt, adjiciendus A. Gellius lib. I. c. 2. ubi quidem in vett. editt. corruptum id nomen. De ipsa quæstione vero, vel quæstionibus, quæ ista argumentatione tracta-batur, quas perspecte fane Harrisius enodavit, conferen-dus utique, quem jam supra Vptonus laudavit, Cicero, de Fato, cap. 6 sqq. & e recentioribus Bayllus, in Dict. Histor. & Crit. art. *Chrysippe*, nota *S.* Cæterum de origine ac vi nominis aliter, atque Harrisius alique, GASSENDVS judicavit, de Logicæ Orig. & Variet. cap. 6. Tom. I. opp. p. 52. ita scribens: „Videri quidem posset intelligenda *Ratio* quædam *princeps*: verum, ut *Achilles* ratio dicitur, non quod hoc nomine indicetur illius præ cæteris robur, sed quod in ejus deductione fiat Achillis mentio; sic *ratio* videtur dicta, *Dominans*, non quod aliarum imperans sit, sed quod Dominationis mentio in ejus deductione fiat. &c."

Ibid. ἀπὸ τουτων τῶν ἀφορμῶν ἠρωτῆσθαι φαίνεται. Conquiritur VPTONVS, non modo propter subtiliores Stoicorum disputationes obscura esse, nonnulla in hoc capite; sed „Obscura quoque (ait) propter errata librariorum. Nam ipso statim in initio quid hæc sunt? Ὁ κυριεύων λόγος ἀπὸ τουτων τινῶν ἀφορμῶν ἠρωτῆσθαι φαίνεται. Lego autem ἐπὶ τῷ ἠρωτῆσθαι, vocalis ἐπὶ τῷ a librariis omissis. Ita esse legendum patet ex Ik. 18, 18. ἐπὶ τῷ τὸν κυριεύοντα ἐρωτῆσαι." — Sic igitur legi vult prima hujus capitis verba: Ὁ κυριεύων λόγος ἀπὸ τουτων τῶν ἀφορμῶν ἐπὶ τῷ ἠρωτῆσθαι φαίνεται. Quo loco nescio, ipsam ne emendationem a viro docto propositam, an rationem qua fulcire illam conatur, magis infeliciter excogitatam dicam. Sane, quod II. 18. 18. legimus *non esse operæ pretium*, μέγα Φρονεῖν ἐπὶ τῷ τὸν κυριεύοντα ἐρωτῆσαι, mirum est (ne quid amplius dicam) inde colligere velle, hoc etiam loco verba ἐπὶ τῷ esse inserenda. Cæterum absque his verbis clare & perspicue procedit oratio, adjectis illis impedita fit & so-loeca. Quam sententiam verbis e conjectura sua concinnatis subjecerit Vptonus, non declaravit ipse, nec enim interpretationem adjecit, & in versione textui subjecta, Wolfium verbo tenus erat secutus: *Dominantis rationis quæstiones ab hujusmodi occasionibus proficiscuntur.* Satis vero adparet, vocabulum ἀφορμῶν ab eodem Vpto-

no, cum iſtam emendationem proponeret, pro participio fuiſſe acceptum verbi ἀφορμάω, *proficiſcor*. At, ut taceam, numquam iſta ratione verbum ἀφορμᾶν, ſed ὁρμᾶσθαι, uſurpari; ſi vel maxime ferendum illud judicaveris, ſaltem verbum ἀφαρμᾶν, hac notione acceptum, poſt ſe ἐπὶ τὸ deſiderabat, non ἐπὶ τῷ; neque cum participio præſentis temporis ponī infinitivus ἠρωτῆσθαι in præterito debebat, ſed ἐρωτᾶσθαι in præſente. Enimvero ἀφορμῶν haud dubie nunc nil aliud niſi genitivus pluralis eſt vocis ἀφορμή. Sunt autem ἀφορμαί, generatim quidem, *occaſiones*, *rationes*, *præſidia*, *adjumenta*, quibus utimur ad aliquid adgrediendum ſuſcipiendumve; apud Dialecticos vero ſigillatim ſunt *initia*, *principia*, *a quibus progreditur noſtra cognitio*, aut *a quibus ad aliquid pronunciandum adſerendumve proficiſcimur*. Vide III. 2, 10. III. 6, 8. De verbi ἐρωτᾶν uſu in hac connexione, dictum eſt ad cap. præc. vſ. 18.

Ibid. παντὸς γὰρ οὔσης μάχης &c. „Inſere τῆς articulum; τῆς μάχης.“ VPTON. Mihi vero articulus h. l. non modo non deſiderari, ſed ne ſatis quidem commodus fore viſus erat: nec agnoſcunt eum noſtri libri. Vide tamen infra, ad vſ. 4. Particulam γὰρ, quæ ex uſu Græci ſermonis ſuo loco hic ſtat, & *ſcilicet*, *nempe* exponi debet, temere omiſit pc. Sententiam iſtorum verborum perſpecte Harriſius explicavit, *duas quasque e tribus iſtis enunciationibus pugnare cum tertia, eamque extinguere*.

Ibid. τῷ, πᾶν παρελήλυθὸς ἀληθὲς ἀναγκαῖον εἶναι. Vulgo omnes τῷ, τὸ πᾶν &c. Sed in hoc VPTONVM probavi, in Notis monentem, delendum τὸ articulum ante πᾶν. Sane & per ſe intelligi debebat, alieno loco hic ſtare iſtum articulum, & mox vſ. 2 & 3. idem pronunciatum, abſque articulo ad nomen πᾶν adjecto, repetitum videmus. (Iamque his ſcriptis video ignorare h. l. iſtud τὸ codicem noſtrum pb.) Sed quod eamdem enunciationem latine cum Wolfio ſic reddidit idem Vptonus, *omne præteritum neceſſario verum eſſe*, vocabulum ἀληθὲς a παρελήλυθὸς ſeparans, & cum ἀναγκαῖον jungens; (in quo conſentientem etiam Harriſium habuit, qui in græco poſt παρελήλυθὸς comma interſeruit, & latine verba iſta ſic enunciavit: *omne præteritum, rem eſſe neceſſario veram;*) id quidem minus accurate factum judicavi: & ex tota argumentationis connexione ſatis intelligi mihi viſum erat, vocabulum ἀληθὲς

ἀλῆ cum παρελήλυθός esse conjungendum. Quemadmodum enim ab una parte tria ista a se invicem distinguuntur, *possibile*, *impossibile*, *necessarium*: sic ab altera parte, *verum præsens*, ὃ ἐστιν ἀληθὲς; *verum futurum*, ὃ ἔσται ἀληθὲς; & *verum præteritum*, τὸ παρελήλυθὸς ἀληθές. Eamdem enunciationem Cicero his verbis complexus est: *omnia vera in præteritis, necessaria sunt.* de Fato cap. 7.

Ibid. δυνατῷ ἀδύνατον μὴ ἀκολουθεῖν. Ante Vptonum ἀδυνάτῳ ἀδύνατον μὴ ἀκολουθεῖν edebatur. Quo refertur WOLFII hæc adnotatio: „Etsi me argutias istas non satis intelligere fateor, tamen quid si legatur τῷ δυνατῷ ἀδύνατον, vel, quod perinde est, τῷ ἀδυνάτῳ τὸ δυνατὸν μὴ ἀκολουθεῖν. Nam, *impossibile non esse consequens impossibili*, quid est nisi ταυτολογία inanis? quasi dicas, nihilum nihilo esse consequens, aut, ut poëta,

Ex nihilo nihil, in nihilum nil posse reverti.“

Recte vero Vptonus, monente (ut ait) ipsius codice, δυνατῷ ἀδύνατον edidit: atque eodem modo bis pronunciatum hoc vs. 2 sq. repetitur consentientibus libris; quibus ex locis hic quoque δυνατῷ scribendum adnotaverat etiam Salmasius. In vitiosam scripturam, quæ olim vulgata erat, consentiunt quidem h. l. nostri codices pab. sed veri vestigium servavit pc. qui quidem alia parte aberravit, δυνατὸν ἀδύνατον scribens, pro δυνατῷ ἀδύνατον.

Ibid. δυνατὸν εἶναι ὃ οὔτ' ἔστιν ἀληθὲς, οὔτ' ἔσται. Cum omnes vulgo μὴ δυνατὸν εἶναι darent, recte nunc VPTONVS monuit: „Scribendum, quamquam silent codices, καὶ τῷ, δυνατὸν εἶναι: negativa particula μὴ prorsus deleta.“ — Cui lubens parui. Nam cum duabus prioribus positionibus pugnat hæc tertia, non negative enunciata, sed adfirmative: quod cum per se intelligebatur, tum ex his, quæ proxime subjicit ipse Epictetus, perspicuum erat; cum ait, Diodorum a sumtis duabus prioribus progressum ad negandam hanc tertiam.

Ibid. ὁ Διόδωρος. „*Diodorus*, Dialecticus dictus, cujus mentio sæpe fit apud Laërtium. Involutum & cornutum disserendi genus invenit. Inter Chrysippum & Diodorum erat περὶ Ἀδυνάτων contentio. Vide Ciceron. de Fato cap. 7. & A. Gell. lib. XI. c. 12.“ VPTON.

Croni cognomen habuit. Laërt. II. 111. & Strab. apud Menag. ad l. c.

Ibid. δυοῖν. Praetuli hanc formam, quam offerebat pc. Vulgo δυεῖν edd. cum ceteris codd. Et sic mox rursus δυεῖν edebatur vs. 2. ubi pariter δυοῖν scripsi, praeeuntibus codd. pbc. Quamquam & δυεῖν ferri fortasse poterat: nec enim constans est lex, quam Grammatici nonnulli statuunt, δυοῖν esse omnis generis, δυεῖν solius feminini.

Vers. 2. τηρήσει. Forsan τηρήσεις. Eodem pertinet, quod τηρήσῃ in subjunct. habet pc. eadem notione ut in optativo; *tenuerit*, *tenebit sortasse*.

Ibid. τῶν δυοῖν. Videri possit; τῶν τριῶν fuisse dicendum. Sed intelligendae ter *binae* ex istis propositionibus, quae simul stare possunt, seu excludunt tertiam.

Ibid. ἔστι τὸ τι δυνατόν. Caret τι pc.

Ibid. Φέρεσθαι, *sentire*. Vide ad IV. 1, 125.

Ibid. ἐπιτολὴ ἀνηγόρευσεν. Tenni cum Vptono Wolfii versionem, *capiase patrocinatus est*: possis ἐπιτολὴ pariter *impense*, *fortiter*, *operose* interpretari.

Ibid. Ἀντίπατρος. *Antipater*. Tarsensis, Stoicus, de quo Strabo lib. XIV. [p. 674. ed. Casaub.] Cicero de Offic. III. 12. & Acad. II. 47. *Duo vel principes Dialecticorum*, *Antipater & Archedemus*. Saepius illius facta est mentio apud Laërtium in vita Zenonis. VPTON. Confer Nostrum II. 17, 40. & alibi.

Vers. 3. ἐπὶ δυνατόν τ' ἐστὶν. Copulativam particulam τε, quam (nescio, casune, an consilio) omiserat Vptonus, restituit ex superioribus editionibus, cum quibus faciunt nostri codd. pac. Eandem quidem ignorat etiam noster cod. pb. At percommode per τε & τε copulantur duo ista pronunciata, quemadmodum etiam versu superiori, ubi τε agnoscunt omnes.

Vers. 4. κοινὴν εἶναι αὐτῶν μάχην. κοινὴν εἶναι τὴν μάχην αὐτῶν pa. Vide supra quae Vptonus adnotavit ad ista verba vs. 1. κοινῆς γὰρ οὔσης μάχης.

Vers. 5. οἱ δὲ περὶ Πανθοίδην. VPTONVS *in Indice*: „Πανθοίδης, *Panthoedes*, Stoicus nescio quis." — Nonnihil de hoc docere poterat Diogenes Laërt. V. 68. ubi *Dialecticum* adpellat, quem audivit Lyco Peripateticus; & VII. 193. ubi nominatur scriptum ejus, περὶ Ἀμφιβολιῶν,

λεῖν, contra quod scripsit Chrysippus. Corrigendus vero levis error apud Laërtii interpretem, qui *Panthoedum* vocat hunc philosophum, cum nomen in recto casu *Panthoedes* fuisse, non *Panthoedus*, ex hoc loco discimus. Eumdem errorem repetit Fabricius in Bibl. Græc. lib. III. cap. 33. Tom. II. p. 822. ubi *Panthoedum* in catalogo Philosophorum Megaricorum sive Dialecticorum commemorat. Quod nisi hîc Epicteti locus ibi præteriisset doctissimi viri diligentiam, non solum illum errorem fuerat correcturus, sed simul intellecturus, non minus in Stoicorum catalogo, quam in Dialecticorum, fuisse nomen *Panthoedæ* commemorandum; quemadmodum Antipatrum, Archidamum, Diodorum in utroque catalogo commemoravit.

Ibid. οἱ δὲ περὶ Χρύσιππον τὰ ἄλλα. Desunt hæc in pb. male.

Vers. 6. Σὺ οὖν τί; &c. „Auditor: Σὺ οὖν τί; *Tu quid ad ea de hisce rebus* dicis, [vel] nosti? Epictetus: Οὐδὲν γέγονα &c. *Nihil equidem: in hoc natus sum, ut* &c. Ita forsan legendum.“ UPTON. Imo vero nihil opus est, ut solicitetur vulgata. Post Σὺ οὖν τί; initio responsionis vox οὐδὲν percommode, ut mox vers. 8. & sæpe alibi, subintelligitur. Ad rem quod spectat; duo vitia hac disputatione reprehendit Epictetus in discipulis suis, & in aliis, qui Stoicos philosophos vulgo se jactabant. Unum, quod in disserendo de difficilibus & spinosis quæstionibus gloriam captare consuessent; in quibus si ex ipsis quæreres quanam ex parte stet veritas, quamnam partem ipsi tuerentur, ne habebant quidem quid responderent, hoc uno contenti, ut *historice* (quod nos dicere solemus, conf. vs. 11.) seu, quod eodem redit, veluti *Grammatici*, ut ait nunc Epictetus, id est, veluti poëtarum interpretes, aliorum dicta sententiasque exponerent, &, quid quisque ex celebrioribus doctoribus auctoribusque de quaque quæstione pronunciarit scripseritve, enumerarent. In quo quidem, quatenus de quæstionibus agitur, in quibus nihil vel parum momenti ad vitæ usum inest, non valde magnum foret malum, si modo intelligerent isti homines, se non alias partes nisi Grammaticorum agere, nec pro philosophis se gererent, & insanos sibi spiritus sumerent. Ego sane ipse, ait, cum tempus aut disciplinæ ratio poscit, ut de *ratione* illa, quam *Dominantem* vocant, faciam verba, non dissimulo, nec me pudet

det fateri, me de hoc argumento non aliter disserere, nisi ut Grammaticum. Sunt enim alia argumenta graviora, quibus operam otiumque meum impendendum censui, ut non vacáverit mihi in hujusmodi quæstionum discussionem intendere cogitationem meam defigereque. (Conf. quæ Socrates ait apud Xenoph. Memorab. I. 1, 12.) Alterum est vitium multo gravius, quod in quæstionibus ad mores hominum & ad vitæ usum proxime spectantibus non aliter versantur illi falsi nominis Philosophi, atque in dialecticis hujusmodi argumentis, in quibus nihil nisi disserendi spectatur subtilitas. Vide infra vs. 11 sqq.

Ibid. τῇ βασιλίσσῃ τὴν ἑαυτοῦ φαντασίαν. Conf. III. 26, 13. & infra vs. 14. hoc cap.

Vers. 7. Ἑλλάνικος. „Historicus. Citat ejus Aegyptiaca Athenæus lib. XI." VPTON. — Idem Τρωϊκὰ scripsit, ad quæ hic respicit Epictetus. Mox vs. 14. ejusdem *Aegyptiaca* commemorantur. Conf. Voss. de Hist. Græc. lib. IV. c. 5.

Vers. 8. Κἀγὼ περὶ τοῦ χωρισάντος τί ἄλλο ἔχω εἰπεῖν; Hanc scribendi rationem, τί, cum acuto accentu, interrogandi forma, e veteribus edit. Ven. & Bas. revocavi, (quibuscum faciunt nostri mssti;) cum in Col. Cant. Lond. τί esset scriptum, & in Vptonina χωρισάντος τι. Interrogandi autem signum, loco nudi puncti, quod dederant omnes, post ἀνωτέρω posui. Quam rationem in latina versione Wolfius, & cum Wolfio Vptonus expressit: *Ego quoque — — quid aliud habeo?* Cæterum satis intelligo, non multum h. l. referre, τί cum accentu, an τι absque accentu scribas: nam & hoc interrogative poterat accipi, *hoc modo, habeone aliquid?* Post interrogationem autem, initio responsionis intelligendum οὐδέν, ut vs. 6. & sæpe aliàs. Vocab. ἀνωτέρω *sublimius* interpretati sunt Wolf. & Vpt. Mihi satis visum est *amplius*, vel *ulterius*. cf. II. 11, 12 & 16.

Vers. 9. Γέγραφε δὲ καὶ Χρύσιππος θαυμαστῶς ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Δυνατῶν. „Hos Chrysippi libros inter alios quamplurimos citat Diog. Laërt. lib. VII. s. 191. περὶ Δυνατῶν πρὸς Κλεῖτον, δ'. *De Possibilibus ad Clitum, qualuor.*" Quos respexit Cicero in Epist. supra citata, [Epist. 4. lib. IX.] ut monuit etiam Menagius ad Laërtium. VPTON. — Ceterum quod ibidem ait Menagius,

gius, *honorifice illos Chryſippi libros* h. l. *citari* ab Epicteto; recte monuit Baylius, (loco ſupra citato, art. Chryſipp. not. S.) ſatis adparere, quantum abfuerit philoſophus noſter, ut ejus generis argutias & difficiles nugas magnopere admiraretur.

Ibid. Ἀρχέδημος. *Archedemus*, aliis *Archedamus*, aliis *Archidemus*, Tarſenſis, Stoicus & Dialecticus; de quo jam dictum ad II. 4, 11. conf. paulo ante ad vſ. 2. ubi & de *Antipatro*.

Verſ. 10. τοῖον δόγμα πεποίηται κατὰ τὸν τόπον; „Habent veteres editiones *πεποίηται*. Wolfii editiones *πεποίηκας*. Forſan *σαυτοῦ πεποίηται*, uti infra legendum, vſ. 14. Confer & ſupra, vſ 6.“ VPTON. — In *πεποίηται* conſentiunt editt. Ven. Baſ. & Genev. puto & Salmant. quam mihi inſpicere non licuit. Wolfii editio græca Diſſertationum Epicteti, ut jam aliàs monui, nulla umquam fuit. Sed ad exemplum editionis Baſileenſis (in qua procuranda nullæ fuerant Wolfii partes) græcum contextum cum Wolfii verſione Latina Notisque expreſſerunt editores Colonienſis, Cantabrigienſis, Londinenſis. Has *Wolfii editiones* Vptonus immerito vocat: in quas temere prorſus atque perperam, præeunte Colonienſi, *πεποίηκας* h. l. irrepſit. Neque vero ullo modo veterem ſcripturam, recte a ſe in contextum revocatam, (in quam eamdem conſentiunt mssti) ſolicitare in Notis Vptonus debebat: ſatis enim notum eſt, verbum ποιεῖσθαι non ſolum in medio genere, (quemadmodum ſupra vſ. 6.) verum etiam in paſſivo, notione activa & reciproca *(facere aliquid ſibi)* uſurpari. Quare & recte vſ. 14. *πεποίησαι*, pro *πεποίηται*, in quod ibi conſentiebant libri, reſtituit; quam rationem nunc retractare, & mendoſum *πεποίηται* poſtliminio revocare non debebat. Et ibi quidem veram lectionem, quæ ex Arriani libris expulſa erat, conſervarunt nobis A. Gellii codices, lib. I. c. 2. ubi iſta Epicteti verba recitantur.

Ibid. Ἀλλ' ἀρὰς ὑμῖν Ἑλένην ἔδα. „Hæc erant *μελέτα* Sophiſtarum. Vide infra, III. 23, 11 & 35.“ VPTON.

Verſ. 11. Καὶ ἐνταῦθα μὲν οὐδὲν μέγα &c. Vide ſupra ad verſ. 6.

Ibid. πάσχομεν αὐτό. „Quid *patimur?* Nempe variis de re Ethica diſputationibus futiliter operam damus, nulla

nulla propria vitae ratione nobis statuta." VPTON. — Vide Adnot. modo citatam.

Vers. 12. *Ἐπεί μοι περὶ ἀγαθῶν &c.* Ab his inde verbis, usque ad illa, vs. 20. *καὶ τούτους ἐκλελυμένους*, recitatur hic locus apud A. Gellium lib. I. c. 2.

Ibid. Πλέθεν μὲ Φέρων &c. „Versus Homeri, Odyss. *l.* 39. Proverbialis locutio. A malo in pejus transeo: a nugis & ineptiis logicis, in nugas & ineptias ethicas. vide A. Gell. lib. I. cap. 2." VPTON. — Mihi vero nihil ejus rei, quam Vptonus in hujus Homerici versus citatione vidisse sibi visus est, contigit videre: neque proverbii loco citari solitum illum versum novi. Prolatis hisce poëtae verbis nihil aliud spectasse mihi visus est Epictetus, nisi ut false atque graphice notaret perniciosam eorum vanitatem, qui gravissimas quaestiones ex Morali Philosophia haud secus tractant, ac si de obvio quolibet poetae loco interpretando ageretur, qui nihil quidquam in recessu habeat, quod quidem ad vitam & salutem hominum spectaret.

Ibid. πέλασσεν πέλασσα pc. *πέλασα* pb.

Vers. 13. *καλίαι.* Putabam desiderari articulum, *αἱ καλίαι*, quemadmodum paulo ante *αἱ ἄρσεαι* dixit. Sed & apud A. Gellium nudum *καλίαι* absque artic. legitur.

Vers. 14. *Ἑλλάνικος.* Vide ad vs. 7. Apud A. Gellium habes *Οὕτως Ἑλλάνικος λέγει.* Sed ibi particulam istam perspicuitatis caussa adjectam crediderim, non ex Arriani codice transscriptam.

Ibid. Διογένης ἐν τῇ Ἠθικῇ. „*Diogenes* Babylonius, Antigoni praeceptor, & Stoicus Philosophus. Meminit Cicero, de Offic. lib. III. [c. 12.] & alibi. Laërt. VII. 13. *Καὶ Εὔδρομος ἐν τῇ ἠθικῇ στοιχειώσει, καὶ Διογένης ὁ Βαβυλώνιος.*" VPTON.

Ibid. βεβασάνικας οὖν τι αὐτῶν. Conf. vs. 6.

Ibid. καὶ δόγμα σεαυτοῦ πεποίησαι. Sic apud Gellium legitur; & recte sic edidit Vpton, pro eo quod h. l. vulgatum erat, *πεποίησαι*, quod ipsum immerito restituere jussit idem Vptonus in Notis. Vide supra, ad vs. 10. In *πεποίησαι* consentiunt nostri codd. pabc. cum Gellianis libris. Eamdemque lectionem ex edit. Salmant. commendavit Salmasius.

Vers. 15. *Δείκνυε πῶς εἴωθας ἐν πλοίῳ χειμάζεσθαι.* *Ostende quo pacto adsueveris in navi tempestatem*

Jem furre; quo pallio te gerere consueveris, ubi in mari tempestas incidit. Vulgo omnes γυμνάζεσθαι, quod tenens VPTONVS. „Male (inquit) apud A. Gellium pro γυμνάζεσθαι, χειμάζεσθαι. Vide II. 16, 20.“ — Mihi vero non modo alienum h. l. γυμνάζεσθαι, sed & peraptum verbum & unice verum χειμάζεσθαι visum erat. Non enim de *exercitatione* nunc agitur, sed de *specimine edendo*. Est autem χειμάζεσθαι, *hyemale frigus pati; imbre, tempestate, procella vexari*, sive terra sive mari. Itaque, quoniam de ea *tempestate* nunc sermo est, *quam in mari quis patitur*, ἐν πλοίῳ adjecit. Idem verbum χειμάζεσθαι ad alias *calamitates, vitam hominum turbantes* aut ad *curas animum angentes* translatum habes in Epicteti nostri fragmento apud Stobæum Serm. III. p. 44.

Ibid. Λέγε μοι, τοὺς Θεούς σοι ἃ πρώην ἔλεγες. Cum in editionibus omnibus, (ne Vptoniana quidem excepta) & in codicibus Arriani sic legeretur, Λέγε μοι τοὺς Θεοὺς οἷα πρώην ἔλεγες: opportune in Notis VPTONVS monuit: „Omnino lege (uti & monuit ad oram sui libri Vir Nobilis) Λέγε μοι, τοὺς Θεούς σου, οἷα. [Virum Nobilem, *Shaftesburium* ab Vptono dici sæpe vidimus.] Atque ita repone apud A. Gellium. De hac jurandi formula vide infra ad III. 1, 35.“ — Cui in eo, quod præcipuum erat, sum obsecutus. Cæterum, quamquam per se non improbem οἷα, tamen ipsa scripturæ vestigia indicare videbantur, nudum ἃ scribi debuisse, quod & apud Gellium superest. Ex Θεοὺς σοι ἃ, Θεοὺς οἷα fecere librarii, quibus parum familiaris illa formula erat. Apud Gellium ejusdem formulæ ignoratio aliam hujus loci alterationem aliumque errorem peperit. Semidoctus aliquis librarius pronomen σοι, in σὺ mutatum, verbis τοὺς Θεοὺς præposuit; &, quo formulam jurandi compleret, πρὸς præpositionem adjecit. Λέγε μοι σὺ πρὸς τοὺς Θεοὺς ἃ πρώην ἔλεγες. immemor nimirum, cum πρὸς in jurandi formula non τοὺς Θεοὺς, sed τῶν Θεῶν fuisse dicendum.

Ibid. μή τι καλὰ ἐστι. Perperam καλὰς ed. Ven. & Bas. cum codd. pac. Errorem correxerunt editores Genev. Colon. & seqq. Et recte καλὰ dat pb.

Vers. 16. οὐκ ἄρας ξύλον ἐνσείσεις αὐτῷ. Ante Vpt. ἐνσείσεις dabant editiones omnes, excepta Salmanticensi, e qua ἐνσείσεις commendavit Salmasius, quod taoite in con-

contextu posuit Vptonus; id ipsum vero ἐνστάσεις & A. Gellius dabat, & Parisini codices tres.

Ibid. καὶ σὺ ἐλθὼν ταίζεις. Perspecte sic Vptonus edidit, SHAFTESBVRIO obtemperans, qui, cum καὶ σὺ θέλων ταίζεις vulgo legeretur, monuerat: „Forte ἐλθών, quod & postea inveni in duobus vett. codd. A. Gellii." — Quam lectionem, unice veram, nescio cur apud Gellium non adoptarint recentiores editores. Illud ipsum ἐλθὼν habent etiam nostri codd. pab.

Vers. 18. μετέχον κακίας. Sic est apud Gell. & in nostro cod. pb. & sic edere etiam Vptonus voluerat, cujus operæ in accentu aberrantes, μέτεχον expresserunt. μέτοχον dabant h. l. superiores omnes editiones cum pac. quod per se quidem ferri fortasse poterat, sed non in usu fuisse videtur Stoicorum. Supra vers. 13. τὰ μετέχοντα dixerat πῶν ἀρετῶν, & τὰ μετέχοντα κακίας. Rursus vs. 15. κακίας μετέχον. Eodem modo Laërt. VII. 94. Stobæus Eclog. Ethic. p. 166. Sextus Empir. adv. Ethicos, lib. XI. 28 sq. &c.

Ibid. σὺ οὖν τίνα ταῦτα ἔλεγες; Tu vero quænam (vel quid) hæc esse dicebas? Minus recte apud Gellium, & ex importuna critici alicujus mutatione scribitur, σὺ οὖν τίνα πρὸς ταῦτα ἔλεγες;

Vers. 19. ἀγέννεια. ἀγέννια pa.

Ibid. ἠλαζονεύου correxit Vpt. præeunte Salmasio; & sic pab. Perperam ἀλαζονεύου editt. vett. cum pc.

Ibid. τοῖς ἀλλοτρίοις ἐκαλλωπίζου. Corrupte ἐγκαλλωπίζου pc. Lubens accepturus eram ἐνκαλλωπίζου.

Ibid. τί Στωϊκὸν ἔλεγες σεαυτόν; „Vide II. 9, 19." VPTON.

Vers. 20. ἐν οἷς πράσσετε. Tacite hoc restituit Vptonus, præeuntibus Gellii libris; cum quibus facit noster pb. Olim ἐκπράσσετε edebatur.

Vers. 21. τοῦ γὰρ ἵν' ὑμεῖς τὴν ἀρετὴν &c. VPTONVS in Notis sic scribere jubet: τοῦ γὰρ * * * ἵν' ὑμεῖς &c. Nam: „Videntur (ait) quædam deesse. Vide Wolfii versionem." — Nempe sic Wolfius: *Nam unde apparebit? quo facto demonstrabitis, persuasum habere vos, virtutem* &c. At non abdeam ego contendere interesse aliquid. Videtur esse elliptica quædam loquendi formula: *ubi enim* est, *ut revera vos existimatis*, &c. id est, *ubi enim monstratis, revera existimare vos* &c. *qua*

qua parte videam? quomodo credam vel *unde enim intelligam?* nam & interdum idem ac πῶς valet τοῦ, ut I. 29, 11. II. 7, 3. IV. 13, 3 & 14. Reddit autem his verbis rationem, cur, cum *Peripateticos* nominet suos discipulos, ne hoc quidem nomine satis dignos esse dicat, sed *molles* & *enervatos* Peripateticos. Nam licet *Peripateticorum ratio* universa, in morum disciplina, *delicatior molliorque* (ut est apud Ciceron. de Finib. V. 5.) visa esset Stoicis, *quam virtutis vis gravitasque postularet;* quoniam non *solam honestatem virtutemque* in *bonis* ponerent, sed alia *animi bona*, alia *corporis*, alia *fortunæ* statuerent, e quorum cumulatione *vitam beatam* effici dicerent; tamen iidem Peripatetici (ut est apud eumdem Cicer. de Fin. V. 31.) *quamvis minimam animi præstantiam omnibus bonis corporis anteire* dicebant, *ut ea ne in conspectu quidem relinquantur:* & *honestum* (ut ait idem de Offic. III. 3.) *ita summum bonum* esse censebant, *ut omnia ex altera parte collocata, vix minimi momenti iustar habeant.*

Vers. 22. τὰ γὰρ Ἐπικούρεια αὐτοὶ οὗτοι χεῖρον λέγουσι; τὰ γὰρ Περιπατητικὰ οὐ καὶ αὐτὰ ὁμοίως ἀκριβοῦσι; b Habes χεῖρον ex nostro codice. [Quod vocab. cum ignorarent superiores editiones, non interrogandi signum post λέγουσι & ἀκριβοῦσι posuerant, sed nudum punctum, quod & ipse Vptonus in contextu tenuit.] Fortasse autem negativa particula οὐκ, infra posita, revocanda est in suum locum, & ponenda ante χεῖρον. Vel potius *dubitamatikῶς* scribendum, hoc modo: τὰ γὰρ Ἐπικούρεια αὐτοὶ οὗτοι χεῖρον λέγουσι; τὰ γὰρ Περιπατητικὰ οὐκ αὐτοί (non αὐτὰ) ὁμοίως ἀκριβοῦσι; *Hi ipsi enim Epicuri dogmata pejus recensent? hi ipsi Peripatetica non æque subtiliter tractant?*" VPTON. — Quorum alterum haud dubie recte monitum est a viro docto, interrogandi forma esse ista accipienda? Alterum non necessarium putavi, ut αὐτὰ in αὐτοὶ mutarem; quandoquidem percommode illud ad τὰ Περιπατητικὰ refertur, *Peripatetica etiam ipsa*, id est, *pariter etiam Peripatetica.* Cæterum pro οὐκ αὐτὰ, quod vulgo hic legebatur, οὐ καὶ αὐτὰ scripsi cum codice nostro pc. qui codex etiam vocem χεῖρον agnoscit cum codice Vpt. Perspicuum vero est, hoc dicere philosophum nostrum: Si *Stoicus philosophus* is est, qui Stoicorum rationem subtiliter explicare novit; eodem jure eumdem & *Epicureum* & *Peripateticum* adpellaveris, quoniam harum

pariter ſcholarum rationem non minus ſubtiliter idem homo exponere valet.

Verſ. 23. Δείξατ'· ἐπιθυμῶ τινα, μὴ τοὺς θεοὺς &c. Sic edd. cum pa. Δείξατε, ἐπιθυμῶ &c. pb. Δείξατε μὴ τοὺς θεοὺς ἐπιθυμῶ τινα ἰδεῖν pc.

Verſ. 25. οὐκ ἔχετε τὸν τετυπωμένον δεῖξαι. „τὸν τετυπωμένον, *plene & juſte formatum.* ὁ τυπούμενος, *qui formatur.* Sic Seneca de Vita Beata, c. 24. *cum maxime facio me & formo.*“ VPTON. — Conf. vſ. 23. Perperam οὐκ ἔχετε τὸ τετυπ. pa.

Ibid. τὸν ἐπὶ ταῦτα κεκλικότα. Poſtquam κεκλικότα in contextu poſuerat VPTONVS, quod in verſione ſic reddidit, *qui ad iſta vocet;* parum commode id factum, profitetur in Notis: „κεκλικότα (inquit) habes ex noſtro codice & edit. Salmant. [Sic & ſcriptum voluerat Salmaſius.] Sed Baſil. exhibet κεκλικότα, *qui ad iſta propendeat:* quæ lectio huic loco magis commoda videtur.“ — Revocavi veram lectionem, quam Baſilèenſi editioni præiverat Veneta, eamdemque & Wolfius in verſione expreſſerat, & Genevenſis editio & Col. & Cant. & Lond. tenuerant. Sic & recte noſter pa. Sed κεκλιμ. pbc.

Verſ. 26. τὸν Δία τὸν Φειδίου. Placuit hoc, quod dedit pc. Cæteri libri τοῦ Φειδίου, ut antea edebatur.

Ibid. τὴν Ἀθηνᾶν, ἀλαφάντινον καὶ χρυσοῦν κατασκεύασμα. Conf. II. 8, 20. & ibi not.

Ibid. ὑμῶν ἀνθρ. ἡμῶν pc. male.

Ibid. μὴ ἀτυχεῖν τινος &c. VPTONVS, quum in horum verborum verſione, Wolfium ſecutus, ſic ſcripſiſſet, *qui nulla re fruſtretur, nullo caſu lædatur,* in Notis deinde monuit, *fruſtrari* ſcribendum, *lædi* &c. „Hæc enim (ait) ad verbum *velit* referuntur: neque de perfecto Stoico loquitur, ſed de eo qui formari incipit.“

Verſ. 27. δεῖ περιπλέειν. δεῖ πλέειν pb.

Ibid. ἐν τῷ σωματίῳ. Caret h. l. τῷ pb.

Verſ. 28. Τί οὖν αὐτοῖς ἐμπαίζετε, καὶ τοὺς ἄλλους πυβεύετε; E veteribus editionibus αὐτοῖς revocavi, quod in αὑτοῖς pro ſuo more mutavit Vptonus. Idem valet αὑτοῖς ac ὑμῖν αὐτοῖς. Habet tamen h. l. αὐτοῖς pb. In pa. vero uterque notatus eſt ſpiritus. Sed pc. αὑτοῖς cum

cum vett. editt. Iam quæ ſequuntur verba, difficultate non carent, & ſuſpecta utique poterant videri. Ad quæ VPTONVS: „Quænam (inquit) in his verbis, *καὶ τοὺς ἄλλους κυβεύετε*, aut ſtructura, aut ſenſus? Repono, *Τί οὖν αὐτοῖς ἐμπαίζετε καὶ τοῖς ἄλλοις; τί περὶ τὰ μέγιστα κυβεύετε; Quid igitur vobismet ipſis & aliis imponitis? quid de rebus maximi momenti aleam jacitis?* Multa omiſerunt in hisce exſcribendis Diſſertationibus librarii. Conſer autem II. 9, 17. III. 21, 22. Vel legi poſſet, *τί κυβεύετε*, vide III. 21, 24.“ — Niſi *τοὺς ἄλλους κυβεύετε, alios luditis*, idem eſt ac *τί ἐξαπατᾶτε*. Vide II. 9, 19. coll. cum vſ. 17. In eamdem ſententiam apud Suidam *κυβεία* exponitur *ταυτουργία*. In ſcriptura nihil variant libri.

Ibid. οὐδὲν ὑμῶν προσηκόντων. Ignorabant olim vocem *ὑμῶν* edd. quam recte adjecit Vptonus, ſuum puto ſequens codicem: habet certe eamdem noſter pb.

Verſ. 29. *ταύτην τὴν ἐπιβολήν.* Articulum *τὴν* quem ignorabant vulgo omnes, ex conjectura adjiciendum cenſueram. Eumdem deinde obtulit noſter codex pb.

Ibid. ἀναναγκάστους. Mendoſe *ἀναγκάστους* editi Ven. Baſ. Gen. Col. Et iidem mox *εὑροῦντας*, pro *εὑροοῦντας*. Correxit editor Cantabr. quem ſecuti ſunt Lond. anonymus & Vptonus. Vtrobique veram ſcripturam tuentur noſtri mſti.

Ibid. εἰς τὸν Θεὸν ἀφορῶντας. E ſuperioribus editionibus reſtitui hoc verbum *ἀφορῶντας*, pro quo *ἀφορῶντας* ſuo e codice edidit Vptonus. *ἀφορᾶν εἴς τινα* eſt *reſpicere aliquem, oculos in aliquem convertere. ἐφορᾶν* eſt *inſpicere, luſtrare*, &c. nec cum præpoſ. *εἰς* conſtrui ſolet, nec per ſe huic loco convenit. Recte *ἀφορῶντας* pabc.

Verſ. 30. *οὐκ ἀνύσετε τὸ ἔργον. ἀνύσεται* pb. Sane non male; ac fortaſſe etiam rectius. Sic & pc. ſed in hoc ſuperne adnotata eſt altera ſcriptura. cf. ad vſ. 33.

Ibid. εἰ καὶ ὑμεῖς ἔχετε τὴν ἐπιβολήν. Sic corrigendum putavi, cum ante Vptonum omnes hoc modo dediſſent *ἔχετέ τ' ἐπιβολήν*, quod Vptonus tacite in *ἔχετ' ἐπιβολὴν* mutavit. Operarum puto errore in principe editione Veneta pro ſcripturæ compendio, quo articulus *τὴν* in ſcripto codice deſignabatur, *τ'* eſt poſitum;

situm; qui error inde in alias editiones manavit. Hæc scripseram, cum consentientes tres nostros codices in eam scripturam vidi, quam Vptonus repræsentavit; quare tenendam eamdem duxi. Modo ἔχετε, absque apostropho, scribere placuit.

Ibid. Verba πάγω πρὸς τῇ ἐπιβ. καὶ παρακ. οὐκ οἶδ desunt in pab. sed habet ea pc. cum editis.

Ibid. Τί τὸ λειπόν ἐστιν; Sic recte ed. Venet. quod temere in τί τὸ λοιπόν ἐστιν; mutarunt sequentes editores. Id ipsum tamen, λοιπόν ἐστι, habent etiam nostri codd. pac. ac fortasse habuit etiam Vptoni codex; quare intactum hoc reliquit ille Editor. Sed in λεῖπον cum ed. Ven. consentit pb. Sic mox vs. 31. τί ἡμῖν λείπει; & IV. 6, 14. τί οὖν τὸ λεῖπόν μοι ἐστί; *quid ergo mihi deest?* Vide tamen III. 26, 13. & ibi not.

Vers. 31. καὶ ὕλην παρακειμένην. Vulgati omnes: Ὅταν ᾖ τέκτονα, ὅταν ὕλη πάρεστι παρακειμένη. Monuit vero VPTONVS: „Noster codex, Ὅταν ᾖ τέκτονα καὶ ὕλην παρακειμένην." — Quam lectionem adoptandam duxi, non modo quia per se concinnior est altera, in qua otiose & ingrate, ne dicam putide, junguntur πάρεστι παρακειμένη, sed & quoniam soloeca hæc est, conjunctionem ὅταν cum indicativo construens. Cum Vpt. facit noster codex pb.

Ibid. Καὶ ἐνθάδε τοίνυν ὁ τέκτων ἐστὶν, ἢ ὕλη ἐστί. Olim edebatur καὶ ἐνθ. τοιν. ὁ τέκτων ἐστὶ, μὴ ὕλη ἐστί. &c. Quæ Wolfius sic interpretatus est: *Et hic ergo, si faber est, si materia suppetit, quid nobis deest?* Vnde apud Vptonum SHAFTESBVRIVS: „Interpres (ait) videtur legisse εἰ ὕλη. Sed fortasse legendum ἢ ὕλη, vel interrogative & affirmative." — Et interrogative, adfirmandi vi, græca jam expresserat editor Cantabr. & cum hoc Londinensis anonymus, μὴ ὕλη ἐστί; scribentes, cum interrogandi signo. VPTONVS vero: „Noster codex (inquit) in marg. ἔστω ἢ. ἄλλως, ἐστὶ ἢ ὕλη ἐστί." — Cujus Notæ præscriptum sequens ille, edidit καὶ — — ὁ τέκτων ἐστὶ, ἢ ὕλη ἐστί. Ego, probam scripturam ἢ ὕλη pariter adoptans, ad præcedens verbum ἐστὶ literam ν ἐφελκυστικὴν adjeci; quæ olim per librarii alicujus errorem a suo verbo sejuncta, & ad sequentem literam ἢ tracta, mendosæ scripturæ μὴ ὕλη originem dederat. Eodem modo corrigendum hunc

locum

locum jam olim monuerat Salmasius: & in veram scripturam, ἡ ὕλη, consentiunt nostri mssti libri omnes; & in pa. quidem præcedit ἐστὶ, absque ν, ut Vptonus edidit; in pbc. vero ἐστὶν præcedit.

Ibid. χρῆσις Φαυσ. χρείας, pro χρῆσις, habet pb. quæ vocabula sæpe confunduntur a librariis.

Vers. 33. Διὰ τί οὖν οὐκ ἀνύστης; εἰπατέ μοι τὴν αἰτίαν, ἢ γὰρ παρ' ἐμὲ οὐκ ἀνύστης, ἢ παρ' ὑμᾶς ἔσε. Ante Vptonum, omissis perperam verbis nonnullis, sic legebatur: διατί οὖν οὐκ ἀνύεται, ἢ παρ' ὑμᾶς &c. VPTONVS vero in hunc modum edidit: Διατί οὖν οὐκ ἀνύστης; εἰπατέ μοι τὴν αἰτίαν; ἢ γὰρ παρ' ἐμὲ ἀνύεται, ἢ παρ' ὑμᾶς, &c. Tum in Notis: „Hunc locum, ait, supplevi ex nostro codice: vide ad I. 18, 8. Tamen illud ἀνύεται sententiam turbat: ejice itaque, & supple αἰτία, hoc modo: Διατί οὖν οὐκ ἀνύστης; εἰπατέ μοι τὴν αἰτίαν; ἢ γὰρ παρ' ἐμὲ, ἢ παρ' ὑμᾶς, ἢ παρὰ φύσιν τοῦ πράγματος. *Cur igitur non profectum facitis? dicite mihi causam? nam vel ego sum causa, vel vos, vel rei natura.*" — Ego vero, lubens accipiens id quod Vptoni codex dabat; & Adnotationis illius memor, qua idem vir doctus plura omissionum exempla collegit a librariorum aberratione profectarum; (Not. ad I. 18, 8.) ipsam denique orationis h. l. connexionem consulens; plane intelligere mihi visus sum, verbum illud ἀνύεται, quod, ut importunum, delere Vptonus jubet, ex ἀνύστης esse corruptum, &, quemadmodum paullo ante οὐκ ἀνύστης dixerat Epictetus, sic & h. l. οὐκ ἀνύστης cum negante particula repeti debuisse. Nam quod, delete verbo ἀνύεται, nomen αἰτία intelligendum Vptonus putavit; id quidem (ut taceam, una manu sic tolli, quod altera acceperamus) sermonis usui repugnat: non enim dicunt Græci, παρ' ἐμὲ αἰτία ἐστὶ τούτου, sed παρ' ἐμὲ τοῦτο γίνεται, quod ipsum idem valet ac ἐγὼ τούτου αἴτιός εἰμι, quemadmodum latine dicimus *per me hoc fit*, pro, *ego in causa sum cur hoc fiat*, vel *mea hoc fit culpa*. Quodsi quis verò servatum ἀνύεται in passivo cupiat, non repugnabo; modo & huic verbo negans adjiciatur particula, ἢ γὰρ παρ' ἐμὲ οὐκ ἀνύεται, aut *enim mea culpa non perficitur res*, vel, *nihil proficitur*. Sed si h. l. ἀνύεται legas, etiam paullo ante restitui ἀνύεται debebit, quod olim ibi editum erat, διατί οὖν οὐκ ἀνύεται; consentientibus nostris pabo. conf. supra ad vs. 30. Sive autem ἀνύστης legamus, sive

ἀνάγκαι, intelligendum ad hoc verbum (cum hoc ipso loco, tum paullo ante, ubi sit διατί οὖν οὐκ ἀνάγκη;) nomen τὸ ἔργον, quod vs. 30. diserte erat adjectum. Interrogandi signum, quod post εἶπατέ μοι τὴν αἰτίαν, alieno fane loco, Vptonus posuerat, consulto delevi.

Vers. 34. Τί οὖν; Θέλετε ἀρξώμεθα &c. Vulgo omnes Θέλετε cum superioribus jungebant: Τί οὖν θέλετε; ἀρξώμεθα &c. Et deinde sub finem capitis, ἀρξώμεθα. μόνον πιστεύσατέ μοι. Sed VPTONVM probavi, monentem in Notis: „Hæ aliter distingui possunt, & fortasse melius: τί οὖν; θέλετε ἀρξ. interrogative. Et mox, ἀρξώμεθα μόνον." — Inter ἀρξώμεθα & μόνον distinctionem quidem posuerunt pab. sed conjunxit ista verba pc.

CAPVT XX.

TIT. Πρὸς Ἐπικουρείους. Πρὸς τοὺς Ἐπικ. pb. sed articulum in Indice Capitum omittit idem codex cum aliis.

Vers. 1. Ἐξανάγκης. „Ita omnes libri, pro ἐξ ἀνάγκης, ex necessitate, necessario." VPTON. — Mos hic fuit librariis nostris, duas voces in unam sic contrahere. Sic fere constanter διατοῦτο, ἐξαναγκῆς & similia, pro διὰ τοῦτο, ἐξ ἀναγκῆς &c. quæ nos plerumque disjuncta exprimi curavimus. Sic mox vers. 2. δηλονότι dabant omnes, ubi perspicuitatis etiam caussa commodius ac pæne necessarium duxi, δῆλον ὅτι divisis vocibus scribere.

Ibid. τὸ ἐξαναγκῆς αἱρέσεσθαι καὶ τῷ ἀντιλέγοντι συγχωρήσασθαι αὐτῷ. „Forsan ἐξαναγκῆς." MERIBOMIVS. — „Nescio, nisi quia ἐξαναγκῆς præcessit. Mox quoque idem vir doctus pro τῷ ἀντιλέγοντι legit τὸν ἀντιλέγοντα, accusandi casu. Neque hic conjecturam omnino probo: nam refer τῷ ἀντιλέγοντι ad ἐναναγκες." VPTON. — Constructionem verborum sic intellige, τὸ αἱρέσεσθαι ἐναναγκες (εἶναι) καὶ τῷ ἀντιλέγοντι.

Vers. 2. ἀντιλέγει τῷ εἶναι. ἀντιλ. τὸ εἶναι pab.

Ibid. δῆλον ὅτι. Vide ad vers. 1.

Ibid. οὕτως ὠφελεῖ. οὕτως ὠφελεῖ pa. ὠφελεῖ οὕτως pb.

Vers. 3. Ἀνθρώποθεν, οὐδὲ τοῦτο. „Non accipit interrogative Schenkius: *Inertissime, quare etiam tuum illud*

illud (quod in universum negas) verum non erit. At Wolfius interrogative: *Mancipium, ne hoc quidem?* VPTONVS. — Desunt tria ista verba in pc. Rursus in eadem deest vox οἶον, post ἤ.

Vers. 4. οὐδὲν ἔστι γνωστὸν, ἀλλὰ πάντα ἀτέκμαρτα. „Cicero Acad. I. 13. *Itaque Arcesilas negabat esse quidquam quod sciri posset, ne illud quidem ipsum, quod Socrates sibi reliquisset. Sic omnia latere censebat in occulto, neque esse quidquam, quod cerni aut intelligi possit. Quibus de caussis nihil oportere neque profiteri, neque adfirmare quemquam, neque adsensione adprobare.* Et de Pyrrhone Laërtius IX. 90. Ἀνῄρουν δὲ οὗτοι καὶ πᾶσαν ἀπόδειξιν, καὶ κριτήριον, καὶ σημεῖον, καὶ αἴτιον, καὶ κίνησιν, καὶ μάθησιν, καὶ γένεσιν, καὶ τὸ φύσει τι εἶναι ἀγαθὸν ἢ κακόν." VPTON.

Ibid. οὐδὲν δεῖ ἀνθρώπῳ πιστεύειν. „οὐδὲν adverbialiter: vel οὐδενὶ legendum." VPTON. — Quidni vero οὐδὲν accusativus casus esse possit, a verbo πιστεύειν pendens? Quamquam & mox vs. 5. absque accusandi casu dicit οὐδεὶς πιστεύει οὐδενί.

Ibid. ἢ πάλιν ἄλλος. „Sic noster codex & Ms. Paris. [Et] Wolfii versio, *alius;* unde quoque posteriores editiones [Cantab. & Lond.] ἄλλος. At Cod. Ven. Bas. & Col. [item Genev.] ἄλλως." VPTON. — ἄλλος pbt & pa. inter lineas; (& sic corrigere etiam jusserat Sanmaf.) ἄλλως pc. & pa. in contextu.

Ibid. ἄνθρωπε. ὦ ἄνθρωπε pb.

Vers. 5. Τίνι οὖν τούτων διαφέρουσιν οὗτοι, τίνες ποτέ εἰ Ἀκαδημαϊκοὺς αὐτοὺς λέγοντες; Ὦ ἄνθρωποι &c. In distinctione istorum verborum, & partim quoque in scriptura, in varias partes iverunt editores. Veneta editio sic habet: τίνι οὖν τούτων διαφέρουσιν οὗτοι. τίνες ποτέ. εἰ ἀκαδημαϊκοὺς αὐτοὺς λέγοντες ὦ ἄνθρωποι. Basileensis: τίνι οὖν τούτων διαφέρουσιν οὗτοι; τίνες ποτέ εἰ ἀκαδημαϊκοὺς αὐτοὺς λέγοντες ὦ ἄνθρωποι. Eodem modo Gen. & Col. nisi quod ποτὲ cum gravi accentu scribunt: cumque his consentiunt Cant. & Lond. nisi quod inter λέγοντες & ὦ ἄνθρωποι interrogandi signum interserunt. VPTONVS vero, servato (ut consentaneum erat) post λέγοντες interrogandi signo, praecedentia omnia uno tenore sic connexuit: *Τίνι οὖν τούτων διαφέρουσιν οὗτοι τινές ποτε οἱ Ἀκαδημαϊκοὺς αὐτοὺς λέγοντες;* pronomen τινὲς enclitice scribens, & pro

indefinito (non pro interrogativo) accipiens: neque vero verba ista τινές ποτε in latina versione expressit; quae, ad eam rationem, qua eamdem dictionem III. 1, 14. III. 1, 31. III. 2, 15. (in Indice, sub voce τις) interpretatus est, *nescio qui*, erant vertenda. Quam rationem non praecise improbaverim equidem: sed nec dissimulo, non satis mihi liquere istius formulae vim, passim apud Nostrum occurrentis. Et prope abfui ut prorsus suspecta h. l. ista verba, τινές ποτε, vel τίνες ποτὲ, & temere in contextum intrusa putarem; quam suspicionem Vptonus etiam in duobus ex illis locis, quae paullo ante citavi, III. 1, 31. & III. 2, 15. significavit. conf. Adn. ad I. 1, 19. Denique probabilissimum mihi visum est, τίνας ποτέ; per adfectum & cum indignatione quadam dictum esse, in hanc sententiam, *quosnam dicam? quo eos nomine insigniam?* (Sic fere III. 1, 14. βλέπων με τίνος εἵνεκα σχήματος ἔχω/α.) Et alibi quidem non parcit nomini; nec enim solum ἀναιδεστάτους vocat Academicos, II. 20, 20. sed & cinaedis comparat multorum ex ista secta impudentiam, I. 5, 10. & hoc ipso capite vs. 37. Caeterum quod ποτὲ erat in Vénota editione, id haud dubie recte in ποτὰ a posterioribus editoribus est mutatum. (Et in hoc ipsum ποτὲ pariter atque in τίνας, interrogative scriptum, consentiunt nostri codices pabc.) αὐτοὺς vero, idem valens ac ἑαυτοὺς, rursus e superioribus editionibus restitui, pro αὑτοὺς quod suo more & pro sua auctoritate Vptonus scripsit, cui tamen hoc quidem loco praeiverat Londinensis editor. αὑτοὺς quidem nunc etiam codices pbc. habent, sed in pc. primum αὐτοὺς fuerat, quod unice agnoscit pa.

Ibid. ὅτι οὐδεὶς πιστεύει οὐδενί. „πιστένει. Ita noster codex, Mf. Paris. & edit. Salmant. In aliis legitur πιστεύει, minus recte." VPTON. — πιστένει edd. ante Vpt. πιστεύει pabc. cum Vpt. Caeterum, adcuratius si loqui voluisset Epictetus, pro οὐδεὶς συγκατατίθεται dicturus erat οὐδένα δεῖ συγκατατίθεσθαι, & pro οὐδεὶς πιστεύει, οὐδένα δεῖ πιστεύειν.

Vers. 6. Οὕτω καὶ Ἐπίκουρος &c. Οὕτως Ἐπίκουρος pb. „Confer quae Vir Nobilis, quem saepe nomino, scripsit in Tractatu suo cui titulus *Sensus communis*, [*Shaftesbury, Characteristicks*] Vol. I. p. 117. & p. 89 sqq. ubi plane hunc Epicteti locum respiciens, Hobbesii nostratis, philosophi haud contemnendi, δόγματα ἀλογ

ἀκολουθήτα, *ſenſuque communi* carentia, examinat." VPTON. — Simili ratione, qua de Epicuri inconſtantia hic diſputat Epictetus, ſignificat Cicero, de Offic. I. 2. *bonitate naturæ victum* illum Philoſophum, *ſecum ipſum non conſenſiſſe*; & de Fin. II. 31. de eodem ait: *Redarguitur ipſe a ſe, vincunturque ſcripta ejus probitate ipſius ac moribus.*

Verſ. 7. τοῖς λογικοῖς πρὸς ἀλλήλους. Quamquam ad λογικοῖς proprie intelligitur ζῴοις, tamen quoniam αἱ ἄνθρωποι iſto nomine deſignantur, haud incommode πρὸς ἀλλήλους in maſc. gen. dicit.

Verſ. 8. πεσθῶμεν. Corrupte πιστῶμεν pa. πεισθῶμεν ed. Gen. operarum errore, qui in ed. Col. Cant. & Lond. propagatus eſt.

Ibid. Καὶ πολὺ κρεῖσσον καὶ ἀσφαλέστερον. „Supple ἀπαλλάξεις." VPTON. καὶ πολὺ, pro καὶ πολὺ emendabat Salmaſ. præter neceſſitatem.

Verſ. 9. τί ὑπὲρ ἡμῶν φροντίζεις; „Conf. I. 20, 19. & vide quæ ibi annotantur." VPTON. περὶ ἡμῶν pc. ſed ὑπὲρ inter lineas.

Ibid. τί ἀναίστασαι; *quid mane ſurgis?* Idem valet ἀναίστασαι ac nudam ἀνίστασαι. Conf. vſ. 15.

Ibid. μή τις ἄλλην οὐσίαν ὑπολάβῃ τοῦ ἀγαθοῦ. „Vide I. 29, 1 ſqq. IV. 10, 8." VPTON.

Verſ. 10. βαλὼν κάθευδε. Nota βαλὼν reciproce poſitum, per ellipſin pronominis σεαυτὸν; ſive interpreteris *conjice te*, nempe *in lectum*; ſive *abi*, ut in illis formulis βάλλ' ἐς κόρακας, βάλλ' ἐς μαναρίαν, de quibus Suidam conſule atque Heſych. Eodem modo rurſus noſter IV. 10, 29. Τί οὖν οὐ βέγγει βαλών; τὰ ἐμὰ ἀσφαλῶς ἔχει.

Ibid. τὰ τοῦ σκώληκος ποίει, ὃν ἄξιον ἴδρινας σεαυτόν. ὃν ſuo e cod. recte edidit Vptonus, cum ᾧ ἄξιον prius ederetur. Ad quæ verba hæc monuerat WORSIVS: „*Facito ea quæ ſunt vermis. Imitare vermem*; qui ſcilicet in ſuo foramine deliteſcens, alios vermes non curat. ᾧ ἄξιον. Fortaſſis οὗ, ſcilicet σκώληκος: vel ὧν, ſcil. τῶν τοῦ σκώληκος." — In ον conſentit noſter pc. Sic & emendavit Salmaſ.

Ibid. ἔσθια, καὶ πῖνε, καὶ συνουσίαζε. „Conf. Arrian. de Exped. Alex. lib. II. [c. 5.] p. 67. edit. Gron. ubi meminit inſcriptionis Sardanapali, ἔσθια καὶ πῖνε

καὶ πεῖζε. Vbi πεῖζε est συνουσίαζε. Atque ita Anacreon, Ode XI. Et Horatius eodem sensu haec tria verba usurpat, lib. II. Epist. 2. *Lusisti satis, edisti satis atque bibisti.* ubi *lusisti* nequiori sensu dicitur." VPTON. — Adde Gronov. ad Arrian. l. c.

Ibid. ῥέγχε. Sic pc. & pb. inter lineas. Vulgo ῥέγκε edd. cum pa. & pb. in contextu. Vide ad I. 24, 15. & ad III. 22, 30.

Vers. 11. Τί δέ σοι μέλει. Perperam μέλλει pac. quae saepissime confunduntur a librariis & veteribus editoribus.

Ibid. παρέχει ἡμῖν αὐτὰ. αὐτὰ Vpton. cum Lond. anonymo. Superiores ἀὐτὰ, quod restitui; & sic pabc.

Vers. 12. ἐπᾳσθένησε ὑπὸ τῶν Στωϊκῶν. „Ἐπᾴδω vel ἐπᾳείδω, incanto: ut ἐπῳδή, & ἐπαοιδὸς vel ἐπῳδὸς, incantamentum, & incantator." WOLFIVS. — „Ἐπᾳείδω potius est poëticum verbum; quare legerem ἐπᾳσθένησε, sed non multo sine librorum auctoritate. Magnam autem vim inesse *incantatorum* vocibus credebant antiqui. Vide Erasmi Adagia, *Incantatione quavis efficacius.* Notandum interea est, quod ait ἐπᾳσθένησε ὑπὸ τῶν Στωϊκῶν. Eodem modo quaerit Cebes in Phaedone, p. 78. [c. 24. p. 209. edit. Forst.] *Vnde Socrate mortuo*, inquit, τῶν τοιούτων, ἀγαθὸν ἐπῳδὸν λιψόμεθα. Alludit autem ad veterem morem incantationum: de quibus Homer. Ὀδυσσ. τ'. 457. & Virgil. VII. 757. Sophocl. Aj. 41. [583.] Vide Alcest. Eurip. vs. 968. & ibi Barnesium. Sic supra, I. 27, 9. μηνύσατε ἐπαοιδήν. Et Horat. Epist. lib. I. 1. vs. 34.

Sunt verba & voces, quibus hunc lenire dolorem
possis, & magnam morbi depellere partem."

VPTON. — Adde Forst. ad Plat. Phaed. l. c. In ἐπᾳσθένησε consentiunt nostri codices.

Vers. 13. οὐχὶ δὲ πρὸς ἀναίνους ἀνυμένεσθαι; Olim, cum nudum punctum post ἀνυμένεσθαι poneretur, WOLFIVS interpretatus erat, *nec calanda vites;* & in Nota monuerat: „Forte (post ἀνυμ.) interponendum καὶ." — ut esset καὶ τοὺς μαίνεσθαι. Recte vero Vptonus verba illa οὐχὶ δὲ &c. interrogative accepit; quo facto reliqua recte se habent.

Ibid.

Ibid. ἵνα σοι πάντα τηρῆται. „*Ut omnia tibi conservarentur.* Non satis assequor quid hæc verba sibi velint. Vtrum, *ut omnia bona tibi deferantur;* an vero, *ut dogma tuum cum vita consentiat.*" WOLFIVS. — „Prior interpretatio haud dubie recta." VPTON.

Vers. 14. πρὸς τοὺς παραβατικῶς αὐτῆς ἔχοντας; Καὶ τίνας παραβατικώτερον αὐτῆς ἔχουσιν. Pro priori αὐτῆς vulgo omnes, consentientibus msstis, αὐτὴν legebant. Vbi: „Videtur legendum παραβατικώτερον αὐτῆς ἔχοντας." WOLFIVS. — „Αὐτῆς legit Wolfius: quia (ut credo) in hac significatione sæpe construitur ἔχω cum genitivo casu; & quia sic infra, παραβατικώτερον αὐτῆς ἔχουσιν. At ibi noster codex αὐτὴν habet. Eodem modo uterque locus scribendus: cumque accusandi casu commode αὐτὴν legi posset, & sic exhibet noster optimus codex, ita edendum curavi." VPTON. — Ego Wolfii probavi rationem, & quoniam deinde in αὐτῆς consentiunt codices nostri cum vett. editionibus, priori etiam loco αὐτῆς posui: non quod genitivum hunc a verbo ἔχειν putarem pendere, sed a vocabulo παραβατικῶς, vel a tota phrasi παραβατικῶς ἔχοντας. Est enim παραβατικῶς ἔχειν τινὸς idem ac ἔχειν ὡς παραβάτην τινός, vel εἶναι παραβάτην (aut παραβατικὸν) τινός. Quod si accusativus placebat, putaveram equidem adjecta opus esse πρὸς propositione.

Vers. ὑμῶν τῶν ταῦτα διειληφότων. *qui ista statuitis.* „Wolf. *qui ista docetis.* Schegkius, *qui ista disputatis.* Vtitur Aristot. in Ethic. lib. VI. c. 9. δεῖ δὲ διαλαβεῖν καὶ περὶ εὐβουλίας. *De bona consultatione, distinctione adhibita, videndum.*" VPTON. — διαλαμβάνειν, ubi de mentis operatione usurpatur, aliâs *dispicere, disquirere* significat; aliâs, præsertim ubi cum nudo accusativo ponitur, *cogitare, secum statuere, in aliqua sententia esse.* sic h. l. & IV. 7, 12. & sæpe apud alios. Conf. Lexic. Polyb.

Vers. 15. τὸ ἐγαῖρον αὐτὸν „αὐτὸν. *Epicurum.*" VPTON.

Ibid. ἡ Φύσις, ἕπουσα ἐπὶ τὸ αὐτῆς βούλημα. „Elegantur admodum & Stoicæ doctrinæ commodissima vox ἕπουσα adhibetur. Naturæ parendum est nolentibus volentibus: si volentes pareamus, si sequamur; hoc est philosophi, liberi, sapientis: si nolentes trahimur; hoc est miseri, dolentis, servi. Conf. Cleanthis versus in Enchir.

Enchir. c. 52. Sic I. 2, 4. *ὑπ' οὐδενὸς οὕτως εὑρήσομεν τὸ ζῷον ἐλκόμενον εἰς ἐπὶ τὸ εὔλογον.* Notes autem hic, *Φύσις ἕλκουσα*, ibi *τὸ εὔλογον. Nunquam* enim *aliud Natura, aliud Sapientia suadet.*" VPTON.

Vers. 16. *δοκεῖ σοι ταῦτα τὰ ἀκοινώνητα. tibi placet hæc ratio, quæ naturalem inter homines communionem esse negat.* — „M. Antonin. lib. III. f. 5. *Μήτε ἀκούσιος ἐνέργειᾳ, μήτε ἀκοινώνητος. Neque invitus quicquam agas, neque societatis communis immemor.* Ἀκοινώνητος est, ut monet Gatak. ad lib. II. f. 2. *qui a naturæ communis generisque humani communione ac commoditate alienus est.* Quibus contraria passim inculcant Stoici. Pulcherrimus est locus [Antonini] lib. IX. f. 9. ubi ait: *Ὅσα κοινοῦ τινος μετέχει, πρὸς τὸ ὁμογενὲς σπεύδει. τὸ γεῶδες πᾶν ῥέπει ἐπὶ γῆν: id quod facere amant cætera elementa. Proinde, quicquid Naturæ intellectualis est in commune particeps, ad sibi cognatum pariter vel multo magis prompte fertur: quò enim præstantius aliis rebus, eo promptius. Hinc apud irrationalia existunt examina, ærmenta,* &c. *apud Rationalia, respublicæ, familiæ, amicitiæ,* &c. Tum addit: *Μένα γὰρ τὰ νεκρὰ νῦν ἐπιλέλησται τῆς πρὸς ἄλληλα σπουδῆς καὶ συννεύσεως· καὶ τὸ φύρουν ὧδε μόνον οὐ βλέπεται. Ἀλλ' ἁμωὶ, καί τοι φευγοῦ[σι] περικατελαμβάνου[σι]. κρατεῖ γὰρ ἡ Φύσις.* His contraria docuit olim Epicurus, & apud nostrates Hobbesius: *nullam esse natura societatem; hominem homini esse lupum,* &c. Cicero, Epist. ad Trebatium Jurisconsultum: [lib. VII. Ep. 12.] *Indicavit mihi Pansa meus, Epicureum te esse factum. O castra præclara! — — Sed quoniam modo Jus civile defendes, cum omnia tuâ caussâ facias, non civium? Vbi porro erit illa formula fiduciæ, ut inter bonos bene agier oportet? Quis est enim bonus, qui facit nihil, nisi sua caussa? Quod jus statues communi dividundo, cum commune nihil possit esse apud eos qui omnia voluptate sua metiuntur.*" VPTON.

Ibid. καὶ αὐτὸς ἔργῳ πατήσορος γενοῦ τῶν σαυτοῦ δογμάτων. — „Vide Comitis Shaftesburiensis Vol. I. p. 118. & p. 92." VPTON. — Adde Ciceronis loca, supra laudata ad vs. 6. *γενοῦ* recte scripserunt pabc. Vulgo *γένου* edd.

Vers. 17. *Ὀρέστην μὲν ὑπὸ Ἐρινύων ἐλαυνόμενον.* „Virgil. *Furiis agitatus Orestes.* Vide Euripid. Orest. vs. 211 sqq." VPTON.

Ibid.

Ibid. χαλεπώτεραι Ἐριννύες. Mendose χαλαπώτεραι Ven. Bas. Gen. Col. Tum αἱ Ἐριννύες dabant edd. omnes cum pa. Delevi vero otiosum articulum pbc.

Ibid. ὥσπερ τοὺς Γάλλους ἡ μανία καὶ ὁ οἶνος. „*Tanquam Galli vino aut insania pertiti.* Conscientia mille testes. *Galli*, sacerdotes Cybeles; qui incitati mente sibi ipsis amputarunt virilia. Apud Catullum a somno expergefactus Atys, suam dolentissime miseriam conqueritur, quod ita nimirum se mutilaverit. Istud percommode h. l. transfert ad Epicurum, qui virum exuit studio voluptatum, quibus constat effoeminari homines.“ SCHEGKIVS. — „Fortassis omissum μεθυσθέντας vel μεθυσθέντας. *Vt Gallos* (Cybeles sacerdotes) *furor, aut ebrios vinum cogit efferre arcana.*“ WOLFIVS. — „*Galli* Cybeles, (Phædr. lib. III. fab. 20.) dicti vel a Gallo quodam, qui primum Cybeles sacerdos fuerit, vel a Gallo Phrygiæ flumine, cujus largiore hausto, ut ajunt, lymphatici facti, se ipsos castravere. De eis Lucan. lib. I. 566. Ovid. Fast. IV. 243. Lucian. in dial. Veneris & Cupid. [in Deorum dialogis, num. 12.] Cæterum dicit ἡ μανία καὶ ὁ οἶνος: quippe, ut Livius lib. 9. dec. 4. [XXXIX. 8.) *additæ voluptates religioni, vini & epularum.* Neque unquam sejuncta sunt sacra Cybeles & Bacchi. Notum quoque proverbium, οἶνος καὶ ἀλήθεια.“ VPTONVS, *in Indice, voc.* Γάλλος.

Vers. 18. Πῶς γὰρ δύναται ἄμπελος μὴ ἀμπελικῶς κινεῖσθαι; „Eandem vide allusionem IV. 1, 121. Mox forsan ἡ ἐλαία, pro ἡ ἐλαία.“ VPTON.

Ibid. ἡ ἐλαία πάλιν. Probavi Vptoni conjecturam, & in contextum adoptare non dubitavi. Vulgo omnes ἡ ἐλαία edd. & mssti.

Vers. 19. οὐδ' ἄνθρωπον οἷόν τε παντελῶς ἀπολέσαι τὰς κινήσεις τὰς ἀνθρωπικάς. „Cicero de Amicitia: [c. 23.] *Quin etiam si quis ea asperitate est & immanitate naturæ, ut congressus & societatem hominum fugiat atque oderit, qualem fuisse Athenis Timonem nescio quem accepimus; tamen is pati non possit, ut non acquirat* [anquirat] *aliquem, apud quem evomat virus acerbitatis suæ.*“ VPTON.

Ibid. οἱ ἀποκοπτόμενοι. „*Ii quibus præciduntur virilia, castrati;* ab ἀποκόπτομαι. Sunt apud Julium Firmicum ἀπόκοποι.“ WOLFIVS.

Vers.

Vers. 20. καὶ πολίτου. „Lactantius lib. III. 17. de Epicuro: „*Desidiosum vetat literas discere; — — ignavum* (lege cum mſ. *ignarum*) *prohibet accedere ad rempublicam, pigrum exercere, timidum militare.*“ VPTON.

Ibid. οἱ ἀταλαίπωροι Ἀκαδημαϊκοί. „Vide Indicem (in voc. ἀταλαιπ.) & conf. lib. I. cap. 5.“ VPTON. Nos de vi vocabuli ἀταλαίπωρος, quo paſſim utitur Noſter, breviter jam diximus ad I. 29, 55. & ad II. 17, 26. VPTONVS *in Indice* hæc monuit: „Ἀταλαίπωρος, non modo *ærumnarum & laborum expers*, ſed *is qui diligenter non examinat, non curioſe inquirit, laboris impatiens, delicatulus.* Thucyd. lib. I. cap. 20. Οὕτως ἀταλαίπωρος τοῖς πολλοῖς ἡ ζήτησις τῆς ἀληθείας. *Adeo apud plerosque ipſa veritatis inveſtigatio eſt laboris impatiens.* Vbi ſchol. ἀταλαίπωρος, ἀνεξέταστος. Dionyſ. Halic. Antiq. Rom. lib. IV. c. 30. Οὕτως ὀλίγον ἐστὶν ἐν ταῖς ἱστορίαις αὐτοῦ τὸ περὶ τὴν ἐξέτασιν τῆς ἀληθείας ἀταλαίπωρον. *Adeo parum laboris hic ſcriptor in ſuis hiſtoriis ad exquirendam rerum veritatem impendit.* Hinc optime explicatur illud [apud Epictet. noſtrum] II. 20, 20. ἀταλαίπωροι Ἀκαδημαϊκοί. Sic dicit, quippe *qui ſeveriorum ſtudiorum fuerint impatientes, qui diligentius res non perpenderint.*“ — Nobis obiter liceat monere, apud Dionyſ. l. c. ſatis manifeſtum eſſe, non ἀταλαίπωρον, ſed ταλαίπωρον eſſe legendum, quod ipſum & Vaticanus & Lapi codex opportune offerunt. Cæterum vim vocabuli, de quo quærimus, in eamdem ſententiam, quæ eſt ab Vptono expoſita, interpretantur veteres Lexicographi. Heſychius: Ἀταλαίπωρος· ἄπονος, ἀκοπιάστως. Suidas: Ἀταλαίπωρον, ἄπονον. Ἀταλαιπώρως· ῥᾳθύμως, ὀλιγώρως. Quod vero hac denominatione *hominum ignavorum, laboris impatientium, moſlium, delicatorum, Academicos* nunc inſignit Epictetus; potuit quidem utique eo reſpicere, quod *ſeveriorum ſtudiorum* (ut Vptonus ait) *fuerint impatientes, nec diligentius res perpenderint.* Quamquam enim videri volebant Academici *ſumma cura ſtudioque*, ut ait Cicero Acad. II. 3. *verum conquirere;* ſatis tamen conſtat, nonniſi in ſuperficie rerum ſolitos volitare vagarique, & leviſſimis quibusque argumentis atque ratiunculis tantumdem, quantum graviſſimis, tribuiſſe, quo id quod cupiebant obtinerent, eſſe nempe in quaque quæſtione in utramque partem paria rationum momenta. Ac ſane laborem, quem in obſervanda rimandaque

natura

natura hominis & rerum nos ambientium ponere philosophus debet, callide defugisse videntur plerique illius sectae homines, multo facilius commodiusque esse intelligentes, & ad captandam in vulgus ingenii gloriolam expeditius, contra quoeque, quod ab aliis defenderetur, argute verba facere, & de quaque quæstione in utramque partem cum vana quadam subtilitatis & eruditionis specie disputare. Sed eadem illa denominatione simul hoc vel in primis spectasse Philosophus noster videtur, quod ad vitæ institutionem & ad officia societatis servandæ *nervo atque robore careret* istorum hominum ratio, & *a constantia ac fortitudine*, quæ Sapientem deceret, *longissime abesset*. Confer I. 29, 55. & II. 17, 26. ibique notata. Salmasius vero. *παλαίπωροι* legendum censuerat.

Vers. 21. *Τίς ἡ ἀτυχία*; &c. Sic, ut fecimus, distinguendam orationem monuit Vptonus in Notis; cum in contextu nudum comma posuisset post *ἀτυχία*, signum vero interrogandi vel exclamandi post *λείπουσα*, rursusque post *ἀπολλύειν*. Parum interest. Eodem vero modo, quo jussit Vptonus, jam distinxerant editiones Cant. & Lond. Vocabulum *ἀτυχία* hic non tam *infelicitas*, quam *scelus*, *flagitium* interpretandum putavi; de quo usu istius nominis dixi ad I. 3, 7. & ad Polyb. V. 67, 4. Conf. mox infra, vs. 27.

Ibid. *προσφιλοτεχνεῖ*. Malueram hic nudum verbum *φιλοτεχνεῖ*, quoniam præsertim duo sequentia verba *πρὸς* particulam præfixam habent. Mox vero, pro *προσεργάσασθαι*, vide ne *προσεξεργάσασθαι* sit legendum, *insuper elaborare, perficere, absolvere*.

Ibid. *εἴ τι καὶ ἐστὶ γνωριστικὸν*. Sic scripsi cum nostro pc. pro *εἴ τι καὶ ἐκεῖ γνωστικὸν*, quod erat editum. *γνωριστικὸν* dant etiam pab. ut pc. sed hi quidem in *ἐκεῖ* consentiunt cum editis.

Vers. 22. *τὸ ὅσιον, ποιόν τι σοι φαίνεται*; Sic recte verba distinxit Vpt. cum pbc. Minus commode olim *τὸ ὅσιον ποιόν; τί σοι φαίνεται*; cum pa.

Vers. 23. *λάβε τἀναντία*. *λάμβανε τ' ἀναντ.* pc. De verbo vide mox ad vs. 25. De re, satis notum est Carneadis exemplum, Romam legati.

Ibid. *θεοὶ οὔτ' εἰσὶν. οὐκ εἰσὶν* pb. commode.

Ibid. *κοινόν τι ἡμῖν ἐστι πρὸς αὐτούς*. Perperam *ἡμῖν ἐστι* ediderat Vptonus, errore operarum ex edit. Colon.

Colon. per Cantab. & Lond. propagato. Monuit vero idem in Notis: „Repone ἡμῖν cum cod. Ven.“ Atqui sic recte etiam dederant Basil. & Gen. puto & Salmant. Sic & cod. pabc.

Ibid. τό τ' εὐσεβὲς — — κατάψευσμά ἐστιν &c. „Religio, secundum Hobbesium nostratem, est timor potestatum invisibilium ex fabulis auctoritate comprobatis. Vide autem quid Sisyphus dicit hac de re apud Euripidem p. 492, 3. edit. Barnes.“ [in Fragm. Euripid.] VPTON.

Vers. 24. τοὺς πολίτας. τοὺς πολλοὺς. pc. in context. sed in ora γρ'. πολίτας, quod alii in contextu habent.

Vers. 25. λάβε νῦν. „Λάβε, τουτέστι μάνθανε. uti apud Latinos *accipe*. Horat. Sat. lib. II. 2, 70. & alibi. Polyænus: ἕλων αἰχμάλωτον, ἔλαβε παρ' αὐτοῦ. *e captivo didicit*. Philemon, in Clerici edit. p. 356. εἰ μὲν λάβῃ τοῦτ' &c. ubi male legit Bentlejus εἰ μὲν λαλῇ. Sic enim in lingua vernacula dicimus, *If he takes the matter thus*.“ VPTON.

Ibid. Post πῶς ἡ δικαιοσύνη οὐδέν ἐστι inseruntur in pab. ista verba Εὖ φιλόσοφε. Aberraverat puto librarius ad versum sequentem, ubi hæc suo loco stant; & ibi quidem pariter eadem ponunt iidem codices, cum edd. & pc.

Vers. 26. ταῦτά σοι πεπονθότας. Cum ταῦτά σοι olim ederetur, ταὐτά σοι scribendum monuit Wolfius; & sic dederunt pab. De verbo πεπονθότας, si quis fortasse suspicetur in πεποιθότας cum Salmasio esse mutandum, vide notata ad I. 2, 3. Pro ἔχομεν, perperam & invitis nostris msstis, est ἔχομεν in ed. Ven. & Bas.

Ibid. ταῦτα τὰ πείσματα. „*Has persuasiones*. Apud Homerum πείσματα sunt *funes nautici*.“ Wolfius.

Ibid. παιδείας. Perperam παιδίας edd. vett.

Ibid. διὰ ταῦτα τὰ δόγματα. Perperam apud Vptonum omissus articulus τὰ, errore operarum ex edit. Cant. per Lond. derivato.

Ibid. Ἀθηναῖοι δὲ τὴν πόλιν διὰ τοιούς ἄλλους λόγους. „Cicero de Offic. lib. III. c. 11. *Athenienses cum Persarum impetum nullo modo possent sustinere, statuerentque, ut, urbe relicta, conjugibus & liberis Troezene depositis, naves conscenderent, libertatemque Græciæ classe*

classe defenderent; Cyrsilum quendam, suadentem ut in urbe manerent, Xerxemque reciperent, lapidibus obruerunt. Cornelius Nepos in vita Themistoclis: *Cujus de adventu* (Xerxis) *cum fama in Græciam esset perlata* &c. — — — *arcem sacerdotibus, paucisque majoribus natu, ac sacra procuranda tradunt: reliquum* (forte *reliqui*) *oppidum relinquunt.* De hac re gesta haud silent scriptores Græci. Unum locum ex Lysia adducam: extat in pag. 48. elegantis nuperæ editionis: [p. 97 sq. ed. Reisk.] Δυοῖν δὲ προκειμένοιν, πότερον χρὴ τὴν πατρίδα ἐλλιπεῖν, ἢ μετὰ τῶν βαρβάρων γενομένους καταδουλώσασθαι τοὺς Ἕλληνας, ἡγησάμενοι κρεῖττον εἶναι μετ' ἀρετῆς καὶ τενίας καὶ φυγῆς ἐλευθερίαν, ἢ μετ' ὀνείδους καὶ πλούτου δουλείαν τῆς πατρίδος, ἐξέλιπον ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος τὴν πόλιν. *Duabus vero propositis conditionibus, utrum scilicet deserenda sit patria, an inita cum barbaris societate Græcos in servitutem redigerent; rati potiorem esse cum virtute, cum inopia & fuga, libertatem, quam cum opprobrio & divitiis conjunctam patriæ servitutem, deserere pro Græcia urbem.*" VPTON.

Vers. 27. καὶ ἱερεῖς καθιστᾶσιν αὐτοὺς καὶ προφήτας. Vulgo omnes καθιστᾶσιν αὐτοῖς in dativo casu; nisi quod αὐτοῖς cum aspero spiritu, suo more, scripsit Vptonus cum anonymo Londinensi. Monuit autem idem VPTONVS in Notis: „Noster codex αὐτοὺς, utii legendum." — Nempe terminatio οὺς, loco οῖς ponenda, ex vet. cod. msto notata erat in ora exempli editionis Venetæ, quod ab Harrisio Vptonus acceperat. Eam terminationem, sicut voluit hic Editor, adoptavi: lenem spiritum intactum reliqui. Atque ita prorsus, αὐτοὺς, postmodum in nostro cod. pc. scriptum inveni; pab. vero αὐτοῖς habent, ut olim editi. Accusativum res ipsa ac sententia commendabat; quo accedit, quod, dativus casus verbum Medium postulabat, καθίστανται, non activum. Cæterum quod proxime deinde καὶ προφήτας, pro καὶ προφήτας, expressum est apud eumdem Vptonum, proprius illius editionis error est, quem corrigere jussit Editor in Notis.

Ibid. πύθωνίσσας. Perperam πείθωνίσσας pc.

Vers. 28. αὐτὸς ἑαυτὸν. Caret αὐτὸς pc. male. αὐτὸς σεαυτὸν dat pb. Sed probum est ἑαυτὸν, eadem sententia.

Ibid. ψυχρά. Perperam χρηστὰ pc. in contextu; sed in marg. εἰ. ψυχρά.

Vers. 29. ὑπ' αὐτοῦ. „Γρ. ὑπὸ τοῦ δεσπότου, noster codex in marg. Sed haec lectio gloſſema eſt. ὑπ' αὐτοῦ, *a domino.* Vide ad I. 19, 21." VPTON. At hoc quidem loco nihil plane ſingularis habet illa locutio. Satis plane refertur pronomen αὐτοῦ ad illud τίνος, quod modo praeceſſit, εἴ τινος αὐτῶν δοῦλος ἦμεν. Perperam noſter pb. ὑπὸ τοῦ: ἐκδέρεσθαι.

Ibid. ἔβαλεν ἐν γάριον. „Wolfius in verſione, *caperem garum.* Hoc eſt, literis transpoſitis, ἔλαβον. [De re] confer I. 27, 15 ſqq." VPTON. — Probabilis utique Wolfii conjectura; ſed nil variant libri. Loco ab Vptono citato, I. 27. ſimili quadam ratione, compendioſius tamen, contra Academicos diſputatur.

Ibid. ἀδιάκριτος, ὁμοιοτάτη. Cum abeſſet vulgo comma inter duas has voces, interſeruit eam VPTONVS in Notis, monuitque: „Copula omittitur. Eleganter."

„ *Ibid.* τὴν αὐτὴν τύχην. „Vide ad IV. 1, 14." IDEM.

Vers. 30. πτισσάνην. πτυσάνην pc. male; ſic vero idem mox iterum iterumque.

Ibid. ἐξογάρου. ἐξόγαρον pabc. cum ed. Ven. & Baſ. Moxque ἐξόγαρον editi quidem libri omnes, ſed ibi rurſus ἐξόγαρον pabc.

Vers. 31. Τρεῖς ἢ τέσσαρας τῶν συνδούλων. εἰ ἔσχεν. Olim cum ederetur τρεῖς τέσσαρας &c. adnotavit VPTONVS: „Ita omnes codices; non τρεῖς ἢ τέσσαρας." — Et ferri quidem commode poterat iſta ſcriptura absque conjunctione; ſed cum τρεῖς ἢ τέσσαρας perſpicue daret noſter pa. (in quo vix quidquam ex librariorum ingenio adjectum reperitur) aſpernari illud non debui. Et ἢ hoc loco, & εἰ ante ἔσχεν pariter omittunt pbc. male. In pb. vero, recentior manus ante τρεῖς τέσσαρας ſuperne inter lineas particulam εἰ adſcripſit.

Ibid. ἀπάγξασθαι ἂν αὐτὸν ἐπολῆσαι ῥηγνύμενον, ἢ μεταθέσθαι. „Theocritus: ἀπάγξασθαί μ' ἐπῆσεν. Vide autem ad II. 15, 13. ubi ῥῆξαι eodem ſenſu, ut hic ῥηγνύμενον: & ad iſtam proverbialem locutionem, quam ibi explicavimus, alludere videtur." VPTON. — Particula ἢ poſt ῥηγνυμ. operarum errore omiſſa eſt in edit.

edit. Gen. Col. Cant. Lond. Inde Salmasius suspicatus erat, ἢ ἐγγινόμενον μεταθέσθαι scribendum.

Vers. 32. Εὐχάριστοι γ' ἄνθρωποι. Perspecte hoc ex edit. Ven. restituit Vptonus; & consentiunt pab. Et τε ἀνθρ. pc. Temere & perperam Εὐχάριστοι δ' ἀνθρ. Bas. Gen. Col. Cant. Lond.

Ibid. οἱ ἔστι τις Δημήτηρ, ἡ Κόρη, ἢ Πλούτων. „His nominibus, æque ac οἱ πολλοί, usi sunt Stoici, at sensu proprio & philosophico. Spiritum illum, qui intus τὸ ὅλον alit, & magno se corpore miscet, vim suam in mari & undis exerentem, *Neptunum* vocabant; in terris *Cererem*; in infernis *Plutonem*, &c. &c. nunquam non patriis legibus obtemperantes, patrios Deos colentes. Aliter se gerebant Epicurei: *Lucum ligna, virtutem verba.*" VPTON.

Vers. 33. στόμαχον γυμνάσαντες. „Vomitus est stomachi exercitatio. Solebant veteres ex præscripto medicorum cibum coctum evomere." VPTON.

Vers. 34. οὐδὲ κατὰ βραχύ. Ante Vptonum omnes οὐδὲ παραβραχύ. Hinc WOLFIVS: „Fortasse καταβραχύ. Nam alterum, a παραβρέχω, huc non convenit." — VPTONVS vero: „καταβραχὺ noster codex. Habes autem μήτις pro μήτι ex cod. Salmas." — Ego utrumque, καταβραχὺ & μήτις, in duas voces separavi. καταβραχὺ pab. cum Vpt. sed ildem perperam μήτι cum vett. edit. In pc. plura verba h. l. omissa.

Ibid. ἢ καὶ καθὼν πάντα ἀπολέσῃ τὰ τῆς εὐγενείας σπέρματα. Ante Vptonum πάντως legebatur, pro πάντα, quod e suo codice ille edidit. Mihi incommode h. l. verbum καθὼν positum videtur; & prope absum ut suspicer, ἢ καὶ πάντως πάντα scripsisse Arrianum. Nihil hic ab olim vulgatis discedunt nostri codices.

Vers. 35. παράσχωμεν. „Legendum παράσχωμαι. Nihil personarum fit mutatio, ut sæpe in his Dissertationibus usu fit." VPTON. Nil variant libri.

Vers. 36. Τί οὖν κατὰ τὰ &c. „κατὰ σε, *ut tua fert opinio.* Lucian. in Hermotimo [c. 58. T. I. ed. Amst. p. 798.] τοῦτ' μὲν, ὦ Λυκῖνε, βωμολοχικὰ, καὶ οὐ κατὰ σέ." VPTON. — Haud dubie κατὰ σὲ idem h. l. valet ac κατὰ τὴν σὴν γνώμην, *secundum te*, id est, *pro tua sententia, te si audiamus.* Qua significatione,

pro κατὰ τὴν ἐμὴν γνώμην, etiam ex Herodoto citari κατ' ἐμὲ ait Stephanus in Theſ. T. II. p. 90. b. Convenit fere hæc dictio cum illa ſatis familiari κατὰ Πλάτωνα, κατὰ Πίνδαρον, & ſimil. quam notavit Hoogeveen ad Vigerum p. 460. Minus autem commode ad iſtum Luciani locum Vptonus provocavit, ubi κατὰ σὲ, non eſt *pro tua ſententia*, ſed *tibi conveniens, te dignum*.

Ibid. καλὸν ἢ ἀγαθόν; Vulgo, conſentientibus pab. & Vptoni (ut videtur) codice, ſic edebatur: ἀγαθὸν, ἢ καλὸν, ἢ καλόν; Vbi VPTONVS: „Deeſt αἰσχρὸν, inquit; patet ex ſententia. Ego noſtrum pe. ſum ſecutus, qui ſic habet ut edidi, & nihil amplius."

Ibid. Τί οὖν ἔτι τούτων τις ἀνῴλλύει τινί. Particulam οὖν, quæ aberat vulgo, adjeci monente Vptono, cujus codex eam offerebat. Ignorant eam noſtri libri; ne id quidem male. Cæterum conferre cum hoc loco Vptonus juſſit notata ad I. 5, 7. Nempe ut ibi, ſic hic, fracta eſt oratio, cum indignatione loquentis. Cæterum ſicut ibi in prima perſona loquitur, Οὐδὲν ἔτι τούτῳ διαλέγομαι, ſic hoc loco indefinitum τις pro pronomine primæ perſonæ poſitum cenſeri poteſt: quo de uſu pronominis indefiniti dictum eſt ad II. 18, 15. Sunt autem, pro more fere Noſtri, trajecta nonnihil verba; quorum naturalis ordo talis intelligendus: Τί οὖν ἔτι τις ἀνῴλλύει τινὶ τούτων; Salmaſii ad h. l. refertur adnotatio hujusmodi: τί ἔτι τούτων; τίς ἀνῴλλύει τόν, ἢ λέγων ὄδυνεν. In qua transſcribenda vereor ne erratum nonnihil ſit ab amanuenſi, vel ab operis typographicis: ſane, quid ea verborum diſtinctione promoveatur, equidem non video.

Verſ. 37. μᾶλλον τοὺς κινδύνους ἐλπίσει τις ἂν μετατεθεῖσθαι. Vide I. 5, 10. ibique notata. Conf. ſupra, ad VI. 5.

Ibid. ἐστεφανωμένους. „Sic Ariſto Stoicus apud Laërt. VII. 163. Πρὸς δὲ τὸν Φάμωνον Ἀκαδημαϊκὸν οὐδὲν καταλαμβάνειν· Ἆρ' οὐδὲ τὸν πλησίον σου καθήμενον ὁρᾷς; εἶπεν. Ἀρνησαμένου δέ·

Τίς δέ σ' ἐτύφλωσεν; (ἔφη) τίς ἀφείλετο λαμπάδα; αὐγάς;

Academico cuidam, quidquam ſe comprehendere neganti: Ergone, inquit, nec hunc juxta te ſedentem vides? Negante illo: Quid cæcutis? ait; oculis quis lumen ademit?" VPTON. *Ibid.*

Ibid. τῶν περὶ αὐτοὺς κακῶν. Intellige ἕνεκα, *quod adtinet ad mala quæ illis adsunt.*

CAPVT XXI.

TIT. Περὶ Ἀνομολογίας. Quid ſpectarit is qui iſtum Titulum capiti huic præfixit, (ſive ipſe Arrianus is fuit, ſive quis alius) haud ſatis adparet. Ipſum initium capitis primosque verſus ſi ſpectes, videri poterat ἀνομολογία idem hic ſonare atque ὁμολογία, id eſt, *confeſſio.* Quo pacto non modo verbum ἀνομολογέω idem valet ac ſimplex ὁμολογέω; ſed & nomen ἀνομολογία eadem ratione apud Heſychium exponitur, αἱ διὰ τῶν λόγων συγκαταθέσεις. Sed, præterquam quod nusquam neque verbum illud, neque nomen, iſto modo apud Noſtrum occurrit, probabilius utique videri debet, verba quæ verſ. 4. leguntur, ἀνομολογία καὶ παραχωρὴ ἐν τοῖς περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν, occaſionem iſti inſcriptioni dediſſe. conf. II. 14, 22. not. & II. 24, 14. *De Confeſſione* interpretatus erat Schegkius; ubi SALMASIVS adnotavit: „Perperam, *de confeſſione;* melius, *de discordantia* vel *diſſidentia.*“ — Vptonus, *de Incongruentia* vertit. Pluribus verbis & in utramque partem Wolfius, *De inconſtantia ſermonis & diſſimulatione quorundam vitiorum.* Cæterum non in eodem argumento moratur hæc diſſertatio, ſed ab eo quod cœperat, progrediente ſermone, ad alia transit.

Verſ. 1. Οὐδεὶς οὖν. Caret οὖν pc.

Ibid. πάντων ἀκούσεις λεγόντων. „Hæc abſunt a noſtro codice: & commode abeſſe poſſunt. Οὐδεὶς οὖν ὁμολογήσει, ὅτι ἄφρων ἐστὶν, ἢ ἀνόητος· ἀλλὰ πᾶν τοὐναντίον, Ὄφελον κ. τ. λ. *Nemo igitur ſtultum [ſe] eſſe atque vecordem fatebitur; ſed contra omnino* (ſc. fatebitur, dicens) *Vtinam* &c.“ VPTON. Eadem tria verba deſunt in pb. Pro ἀκούσεις, habet ἀκούσῃς pc. Pro ὄφελον, eſt ἄφελον in eodem pc.

Verſ. 2. οὐχ εὑρήσεις μὲ μωρόν. „Ejusdem noſtri codicis auctoritate inſerui με, quæ vocula in reliquis deſideratur.“ VPTON. Deeſt noſtris tribus codicibus, nullo incommodo. Paulo ante, τὰ δ' ἄλλα ſcripſi cum pbc. τἆλλ' edd. cum pa.

Verſ. 3. ἀλαζόνα. „Vide ad I. 18, 3.“ VPTON.

Vers. 4. ἐν τοῖς περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν. An intercidit aliquod substantivum nomen? Sane ne succurrit quidem quod commode intelligatur. Exspectabam, ἐν τοῖς περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν χρίσασι. Possis tamen & λόγους intelligere.

Vers. 6. ὅτι φανλάζονται. „Forte ὅτε φανλάζωνται, cum existimant." VPTON. Nil mutatu opus. Et, quod si ὅτε φανλάζωνται darent libri, id ipsum foret corrigendum: nam aut ὅταν φανλάζωνται aut ὅτε φανλάζονται scribere juberet grammatica ratio. Nihil hic variant libri.

Vers. 7. Κἂν ἀκρατῆ τον παρομολογῆ τις αὐτὸν, ἔρωτα προσέθηκεν &c. Olim sic haec legebantur distinguebanturque: καθάπερ ἐν τῷ ἐπιλῷ καὶ ἐλεήμονι, κἂν ἀκρατῆ τι. οὐ παρομολογεῖ τις ἐρωτᾶ προσέθηκεν, ὥστε συγγνωσθῆναι ὡς ἐπ' ἀκουσίῳ. τὸ δὲ ἄδικον, οὐδαμῶς φαντάζονται. ἀκρόσιον ἴνι τι καὶ τῷ ζηλοτύπῳ, ὡς οἷόν τε τοῦ ἀκουσίου. Vbi WOLFIVS: „Corruptus haud dubie locus: quem, ut aliqua sententia possit elici, ita converti, quasi scriptum inveniſſem: κἂν ἀκρατῆ δὲ παρομολογεῖ τις αὐτὸν, ἔρωτα προσέθηκεν, ὥστε συγγνωσθῆναι ὡς ἐπ' ἀκουσίῳ. τὸ δ' ἄδικον οὐδαμῶς φαντάζονται ἀκούσιον. ἴνι τι καὶ τῷ ζηλοτύπῳ, ὡς οἷονται, τοῦ ἀκουσίου." — Quae latine sic vertit doctus interpres: *Quodsi quis intemperantiam suam fatetur, amorem causatur: se venia dignum esse, quod non ultro fecerit. Injuriam vero negant, ut quam nequaquam esse coactam & invitam existimentur. Inest & in zelotypia quiddam, ut putant, non voluntarium.* Quam versionem & Vptonus verbotenus tenuit. Emendationibus Graeci contextus, a Wolfio propositis, aliam non minus ingeniosam, ac summa veri specie commendabilem, adjecit SHAFTESBVRIENSIS; monens, pro κἂν ἀκρατῆ τι οὐ, fortasse κἂν ἀκρατῆ τον esse scribendum; qua de emendatione conferre jubet notata ad I. 19, 25. Ex Wolfii emendationibus ante Vptonum nihil in contextum receptum est, nisi quod ἔρωτα pro mendoso ἐρωτᾶ posuerunt Col. Cant. & Lond. Tum VPTONVS, posito puncto post ἐλεήμονι, novam sententiam a verbis Κἂν ἀκρατ. incepit; & in fine οἷονται pro οἷόν τε adoptavit, hac adjecta Adnotatione: „Noster optimus codex emendationem Wolfii confirmat, legentis ὡς οἷονται: pro ὡς οἷόν τε. In caeteris nihil adjuvat. Assentior quoque viro nobili, qui pro τί οὐ legit

git τόν, quæ particula ἐπιτακτικῶς accipitur. Nunc totum videamus locum: Κἂν ἀκρατῆ τινα παρομολογῇς αὐτόν, ἔρατα προσέθηκεν, κ. τ. λ. Cæterum grave cum Epigramma extat haud a sensu hujus sententiæ alienum:

Οὐχ ὁ ἔρως ἀδικεῖ μερόπων γένος· ἀλλ' ἀκολάστους
ψυχαῖς ἀνθρώπων ἐσθ' ὁ ἔρως πρόφασις.

Hæc VPTONVS. — Ego non modo Shaftesburii acute inventum adoptavi; sed insuper etiam, quod grammatica ratio flagitabat, παρομολογῇ in conjunctivo scripsi, pro παρομολογεῖ, quo in genere sæpe peccarunt nostri librarii. Sed αὐτόν (quod Vptonus suo more voluit) pro ἀὐτὸν scribere, non necessarium duxi. De amore quod hic dicit Epictetus, confer cum I. 22, 21. Distichon, Vptono laudatum, habes in Anthol. lib. I. c. 27. ed. Steph. & apud Brunckium nostrum T. II. p. 314. Apud utrumque vero recte ἀκολάστους scribitur, non ἀκολάστους, ut Vptonus citavit. Sæpe librariorum errore inter se permixta esse verba οἶσθα & οἶδά τε, monuit Davisius ad Cic. Tusc. IV. 7. ubi etiam hujus Arriani loci meminit. De οἶδά τε h. l. in οἶσθα mutando monuerat etiam Meibomius. Nostri Parisini, codices eisdem omnibus vitiis, quibus vulgo contaminata hoc loco oratio erat, laborant: & in pc. præterea, pro κἂν ἀκρατῆ τι, κἂν κρατῆ τι scribitur.

Ibid. διὸ καὶ περὶ τούτου παρομολογοῦσιν. Vulgo διὰ τοῦτο καὶ περὶ τούτου. Morem gessi VPTONO, monenti ad h. l. „Pro διὰ τοῦτο noster codex διὸ, quod magis probo, quippe sequitur περὶ τούτου.“ — Cum Vptoni cod. facit noster ph.

Vers. 8. ἀναστρεφόμενον. Quod in ora edit. Bas. hic legitur ἀναστρέφομεν, ex conjectura est editoris, & per se parum felici, & cui prorsus non erat hic locus. Vocab. ἀνθρώποις, quod præcedit, deest in pab. non male.

Ibid. συνεχῶς. συνεχὲς pa.

Vers. 9. Μή τον καὶ αὐτὸς εἰς εἰμι ἐκείνων. „Horat. Sat. lib. I. 14, 136.

— — *Numquid ego illi*
imprudens olim faciam simile?“

VPTON.

Ibid. πῶς ἐμαυτῷ χρήσωμαι; μή τι καὶ αὐτὸς &c. Hujus loci sententiam non satis mihi perceptam esse profiteor. Uptonus cum Wolfio Latine sic reddidit: *quomodo me ipsum tractо? numquid ut sapientem? numquid ut continentem? numquid & ipse dico aliquando talia? sumne ad ingruentem casum ferendum eruditus? an sentio quod sentiendum est* &c. quasi illa verba, *εἰς τὸ ἐπιὸν πεπαίδευμαι*; per se posita, unam ex illis quæstionibus continerent, quas sibi, ipse proponere debet homo. Quod si ita est, commodius ibi hoc modo distinguentur Græca verba, *μὴ καὶ αὐτὸς λέγω τινὰ ταῦτα; ὅτι, Εἰς τὸ ἐπιὸν πεπαίδευμαι*; &c. (Et interrogandi signum sic post *ταῦτα* ponit noster cod. pa.) Sed in eamdem sententiam dicendum fuisse videtur, *αὐτὸς ἐμαυτῷ λέγω ποτὲ ταῦτα*; vel *αὐτὸς ἐμαυτὸν ἐρωτῶ*.

Vers. 10. *μυρύζης μαστὸς*. „Vide Erasmi Adag. *Emuncta naris. Muccosis naribus.*“ VPTON. — *ἡ μυρύζα*, & huic cognatum *μύξα*, *mucus*, & metaph. *stultitia*, *stoliditas cum inani vanitate conjuncta; stupida & putida arrogantia;* satis nota vocabula, de quibus consuli possunt Gatak. ad Antonin. IX. 29. & Hemsterh. ad Luciani Dial. Select. p. 25 sqq.

Ibid. καὶ ἄλλους ἐξηγησόμενος. ἄλλους ἐξηγήσομαι pa. & caret *καὶ*.

Ibid. μόνην τὴν ἱστορίαν μαθησόμενος. Conf. II. 19, 5.

Vers. 11. *ἐν οἴκῳ διατεινύτεσθαι τῷ ἀνδρείῳ*, &c. Vide III. 20, 18.

Ibid. καὶ ἔρχῃ μοι καταστολὰς ποιήσας ὡς σοφός; Quænam sit vera horum verborum sententia, fateor me non habere compertum. WOLFIVS: „*Καταστολαὶ* (sic) & de *ornatu* & de *vultu* possunt intelligi. Quare utrumque conjunxi.“ — Nec tamen is in versione aliud, nisi hoc posuit, *me convenis ornatu sapientis*. Quam versionem VPTONVS etiam tenens, in Notis deinde sic scripsit: „Hoc autem in loco *καταστολὰς ποιήσας*, est, si verbum verbo reddas, *mihi facians inhibitiones*, i. e. *mecum disputans, & argumentationes meas cohibens, tamquam ipse esses e Philosophorum grege.*“ — Nomen *καταστολή*, in singulari numero, haud raro occurrit; aliàs denotans *morum modestiam*, *compositos mores*, ut apud Nostrum II. 10, 15. aliàs *amictum*, *cultum*, *habitum*

tum corporis, ut apud Joseph. de Bello Jud. II. 8. (7.) Jamblich. in Vita Pythag. c. 2. sect. 10. aliosque quos laudarunt Novi Testamenti Interpretes ad 1 Timoth. 2, 9. & præsertim Jo. Christoph. Wolfius in Curis Philol. & Critic. ad eum locum, cum quo conf. quæ notavit Alberti ad Glossar. Nov. Test. p. 156. Illius interpretationis, quam Vptonus hic proposuit, nihil usquam simile invenire mihi contigit: sed favet ei, quod ποιησας adjicitur in activo; nam, si de *exteriore habitu, quem quis sibi sumit*, phrasin istam accipias, videtur ποιησάμενος in medio fuisse dicendum. Ceterum καταστολὰς in plurali numero, ut h. l. apud Nostrum, nusquam alibi nec usurpatum nec citatum vidi.

Ibid. πῶς ἐξεργασάμην τὴν λέξιν. Fuit quum suspicarer ἐξεργασάμην legendum, quo pacto *dictionem elaborarim*. (conf. III. 9, 14.) Sed non solicitandam esse vulgatam docet locus huic parallelus III. 21, 7 sq. τὴν λέξιν autem sive cum Wolfio Vptonoque vertas *vocabulum aliquod*, sive magis generatim *dictionem*, utrolibet modo intelligenda videntur *verba auctoris qui in schola prælegitur*.

Ibid. πῶς τί ποτ' ἐφλυάρησα τὰ ἐπελθόντα μοι. „Dele τι. πῶς ποτ' ἐφλ." VPTON. Sane difficile dictu fuerit, quænam sit potissimum h. l. vis istius pronominis τι, quod tamen citra codicum auctoritatem delere non sum ausus. Possis suspicari, pleonastice dictum πῶς τι pro πῶς, quemadmodum persæpe, μή τι pro μή. Poteris etiam τί ποτε φλυαρεῖν intelligere, *quidvis, quidlibet effutire*, ut III. 24, 29. quo posito, illa verba τὰ ἐπελθόντα μοι per adpositionem, ut ajunt Grammatici, vel per asyndeton, fuerint adjecta. Denique & variis aliis rationibus frequentare Epictetus consuevit pronomen istud cum particula ποτε, ubi vel pronomen vel tota formula redundare videri poterat; quo de usu nonnihil dixi ad II. 20, 5.

Vers. 12. ἢ πῶς ὁ ἀδελφός. Deest h. l. ἢ in pb. non male.

Vers. 13. Τί λέγουσιν. Ante Vptonum Τὰ λέγουσι edebatur. Hinc „Forte τί, interrogative." notabat ad oram sui libri SHAFTESB. Et recta sic scribere jussit Salmasius. Quod adoptans VPTONVS, monuit, sic legi in edit. Salmant. ἃ λέγουσιν legendum censuerat Meibom. In τὰ cum olim vulgatis consentit noster pa.

Sed in pc. eſt τάδε λέγουσι, i. e. *Haec de me dicunt homines.* Cujus ſcripturae veſtigium ſupereſt etiam in pb. ubi τά cum acuto accentu ſcriptum; nempe in vetuſtiori exemplo interciderat ſyllaba ΔΕ ob ſimilitudinem ſyllabae proxime ſequentis ΛΕ. Scriba illius codicis pb. intelligens mendam ſubeſſe, vocem iſtam τά puncto inferne notavit, ut mendoſam.

Verſ. 14. ἐπανελθεῖν. „*Redire*, ſc. domum: quae lectio eſt noſtri codicis & Mſ. Pariſ. Editi ἐπὶ θεῖν." VPTON. In ἐπανελθεῖν conſentiunt pabc.

Ibid. πολλοῦ πόνου χρεία. πολλοῦ χρόνου, χρεία pb. *Multo tempore opus eſt.*

Ibid. ἐν οἴκῳ κακῶς, καὶ ὧδε κακῶς. ἐν οἴκῳ, *domi*, nempe in diverſorio vel in domo quam Nicopoli incolit juvenis; ὧδε, *hic*, *in ſchola*. Nusquam Nicopoli eum cultum, eas commoditates, quas deſiderat, invenit deſicatus juvenis; nec in balneo, nec domi, nec in ſchola.

Verſ. 15. Τίς γὰρ ἔρχεται εἰς σχολήν; Intellige, vel ſupple, τούτου ἕνεκα, aut ὡς ὠφεληθησόμενος.

Ibid. ἐκπαθαρθησόμενα. Hoc ante Vptonum reſtituit anonymus editor Londinenſis; & ſic recte jam dederat Ven. conſentientibus msstis. Mendoſe deinde ἐκκαταρθησ. edd. Baſ. Gen. Col. Cant.

Verſ. 16. οὐ γὰρ ὡς ἀποθησόμενοι. „Ita ſcripſi, jubentibus noſtro codice & Mſ. Pariſ. rejectis aliorum librorum lectionibus, qui, deleta οὐ negativa particula, dant ὡς γὰρ ἀποθησόμενοι." VPTON. In principe edit. Ven. omiſſa (ſive operarum culpa, ſive manuſcripti exempli) particula οὐ, ſic legebatur, γὰρ ὡς ἀποθησόμενοι. Id deinde ab editore Baſil. in ὡς γὰρ ἀποθ. eſt mutatum, quod tenuere poſteriores. Veram ſcripturam tuentur Pariſini codices tres.

Ibid. πόθεν; οὐδ' ἐγῷγε. „πόθεν; *nequaquam.* Vide Suidam in voce. οὐδ' ἐγῷγε gloſſema videtur. Supra, ἔρχεσθε; interrogative." VPTON. Suidas: Πόθεν; ἀρνητικῶν, ἴσον τῷ οὐδαμῶς. Neque vero impedit quidquam, quo minus conjungi potuerint πόθεν; & οὐδ' ἐγῷγε. Quod interrogandi ſignum poſt ἔρχεσθε vult poſitum, neſcio quid ſpectaverit vir doctus. Equidem, ſi illud ſignatum inveniſſem, delendum cenſuiſſem.

Verſ.

Verſ. 17. *οὐ φλυαρέτεροι γίνεσθε;* „Vide ſupra, II. 19, 10.“ VPTON.

Ibid. συλλογισμοὺς ἀναλύετε μεταπίπτοντας. Sic, abſque negatione, ſimul vero absque interrogandi ſigno, habent veteres editiones; quod ferri utcumque poterat, VPTONVS, cum edit. Cant. & Lond. interrogative hæc legens, præclare vidit deſiderari ſic negativam particulam; quare *οὐ συλλογισμ.* &c. cum interrogandi ſigno ſcribere juſſit: quod & ego utique malim. Sed ignorant hoc loco *αὖ* libri omnes. Ceterum poſt *ἀναλύετε* comma fortaſſe (vel interrogandi ſignum) interſerendum, ut per aſyndeton hæc tamquam diſtincta ponantur, *συλλογισμοὺς*, & *μεταπίπτοντας*, quemadmodum mox *ψευδομένου λήμματα*, & *ὑποθετικούς*. Et ſic fere in pac. diſtinguuntur h. l. verba: *συλλογισμοὺς ἀναλύετε· μεταπίπτοντας· οὐκ ἐφοδεύετε &c.* Conf. notata ad II. 17, 27. Fortaſſe vero nec male hoc modo diſtinguetur oratio: *οὐ συλλογισμοὺς ἀναλύετε; μεταπίπτοντας οὐκ ἐφοδεύετε; ψευδομένου λήμματα; ὑποθετικούς;* De *μεταπίπτοντι* conf. ad I. 7, 1. Ad *ψευδομένου* MEIBOMIVS notaverat: „Quid ſi *ψευδομένους*;“

Ibid. ὑποθετικούς; „Fortaſſe *καὶ ὑποθετ.*“ WOLFIVS. — Nil opus eſſe videtur. Vide Adnot. proxime præcedentem.

Ibid. Τί οὖν ἔτι ἀγανακτ. Caret *οὖν* pc.

Verſ. 18. *ἂν ἀποθάνῃ μοι τὸ παιδίον.* Intelligi hinc videtur, non juvenes ſolum, ſed & viros, Epicteti ſchola Nicopoli ex profeſſo frequentaſſe. Quare & vocabulo *ἄνδρες* eos compellat vſ. 23.

Ibid. ἢ ὁ ἀδελφός. Caret *ὁ* pb.

Ibid. τί με ταῦτα ὠφελήσει. Sic ſcripſi cum pb. *τί μεταταῦτα ὠφελήσει* editt. vett. cum pac. & diviſis vocibus *τί μετὰ ταῦτα* ed. Lond. & Vpt. Vbi *τί μὲ τὰ τοιαῦτα* vel *τὰ ταῦτα* legi voluerat Shaftesburienſis. Sic & Meibomius, *τί με τὰ τοιαῦτα.*

Verſ. 19. *Μὴ γὰρ ἐπὶ τοῦτο ἦλθες;* „Noſter codex *ἦλθον*; *ipſe veni?* VPTON. Vulgatum recte tenent noſtri codd.

Ibid. τούτου ἕνεκα. ἕνεκα τούτου pb.

Ibid. προέβαλές ποτε σαυτὸν φαντασίαν τινά. „Forte *σαυτῷ*.“ COL. SHAFTESBVR. „Recte. Sic noſter codex & mſ. Pariſ.“ VPTON. — Ego vero tenendam

dam vulgatam ſcripturam putavi, ut intelligeretur *tuum aliquod viſum; quod* non *tibi ſoli, ſed comitibus in commune pertractandum proponeres;* quo ſpectant verba proxime ſequentia, *καὶ ταύτην κοινῇ ἐφωδεύσατε.* Nec tamen diſſimulare debeo, in *σαυτῷ* conſentire tres noſtros codices mſstos. cf. III. 24, 8. Ench. c. 4. & cap. 33, 12.

Ibid. *ἐφωδεύσατε*; *τοῦ τοτε*; Vulgo connectebantur hæc *ἐφωδεύσατε τοῦ τοτε*; Recte vero VPTONVS in Notis monuit, interrogandi ſignum poſt *ἐφωδεύσατε* ponendum. Quod vero deinde ſic pergit: „— *τοῦ τοτε* — Hæret ſententia: & quædam deeſſe credo.“ — Non adſentior viro docto. Nam ad *τοῦ τοτε* facile intelligitur *τοῦτο ἐποιήσατε*; aut aliquid ſimile.

Verſ. 20. *τὰ μαλάγματα δ' οὐκ.* Caret δ' pc.

Ibid. *οἱ ἀλτῆρες.* „Vide ad I. 4, 13.“ VPTON.

Ibid. *τισὶν ἄχρηστοι, τισὶ πάλιν χρήσιμοι.* Temere & perperam *τίσιν* & *τίσι* penacute Baſ. Gen. & Col. Recte *τισὶν* & *τισὶ* editt. poſteriores cum principe Ven.

Verſ. 21. *κἂν θέλῃς, ἀποδείξω.* „Vide cap. 25. hujus Libri.“ VPTON.

Verſ. 22. *ὁ δυσεντερικὸς, εἰ χρήσιμον τὸ ὄξος.* „Propter acetum enim, oxymel, ut ait Hippocr. in lib. de Victu in Morbis acutis, *τῷ δυσέρῳ ξύσματα ἐμποιεῖ*, quod præſertim adverſatur dyſenteriae.“ SCHEGKIVS. — Articulum *τὸ* ad vocab. *ὄξος*, qui aberat ab editis, tacite adjecit Vpton. & habet eumdem noſter codex pb. recte.

Ibid. *Ἐμοὶ οὖν χρήσιμον*; *Ἐμοὶ μὲν οὖν* pc.

Verſ. 23. *θεραπεύσατε.* Sic vett. editt. cum pac. *θεραπεύτε* ed. Cant. operarum vitio, quod repetiit Vpton. ſed in *θεραπεύσατε* ex conjectura mutavit anon. Lond. Hoc ipſum vero *θεραπεύσατε* habet & noſter pb. quod congruit cum ſequentibus verbis, pariter in aoriſto poſitis. De compellatione, *ἄνδρες*, conf. not. ad vſ. 18.

Ibid. *ἀπερίσπαστον αὐτὴν ἐνέγκατε εἰς τὴν σχολήν &c. ἀπερίσπαστον αὐτὴν ποιήσατε.* pc. & nihil amplius, ſed in his verbis finem facit hujus capitis.

Ibid. *οἵαν ἰσχὺν ὁ λόγος ἔχει.* Wolfius: *quid virium habeat oratio.* Vptonus: *quid virium habeat ratio.*

tio. In Notis vero idem VPTONVS: „ὁ λόγος, (ait) *Logica.*“ Quam in eamdem sententiam nos *artem rationis* interpretati sumus. conf. III. 9, 19. & Adn. ad I. 7, 5. Sed rectius fortasse, generaliori quadam notione, *doctrina*, *institutio doctrinæ* intelligetur, ut I. 20, 19. coll. ibid. vs. 14.

CAPVT XXII.

TIT. Περὶ Φιλίας. Præter hanc Dissertationem, in qua præceptum illud Stoicorum exponitur, *nonnisi inter bonos esse Amicitiam posse*, alia olim ejusdem nostri Epicteti eodem titulo disputatio erat vulgata, in qua Musonii Rufi, quo præceptore usus erat Epictetus, sententiæ nonnullæ erant prolatæ. Sic certe intelligendum videtur id, quod apud Stobæum ad oram fragmentorum nonnullorum notatum legitur, Ῥούφου ἐκ τῶν Ἐπικτήτου περὶ Φιλίας. Eclog. Ethic. p. 199. ed. Canteri; & Serm. XIX. p. 167. (al. 165.) & CVI. p. 569. (al. 567.) edit. Gesn. Ea disputatio inserta, puto, fuerat uni e quatuor posterioribus Arriani libris Dissertationum Epictetearum, qui injuria temporum perierunt.

Vers. 1. Περὶ ἃ τις ἐσπούδακε. *Quibus rebus quisque studet; quæ quis cupit.* Minus commode Vptonus: *quibus rebus quisque favet.*

Ibid. περὶ τὰ καλὰ ἐσπουδάκασιν: περὶ τὰ καλὰ τὸ ἐσπουδάκασιν pc. Idem tamen paulo ante in μή τι consentit cum cæteris.

Vers. 3. Τοῦ φρονίμου τοίνυν ἐστὶ μόνου, τὸ φιλεῖν. „Vide Diog. Laërt. VII. 124. Cic. de Fin. III. 21. de Nat. Deor. I. 44. de Amicit. [cap. 5. & 18.] Xenoph. Ἀπομνημ. lib. II. [c. 6.] ubi Socrates cum Critobulo sermones cædit.“ VPTON. — Pro μόνου, est μόνον in pc. ne id quidem male.

Vers. 4. ὅμως φιλῶ: Deest ὅμως pab. sed habet pc. cum edd.

Vers. 5. πῶς καὶ τὸ πρῶτον. Caret καὶ pc.

Ibid. ὁμολόγησας. scripsi cum pabc. pro vulgato ὁμολόγησας.

Ibid. σεαυτὸν. σαυτὸν pa.

Ibid. οὐ τροφὰς προσφέρεις τὰς ἐπιτηδείους τῷ σώματι; οὐ σκέπην; οὐκ οἰκησιν; Verbum προσφέρεις, in activa forma, suo e codice Vptonus edidit. Olim προσφέρῃ

φέρῃ legebatur; quod ipsum erunt qui præferendum alteri censeant, & ego prope absui ut restituerem tamquam cum sermonis usu unice consentiens: quoniam τροφὰς vel σῖτον προσφέρεσθαι dicunt Græci, non προσφέρειν, *cibum capere, cibum sumere.* Quamquam enim intelligebam, adjecto dativo casu τῷ σώματι non minus legitime dici posse προσφέρειν τροφὰς τῷ σώματι, quam nude προσφέρεσθαι τροφάς; tamen hoc loco dativus ille, τῷ σώματι, non tam a verbo προσφέρεις, quam ab adjectivo nomine ἐπιτηδείους pendere videbatur. At, quoniam præter accusativum τροφὰς sequuntur alii, σκέπην & σίτησιν, ab eodem verbo pendentes; mutavi sententiam, tenendamque Vptoni lectionem statui, ut hæc intelligeretur grammatica verborum constructio, προσφέρεις τῷ σώματι τροφὰς ἐπιτηδείους, σκέπην, σίτησιν. In προσφέρεις cum Vptoni cod. consentit pb. προσφέρῃ cum edd. habent pac. sed in pa. primum fuerat προσφέρει. Pro οὐ σκέπην; οὐα σίτησιν; in pa. est οὐ σκέπην καὶ σίτησιν;

Vers. 6. Ὅτι, νὴ Δία, πολλάκις &c. „Epictetus respondet ad ea quæ a se objecta sunt. Dele itaque interrogationem post ἄφρων εἶναι." VPTON. Nempe in fine hujus versus post illa verba, διὰ ταῦτα ὁμολογεῖς &c. rursus interrogandi signum vulgo ponebatur, quod delendum recte monet Vptonus.

Ibid. αἱ πιθανότητες. „Vide ad I. 27, 3." VPTON.

Ibid. ταράσσῃ. ταράττῃ pc. sed mox deinde idem ταράσσῃ cum aliis.

Ibid. μεταβάλλῃ. Perperam & invitis mss. tis edit. vett. h. l. μεταβάλλῃ, sed mox vs. seq. consentiunt in μεταβάλλῃ.

Vers. 7. αὐτὰ τὰ πράγματα. Suspicatus eram, inversis verbis haec scribenda esse, τὰ αὐτὰ πράγματα, *res easdem;* quemadmodum mox ait ἀνθρώπους δὲ τοὺς αὐτοὺς. Sed opponit inter se τὰ πράγματα & τοὺς ἀνθρώπους; & αὐτὰ τὰ πράγματα idem valet ac μόνα τὰ πράγματα. Qua de potestate pronominis αὐτὸς confer Lexic. Polyb. h. v. num 1.

Ibid. ἀγαθὰ ὑπολαμβάνεις εἶναι. ὄντ. ἀγ. εἶναι. pb.

Ibid. ἐχθρῶς. αἰσχρῶς pc. male; & in pa. primum αἰχθρῶς scriptum fuerat.

Vers.

Vers. 8. ὁ ἐξαπατηλίνος περί τινος. „*Deceptus de aliquo; qui falsum de aliquo sensit.* Possit & ὑπό τινος legi.“ WOLFIVS. Tenendum vulgatum eâdem sententiâ quam idem ipse Wolfius perspecte in versione expressit, *is quem sua de aliquo fefellit opinio.* Caret artic. ὁ pb. minus commode. Mox Οὐ, ante πάνυ, deest pc. male.

Ibid. Ὁ δὲ μεταπτώτως ἑλόμενος αὐτὸν, εἶναι εὔνους αὐτῷ. Vulgo omnes Οὐδὲ μεταπτώτως, & deinde εὔνουν αὐτῷ. Perspecte vero WOLFIVS jam monuerat: „Fortassis ὁ δὲ μεταπτ. — — — εὔνους αὐτῷ; scil. δοκεῖ. *Qui sic amat tanquam ofurus.* Hoc malo, (inquit) quam id quod in mentem venerat, ὁ δὲ ἀμεταπτώτως; *An is qui firmam sibi cum aliquo esse benevolentiam voluit?* scilicet, *deceptus adhuc diligit?*“ — Deinde VPTONVS: „Pro οὐδὲ codex noster ὁ δὲ, uti optime Wolfius: & sic edendum oporteret.“ — Ego non hoc solum, sed & εὔνους pro εὔνουν recipere non dubitavi; haud dubie enim respondent hæc verba illis paulo ante positis, ποτὲ μὲν οἰκείως ἔχεις, ποτὲ δ' ἐχθρῶς αὐτοῖς. Ad ἑλόμενος αὐτὸν, intellige *Φίλον, amicum eum eligens.* In mendosum εὔνουν consentiunt quidem codices nostri omnes cum editis; sed recte ὁ δὲ μεταπτώτως dat pb. Inter lineas vero in eodem superne adscripta syllaba εὐ, ut sit ὁ δὲ εὐμεταπτώτως, & hoc percommode; ac fortasse sic scriptum Arrianus reliquerat. Et ex eadem scriptura fortasse corruptum est id quod pc. habet, οὐ δ' ἀμεταπτώτως, nam α & diphthongus ευ, compendioso nexu scripta, sæpius inter se permutantur a librariis.

Vers. 9. ὅπως ἴδῃς. „Ita noster codex; alii ὅταν.“ VPTON. — ὅπως habet noster pb. cum Vptoni cod. & sic ex conject. corrigere jusserat Meibomius. Mendosum ὅταν tenent pac. sed ad ἴδῃς in ora pc. notatur, ἴσως βούλει (βούλῃ) voluit ἰδεῖν τί ἐστι. In pa. vero, pro ὅταν, aliud nescio quid prius fuerat scriptum.

Ibid. τί ἐστι Φιλία. Malebam τίς ἐστι Φιλία, *quænam sit illa amicitia.* Sed ferendam vulgatam putavi; & in eam quidem consentiunt libri omnes.

Vers. 10. Βάλε καὶ σοῦ καὶ τοῦ παιδίου μέσον. Caret καὶ cod. Vpt. & pb. In pc. est βάλε καὶ σοῦ μέσον καὶ τοῦ παιδίου, sed deinde plura desunt, ἀγρίδιον & seqq. neque καὶ σὺ τὸ παιδίον.

Ibid.

Ibid. Εἶτα σὺ πάλιν, Οἷον ἐξέθρεψα τέκνον, πάλαι ἐκφέρει. Sic recte Vptonus. Olim, nulla interpositu distinctione, sic edebatur, εἶτα σὺ πάλιν οἷον ἐξέθρεψαι τέκνον. Hinc WOLFIVS: „Lego ἐξέθρεψα, & πάλαι ἐκφέρει με, *pridem me effert*; hoc est, vel exspectat mortem, vel odio suo me enecat." — Tum VPTONVS: „Noster codex ἐξέθρεψα. Edit. Bas. ἐξέθρεψαι. Salmant. ἐξέθρεψας. Pro ἐκφέρει, noster codex ἐκφέρεις. Nescio tamen, annon omissa sunt quædam, haud supplenda nisi meliorum ope codicum. Excidit forsan exclamatio filii, paternam longævitatem conquerentis, cui optime respondent quæ sequuntur, Εἶτα σὺ πάλιν. Initium est versus trochaici, Οἷον ἐξέθρεψα τέκνον. Sed quænam sit hæc fabula, ex qua citatus est versus, me prorsus latet." — Mendosum ἐξέθρεψαι ex edit. Ven. in Basileensem intravit, indeque in Gen. & Col. propagatum. ἐξέθρεψα jam ante Vptonum ex Wolfii conjectura receperunt editores Cant. & Lond. anonymus; nec aliud habent pabc. Pronomen personale μὲ ad ἐκφέρει facile intelligitur, nec adjecto opus est. Si cui placet ἐκφέρεις, quod Vptoni codex habet, nil repugno: nostri quidem in ἐκφέρει consentiunt. Pro τέκνον vero, est τέκνων in pab. Quod si deinde nihil intercidit, πάλιν illud (in Εἶτα σὺ πάλιν) referetur ad id quod supra dixit vs. 4. *Tu, qui modo dixisti, ego diligo filium meum, tunc rursus dilet* &c. πάλιν, *rursus*, pro *contra*, *e contrario*.

Vers. 11. καὶ αὐτὸ ὁ γέρων φίλει, κἀκεῖνος ὁ νέος. *Et eam tu senex ama, & ille juvenis.* φίλει, in imperativo modo, restitui ex ed. Ven. & Bas. quod tenere in φιλεῖ mutarunt posteriores editores: cum quibus quidem facit pc. sed in φίλει consentiunt pab. Pro αὐτὸ vero vide ne αὐτὸς sit legendum, ut inter se opponantur αὐτὸς (nempe σὺ) ὁ γέρων, κἀκεῖνος ὁ νέος. Nam accusativus personæ, αὐτὸ, ad κορασίδιον referendus, facile subintelligitur, qua ellipsi nihil frequentius. Ad verba κἀκεῖνος ὁ νέος hæc adnotabit VPTONVS: „Et hæc mutila esse credo. Pro κἀκεῖνος quid si καὶνὸν, scil. κορασίδιον? Sed in talibus locis conjecturis indulgere, est operam perdere." — Ego vero, nihil hic mutilum video; sed brevitatis studium, & concisum orationis genus, Epicteto familiare. Statim, ad κἀκεῖνος ὁ νέος, adparet intelligendum, φιλεῖτο αὐτό. Tum vero ad totam phrasin, e superiori disputatione, intelligi debebit,

debebit, καὶ γνώσῃ τί ἐστιν ἡ Φιλία σου, vel καὶ γνώσῃ πῶς σὺ φιλεῖς τὸ παιδίον, aut aliquid simile. Quale quid etiam mox rursus intelligendum videtur post illa verba, ἂν δὲ δοξάριον. Nam, quod deinde subjicitur Admeti dictum, Χαίρεις ὁρῶν φῶς, id quidem nonnisi ad illud referri commode potest quod proxime præcedit, ἂν δὲ μνδυνεῦσαι δέῃ.

Ibid. ἂν δὲ δοξάριον, scil. βάλῃς σοῦ καὶ τοῦ παιδίου μέσον. Tum post hæc verba intellige apodosin, γνώσῃ &c. Vide Adnot. proxime præced.

Ibid. Χαίρεις ὁρῶν φῶς &c. „Ex Euripidis Alcest. vs. 691. Deest secundus versus in editis Euripidis libris." VPTON. — Ea recte apud Euripidem non comparet alter versus; quem ab Arriano per lusum adjectum putavit Barnesius; mihi visus erat e triviali scholio in contextum intrusus. Sic infra vs. 14. ex glossemate ἐρωτᾷς, pro ἱστορεῖς, vulgo scribebatur. Pro χαίρεις, habet χαίροις pb. male.

Vers. 12. τὸ ἴδιον παιδίον. Sic pc. cum edd. sed ἴδιον deest pab.

Ibid. ὄφελον. ὤφελον pc.

Ibid. ἀλλόντος τοῦ πράγματος. Sic ed. Ven. & Bas. consentientibus omnibus mss̄tis; pro quo, nescio quo casu, quove consilio, παρόντος τοῦ πράγματος dederunt Genev. Colon. & sequentes: quod ipsum παρόντος cum VPTONVS etiam temere tenuisset, monuit idem in Notis: „Omnes codices, Wolfii exceptis, habent ἀλλόντος, non παρόντος." — Quos Wolfii codices Vptonus adpellat, jam sæpe monui, nihil aliud esse, nisi editiones nonnullas, post obitum Wolfii demum in lucem emissas.

Vers. 13. καὶ ἐκ τοῦ αὐτοῦ πατρ. Caret h. l. ἐκ pc.

Ibid. συμπεπωκότες. Corrupte vulgo omnes συμπεπτωκότες, quod sic corrigendum monuit VPTONVS, conferre jubens vs. 37. hujus capitis. Cui haud cunctanter obsequendum putavi. Pariter vero jam olim SALMASIVS, aut συμπεφωκότες legendum adnotaverat, aut συμπεφοικότες ex vers. 29. Ac jam Wolfius *compotarant* in latina versione posuerat; Schegkius vero, *simul luserunt*.

Ibid. συγκεκοιμημένοι, πολλάκις ἀλλήλους καταπεφιληκότες; Probavi Vptonum, monentem, forsan ita distinguendam orationem. Vulgo omnes: συγκεκοιμημένοι πολλάκις, ἀλλήλους καταπεφιλ.

Verſ. 14. Πεῦ πότε στήσῃ πρὸ πύργων; Ὡς τί μ' ἱστορεῖς τόδε; &c. „Verſus ſunt ex Euripidis Phœniſſ. 623 ſq. unde emendatos habes. Antehac corrupti erant; nam pro *ἱστορεῖς τόδε*; habuerunt codices *ἐρωτᾷς*; *τῷ δ'*." VPTON. Conf. ſupra ad vſ. 11. In *ἐρωτᾷς*; & *τῷ δ'* nil mutant pabc. Recte vero *κτείνων σε* pbc. ut jam ediderat Lond. anon. & Vpt. *κτενῶν σε*, quod habebant vett. editt. cum pa. Colloquentium nomina ex Euripide adſcripſit Vptonus. Pro *ἔρως* eſt *ἔρος* in ſola ed. Ven. invitis noſtris mſſtis.

Verſ. 15. *πᾶν ζῷον οὐδενὶ οὕτως ὠφέλιστεν, ὡς τῷ ἰδίῳ συμφέρονσι.* „Vide I. 22, 14. IV. 5, 30. Enchir. c. 31, 3." VPTON. — Conf. Cic. de Fin. III. 5. & Diog. Laërt. VII. 85. ubi pro eo quod vulgo legitur *οἰκειούσης αὐτῷ τῆς φύσεως*, ſcribendum *οἰκειούσης αὐτὸ αὑτῷ*, *conciliante natura ipſum ſibi.*

Ibid. *ὅ τι ἂν οἴῃ.* Deeſt *οὖν* pab.

Ibid. *μισεῖ, προβάλλεται, καταρᾶται.* „Προβάλλεσθαι hic fortaſſis *ἀντὶ τοῦ προφασίζεσθαι* poſitum, *quaerere excuſationes, cauſſari*; niſi malis pro *ἀποστρέφεσθαι* intelligere." WOLFIVS. — Poſterior ſignificatio *averſari*, quaſi *a nobis proficere*, haud dubie locum hic obtinet; cujus exempla nonnulla, e Plutarcho potiſſimum, collegit Budæus in Comment. Ling. Græc. p. 455.

Verſ. 17. *τὰ ἱδρύματα αὐτῶν καταστρέφομεν.* „Τὰ ἱδρύματα τὰ αὑτῶν habent alii libri, excepto noſtro codice. Reſpicit autem morem iſtum apud antiquos, vindictæ loco Deorum aras atque templa evertendi: id quod mortuo Germanico factum ſcribit Suetonius vita Calig. cap. 5. *Quo defunctus eſt die, lapidata ſunt templa, ſubverſæ Deûm aræ, Lares a quibusdam familiarès in publicum abjecti, partus conjugum expoſiti.* Ad hunc morem alludit Seneca, de Vita Beata c. 26. *Nullam mihi injuriam facitis, ſicut nec diis hi qui aras evertunt.*" VPTON. — *τὰ αὐτῶν* habet pa. cum olim editis. Ignorant articulum pbc. cum Vptoni cod.

Ibid. *Ἀλέξανδρος ἐκέλευσεν ἐμπρησθῆναι τὰ Ἀσκληπείᾳ &c.* Mortuo Hephæſtione id feciſſe ferunt Alexandrum. Vide Arrian. de Expedit. Alex. lib. VII. c. 14. p. 292 ed. Gron. & Curt. X. 4.

Verſ. 18. *ἂν μὲν ἐν τῷ αὐτῷ τις ᾖ τὸ συμφέρον καὶ τὸ ὅσιον.* „Hinc *Socrates ſolitus eſt execrari eos, qui*

qui primum hæc, natura cohærentia, opinione distraxissent: cui quidem ita sunt Stoici assensi, ut, quidquid honestum esset, id utile esse censerent; nec utile quidquam, quod non honestum. Cic. de Offic. lib. III. [c. 3.]" VPTON. ἐν τῷ αὐτῷ scripsi cum pc. ἐν ταυτῷ edd. quod quidem perinde est. Perperam vero ἐν αὐτῷ pab.

Ibid. σώζεται ταῦτα πάντα. Deest h. l. vox πάντα in pab.

Vers. 19. "Ὅπου γὰρ ἂν τὸ Ἐγὼ, καὶ τὸ Ἐμὸν, *Nam ubicunque est Ego & Meum.* „Plato *Meum & Tuum* hoc nomine censet profligandum e rebus publicis; ἐν Πολιτείᾳ caussam scriptam reperies." SCHEGKIVS. In pb. scribitur ὅπου γὰρ ἂν ᾖ τὸ Ἐγώ. Sed nullo incommodo deest ᾖ in aliis.

Ibid. ἐκεῖνο εἶναι. „Forte ἐκεῖ εἶναι: & mox ἐκεῖ, pro ἐκεῖνο." VPTON. — Nil mutant libri.

Vers. 20. τοῦτο γάρ μοι συνοίσει. „Pro τοῦτο, vel διὰ τοῦτο vel τότε legendum videtur." VPTON. — Nihil novandum. τοῦτο, nempe τὸ τηρεῖν τὸν πιστὸν &c. De hac locutione vero, τηρεῖν τὸν πιστὸν, τὸν αἰδήμονα, &c. vide Heyn. ad Enchir. c. 24, 5. ubi simili ratione habes φυλάττων τὸν πιστὸν καὶ αἰδήμονα. Confer porro Nostrum IV. 4, 10. & I. 28, 23. II. 4, 2. II. 10, 17 sq.

Vers. 21. ἀλλαχοῦ μὲν ἐμαυτὸν θῶ. μὲν caret pb. Temere θεῶ ed. Ven. pro θῶ.

Ibid. ὁ Ἐπικούρου λόγος, ἀποφαίνων ἢ μηδὲν εἶναι τὸ καλὸν, ἢ ἄρα τὸ ἔνδοξον. „Hanc Epicuri sententiam refert Cic. de Fin. lib. II. c. 15. *Si ad honestatem omnia referantur, neque in ea voluptatem dicant inesse, ait eos inani voce sonare; (his enim verbis ipse utitur,) neque intelligere, neque videre, sub hac voce Honestatis quæ sit subjicienda sententia: ut enim consuetudo loquitur, id solum dicitur Honestum, quod est populari fama gloriosum; quod, inquit, quamquam quibusdam voluptatibus est sæpe jucundius, tamen expetitur propter voluptatem. — — Honestum quid sit, si id non est in voluptate, negat se intelligere, nisi forte illud, quod multitudinis rumore laudetur.* Quod etiam nostrati Lockio placuisse videtur." VPTON. — Non est hic locus, in originem atque vim notionis, quam de *virtute & honestate* conceptam animo habent homines, sub-

tilius inquirendi, neque de variis philosophorum super ea quæstione sententiis latius disputandi: vide vero, ne iniquior in popularem suum fuerit Vptonus noster, Lockii super ea quæstione *φιλοσοφούμενα* cum Epicuri levitate conferens. Nam cum Epicurus, aut nihil esse *virtutem* & *honestum* dixerit, aut id quod a multitudine *laudetur;* Lockius contra, tractans eam quam dixi quæstionem, (de Intell. Hum. lib. II. c. 18. sect. 5 seqq.) cum alia præclare & verissime monuit, tum virtutem honestumque (sect. 10 sq.) ubique gentium id dici ait, quod *laude dignum* censeatur: quod mihi quidem tantum abesse ab Epicuri vanitate videtur, ut perapte consentiat cum eo quod apud Ciceronem, loco paulo ante citato, ex intima Stoicorum ratione Epicuro opponitur: *Si id, quod a multitudine laudatur, ipsum per se rectum sit atque laudabile; non ob eam caussam tamen illud dici honestum esse, quia laudetur a multis, sed quia tale sit, ut (vel si ignorarent id homines, vel si obmutuissent) sua tamen esset pulcritudine specieque laudabile.*

Vers. 22. Ἀθηναίοις καὶ Λακεδαιμονίοις διαφέρουσι &c. „Illorum certaminum bellorumque historiæ sunt apud Thucydidem & Xenophontem in Hellenicis.“ SCHEGKIVS. οἱ Ἀθην. καὶ Λακεδ. pc.

Ibid. νῦν Ῥωμαίοις πρὸς Γέτας. „Populus *Getarum* idem ac Duci. Vide Strab. lib. VII. Dion. Cass. lib. LI. De Getis triumphavit Trajanus, ut notum est.“ VPTON. — Bellum cum *Getis*, id est cum *Dacis*, gessit Domitianus Anno Vrbis 839. Dio LXVII. 6. philosophos autem ex urbe ejecit demum anno 848. (Dio ibid. c. 13.) quo tempore Nicopolin migravit Epictetus. Quare intelligendum hic bellum a Trajano adversus eosdem susceptum A. V. 853. & per aliquot annos continuatum.

Vers. 23. οὐκ εἶναι φίλους. μὴ εἶναι pb.

Ibid. ἀλλ' ἐβλήθη εἰς τὸ μέσον μερίδιον. „Si scriptura non fallit, idem dicit quod supra de canibus, (vs. 9.) βάλε πρέας εἰς μέσον. Nisi forte legendum *ἐρίδιον*, *parva contentio.*“ WOLFIVS. Si quid mutarem, *πρεάδιον* legerem pro *μερίδιον*; nam paulo ante *πρέας*, (vs. 14.) eadem allusione. Sed non temere solicitanda est recepta lectio.“ VPTONVS. — *Μερίδιον* est *offa*, *frustulum carnis*, *portio quæ cuique distribuitur in cœna.* Sic *μέρος* Il. 4, 8.

Vers.

Verſ. 24. *ὅταν ἴδῃς φίλους, ἀδελφοὺς.* Comma interſerui inter *φίλους* & *ἀδελφοὺς*, ut erat in veteribus editionibus; quod cum omiſiſſet VPTONVS cum anonymo Londinenſi, monuit in Notis, fortaſſe *φίλους καὶ ἀδελφοὺς* legendum. *φίλους ἀδελφοὺς* absque diſtinct. ſcribunt pac. ſed diſtinctionem interſeruit pb.

Ibid. μὴ αὐτόθεν ἀποφαίνῃ. Vide Not. ad Epiſt. ad L. Gell. vſ. 3.

Ibid. μηδ' ἂν ἀδυνάτως ἔχειν λέγωσιν. Temere *λέγουσιν* Cant. Lond. & Vpt. ſed corrigere ex ſuperioribus editionibus juſſit Vpton in Notis; neque aliter dant pabc.

Verſ. 25. *Οὐκ ἔστι πιστὸν &c.* „Incluſive, hoc modo: *ἀλλήλων· (οὐκ ἔστι πιστὸν — — νικώμενον·) ἀλλ' ἐξέτασον &c.*“ VPTON. Articulum *τὸ* ad *ἡγεμονικὸν*, qui aberat vulgo, tacite adjecit Vptonus, præeunte puto codice ipſius; agnoſcit eumdem certe & noſter pb.

Ibid. ἄλλοθ' ὑπ' ἄλλης. *ἀπ' ἄλλης* pb. male.

Ibid. νικώμενον. Nil mutant libri; ne *κινούμενον* ſuſpiceris.

Verſ. 26. *ταῦθ' ἃ. ταῦτα ἃ* pc.

Ibid. αἱ ἐκ τῶν Perperam *οἱ ἐκ τῶν.*

Ibid. νίδευσαι. τίθεται pc.

Verſ. 28. „Corrupta haud dubie ſunt illa, *καὶ τὰς ἐρημίας καταλαμβάνειν ἢ τὰς ἀγορὰς, ὡς τὰ ὄρη, & ſolitudines aut forum tanquam montem occupare.* Deeſſe nonnulla exiſtimo, haud facile ſupplenda niſi auctoritate meliorum codicum. In præſentia, quid ſi mutato verborum ordine, hoc modo ſententia ſcribatur? *καὶ καταλαμβάνειν τὰς ἀγορὰς, ὡς τὰ ὄρη καὶ τὰς ἐρημίας, & occupare forum, tanquam montem aut ſolitudines;* id eſt, in locos cultos, tanquam in vacuum venire.“ VPTON. — Equidem planam hanc ſententiam ineſſe verbis iſtis putaveram: *ſicut feræ belluæ in montium ſaltibus inſidiantur hominibus, ſic homines ipſos ſui ſimilibus, non modo in deſertis locis, ſed in ipſo etiam foro, inſidiari.* Neque quidquam variant codices.

Ibid. μοιχοὺς καὶ φθορεῖς. φθορεῖς καὶ μοιχοὺς pb.

Ibid. οὐδ' ὅσ' ἄλλα. „Ita noſter codex: male ed. Ven. & Baſ. *ὡς ἄλλα.*“ VPTON. — Iam ex conjectura corre-

correctus erat error in edd. Genev. Colon. & sqq. Et ὁ δ' ἄλλα perspicue etiam Schegkius in vers. lat. expressérat, *quæcunque tandem sunt alia.* Eadem scriptura inter lineas notata est in pb. antiqua manu. Conf. ad I. 3, 7.

Ibid. τίθεσθαι αὐτοὺς. Sic edebatur ante Vptonum; & sic pac. αὐτοὺς ed. Vpt. cum pb.

Vers. 29. ὅτι ταῖς ἀληθείαις οὗτοι οἱ ἄνθρωποι. „Ilos qui revera sunt homines. Vide supra, vs. 27. ἀλλὰ μηδ' ἀνθρώπους." VPTON. — Nisi satis fuerit, ταῖς ἀληθείαις ad verbum εἶσθαι referre.

Ibid. μήτ' αἱ ἀδελφοί. „Vulgo αἱ οἱ ἀδελφοί. Sed articulum οἱ removi auctoritate nostri codicis; quippe sine articulo etiam proferuntur υἱὰς, πατῆρ, &c." VPTON. Articulum cum olim editis habet pa. sed recte ignorant eumdem pbc.

Ibid. ὅτι φίλοι. Temere ὅτι φίλει ed. Ven. & Bas.

Vers. 30. ὅπου δόσις τοῦ καλοῦ. „Forte δόσις καὶ λῆψις τοῦ καλοῦ." COM. SHAFT. — „Recte, ut opinor. Sic II. 9, 12. αἱ ἀκατάλληλοι λήψεις καὶ δόσεις." VPTON. — An διάδοσις? quo vocabulo utitur noster de *communione* vel *communicatione* quæ inter Deum & homines intercedit. I. 12, 6. I. 14, 9. Nihil præsidii in codicibus.

Vers. 31. ἀλλὰ τεθεράπευκέ με τοσοῦτῳ χρόνῳ. τοσοῦτον χρόνον edebatur & h. l. & versu sequenti; quod & utrobique VPTONVS tenuit, in Notis monuisse contentus: „Noster codex & ms. Paris. τοσούτῳ χρόνῳ, atque ita vers. seq." — Et hoc quidem loco noster codex pc. monstrose sic scribit, τοσοῦτῳ τοσοῦτον χρόνον, sed τοσούτῳ χρόνῳ pab. ut Vptoni codex; versu vero seq. omnes pabc. in τοσούτῳ χρόνῳ consentiunt. Et vulgatum est Grammaticorum præceptum, ubi de durationc vel tempore continuo agitur, promiscue vel dativum vel accusativum usurpari. Pariterque III. 23, 16. in τοσούτῳ χρόνῳ consentiunt edd. & mssti. Quare & h. l. eamdem scripturam utrobique restitui. Conf. IV. 6, 7. & ibi not.

Ibid. ὡς τὸ κτῆνος. Et mox, πινάκιον. Conf. I. 19, 4.

Ibid. ῥίψει ὡς. „Ita noster codex, & ed. Salmant. At cod. Ven. ῥίψεις ὡς. Bas. ῥίψει ὡς. [& sic Gen. Col.

Col. & seqq.] Tamen voculas σὲ, μὲ, habes geminatas apud optimos scriptores. Vti apud Menandrum:

Διότερ ἐγώ σε φημὶ δεῖν, ὅσον χρόνον
εἶ κύριος, χρῆσθαί σε γενναίως, πάτερ."

VPTON. — Conf. eumdem Vpt. ad IV. 4, 35. At pronomen σε, cum Vptoni codice, recte h. l. ignorant etiam nostri tres pabc. Supra, ante ἀποβαλόν]α, pariter quidem deest σ' in pa. male; sed ibi recte σ' ἀποβαλόν]α dant pbc.

Vers. 32. καὶ τοσούτῳ χρόνῳ συμβεβιώκαμεν. Vide notata ad vs. præced.

Ibid. Πόσῳ δ' ἡ Ἐριφύλη. Sicut τοσούτῳ χρόνῳ, sic & Πόσῳ, pro olim vulgato τόσον, scripsi ex trium nostrorum codicum consensu.

Ibid. μετὰ τοῦ Ἀμφιαρ. Temere κατὰ τοῦ Ἀμφ. ed. Gen. errore operarum propagato in Col. & Cant.

Ibid. καὶ τέκνων μήτηρ καὶ πολλῶν. „καὶ πολλῶν, *idque multorum.*" VPTON.

Ibid. ἀλλ' ὅρμος ἦλθεν εἰς τὸ μέσον. „Nota est fabula de *monili* aureo, quo capta Eriphyle maritum prodidit. Hinc Horat.

— — *Concidit auguris*
Argivi domus ob lucrum."

VPTON.

Vers. 33. Τί δ' ἐστὶν ὅρμος; Suspicari aliquis possit, e margine irrepsisse hæc verba. Conf. not. ad I. 1, 19. Nec tamen solicitanda putem.

Ibid. τὴν γυναῖκα γαμετὴν. Articulum τὴν, qui aberat vulgo, ad γυναῖκα tacite adjecit Vpt. recte quidem, sicut mox omnes τὴν μητέρα dabant. Et habet τὴν γυναῖκα noster etiam codex pb.

Vers. 34. Καὶ ὑμῶν. καὶ ἡμῶν pc.

Ibid. αὐτός τις εἶναι φίλος. Pro τὶς, exspectaveram τινὸς, quod etiam Wolfius in versione expressit, *amicus alicujus*. Sed vulgatum pertinaciter tenent libri.

Vers. 35. μὴ λοιδορούμενος, μὴ μαχόμενος. μὴ μαχόμ. μὴ λοιδορούμενος pb.

Vers. 36. ἔπειτα καὶ ἑτέρῳ, τῷ μὲν ὁμοίῳ, πανὶ ἁπλῶς. Postrema verba vulgo in hunc modum distinguebantur: τῷ μὲν ὁμοίῳ πανὶ, ἁπλῶς. Quæ postquam

cum Wolfio in Latina versione sic reddidisset VPTONVS, *deinde cuivis alteri plane idem erit, si sit ipsius similis*; ad eadem verba in Notis ita commentatus est: „Codex Salmant. * ἁπλῶς, & in marg. * ἁπλοῦς. Quæ vera est (ut credo) lectio. Pro παντὶ lego πάντῃ vel πάντως, *omnino*, & sic distinguo: ὅπειτα καὶ ἑτέρῳ, τῷ μὲν ὁμοίῳ, πάντῃ ἁπλοῦς. *deinde alii, si modò sui similis est, omnino erit simplex.* Id est, alium sui similem tanquam se ipsum amabit & summa simplicitate tractabit. Vel forsan omittitur Φίλος, ἁπλῶς Φίλος, *simpliciter, candide, sine fuco amicus.*“ — Difficilis utique locus: in quo illud unum certum mihi visum erat, vocem παντὶ a superioribus esse separandam & cum ἁπλῶς jungendam; quare comma, quod post παντὶ vulgo ponebatur, post ὁμοίῳ reposui. In reliquis conjectura est agendum. Sed vocem ἁπλῶς quidem solicitandam non puto: si vitium adest, in παντὶ erit quærendum. Itaque πάν τι vel πάντα tentaveram, hac sententia, *erit illi omnia.* Quod cum non satis placeret; cogitavi, si vel adesset vel commode intelligi posset vocabulum Φίλος, vel nulla mutatione fortasse fore opus, vel leviſſima hac, ut πάντῃ pro παντὶ scriberemus, ut sententia hæc esset: *deinde alteri, si sit ipsi similis, omnibus prorsus rebus* (i. e. *prorsus omnino, plane sine exceptione*) *amicus erit.* Atqui ipsum illud vocabulum Φίλος, una cum verbo ἔσται, haud incommode hic intelligi posse videtur, si modo versu superiori post ista verba καὶ οὕτως ἔσται πρῶτον μὲν αὐτὸς ἑαυτῷ comma ponamus, ut ibi e versu præced. 34. intelligatur Φίλος, atque ita hæc cohæreant, ἔσται πρῶτον μὲν αὐτὸς ἑαυτῷ Φίλος, ἔπειτα καὶ ἑτέρῳ. Nihil adjuvant scripti libri, ac fere ne variant quidem, nisi quod pro ἑτέρῳ sit ἑταίρῳ in pab. Verba παντὶ ἁπλῶς, ut nos fecimus, conjungit pc. & a præcedentibus interposito commate separat; sed pab. ὁμοίῳ παντὶ jungunt. Wolfianam versionem ob oculos habuisse videtur Meibomius, cum pro ἁπλῶς scribendum forsan ὁ αὐτὸς suspicaretur.

Ibid. τοῦ δ' ἀνομοίου. τῷ δ' ἀνομοίῳ pb. male.

Ibid. Recte in posterioribus edit. junguntur ista verba, πρᾶος πρὸς αὑτὸν. Perperam olim πρᾶος, πρὸς αὐτὸν ἥμερος edd. cum msstis; pa. vero πρὸς ἑαυτὸν ἥμερος.

Ibid. τὸ τοῦ Πλάτωνος ἦθος. Vide ad I. 28, 4.

Vers.

Verſ. 37. *καὶ συγκαμεῖσθε, καὶ συσκηνήσετε.* Corrupte *καὶ συγκηνήσε* ed. Ven. & Baſ. Hinc WOLFIVS: „Fortaſſis *συγκυνηγήσετε, una venabimini.* [Et hoc ipſum in verſione poſuit.] Aut *συγκοιμήσεσθε, una dormietis.*“ — SHAFTESBVRIENSIS, cùm ad oram ſui libri ſua e conjectura *συσκηνήσετε* ſcripſiſſet, adjecit deinde: „Recte: & ſic ed. Genev. Sed unde hæc lectio? nam ed. Baſ. habet *συγκηνήσετε*, & Wolfius hanc lectionem, quæ in textu eſt, prorſus ignorat.“ — Nempe felicior hoc loco fuerat Schegkii, quam Wolfii, conjectura. Is cum *ſimul habitabitis* in verſione poſuiſſet; Genevenſis editor, Schegkianam verſionem ob oculos habens, quam Græco contextui a latere junxit, unius literæ mutatione in Græco verbum illud poſuit, quod eam poteſtatem habebat. Ex Genevenſi id verbum in Colonienſem editionem transiit, unde reliquæ acceperunt. In Salmantica *συγκυνήσεσθε* legi, Vptonus docet. *συσκηνήσετε* recte dant noſtri codd. pab. & parum discedit po. in quo eſt *συσκηνήσετε.*

Ibid. καὶ ἐκ τῶν αὐτῶν γεγενημένοι ἔσεσθε· καὶ γὰρ οἱ ὄφεις· Φίλοι δ' οὐτ' ἐκεῖνοι, οὐδ' ὑμεῖς, μέχρις ἂν ἔχητε &c. Olim ante Vptonum, miſere diſjectis orationis membris, ſic hæc edita erant: *καὶ ἐκ τῶν αὐτῶν γεγενημένοι ἔσεσθε. καὶ μέχρις ἂν ἔχητε τὰ θηριώδη ταῦτα καὶ μιαρὰ δόγματα γὰρ οἱ ὄφεις. Φίλοι δ' οὐτ' ἐκεῖνοι, οὐδ' ὑμεῖς.* Vbi poſt *μέχρις ἂν* aſteriſcum interſeruit Baſileenſis editor, WOLFIVS vero hæc adnotavit: „Non dubium eſt, mutilatum eſſe locum hunc. Etſi autem, ut complendus ſit, Tireſiæ divinandum relinquo; tamen, ut, quod in convertendo ſequar, non deſit, lego: *ἔσεσθε· μέχρι δ' ἂν ἔχητε τὰ θηριώδη ταῦτα καὶ μιαρὰ δόγματα, οὐδὲν τῶν ὄφεων διοίσετε· τὰ δόγματα γὰρ οἱ ὄφεις. Φίλοι δ' οὔτ' ἐκεῖνοι, οὔθ' ὑμεῖς.*“ — Quæ ille latine ſic vertit: *& ex eisdem eritis nati. Sed quoad ferina iſta & nefaria decreta tenueritis, nihil a ſerpentibus differetis. Decreta enim ſerpentes ſunt: ſed nec hi inter ſe amici ſunt, neque vos.* Inde Colonienſis editor, &, qui eum ſecuti ſunt, Cantabrigienſis & Londinenſis, graeca quidem verba, a Wolfio ſuppleta, contextui inferre non ſunt auſi; attamen poſt *μιαρὰ* punctum poſuerunt, ut jungerentur iſta verba, *δόγματα γὰρ οἱ ὄφεις.* Iam ante Wolfium vero Schegkius in eamdem ex parte ſententiam, ſed commodiore brevioreque ratione, locum hunc interpretatus erat: *Proinde quo-*

adusque imbuti eritis feris illis opinionibus & deteſtandis, nihilo meliores eritis ſerpentibus. In his amicitia nulla; quare nec in vobis. Salmaſius ad Græcam ſcripturam olim vulgatam nil aliud adnotavit, niſi, pro γὰρ οἱ ὄφεις, corrigendum eſſe γίνεσθε ὡς ὄφεις. Denique VPTONVS, Græcis in Contextu in hunc modum conſtitutis: καὶ ἐκ τῶν αὐτῶν γεγενημένοι ἔσεσθε οἱ ὄφεις· φίλοι δ' οὐτ' ἐκεῖνοι, οὐδ' ὑμεῖς, μέχρις ἂν ἔχητε &c. (ſubjecta hac verſione latina: *& ex iisdem quanquam nati parentibus, ſerpentes eritis: hi vero neque inter ſeſe ſunt amici, neque vos, quoadusque ferina ista & nefaria decreta tenueritis.*) in Notis: „Totum hunc locum, inquit, miris modis corruptum, reformavimus ope noſtri codicis. Ita vero mſ. Pariſ. ἔσεσθε· καὶ γὰρ οἱ ὄφεις· φίλοι δ' οὐτ' ἐκεῖνοι οὐδ' ὑμεῖς. omiſſis intermediis. Ὄφεις dicti ſunt homines malevoli, noxii. Tales apud Theogn. vſ. 601. *anguem in ſinu habere* dicuntur:

Ἐρρέ θεοῖσί τ' ἐχθρὲ, καὶ ἀνθρώποισιν ἄπιστε,
ψυχρὸν ὃς ἐν κόλπῳ ποικίλῳ εἶχες ὄφιν.

ποικίλῳ, pro ποικίλον, lego. *Abi in malam rem, & diis inimice, & hominibus infidelis, qui in ſinu vario* (id eſt, verſuto, variis fraudibus incocto) *habebas frigidum anguem.* (id eſt lethalem: ſic Virgil. *frigidus anguis, frigida mors.*)“ — Sic ille. Ego vero iſtud, καὶ γὰρ οἱ ὄφεις, quod Pariſinus codex dabat, non modo non negligendum, ſed eo confidentius etiam accipiendum putavi, quod & ad complendam ſententiam neceſſarium videbatur, & peropportunum ad veram verborum conſecutionem (male olim turbatam) ſimpliciſſima ratione reſtituendam. Quam ſcripturam ex Manuſcr. Pariſ. citavit Vptonus, eamdem duo habent codices pab. Et cum his conſentit pc. niſi quod (quemadmodum & Vptoni codex) in fine adjiciat iſta verba μέχρις ἂν ἔχητε &c. quæ perperam olim in medio poſita erant. Itaque prorſus ſic hunc locum exhibet codex pc. uti nos edidimus.

CAPVT XXIII.

Hoc capite, ut ſæpe aliàs, illud propoſitum habet Epictetus, ut moneat ſuos diſcipulos, ne, neglecta Animi & Voluntatis cura, poliendæ orationis ſtudio unice incumbant. Quo vero proclives eos reddat ad audienda

ſua

ſua monita, ab hoc ſtatim incipit, & ſubinde huc redit, ut profiteatur atque doceat, minime per ſe ſpernendam eſſe facundiam & poliendæ orationis curam.

Verſ. 1. Pro πᾶς ἂν, & πᾶς ἄν τις, dat πῶς ἂν pc. & πῶς ἄν τις, moxque ἀκούσει pro ἀκούσῃ. Male.

Verſ. 2. Οὐκ ἄρα τοῦτο ῥητέον, ὡς οὐδεμία δύναμίς ἐστιν ἀπαγγελτική. „Atqui hoc dixit Epicurus. Immo ſcripſit ad Pythoclem, Παιδείαν δὲ πᾶσαν, μακάριοι, Φεύγετε. Vide Laërtium X. 6. atque ibi Menagium; & Dionyſ. de Structura Orat. [ſ. de Compoſ. Verborum] ſect. 24 in fin.“ VPTON. Pro οὐδεμία δυν. dat οὐδὲ δύναμις pa. non incommode.

Ibid. Τοῦτο γὰρ ἅμα μὲν ἀσεβοῦς ἐστιν ἀνθρώπου, ἅμα δὲ δειλοῦ. „*Impii eſſe* monſtrat usque ad vſ. 29. deinde *timidi eſſe*, ad finem capitis.“ VPTON.

Ibid. αὐτῆς τῆς φωνῆς. Caret αὐτῆς pc.

Verſ. 3. πνεῦμα. *ſpiritus vitalis, ſpiritus animalis, fluidum nerveum.* Apud Plutarch. de Plac. Philoſoph. IV. 15. eſt τὸ ὁρατικὸν πνεῦμα, ὅπερ ἀπὸ τοῦ ἡγεμονικοῦ μέχρι τῆς κόρης διήκει. quem interpretantur *viſivum quendam ſpiritum, a principe animæ parte ad pupillam usque permeantem.* Πνεῦμα, ἥ τε ἐν Φυτοῖς καὶ ζῴοις, καὶ διὰ πάντων διήκουσα, ἔμψυχός τε καὶ γόνιμος οὐσία. Ariſtot. de Mundo, cap. 4, 4. p. 40. ed. Batteux. Rurſus Plutarch. ib. IV. 8. ex Stoicorum ſententia: Αἰσθητήρια λέγεται πνεύματα νοερὰ, ἀπὸ τοῦ ἡγεμονικοῦ ἐπὶ τὰ ὄργανα τεταγμένα. (ſive rectius, τεταμένα.) id eſt: *Inſtrumenta ſenſuum* (ſcil. interiora & animæ proxima) *dicuntur ſpiritus intelligentes, qui a principe animæ parte ad organa* (exteriora) *diriguntur.* Conf. infra, III. 3, 23. & ibi not.

Ibid. ἐνεκέρασεν. ἐκέρασεν αὐτοῖς pab. male. Pro εἰκῇ, perperam *ſiccĩ* h. l. eſt in editt. vett.

Verſ. 4. Εἰκῇ δὲ &c. Vulgo in omnibus edd. ſic legebatur: Εἰκῇ δὲ καὶ τὸν μεταξὺ ἀέρα οὕτως εὔεργον (εὐεργὸν Vpt.) ἐποίησε καὶ ἔντονον, ὥστε διὰ τοῦ γινομένου πῶς διήκεσθαι τὴν ὅρασιν. Vbi WOLFIVS: „Fortaſſe (ait) δι' αὐτοῦ μέσου γινομένου πως. Nam ſive χεομένου, ſive πηγνυμένου, ſive τεινομένου legas, minus placet. Eſt & vox ἔντονον ſuſpecta: quo enim firmior, eo magis repellere debebat aciem oculorum. Quid ſi ἄτονον, *mollem, cedentem*:“ — VPTONVS

NVS vero: „Pro διὰ τοῦ γινομένου πῶς, lego διὰ τοῦ ἐντεινομένου φωτός. Nam viſio fit, ſi Stoicos audiamus, cum lumen, quod inter viſum atque id quod viſui ſubjicitur medium interjectum eſt, in coni formam intenditur. Verba ſunt apud Laërt. VII. 157. Ὁρᾶν δὲ, τοῦ μεταξὺ τῆς ἑρώσεως καὶ τοῦ ὑποκειμένου φωτὸς ἐντεινομένου κωνοειδῶς. Vide quoque locum Plutarchi, quem ibi laudant interpretes.“ — Porro idem VPTONVS, poſtquam in verſione verba iſta, οὕτως εὐεργὸν ἐποίησε καὶ ἔντονον, cum Wolfio ſic expoſuerat, *tam idoneum & intentum fecit*, rurſus in Indice vocabulum εὐεργὸς interpretatur *facilis, expeditus;* & ibidem, ad voc. ἔντονος, hæc notavit ad h. l. ſpectantia: „Ἔντονος, *intentus.* Sed accipi forſan poteſt pro, *ad intentionem habilis, idoneus*, vel *intendendi vim habens*, ἐντατικός. Vel, quid ſi, εὐεργὸν ἐποίησε καὶ ἔντονον, idem ſit ac εὐεργὲν ἐποίησε πρὸς ἔντονίαν, *aërem fecit habilem & idoneum ad intentionem.*“

Ego vero, cum vocab. ἔντονον præter rem ſuſpectum Wolfio fuerit, miratus ſum, alterum εὔεργον vel εὐεργὸν nemini ſuſpicionem moviſſe. Mihi quidem prorſus alienum ab hoc loco viſum erat, & ex ἐνεργὸν levi mutatione detortum; quod ipſum reſtituere non dubitavi. (Hiſce ſcriptis, eamdem emendationem a Meibomio commendatam video.) Loquitur de mira illa *efficacia atque intentione* aëris, quam *vim elaſticam* Phyſici vocant. Pro ἔντονον lubens εὔτονον, ſi darent libri, acciperem; ſed nec illud ſolicitatum velim. (In ἔντονον nil mutant Libri noſtri, & in εὔεργον pariter cum olim vulgatis conſentiunt.) Pro eo quod vulgo ſequebatur, γινομένου πῶς, primum κινουμένου πως repoſueram, id eſt, *per aërem certa quadam ratione commotum*: & ne nunc quidem dubito, in eam fere ſententiam accipiendum eſſe quodcumque ſit verbum quod h. l. ſcripſerat Arrianus. Sed poſtquam & ex Laërtii loco, cujus partem Vptonus citavit, & ex Plutarch. de Plac. Philoſ. IV. 15. & ex A. Gellio V. 16. intellexi, in ea re, quæ hic agitur, pro κινεῖσθαι vel πλήσσεσθαι, verbum ἐνίσνεσθαι & ſimplex etiam τείνεσθαι (*tendi, intendi*) collocare ſolitos Stoicos, τεινομένου πως prætuli; quod ipſum verbum & cum vocabulo ἔντονος, quod modo præceſſit, commodiſſime quadrat, & a librariis, uſum iſtum ignorantibus, facillime cum γινομένου permutari potuit. Quod vero πως addit, id eſt, *per aërem*

aërem certo quodam modo intentum; is modus quipam sit, ibidem docet idem Laërtius, consentiente Plutarcho: scilicet, in visu κατακεκλᾶς τείνεσθαι vel ἀντείνεσθαι aërem, in auditu vero eumdem σφαιροειδῶς πλήττεσθαι, haud absurde statuebant Stoici. Nam quod πῶς in φωτὸς mutatum Vptonus voluit, id non modo nulla necessitas cogit, verum etiam connexioni orationis apud Nostrum prorsus repugnat: nunc enim de *aëre* agitur, & deinde demum seorsim *lucis* sit mentio. Et ne apud Laërtium quidem l. c. vocabulum φωτὸς, ut Vptonus putavit, ad verbum ἐνηχουμένου refertur: sed ibi pariter totius orationis connexio vers. 157 & seq. docet, verba ista, ad quae provocavit Vptonus, aut mendosa esse & in hanc sententiam corrigenda, aut, si integra sunt, sic certe intelligenda, ac si legeretur, Ὁρᾷν δὲ, τοῦ ἀέρος, τοῦ μεταξὺ τῆς ὁράσεως καὶ τοῦ ὑποκειμένου φωτὸς, ἐνηχουμένου κατακεκλᾶς. Et φῶς ibi non est illa *lucis materia*, quam per aërem aetheremque sparsam Physici docent; sed idem valet ac σῶμα φωτεινὸν, & ὁρατὸν, *corpus lucidum & visibile*. Caeterum non dissimulo, ne sic quidem penitus emendatum locum nostrum, in quo versamur, mihi videri; sed insuper διὰ τοῦ in δι' αὐτοῦ videri mutandum, ut sit, ὥστε δι' αὐτοῦ, τεινομένου πως, διήκεσθαι τὴν ὄρασιν. Haec scripseram, cum hoc ipsum δι' αὐτοῦ perspicue scriptum in nostro pa. vidi, adeoque haud cunctanter in contextu nostro reposui.

Ibid. οὐδενὸς τῶν ἄλλων. μηδενὸς pc.

Vers. 5. μήτ' ἀχάριστος ἴσθι, μήτε πάλιν ἀμνήμων τῶν κρεισσόνων. „*Homo, neque beneficii, neque benefactoris sis immemor.* τῶν Κρεισσόνων, *Deorum.* Ita utitur Simplicius in Procemio, Hierocles, atque alii.“ VPTON. — Saepius quidem ista notione Simplicius, & passim alii, sequioris praesertim aetatis scriptores, vocabulo Κρείττονες utuntur, pro *Naturis homine superioribus*, pro *Geniis*, atque ipsis etiam *Diis*. Sed nusquam apud Epictetum usurpatum memini; & hic certe notioni isti non est locus. Adjecta particula πάλιν satis ostendit, diversum esse monitum alterum ab eo quod praecesserit. Atqui nil differt: *ne sis ingratus: ne sis immemor Deorum.* Immo vero hoc perspicue dicit: *ne sis ingratus*, scilicet, horum beneficiorum caussa: *neque vero idcirco sis immemor eorum quae sunt praestantiora.* Quid multa? Mox ipse vs. seq. patefacit quid sit τὸ κρεῖτ-

κρεῖττον quod dicit. Pro ἴσθι, perperam ἐστι dabant editt. vett. ante anon. Lond. cum pa. & pb. in context. ſed recte ἴσθι pc. & pb. inter lin.

Ibid. ὑπὲρ αὐτοῦ τοῦ ζῆν. Articulum τοῦ, temere omiſſum in ed. Baſ. & ſequentibus, recte ex Ven. revocavit reſtituitque Vptonus. Et agnoſcunt eumdem pabc.

Ibid. ὑπὲρ ἐλαίου. Carent h. l. ὑπὲρ pab.

Verſ. 6. λογισάμενον. Sic pbc. cum editis. λογισόμενον pa.

Verſ. 7. Τί γάρ ἐστι τὸ ἀποφαινόμενον &c. „Vide cap. I. lib. I.“ VPTON.

Ibid. ὑπὲρ ἑκάστης. περὶ pb.

Ibid. περὶ ἑαυτῆς pa. cum edd. περὶ αὐτῆς pbc. eodem ſenſu.

Ibid. μή τι πυρῶν; μή τι κριθῶν; μή τι ἵππου; μή τι κυνός; „Forte περὶ πυρῶν.“ COM. SHAFTESBVR. — „Atque ita Schegkius in verſione: *Audiſtine aliquando oculum de ſe ipſo diſſerentem aut ſenſum aurium, aut de frumento, aut hordeo, item equo vel cane?*“ VPTON. — In verſione contextui ſubjecta Wolfi[illegible] ſecutus Vptonus, ſic iſta verba reddiderat: *num frumentum? num hordeum? num equum? num canem?* ſcil. *audiſti unquam de ſe ipſo quidquam locutum?* quam ſententiam & ego expreſſi; quamquam fateor, neutram rationem mihi facere ſatis, & de integritate hujus loci valde me addubitare.

Ibid. Ἀλλ' ὡς διάκονοι καὶ δοῦλοι &c. „Vt communis Senſus eſt ſenſus ſenſionum, ut Ariſtoteles inquit; ita intelligentia penes ſe habet judicium omnium ſenſuum.“ SCHEGKIVS. δοῦλοι pc. minus recte.

Verſ. 8. πόσου ἕκαστον ἄξιόν ἐστι. Sic pa. ut eſt in ed. Gen. Col. & ſeqq. Temere & invitis msstis τοσοῦ ed. Ven. & Baſ. πόσου ἀξ. ἕκαστόν ἐστι pb. πόσου ἄξιόν ἐστι ἕκαστον pc.

Verſ. 9. τίς ἐστιν αὐτῇ. *quaenam ſit ipſa.* Sic correxi. Perperam omnes vulgo αὗτη.

Ibid. καὶ πόσου ἀξία. Sic recte Ven. e qua id repoſuit Vpt. monente etiam Salmaſio: neque aliter pabc. Temere καὶ πόση ἀξία Baſ. & inde poſteriores edd.

Ibid. ὁπότε δεῖ χρῆσθαι αὐτῇ. Præter rem αὐτῇ edidit Vpt. Sic tamen & pb.

Verſ.

Vers. 10. περίεργοι, καὶ πευθῆνες. πευθῆνοι editt. omnes. Vbi: „πευθήνης hic positum videtur ἀντὶ τοῦ πευστικοῦ. *curiosi & percontatores.* Lexica πευθὴν habent, unde πευθῆνες." WOLFIVS. — „Pro πευθῆνοι quærendum annon potius legendum πευθῆνες. Hesychius: πευθῆνες· πιστοὶ, (lege πευστοὶ) περίεργοι." VPTON. *in Notis.* — Et πευθῆνες h. l. ego scripsi ex codicum nostrorum consensu. Apud Hesychium vero, pro πιστοὶ, πεῦστοι legendum putem, vel πύστοι, non πευστοὶ, ut Vptonus.

Ibid. ἢ ἀκουστικὴ; οὐκ ἄλλη ἢ ἡ προαιρετικὴ δύναμις. „Legendum: Οὔ· ἀλλ' ἡ πρ. Cæterum ἀκουστικὴ lectio est nostri codicis: & sic supra. [vers. 7. ubi omnes, τῆς ἀκουστικῆς.] Vulgo ἀκουστικοὶ, *ad audiendum parati;* [nempe sic, ἢ ἀκουστικοί; edd. cum pabc. id est, *aut ad audiendum parati?*] cui opponitur vox ἀκίνητοι, *ii qui sermone non commoventur, neque audiunt quod dicas.* Sed placet lectio nostri codicis." VPTON. — Sicut h. l. consentiunt libri in οὐκ ἄλλη ἢ ἡ πρ. sic vs. 15. τίς ἄλλη λέγει, ἢ ἡ προαιρ. Quare tenendum vulgatum putavi. Ante οὐκ ἄλλη vero, ut persæpe aliàs, intelligenda particula οὔ. Cæterum quam τὴν προαιρετικὴν δύναμιν & mox infra sæpius τὴν προαίρεσιν dicit, vulgo *voluntatem* vertunt; sed latius patet, quam vulgo latinum hoc vocabulum accipi solet; & *intellectum cum voluntate* comprehendit, omnemque *vim activam mentis*, quam generali nomine *Rationis* interdum designamus: estque eadem ἡ χρηστικὴ τῶν φαντασιῶν, ἡ ταῖς λοιπαῖς δυνάμεσιν ὡς διακόνοις χρῆται. cf. vs. 7 sq. & 16 sq. & 28. quamquam rursus distinguere nonnihil videtur inter τὴν προαίρεσιν & τὴν δύναμιν τὴν χρηστικὴν τῶν φαντασιῶν vs. 40.

Vers. 11. Εἶτα αὐτὴ. Placeret h. l. αὕτη, pro αὐτὴ. Sed refertur ad id quod infra sequitur, αὐτὴ μέλλει ἡμῖν, ubi suo loco stat αὐτὴ, quare & hoc loco ferendum. Et in αὐτὴ nil mutant libri.

Ibid. ταῖς ἄλλαις. Caret ταῖς pc. male.

Ibid. μηδέν τι ἄλλο. Tacite sic correxit Vpt. Sic vero & est in nostro pb. Vulgo μηδέ τι ἄλλο edd. cum pac.

Ibid. πλὴν αὐτὰ ἐκεῖνα τὰ ἔργα. Perperam πλὴν αὐτὴ ed. Bas. & inde Gen. & Col. αὐτὰ ex Ven. restituit editor Cant. Et sic pabc. Vocab. ἔργα vero deest pc.

Ibid.

correctus erat error in edd. Genev. Colon. & sqq. Et ὅσ' ἄλλα perspicue etiam Schegkius in vers. lat. expressérat, *quaecunque tandem sunt alia*. Eadem scriptura inter lineas notata est in pb. antiqua manu. Conf. ad I. 3, 7.

Ibid. τίθεσθαι αὐτοὺς. Sic edebatur ante Vptonum; & sic pac. αὑτοὺς ed. Vpt. cum pb.

Vers. 29. ὅτι ταῖς ἀληθείαις οὗτοι οἱ ἄνθρωποι. „*Illos qui revera sunt homines.* Vide supra, vs. 27. ἀλλὰ μηδ' ἀνθρώπους." VPTON. — Nisi satis fuerit, ταῖς ἀληθείαις ad verbum οἴεσθαι referre.

Ibid. μήτ' εἰ ἀδελφοί. „Vulgo εἰ οἱ ἀδελφοί. Sed articulum οἱ removi auctoritate nostri codicis; quippe sine articulo etiam proferuntur υἱὸς, πατὴρ, &c." VPTON. Articulum cum olim editis habet pa. sed recte ignorant eumdem pbc.

Ibid. ὅτι φίλοι. Temere ὅτι φίλει ed. Ven. & Bas.

Vers. 30. ὅπου δόσις τοῦ καλοῦ. „Forte δόσις καὶ λῆψις τοῦ καλοῦ." COM. SHAFT. — „Recte, ut opinor. Sic II. 9, 12. αἱ ἀκατάλληλοι λήψεις καὶ δόσεις." VPTON. — An διάδοσις? quo vocabulo utitur noster de *communione* vel *communicatione* quae inter Deum & homines intercedit. I. 12, 6. I. 14, 9. Nihil praesidii in codicibus.

Vers. 31. ἀλλὰ τεθεράπευκά με τοσούτῳ χρόνῳ. τοσοῦτον χρόνον edebatur & h. l. & versu sequenti; quod & utrobique VPTONVS tenuit, in Notis monuisse contentus: „Noster codex & mss. Paris. τοσούτῳ χρόνῳ, atque ita vers. seq." — Et hoc quidem loco noster codex pc. monstrose sic scribit, τοσούτῳ τοσοῦτον χρόνου, sed τοσούτῳ χρόνῳ pab. ut Vptoni codex; versu vero seq. omnes pabc. in τοσούτῳ χρόνῳ consentiunt. Et vulgatum est Grammaticorum praeceptum, ubi de duratione vel tempore continuo agitur, promiscue vel dativum vel accusativum usurpari. Pariterque III. 23, 16. in τοσούτῳ χρόνῳ consentiunt edd. & msti. Quare & h. l. eamdem scripturam utrobique restitui. Conf. IV. 6, 7. & ibi not.

Ibid. ὡς τὸ κτῆνος. Et mox, πινάκιον. Conf. I. 19, 4.

Ibid. ῥίψει ὡς. „Ita noster codex, & ed. Salmant. At cod. Ven. ῥίψεις ὡς. Bas. ῥίψει ὡς. [& sic Gen. Col.

Col. & seqq.] Tamen voculas σὲ, μὲ, habes geminatas apud optimos scriptores. Vti apud Menandrum:

Διότερ ἐγώ σε φημὶ δεῖν, ὅσον χρόνον
εἶ κύριος, χρῆσθαί σε γενναίως, πάτερ.

VPTON. — Conf. eumdem Vpt. ad IV. 4, 35. At pronomen σε, cum Vptoni codice, recte h. l. ignorant etiam nostri tres pabc. Supra, ante ἀποβαλόντα, pariter quidem deest σ' in pa. male; sed ibi recte σ' ἀποβαλόντα dant pbc.

Vers. 32. καὶ τοσούτῳ χρόνῳ συμβεβιώκαμεν. Vide notata ad vs. præced.

Ibid. Πόσῳ δ' ἡ Ἐριφύλη. Sicut τοσούτῳ χρόνῳ, sic & Πόσῳ, pro olim vulgato πόσον, scripsi ex trium nostrorum codicum consensu.

Ibid. μετὰ τοῦ Ἀμφιαρ. Temere κατὰ τοῦ Ἀμφ. ed. Gen. errore operarum propagato in Col. & Cant.

Ibid. καὶ τέκνων μήτηρ καὶ πολλῶν. „καὶ πολλῶν, *idque multorum.*" VPTON.

Ibid. ἀλλ' ὅρμος ἦλθεν εἰς τὸ μέσον. „Nota est fabula de *monili* aureo, quo capta Eriphyle maritum prodidit. Hinc Horat.

— — *Concidit auguris*
Argivi domus ob lucrum."

VPTON.

Vers. 33. Τί δ' ἐστὶν ὅρμος; Suspicari aliquis possit, e margine irrepsisse hæc verba. Conf. not. ad I. 1, 19. Nec tamen solicitanda putem.

Ibid. τὴν γυναῖκα γαμετήν. Articulum τὴν, qui aberat vulgo, ad γυναῖκα tacite adjecit Vpt. recte quidem, sicut mox omnes τὴν μητέρα dabant. Et habet τὴν γυναῖκα noster etiam codex pb.

Vers. 34. Καὶ ὑμῶν. καὶ ἡμῶν pc.

Ibid. αὐτός τις εἶναι φίλος. Pro τὶς, exspectaveram τινὸς, quod etiam Wolfius in versione expressit, *amicas alicujus*. Sed vulgatum pertinaciter tenent libri.

Vers. 35. μὴ λοιδορούμενος, μὴ μαχόμενος. μὴ μαχόμ. μὴ λοιδορούμενος pb.

Vers. 36. ἔνεστα καὶ ἑτέρῳ, τῷ μὲν ὁμοίῳ, πανὶ ἁπλῶς. Postrema verba vulgo in hunc modum distinguebantur: τῷ μὲν ὁμοίῳ πανὶ, ἁπλῶς. Quæ postquam

cum Wolfio in Latina verſione ſic reddidiſſet VPTONVS, *deinde cuivis alteri plane idem erit, ſi ſit ipſius ſimilis*; ad eadem verba in Notis ita commentatus eſt: „Codex Salmant. * ἁπλᾶς, & in marg. * ἁπλοῦς. Quæ vera eſt (ut credo) lectio. Pro παντὶ lego πάντῃ vel πάντως, *omnino*, & ſic diſtinguo: ἔσται καὶ ἑτέρῳ, τῷ μὲν ὁμοίῳ, πάντῃ ἁπλοῦς. *deinde alii, ſi modo ſui ſimilis eſt, omnino erit ſimplex.* Id eſt, aliqui ſui ſimilem tanquam ſe ipſum amabit & ſumma ſimplicitate tractabit. Vel forſan omittitur Φίλος, ἁπλᾶς Φίλος, *ſimpliciter, candide, ſine fuco amicus.*“ — Difficilis utique locus: in quo illud unum certum mihi viſum erat, vocem παντὶ a ſuperioribus eſſe ſeparandam & cum ἁπλᾶς jungendam; quare comma, quod poſt παντὶ vulgo ponebatur, poſt ὁμοίῳ repoſui. In reliquis conjectura eſt agendum. Sed vocem ἁπλᾶς quidem ſolicitandam non puto: ſi vitium adeſt, in παντὶ erit quærendum. Itaque πάν-τι vel πάντα tentaveram, hac ſententia, *erit illi omnia.* Quod cum non ſatis placeret; cogitavi, ſi vel adeſſet vel commode intelligi poſſet vocabulum Φίλος, vel nulla mutatione fortaſſe fore opus, vel leviſſima hac, ut πάντῃ pro παντὶ ſcriberemus, ut ſententia hæc eſſet: *deinde alteri, ſi ſit ipſi ſimilis, omnibus prorſus rebus* (i. e. *prorſus omnino, plane ſine exceptione*) *amicus erit.* Atqui ipſum illud vocabulum Φίλος, una cum verbo ἔσται, haud incommode hic intelligi poſſe videtur, ſi modo verſu ſuperiori poſt iſta verba καὶ οὕτως ἔσται πρῶτον μὲν αὐτὸς ἑαυτῷ comma ponamus, ut ibi e verſu præced. 34. intelligatur Φίλος, atque ita hæc cohæreant, ἔσται πρῶτον μὲν αὐτὸς ἑαυτῷ Φίλος, ἔπειτα καὶ ἑτέρῳ. Nihil adjuvant ſcripti libri, ac fere ne variant quidem, niſi quod pro ἑτέρῳ ſit ἑταίρῳ in pab. Verba παντὶ ἁπλᾶς, ut nos fecimus, conjungit pc. & a præcedentibus interpoſito commate ſeparat; ſed pab. ὁμοίῳ παντὶ jungunt. Wolfianam verſionem ob oculos habuiſſe videtur Meibomius, cum pro ἁπλᾶς ſcribendum forſan ἁ αὐτὸς ſuſpicaretur.

Ibid. τοῦ δ' ἀνομοίου. τῷ δ' ἀνομοίῳ pb. male.

Ibid. Recte in poſterioribus editt. junguntur iſta verba, πρῶος πρὸς αὐτόν. Perperam olim πρῶος, πρὸς αὐτὸν ἥμερος edd. cum mſſtis; pa. vero πρὸς ἑαυτὸν ἥμερος.

Ibid. τὸ τοῦ Πλάτωνος ἓν. Vide ad I. 28, 4.

Verſ.

Verſ. 37. *καὶ συμμιῶσθε, καὶ συσκηνήσετε.* Corrupte *καὶ συγκηνήσε* ed. Ven. & Baſ. Hinc WOLFIVS: „Fortaſſis *συγκυνηγήσετε, una venabimini.* [Et hoc ipſum in verſione poſuit.] Aut *συγκοιμήσεσθε, una dormietis.*“ — SHAFTESBVRIENSIS, cùm ad oram ſui libri ſua e conjectura *συσκηνήσετε* ſcripſiſſet, adjecit deinde: „Recte: & ſic ed. Genev. Sed unde hæc lectio? nam ed. Baſ. habet *συγκηνήσετε*, & Wolfius hanc lectionem, quæ in textu eſt, prorſus ignorat.“ — Nempe felicior hoc loco fuerat Schegkii, quam Wolfii, conjectura. Is cum *finul habitabitis* in verſione poſuiſſet; Genevenſis editor, Schegkianam verſionem ob oculos habens, quam Græco contextui a latere junxit, unius literæ mutatione in Græco verbum illud poſuit, quod eam poteſtatem habebat. Ex Genevenſi id verbum in Colonienſem editionem transiit, unde reliquæ acceperunt. In Salmantica *συγκυνήσεσθε* legi, Vptonus docet. *συσκηνήσετε* recte dant noſtri codd. pab. & parum discedit po. in quo eſt *συσκηνήσετε.*

Ibid. καὶ ἐκ τῶν αὐτῶν γεγενημένοι ἔσεσθε· καὶ γὰρ οἱ ὄφεις· φίλοι δ' οὐτ' ἐκεῖνοι, οὔθ' ὑμεῖς, μέχρις ἂν ἔχητε &c. Olim ante Vptonum, miſere disjectis orationis membris, ſic hæc edita erant: *καὶ ἐκ τῶν αὐτῶν γεγενημένοι ἔσεσθε. καὶ μέχρις ἂν ἔχητε τὰ θηριώδη ταῦτα καὶ μιαρὰ δόγματα γὰρ οἱ ὄφεις. φίλοι δ' οὐτ' ἐκεῖνοι, οὐθ' ὑμεῖς.* Vbi poſt *μέχρις ἂν* aſteriſcum interſeruit Baſileenſis editor, WOLFIVS vero hæc adnotavit: „Non dubium eſt, mutilatum eſſe locum hunc. Etſi autem, ut complendus ſit, Tireſiæ divinandum relinquo; tamen, ut, quod in convertendo ſequar, non deſit, lego: *ἔσεσθε· μέχρι δ' ἂν ἔχητε τὰ θηριώδη ταῦτα καὶ μιαρὰ δόγματα, οὐδὲν τῶν ὄφεων διοίσετε· τὰ δόγματα γὰρ οἱ ὄφεις. φίλαι δ' οὐτ' ἐκεῖνοι, οὔθ' ὑμεῖς.*“ — Quæ ille latine ſic vertit: *& ex eisdem eritis nati. Sed quoad ferina iſta & nefaria decreta tenueritis, nihil a ſerpentibus differetis. Decreta enim ſerpentes ſunt: ſed nec hi inter ſe amici ſunt, neque vos.* Inde Colonienſis editor, &, qui eum ſecuti ſunt, Cantabrigienſis & Londinenſis, graeca quidem verba, a Wolfio ſuppleta, contextui inferre non ſunt auſi; attamen poſt *μιαρὰ* punctum poſuerunt, ut jungerentur iſta verba, *δόγματα γὰρ οἱ ὄφεις.* Iam ante Wolfium vero Schegkius in eamdem ex parte ſententiam, ſed commodiore brevioreque ratione, locum hunc interpretatus erat: *Proinde quo-*

adusque imbuti eritis feris illis opinionibus & deteſtandis, nihilo meliores eritis ſerpentibus. In his amicitia nulla; quare nec in vobis. Salmaſius ad Græcam ſcripturam olim vulgatam nil aliud adnotavit, niſi, pro γὰρ οἱ ὄφεις, corrigendum eſſe γίνεσθε ὡς ὄφεις. Denique VPTONVS, Græcis in Contextu in hunc modum conſtitutis: καὶ ἐκ τῶν αὐτῶν γεγενημένοι ἔσεσθε οἱ ὄφεις· φίλοι δ' οὐτ' ἐκεῖνοι, οὐδ' ὑμεῖς, μέχρις ἂν ἔχητε &c. (ſubjecta hac verſione latina: *& ex iisdem quanquam nati parentibus, ſerpentes eritis: hi vero neque inter ſeſe ſunt amici, neque vos, quoadusque ferina ista & nefaria decreta teneritis.*) in Notis: „Totum hunc locum, inquit, miris modis corruptum, reformavimus ope noſtri codicis. Ita vero mſ. Pariſ. ἔσεσθε· καὶ γὰρ οἱ ὄφεις· φίλοι δ' οὔτ' ἐκεῖνοι οὔθ' ὑμεῖς. omiſſis intermediis. Ὄφεις dicti ſunt homines malevoli, noxii. Tales apud Theogn. vſ. 601. *anguem in ſinu habere* dicuntur:

Ἐχθρὰ θεοῖσί τ' ἐχθρὰ, καὶ ἀνθρώποισιν ἄπιστα,
ψυχρὴν ὃς ἐν κόλπῳ ποικίλῳ εἴχες ὄφιν.

ποικίλῳ, pro ποικίλον, lego. *Abi in malam rem, & diis inimice, & hominibus infidelis, qui in ſinu vario* (id eſt, verſuto, variis fraudibus incocto) *habebas frigidum anguem.* (id eſt lethalem: ſic Virgil. *frigidus anguis, frigida mors.*)“ — Sic ille. Ego vero iſtud, καὶ γὰρ οἱ ὄφεις, quod Pariſinus codex dabat, non modo non negligendum, ſed eo confidentius etiam accipiendum putavi, quod & ad complendam ſententiam neceſſarium videbatur, & perquopportunum ad veram verborum conſecutionem (male olim turbatam) ſimpliciſſima ratione reſtituendam. Quam ſcripturam ex Manuſcr. Pariſ. citavit Vptonus, eamdem duo habent codices pab. Et cum his conſentit pc. niſi quod (quemadmodum & Vptoni codex) in fine adjiciat iſta verba μέχρις ἂν ἔχητε &c. quæ perperam olim in medio poſita erant. Itaque prorſus ſic hunc locum exhibet codex pc. uti nos edidimus.

CAPVT XXIII.

Hoc capite, ut ſæpe aliâs, illud propoſitum habet Epictetus, ut moneat ſuos diſcipulos, ne, neglecta Animi & Voluntatis cura, poliendæ orationis ſtudio unice incumbant. Quo vero proclives eos reddat ad audienda

ſua

ſua monita, ab hoc ſtatim incipit, & ſubinde huc redit, ut profiteatur atque doceat, minime per ſe ſpernendam eſſe facundiam & poliendæ orationis curam.

Verſ. 1. Pro πᾶς ἂν, & πᾶς ἄν τις, dat πῶς ἂν pc. & πῶς ἄν τις, moxque ἀκούσει pro ἀκούσῃ. Male.

Verſ. 2. Οὐκ ἄρα τοῦτο ῥητέον, ὡς οὐδεμίᾳ δύναμίς ἐστιν ἀπαγγελτική. „Atqui hoc dixit Epicurus. Immo ſcripſit ad Pythoclem, Παιδείαν δὲ πᾶσαν, μακάριοι, Φεύγετε. Vide Laërtium X. 6. atque ibi Menagium; & Dionyſ. de Structura Orat. [ſ. de Compoſ. Verborum] ſect. 24 in fin.“ VPTON. Pro οὐδεμίᾳ δυν. dat οὐδὲ δύναμις pa. non incommode.

Ibid. Τοῦτο γὰρ ἅμα μὲν ἀσεβοῦς ἐστιν ἀνθρώπου, ἅμα δὲ δειλοῦ. „*Impii eſſe* monſtrat usque ad vſ. 29. deinde *timidi eſſe*, ad finem capitis.“ VPTON.

Ibid. αὐτῆς τῆς φωνῆς. Caret αὐτῆς pc.

Verſ. 3. πνεῦμα. *ſpiritus vitalis, ſpiritus animalis, fluidum nerveum.* Apud Plutarch. de Plac. Philoſoph. IV. 15. eſt τὸ ὁρατικὸν πνεῦμα, ὅπερ ἀπὸ τοῦ ἡγεμονικοῦ μέχρι τῆς κόρης διήκει. quem interpretantur *viſivum quendam ſpiritum, a principe animæ parte ad pupillam usque permeantem.* Πνεῦμα, ἤτα ἐν φυτοῖς καὶ ζῴοις, καὶ διὰ πάντων διήκουσα, ἔμψυχός τε καὶ γόνιμος οὐσία. Ariſtot. de Mundo, cap. 4, 4. p. 40. ed. Batteux. Rurſus Plutarch. ib. IV. 8. ex Stoicorum ſententia: Αἰσθητήρια λέγεται πνεύματα νοερὰ, ἀπὸ τοῦ ἡγεμονικοῦ ἐπὶ τὰ ὄργανα τεταγμένα. (ſive rectius, τεταμένα.) id eſt: *inſtrumenta ſenſuum* (ſcil. interiora & animæ proxima) *dicuntur ſpiritus intelligentes, qui a principe animæ parte ad organa* (exteriora) *dirigiuntur.* Conf. infra, III. 3, 23. & ibi not.

Ibid. ἐνεπέρασεν. ἐπέρασεν αὐτοῖς pab. male. Pro εἰς πῦ, perperam εἰκῆ h. l. eſt in editt. vett.

Verſ. 4. Εἰκῆ δὲ &c. Vulgo in omnibus edd. ſic legebatur: Εἰκῆ δὲ καὶ τὸν μεταξὺ ἀέρα οὕτως ἐνεργον (ἐνεργὸν Vpt.) ἐποίησε καὶ ἔντονον, ὥστε διὰ τοῦ γινομένου πῶς ἐλίκνεῖσθαι τὴν ὅρασιν. Vbi WOLFIVS: „Fortaſſe (ait) δι' αὐτοῦ μέσου γινομένου πως. Nam ſive χεομένου, ſive πηγνυμένου, ſive τεινομένου legas, minus placet. Eſt & vox ἔντονον ſuſpecta: quo enim firmior, eo magis repellere debebat aciem oculorum. Quid ſi ἄτονον, *mollem, cedentem.*“ — VPTONVS

NVS vero: „Pro διὰ τοῦ γινομένου πῶς, lego διὰ τοῦ ἐντεινομένου φωτός. Nam visio fit, si Stoicos audiamus, cum lumen, quod inter visum atque id quod visui subjicitur medium interjectum est, in coni formam intenditur. Verba sunt apud Laërt. VII. 157. Ὁρᾶν δὲ, τοῦ μεταξὺ τῆς ὁράσεως καὶ τοῦ ὑποκειμένου φωτὸς ἐντεινομένου κωνοειδῶς. Vide quoque locum Plutarchi, quem ibi laudant interpretes.“ — Porro idem VPTONVS, postquam in versione verba ista, οὕτως εὐεργὸν ἑτοίμασα καὶ ἔντονον, cum Wolfio sic exposuerat, *tam idoneum & intentum fecit*, rursus in Indice vocabulum εὐεργὸς interpretatur *facilis, expeditus;* & ibidem, ad voc. ἔντονος, haec notavit ad h. l. spectantia: „Ἔντονος, *intentus.* Sed accipi forsan potest pro, *ad intentionem habilis, idoneus*, vel *intendendi vim habens*, ἐντατικός. Vel, quid si, εὐεργὸν ἑτοίμασα καὶ ἔντονον, idem sit ac εὐεργὸν ἑτοίμασα πρὸς ἔντονίαν, *aërem fecit habilem & idoneum ad intentionem.*“

Ego vero, cum vocab. ἔντονον praeter rem suspectum Wolfio fuerit, miratus sum, alterum εὔεργον vel εὐεργὸν nemini suspicionem movisse. Mihi quidem prorsus alienum ab hoc loco visum erat, & ex ἐνεργὸν levi mutatione detortum; quod ipsum restituere non dubitavi. (Hisce scriptis, eamdem emendationem a Meibomio commendatam video.) Loquitur de mira illa *efficacia atque intentione* aëris, quam *vim elasticam* Physici vocant. Pro ἔντονον lubens εὔτονον, si darent libri, acciperem; sed nec illud solicitatum velim. (In ἔντονον nil mutant Libri nostri, & in εὐεργον pariter cum olim vulgatis consentiunt.) Pro eo quod vulgo sequebatur, γινομένου πῶς, primum κινουμένου πως reposueram, id est, *per aërem certa quadam ratione commotum:* & ne nunc quidem dubito, in eam fere sententiam accipiendum esse quodcumque sit verbum quod h. l. scripserat Arrianus. Sed postquam & ex Laërtii loco, cujus partem Vptonus citavit, & ex Plutarch. de Plac. Philos. IV. 15. & ex A. Gellio V. 16. intellexi, in ea re, quae hic agitur, pro κινεῖσθαι vel πλήττεσθαι, verbum ἐντείνεσθαι & simplex etiam τείνεσθαι (*tendi, intendi*) collocare solitos Stoicos, τεινομένου πως praetuli; quod ipsum verbum & cum vocabulo ἔντονος, quod modo praecessit, commodissime quadrat, & a librariis, usum istum ignorantibus, facillime cum γινομένου permutari potuit. Quod vero πως addit, id est, *per aërem*

aërem certo quodam modo intentum; is modus quinam sit, ibidem docet idem Laërtius, consentiente Plutarcho: scilicet, in visu κωνοειδῶς τείνεσθαι vel ἀντείνεσθαι aërem, in auditu vero eumdem σφαιροειδῶς πλήττεσθαι, haud absurde statuebant Stoici. Nam quod πῶς in φωτὸς mutatum Vptonus voluit, id non modo nulla necessitas cogit, verum etiam connexioni orationis apud Nostrum prorsus repugnat: nunc enim de αἰθὴρ agitur, & deinde demum seorsim *lucis* fit mentio. Et ne apud Laërtium quidem l. c. vocabulum φωτὸς, ut Vptonus putavit, ad verbum ἐκλειπομένου refertur: sed ibi pariter totius orationis connexio vers. 157 & seq. docet, verba ista, ad quæ provocavit Vptonus, aut mendosa esse & in hanc sententiam corrigenda, aut, si integra sunt, sic certe intelligenda, ac si legeretur, Ὁρᾷν δὲ, τοῦ ἀέρος, τοῦ μεταξὺ τῆς ὁράσεως καὶ τοῦ ὑποκειμένου φωτὸς, ἐκλειπομένου κατοειδῶς. Et φῶς ibi non est illa *lucis materia*, quam per aërem ætheremque sparsam Physici docent; sed idem valet ac σῶμα φωτεινὸν, & ὁρατὸν, *corpus lucidum & visibile.* Cæterum non dissimulo, ne sic quidem penitus emendatum locum nostrum, in quo versamur, mihi videri; sed insuper διὰ τοῦ in δι' αὐτοῦ videri mutandum, ut sit, ὥστε δι' αὐτοῦ, τεινομένου πως, διϊκνεῖσθαι τὴν ὄρασιν. Hæc scripseram, cum hoc ipsum δι' αὐτοῦ perspicue scriptum in nostro pa. vidi, adeoque haud cunctanter in contextu nostro reposui.

Ibid. οὐδενὸς τῶν ἄλλων. μηδενὸς pc.

Vers. 5. μήτ' ἀχάριστος ἦθι, μήτε πάλιν ἀμνήμων τῶν κρεισσόνων. „*Homo, neque beneficii, neque benefactoris sis immemor.* τῶν Κρεισσόνων, *Deorum.* Ita utitur Simplicius in Procœmio, Hierocles, atque alii.“ VPTON. — Sæpius quidem ista notione Simplicius, & passim alii, sequioris præsertim ætatis scriptores, vocabulo Κρείττονες utuntur, pro *Naturis homine superioribus*, pro *Geniis*, atque ipsis etiam *Diis.* Sed nusquam apud Epictetum usurpatum memini; & hic certe notioni isti non est locus. Adjecta particula πάλιν satis ostendit, diversum esse monitum alterum ab eo quod præcesserit. Atqui nil differt: *ne sis ingratus: ne sis immemor Deorum.* Immo vero hoc perspicue dicit: *ne sis ingratus*, scilicet, horum beneficiorum caussa: *neque vero idcirco sis immemor eorum quæ sunt præstantiora.* Quid multa? Mox ipse vs. seq. patefacit quid sit τὸ κρεῖτ-

πρεῖττον quod dicit. Pro ἴσθι, perperam ἴστι dabant editt. vett. ante anon. Lond. cum pa. & pb. in context. ſed recte ἴσθι pc. & pb. inter lin.

Ibid. ὑπὲρ αὐτοῦ τοῦ ζῆν. Articulum τοῦ, temere omiſſum in ed. Baſ. & ſequentibus, recte ex Ven. revocavit reſtituitque Vptonus. Et agnoſcunt eumdem pabc.

Ibid. ὑπὲρ ἐλαίου. Carent h. l. ὑπὲρ pab.

Verſ. 6. λογισάμενον. Sic pbc. cum editis. λογισάμενον pa.

Verſ. 7. Τί γάρ ἐστι τὸ ἀποφαινόμενον &c. „Vide cap. I. lib. I.“ VPTON.

Ibid. ὑπὲρ ἑκάστης. περὶ pb.

Ibid. περὶ ἑαυτῆς pa. cum edd. περὶ αὐτῆς pbc. eodem ſenſu.

Ibid. μή τι πυρῶν; μή τι κριθῶν; μή τι ἵππου; μή τι κυνός; „Forte περὶ πυρῶν.“ COM. SHAFTESBVR. — „Atque ita Schegkius in verſione: *Audiſtine aliquando oculum de ſe ipſo diſserentem aut ſenſum aurium, aut de frumento, aut hordeo, item equo vel cane?*“ VPTON. — In verſione contextui ſubjecta Wolfius ſecutus Vptonus, ſic iſta verba reddiderat: *num frumentum? num hordeum? num equum? num canem?* ſcil. *audiſti unquam de ſe ipſo quidquam locutum?* quam ſententiam & ego expreſſi; quamquam fateor, neutram rationem mihi facere ſatis, & de integritate hujus loci valde me addubitare.

Ibid. Ἀλλ' ὡς διάκονοι καὶ δοῦλαι &c. „Vt communis Senſus eſt ſenſus ſenſionum, ut Ariſtoteles inquit; ita intelligentia penes ſe habet judicium omnium ſenſuum.“ SCHEGKIVS. δοῦλοι pc. minus recte.

Verſ. 8. πόσου ἕκαστον ἄξιόν ἐστι. Sic pa. ut eſt in ed. Gen. Col. & ſeqq. Temere & invitis mſstis τοσοῦ ed. Ven. & Baſ. πόσου ἀξ. ἕκαστόν ἐστι pb. πόσου ἄξιόν ἐστι ἕκαστον pc.

Verſ. 9. τίς ἐστιν αὐτῇ. *quamnam ſit ipſa.* Sic correxi. Perperam omnes vulgo αὗτη.

Ibid. καὶ πόσου ἀξία. Sic recte Vep. e qua id repoſuit Vpt. monente etiam Salmaſio: neque aliter pabc. Temere καὶ πόσῃ ἀξίᾳ Baſ. & inde poſteriores edd.

Ibid. ὁπότε δεῖ χρῆσθαι αὐτῇ. Præter rem αὐτῇ edidit Vpt. Sic tamen & pb.

Verſ.

Vers. 10. περίεργοι, καὶ πευθῆνες. πευθῆναι editt. omnes. Vbi: „πευθήνης hic positum videtur αὐτὶ τοῦ πευστικοῦ. *curiosi & percontatores.* Lexica πευθὴν habent, unde πευθῆνες.“ WOLFIVS. — „Pro πευθῆναι quærendum annon potius legendum πευθῆνες. Hesychius: πευθῆνες· πιστοὶ, (lege πευστοὶ) περίεργοι.“ VPTON. *in Notis.* — Et πευθῆνες h. l. ego scripsi ex codicum nostrorum consensu. Apud Hesychium vero, pro πιστοὶ, πεῦσται legendum putem, vel πύσται, non πευστοὶ, ut Vptonus.

Ibid. ἡ ἀκουστικὴ; οὐκ ἄλλη ἢ ἡ προαιρετικὴ δύναμις. „Legendum: Οὐκ ἄλλ' ἡ πρ. Cæterum ἀκουστικὴ lectio est nostri codicis: & sic supra. [vers. 7. ubi omnes, τῆς ἀκουστικῆς.] Vulgo ἀκουστικοὶ, *ad audiendum parati;* [nempe sic, ἢ ἀκουστικοί; edd. cum pabc. id est, *aut ad audiendum parati?*] cui opponitur vox ἀκίνητοι, *ii qui sermone non commoventur, neque audiunt quod dicas.* Sed placet lectio nostri codicis.“ VPTON. — Sicut h. l. consentiunt libri in οὐκ ἄλλη ἢ ἡ πρ. sic vs. 15. τίς ἄλλη λέγει, ἢ ἡ προαιρ. Quare tenendum vulgatum putavi. Ante οὐκ ἄλλη vero, ut persæpe aliàs, intelligenda particula οὔ. Cæterum quam τὴν προαιρετικὴν δύναμιν & mox infra sæpius τὴν προαίρεσιν dicit, vulgo *voluntatem* vertunt; sed latius patet, quam vulgo latinum hoc vocabulum accipi solet; & *intellectum cum voluntate* comprehendit, omnemque *vim activam mentis*, quam generali nomine *Rationis* interdum designamus: estque eadem ἡ χρηστικὴ τῶν φαντασιῶν, ἡ ταῖς λοιπαῖς δυνάμεσιν ὡς διακόνοις χρῆται. cf. vs. 7 sq. & 16 sq. & 28. quamquam rursus distinguere nonnihil videtur inter τὴν προαίρεσιν & τὴν δύναμιν τὴν χρηστικὴν τῶν φαντασιῶν vs. 40.

Vers. 11. Ἕτερα αὐτῆ. Placeret h. l. ἄὐτῃ, pro αὐτῇ. Sed refertur ad id quod infra sequitur, αὐτῇ μέλλει ἡμῖν, ubi suo loco stat αὐτῇ, quare & hoc loco ferendum. Et in αὐτῇ nil mutant libri.

Ibid. ταῖς ἄλλαις. Caret ταῖς pc. male.

Ibid. μηδέν τι ἄλλο. Tacite sic correxit Vpt. Sic vero & est in nostro pb. Vulgo μηδέ τι ἄλλο edd. cum pac.

Ibid. πλὴν αὐτὴ ἐκεῖνα τὰ ἔργα. Perperam πλὴν αὐτῇ ed. Bas. & inde Gen. & Col. αὐτὰ ex Ven. restituit editor Cant. Et sic pabc. Vocab. ἔργα vero deest pc.

Ibid.

Ibid. αὐτῇ μέλλει ἡμῖν. Editi libri omnes dabant καὶ αὐτῇ μέλλει, & superiores quidem post ὑπάρχειν interpungebant orationem, Vptonus vero post vocem proxime præcedentem ἀξία. In Notis vero, idem VPTONVS: „Otiosum, ait, videtur illud καὶ: neque noster codex agnoscit. Dele autem periodum post ἀξία. Incipit sententia ab illis verbis [supra, initio hujus vers.] Εἶτα αὐτῇ ἰδοῦσα.“ — Cui monito obsequendum utique putavi. Et particulam καὶ cum Vptoni codice ignorat pariter noster pb. Paulo ante vero, τὰς τ' ἄλλας recte pc. cum editis; sed copula τ' carent pab. parum commode.

Ibid. κρεῖττον εἶναι ἢ αὐτήν; Rursus suo more αὐτὴν Vpt. Sic vero & pb. ut sæpe aliàs. Cæteri αὐτὴν ut olim edebatur.

Vers. 12. τὴν τοῦ τινὸς ἰδεῖν γυναῖκα. τοῦ δεῖνος, pro τοῦ τινὸς, maluerat Salmasius; quod non necesse.

Ibid. τίς λέγει; Omnino sic corrigendum putavi: nam sic constanter loquitur, supra, & infra, τίς λέγει; non τί λέγει; quod hic nunc dabant libri omnes. Deceperat librarium, aliud animo agentem, id quod paulo ante præcessit, τί ποιεῖ. At id quidem aliam rationem habere satis adparet. His scriptis, ipsum τίς λέγει h. l. inveni in nostro pc. Et τί quidem cum edd. & cum pa. habet pb. in contextu, sed superne adjecta litera; eadem manu.

Vers. 13. ἐρεθισθῆναι ἢ μή, τίς λέγει. Corrupte ἐρεθ. εἰ μή τις λέγει pab. sed in pb. eadem manu superscr. ἢ μή, τίς.

Vers. 14. Φραστική. Φανταστική pa.

Ibid. οἱ κομμάται. Accentum in ultima posui, prout & analogia & veterum Lexicographorum aliorumque scriptorum auctoritas suasit. Vulgo hic omnes οἱ κομμᾶται, edd. & mssti.

Vers. 15. αὐτῆς καταψηφίσασθαι. αὐτῆς Vpton. suo more, cum nostro pb. De re confer vers. 11. & vs. 20.

Vers. 16. Τί οὖν; Φησίν· &c. Ante Vpt. editores omnes, consentientibus mssti nostris, nulla interposita distinctione hæc scripserant, τί οὖν Φησιν, tum post εἰ οὕτω τὸ πρᾶγμα ἔχει; interrogationis signum posuerant; ut sententia esset, *quid ergo dicit* (nempe ἡ προαιρετική,) si

si ita se res habet? Monuit vero Salmasius, ita distinguendum, *τί οὖν, φησιν, εἰ οὕτω τὸ πρᾶγμα ἔχει, καὶ δύναται &c.* Cui obsecutus sum cum Vptono; nisi quod interrogandi signum post *τί οὖν;* pro nudo commate posui. In sequentium vero verborum distinctione aliam novationem invexit Vptonus, quam nullo modo probare potui. Deletis omnibus, quæ sequuntur, interrogandi signis, excepto eo quod est vs. 17. post *τὸ χρώμενον;* verba ista, *τί ἐστι τὸ χρώμενον;* pro apodosi periodi accepit, cujus protasis ab illis inde verbis *εἰ οὕτω τὸ πρᾶγμα ἔχει*, usque ad ista *ἢ οἱ ὑπηρέται τοῦ βασιλέως*, excurrat; totamque periopen latine sic convertit: *Quid ergo, inquit, si ita se res habet, ac fieri potest ut id quod ministrat præstet ei cui ministrat, ut eques equiti, — — ministri regi; quid est quod illis utatur?* Cui orationi quænam sententia insit, equidem non video. Constaret utcumque sententia, si pro *καὶ δύναται*, inserta negante particula, *καὶ οὐ δύναται* scriberetur; *si ita se res habet, ac fieri si non potest, ut* &c. Sed nihil caussæ est, cur istam rationem, refragantibus libris omnibus, qui in vulgatam scripturam consentiunt, ineamus. In Notis sicco pede statim transierat hunc locum VPTONVS; dein vero *in Addendis* hæc ad eumdem adnotavit: „Totus hic locus male se habet; nam quædam propter repetitionem, ut mos est, omisisse videntur librarii: deinde, *Φησὶν* est objiciendi formula. *Τί οὖν, Φησὶν, εἰ οὕτω τὸ πρᾶγμα ἔχει; Εἰ οὕτω τὸ πρᾶγμα ἔχει, δύναται καὶ τὸ διακονεῖν κρεῖσσον &c. Quid ergo, inquit, si ita se res habeat? Si ita se res habet, fieri potest ut id etiam quod ministret, melius sit, &c.* Vel, quid si hoc modo: *Τί οὖν Φησὶν; Quid ergo ait?* nempe Προαίρεσις. *Si ita se res habet, potest etiam id quod ministrat, melius esse eo cui ministrat, canis venatore, servi rege. Quid est quod utitur?* Plurima in hisce Dissertationibus, propter minutas interrogatiunculas, & quoniam non dilatatur argumentum copia oratorum, ambigua & perplexiora sunt, alias ut omittam caussas. Sed tu, ὁ Lector, *Νῆφε καὶ μέμνησο ἀκριστεῖν, ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν.*"

Vers. 17. *Τί ἐστι τὸ χρώμενον;* „Deesse videtur *τοῖς ἄλλοις*. *Τί ἐστι [τὸ] τοῖς ἄλλοις χρώμενον;*" VPTON. — Satis commode subintelligi tale aliquid poterat, *τοῖς ἄλλοις* vel *ταῖς ἄλλαις δυνάμεσιν, οἷς διακονοῦσι καὶ ὑπηρέτας.* conf. vs. 8.

Ibid. διὰ κατὰ προμνοῦ. διὰ καὶ κατὰ προμνοῦ pc.

Vers. 18. Εἶτα τούτου τί ἰσχυρότερον ἀνθρώπους ἐστί; Sic olim editi omnes. Vbi: „Lego εἶτα τούτου τί ἰσχυρότερόν ἐστι; omissa voce ἄνθρωπος. Videtur enim quidam argutulus eam inseruisse, qui statuerit scilicet, τὸν ἄνθρωπον, totum hominem, robustiorem esse τῆς προαιρέσεως, consilio & ratione, ut parte seu facultate totum." WOLFIVS. — „Textus [in edit. Colonien.si, qua usus est Shaftesb.] & ed. Bas. & Gen. omnes habent ἀνθρώπους, non ἄνθρωπος. Wolfius aliter in Notis. Vnde?" COM. SHAFTESBVR. — „His editionibus adde ded. [ed.] Ven. & Salmant. Credo equidem, Wolfium negligentiorem haec exscripsisse. Vide similem lapsum ad III. 1, 29." VPTON. — Nisi fortasse in eo exemplo editionis Basileensis, quo usus Wolfius est, ita scriptum erat, in aliis deinde exemplis (agnito, dum prelum fervebat, errore) correctum; quod interdum usu venit. Quod τί vulgo cum aucto accentu interrogative efferant omnes, minus commode factum mihi visum erat: praetuli τι, indefinite, *aliquid*, *quidquam;* quod ipsum, *quidquam*, etiam sua in versione posuit Wolfius. Sic & τί scripsit pc. In ἀνθρώπους consentiunt libri omnes: & praepositionem quidem ἐν, quam huic vocabulo praeposui, ignorant pab. cum editis; sed eam cum offerret pc. non negligendam putavi. Extruserat eam vocalem, ut saepe aliàs, litera ν, quae praecedentem vocem claudit.

Vers. 19. Καὶ προαίρεσις, καὶ ἀπροαίρετα. Vulgo omnes καὶ προαιρετά. quae vertunt, *Voluntas, & quae a voluntate pendent.* Vnus SALMASIVS admonuit: „καὶ ἀπροαίρετα. Ita omnino scribendum." — Cujus emendationis necessitas manifesta mihi visa est. Istis verbis respondet id, quod mox in alteram partem dicit, Προαίρεσιν δὲ τί ἐμποδίζειν πέφυκεν; Ἀπροαίρετον οὐθέν, &c.

Ibid. τῇ ἀκουστικῇ ταῦτα. Minus recte ταῦτα Ven. & Bas. (Sic tamen & pabc.) Correxerunt posteriores editores.

Ibid. Φραστικῇ. Temere Φαντασιαστικῇ pc.

Ibid. προαίρεσιν δὲ τί ἐμποδίζειν &c. προαιρέσει in tertio casu voluerat Meibom. ut supra τῇ ὁρατικῇ. Sed cum utroque casu recte jungitur illud verbum. Pro τί, est τίς in pc.

Vers.

Vers. 20. *τοῖς ἄλλοις ἐπιτεταγμένη.* „Sic mſ. Pariſ. [immo duo, pab.] & Wolfius in verſione, *præpoſita.* Editi omnes libri, *ὑποτεταγμένη.*“ VPTON.

Ibid. τὴν σάρκα. „Vide I. 20, 17. I. 23, 1. III. 7, 2 ſq.“ IDEM.

Ibid. εἰ αὐτὴ. Sic recte pb. cum edd. Perperam ἡ αὐτὴ ἡ σὰρξ pac.

Vers. 21. *τὸ περὶ Τέλους συγγεγραφὸς.* „Hunc Epicuri librum laudat Laërtius, X. 6. & 136. Hunc librum dicit Cicero in Tuſc. Diſp. III. 18. omnem Epicuri diſciplinam continere.“ VPTON.

Ibid. τὰς Φυσικὰς. „Περὶ Φύσεως [libros XXXVII.] ſcripſiſſe Epicurum teſtis eſt Laërtius in ejus vita. [X. 27 & 30.] Phyſicam cognitionem imprimis coluerunt Epicurei.“ VPTON. — Si rectum eſt *τὰς Φυσικὰς*, intelligendum *βίβλους.* Sed miror, ni *τὰ Φυσικὰ* ſcripſit Arrianus; quemadmodum etiam Vptonus legendum cenſuit, in Addendis ad Notas: nihil vero mutant Libri.

Ibid. περὶ Κανόνος. „Meminit hujus libri Vellejus apud Cicer. de Nat. Deor. lib. I. c. 16. *Cujus rationis vim atque utilitatem ex illo cœleſti Epicuri de Regula et Judicio volumine accepimus.* Et Diog. Laërt. in Vita Epicuri ſect. 27. *περὶ Κριτηρίου, ἢ Κανών.* Et apud Cicer. de Fin. I. 19. *Tum vero ſi ſtabilem ſcientiam rerum tenebimus, ſervata illa (quæ quaſi delapſa de cœlo eſt ad cognitionem omnium) Regula, ad quam omnia judicia rerum dirigentur.*“ VPTON.

Ibid. τὸ τὸν πώγωνα καθεικός; quod te impulit, ut Philoſophi ſuſciperes profeſſionem.

Ibid. ὅτε ἀπέθνησκεν. An *ἀπέθνησκες*? Vulgatum quidem tenent libri omnes. MEIBOMIVS: „Puto legendum *ἀπέθνησκες*, & *παράλιπε τὸ ὅτε.*“

Ibid. ὅτι τὴν τελευταίαν ἄγομεν ἅμα καὶ μακαρίαν ἡμέραν. „Exſtat epiſtola Epicuri apud Laërt. X. 22. cujus hoc eſt initium: *Τὴν μακαρίαν ἄγοντες καὶ ἅμα τελευτῶντες ἡμέραν τοῦ βίου, ἐγράφομεν ὑμῖν ταυτί,* Cicero lib. II. de Fin. [c. 30.] *Audi, ne longe abeam, moriens quid dicat Epicurus: — — Cum ageremus, inquit, vitæ beatum & eumdem ſupremum diem, ſcribebamus hæc.* Item Seneca, Ep. 29. *Beatiſſimum, inquit, & ultimum diem ago.* Conſer M. Antonin. IX.

qu. ubi plane scribendum, ὁ βίος ἥγεται (non ἦρται) οὐ καλῶς." VPTON. — Apud Laërtium vide, ne, pro importuno verbo τελευτᾶν, ex ipso hoc Arriani loco, cum quo & Cicero consentit & Seneca, τελευταῖον sit rescribendum. Apud Nostrum vero perperam vulgo ἄγου δ' ἅμα, quod in ἄγου δ' ἅμα mutare jussit Salmasius; atque ita (ἄγου δ' una voce, in verbo medio) expressum in Vptoni editione. Ego vero duabus vocibus ἄγου δ' efferendum putavi. Atque ita ipse VPTONVS etiam voluisse videtur, qui hanc Notam adjecit: „Codex Salmant. * ἄγον, & in marg. * ἄγοι. Recte. Peperam in aliis ἄγον." — In mendosum ἄγων δ' ἅμα consentiant nostri pabo. cum olim editis.

Vers. 22. μικίνῃ. Corrupte μίνῃ pa.

Vers. 23. ἀτιμάζει τις. Idem valet ac ἀτιμάζω ἐγώ; an *sperno ego?* conf. vs. 26. & 46. & Annot. ad II. 18, 13. Minus recte vulgo τίς cum acuto accentu scribebatur.

Ibid. μηδαμῶν εἶναι χρείαν ἢ προαγωγὴν τῆς φαντιχῆς δυνάμεως. Vulgo omnes, manifesto errore, προαγωγὴν τῆς προαιρετικῆς δυνάμεως. Qua scriptura miror non offensum fuisse cordatissimum WOLFIVM, qui, *præstantiam voluntatis*, interpretatus est, & in Notis nil aliud ad hunc locum notavit, nisi: „Προαγωγὴν, *excellentiam* verto, ἀντὶ τῆς ἐξοχῆς." — Non præteriit vulgatæ scripturæ monstrum alios viros doctos. Legendum credo τῆς ἀπαγορευτικῆς δυνάμεως. Sensus postulat. Quidni τῆς φαντιχῆς? Rectius hoc: vide sequentia, simulque & principium & finem capitis." CVM. SHAFTESBVR. — „Placet cum viro nobili vel ἀπαγορευτικῆς δυν. (nam sic supra vs. 2. αἱ τοιαῦται δυνάμεις ἀπαγορευτικαί) vel potius τῆς φανταστικῆς (Nam sic mox, τῆς φανταστικῆς ὕλης. & ἀμελεῖν φαντασιῶν. Sic quoque vs. 27 & 30.) Sed librorum auctoritatem desideramus." VPTON. Pariter SALMASIVS: „Φανταστικῆς hic potius legerim." — Quod equidem haud constanter, invitis licet libris omnibus, adoptandum putavi. Quod si quidem compertum haberem, προαγορευτικῆς eadem notione dici potuisse, qua supra ἀπαγορευτικὴν δύναμιν dixit; illud præoptassem, ut vitiosæ scripturæ proximum. Quod si omnino τῆς προαιρετικῆς h. l. scripsit Arrianus, alia nonnulla verba ante hæc excidisse oportet, v. c. ἄλλης πλὴν τῆς προαιρ.

Ibid.

Ibid. πρὸς τὸν Θεόν. Caret τὸν pb.

Verſ. 24. ἀλλ' οὐχ ἡλίκη βοός· ἔστι καὶ κυνὸς, &c. Orationis membra ſic diſtinxi, ut diſtincta erant in cod. pb. & ex parte in pa. Incommode vulgo hoc modo edebatur: ἀλλ' οὐχ ἡλίκη βοός ἐστι· καὶ κυνὸς, ἀλλ' οὐχ ἡλίκη οἰκέτου ἐστί· & ſic deinde τῶν πολιτῶν ἐστι· καὶ τούτων &c. In pc. paulo aliter hæc exhibentur, ſed nihilo melius, in hunc modum: ἀλλ' οὐχ ἡλίκη βοὸς ἔστι, καὶ κυνὸς· ἀλλ' οὐχ ἡλίκη ἐστὶν οἰκέτου· καὶ οἰκέτου, ἀλλ' οὐχ ἡλίκη ἐστὶ τῶν πολιτῶν ἐστι· καὶ τούτων, ἀλλ' οὐχ ἡλίκη τῶν ἀρχόντων. In pa. ubi alii καὶ οἰκέτου repetunt, καὶ δούλου ſcribitur.

Verſ. 25. καὶ τῆς Φρασικλῆς. Perperam καὶ τὴ Φρασ. Ven.

Verſ. 28. τὸ κέκαλυμ χρώμενον. Perſpecte ſic Vptonus, præeunte etiam Wolfio, qui ita vertit, *quæ illa etiam utatur*, nempe τῇ Φρασικλῇ. Mendoſe κέκαλυμ Ven. (ſic) quod temere in κέκαλυπται ceteri mutarunt, cum in κέκαλυμ fuiſſet mutandum. Docere hoc exemplum poteſt, ne mendoſiſſimas quidem veterum editionum vel librorum ſcriptorum lectiones negligendas eſſe editori veterum auctorum. In κέκαλυμ conſentiunt pabo. In pb. quidem prius κέκαλυκμ fuerat, ſed id mox correctum ab eadem manu.

Ibid. πάσαις. ἅπασαις pb.

Ibid. ἀκρατοχυδέλος δὲ, κακὸς ἄνθρωπος γίνεται. Vti ſupra dicitur, οὐκ ἀγαθὸς ἄνθρωπος, ἀγαθὸς γίνεται. Sic hic legendum, οὐ κακὸς ἄνθρωπος, κακὸς γίνεται. Omiſerunt librarii propter repetitionem. „ VPTON. — Sed & vulgatum ferri absque incommodo poteſt. Quod vero ad præcedentia verba ἀγαθὸς γίνεται SALMASIVS notavit: „Dele ἀγαθός“ id eo pertinet, quod in editione Genevenſi, qua ille uſus erat, ſic legebatur: τούτου κατορθωθέντος, ἀγαθὸς ἄνθρωπος, ἀγαθὸς γίνεται. Quod ſi ita ſcripti libri darent, adſentiren utique Salmaſio, alterum ἀγαθὸς ante γίνεται delendum. Sed οὐκ ἀγαθὸς ἄνθρωπος conſentientibus mſtis dabant ed. Ven. & Baſ. Particula vero negans (quam & interpretes Schegkius Wolfiusque expreſſerunt, & in Græcis reſtituit Vptonus) nonniſi errore operarum, ſive ex conjectura editoris, omiſſa eſt primum in edit. Gen. & deinde in Col. Cant. Lond. Nihil variant libri noſtri; niſi quod δὲ poſt ἀκρατοχυδέλος deeſt in pc.

Vers. 29. *μεμφόμεθ' ἀλλήλοις. μεμφόμεθα* pbc. *ἀλλήλους* quod perinde est; (conf. Heyne ad Enchir. c. 31, 1.) sed h. l. commodior dativus, qui simul referri possit ad sequens verbum *αὐχρεστοῦμεν.*

Ibid. λελῆθός, idem quod *ἐπιλελῆθέν*, *si illius obliviscimur*, id est, *si illud negligimus.*

Vers. 30. *τὴν δύναμιν τῆς Φραστικῆς.* Intelligo *τέχνης.* Idem vero hoc valet ac *τὴν Φραστικὴν δύναμιν.* Nisi scripsit *τὴν δύναμιν τὴν Φραστικὴν*, aut *τῆς Φράσεως.*

Ibid. ἀλλὰ καὶ δειλοῦ. sed & timidi atque ignavi. conf. vs. 2.

Vers. 31. *εἴπερ τίς ἐστι δύναμις κατὰ τὸν τόπον. Si qua sit ejus loci facultas*, scilicet *τοῦ Φραστικοῦ, si qua sit eloquentiae vis.*" WOLFIVS. — Vide I. 7, 7. & ibi not.

Ibid. οὐ δυνηθῶμεν αὐτῆς καταφρονῆσαι. ne contemnere eam nequeamus, scil. collatam cum *τῇ προαιρέσει. καταφρονεῖν* nunc idem dicit atque *πάρεργον ποιεῖσθαι* vs. 34. Conf. vs. 35.

Vers. 32. *οἱ λέγουσιν, μηδεμίαν εἶναι παραλλαγὴν κάλλους πρὸς αἶσχος.* „Pyrrhonios innuit. Laërtius in vita Pyrrhonis, IX. 60. *οὐδὲν γὰρ ἔφασκεν οὐδὲ καλὸν, οὔτε αἰσχρόν. — — μηδὲν εἶναι τῇ ἀληθείᾳ, νόμῳ δὲ καὶ ἔθει πάντα τοὺς ἀνθρώπους πράττειν.*" VPTON.

Ibid. ἣν ἔτυχε γυναῖκα. Vulgo omnes *ἣν εἶχε γυναῖκα.* VPTONVM vero probavi, monentem: „Lego, *ἣν ἔτυχε.*" — Si quis tamen tenendum *ἣν εἶχε* contendat, id est, *suam uxorem*, non praefracte repugnabo.

Vers. 33. *Καὶ ταῦτα.* Suspicatus eram *Ναὶ ταῦτα.* Sed illud *Καὶ ταῦτα* refertur ad id quod sequitur, *Ἀλλὰ τὸ μέγα τοῦτο.*

Ibid. αὐθὶς συναρπασθείς. συναρπαγείς pc. „Vide ad II. 18, 24." VPTON.

Vers. 34. *Ἀλλὰ τὸ μέγα τοῦτο· &c.* „Vide II. 6, 9." VPTON.

Ibid. τὴν αὐτοῦ δύναμιν. αὐτοῦ pb.

Vers. 36. *διεδύσαν πανδεχεῖον πολύν.* „*εἰς πανδεκ.* Sic infra, *εἰς ταῦτα εἴδεναι.*" COM. SHAFTESBVR. — At compositum verbum *διεδύσαν* praepositionem illam non desiderat.

Ibid.

Ibid. καταμένοι. καταμένῃ pc.

Vers. 37. Ἐπελάθου νου τῆς προθέσεως. Obsecutus sum VPTONO, qui, cum τῆς προαιρέσεως vulgo legeretur, monuit in Notis: „Potius cum noſtro codice, προθέσεως." — Quamquam enim per se ferri istud poterat, (in quod etiam codices noſtri consentiunt) tamen hoc nunc commodius, quoniam προαίρεσις per totam hanc disputationem alia notione frequentatur.

Vers. 38. τοὺς ἐκείνους ἀπαλλάξειν δίκης. Sic edd. omnes, ubi ἀπαλλάσσειν corrigere jussit Salmasius, quo tamen nil opus esse videtur. Si quid mutandum, ἀπαλλάξαι potius scripsisse putem Arrianum: & lubens sic rescribam. Pari modo mox ἄρξαι ait. *Metum* autem, puto, dicit, qui angit parentes, ne juveni procul domo absenti incommodi aliquid accidat. — Inspectis codicibus noſtris, ἀπαλλάξαι correxi, cujus scripturæ vestigia in illis continebantur. ἀπαλλάξειν habent quidem etiam pa. & pb. in contextu, sed sic ex conject. correctum videtur ab iis qui in suis exemplaribus prave scriptum ἀπαλλάξει invenerant, quod ipsum ἀπαλλάξει tenuit pc. At hoc quidem ex ἀπαλλάξειν haud dubie fuerat detortum, & in id rursus mutari debebat; quod factum in pb. ubi super ἀπαλλάξειν inter lineas ἀπαλλάξαι notatur.

Ibid. αὐτὸν τὰ τοῦ πολίτου ποιεῖν, ψῆφον, παιδοποιεῖσθαι, &c. „Hæc omnia ex Stoicorum sententia, secundum illud Horatii:

Nunc agilis fio, & merſor civilibus undis,
virtutis veræ cuſtos, rigidusque ſatelles.

Contraria prorsus suadebant Epicurei, ut videre est infra. De hac re Diogen. Laërt. in vita Zenonis, sect. 121. Πολιτεύσεσθαί φασι τὸν σοφὸν, καὶ γαμήσειν, καὶ παιδοποιήσεσθαι. Et Cic. de Fin. III. 20. *Cum autem ad tuendos conſervandosque homines hominem natum esse videamus; conſentaneum est huic naturæ, ut ſapiens velit gerere & adminiſtrare rempublicam, atque, ut e natura vivat, uxorem adjungere, & velle ex ea liberos.* Displicet interpretibus, *ut ſapiens velit — — velle.* Sed proprie dicitur, *veli gerere;* improprie, *velit velle.* Istiusmodi ἀκυρολογίαι in omnibus occurrunt linguis. Immo vero Ovid. in epist. Cyd. Acont. [Heroid. Epist. XXI. 58.] *peridere velle velis.* VPTON.

Vers. 39. *οὐ γὰρ τοὺς κομψοτέρους ἡμῶν τούτους ἐκλελεξόμενος ἐκλέξαιτο θεός.* ἐκλελεξάμενος dabant editiones omnes. VPTONVS vero: „Noster codex, ἐκλεξάμενος, quod melius." — Id adoptandum putavi; & idem habent pbc. Dativus ἡμῖν cum verbo ἐκλέγειν jungendus est, vel pleonastice, ut passim aliàs, positus, vel in hanc sententiam intelligendus, *venisti ad nos*, i. e. *in hac vita es a Deo collocatus.*

Ibid. ἐναστραφησόμενος. ἐναστρεφόμενος pc.

Vers. 40. *καὶ τὴν αὐτοῦ προαίρεσιν.* αὐταῦ ed. Vpt. & pb.

Vers. 40 *seq.* καὶ ἀριμύτητος [τῶν θεωρημάτων·] ὑπ' αὐτῶν τινας &c. Cum sic vulgo ederetur, καὶ ἀριμύτητος τῶν θεωρημάτων. ὑπ' αὐτῶν τινας &c. monuit WOLFIVS. „Lego καὶ ἀριμύτητος, ὑπ' αὐτῶν τινας. Videtur quidem τὸ αὐτῶν declarasse, scil. τῶν θεωρημάτων, idque scholion irrepsisse in orationis contextum. Etsi mihi quidem id quoque non probatur. Nam ὑπ' αὐτῶν τούτων intelligo τὴν λέξιν, τὴν τριπλῆν, τὴν ἀριμύτητα, & sic ipse auctor declarat." WOLFIVS. — Tum VPTONVS: „Recte videtur Wolf. e contextu removisse τῶν θεωρημάτων. Error forte ex eo fuit, quod librarius oculo negligentiori locum percurrens, ut sæpe fit, bis τῶν θεωρημάτων scripserit. Mox autem noster codex habet ὑπ' αὐτῶν δὲ, atque ita reponendum." — Equidem, quod de repetitis importune verbis τῶν θεωρημ. monuerunt interpretes, hactenus probavi, ut uncis ea, tamquam suspecta includerem. Particulam δὲ, quam post ὑπ' αὐτῶν cum suo codice insertam Vptonus voluit, consulto prætermisi. Incipit enim ab his verbis apodosis periodi, quæ periodus ab illis Ἐπεὶ δὲ λόγῳ &c. initium cepit. Et ignorant eam partic. nostri codices. Quodsi quidem initio periodi δὲ locum habuisset, commode & ex sermonis usu potuisset eadem in apodosi repeti. Nunc vero haud absurdum foret ὑπ' αὐτῶν δή τινες.

Vers. 41. ὁ δ' ὑπὸ συλλογισμῶν. Sic recte Vpt. Olim ὃ δ' ὑπὸ λογισμῶν. Vbi: „Fortasse συλλογισμῶν. Nisi forte λογισμοὺς vocat τὴν εὕρεσιν." WOLFIVS. — „Noster codex conjecturam Wolfii confirmat." VPTON. — Nostri quidem codices in olim vulgatam scripturam consentiunt: at persæpe apud Nostrum conjunctim ista nominata videmus, συλλογισμούς, & μεταλήψεις; & connexio

connexio disputationis non λογισμούς, sed συλλογισμούς, hic desiderabat. conf. mox vs. 44.

Ibid. *μετακιτκέντων.* Vide ad I. 7, 1.

Vers. 42. *τὸ προκείμενον ἦν σοι.* „Inserui ἦν ex nostro codice.“ VPTON.

Ibid. *συναρμόζονται τῇ τοῦ Διὸς διοικήσει.* „Enallage, pro *συναρμοζόμενον.* Nisi ἔλλειψιν esse malis, ut sit *συναρμόζονται ἑαυτόν.*“ WOLFIVS. — Sicut simplex *ἁρμόζειν* vel *ἁρμόττειν*, sic & hoc & alia ejusdem verbi composita, in neutrali sive reciproca notione non minus, quam in activa, frequentantur.

Ibid. *ταύτῃ κειμένου, ταύτῃ συναρεστοῦντα, μηδέν᾽ ἁμαρτάνοντα, μηδέν᾽ αἰτιώμενον.* Pro istis omnibus, vulgo non nisi hæc legebantur *ταύτῃ κειμένου, μηδὲν αἰτιώμενον.* Adnotavit vero VPTONVS: „Post *κειμένου* addit noster codex *ταύτῃ συναρεστοῦντα, μηδένα κεκρόμενος.* Postrema vox corrupta, pro qua posset legi *κακώμενον.*“ — Vnde ego statim de recipiendis illis, *ταύτῃ συναρεστοῦντα*, nullo modo dubitandum duxi, collato præsertim loco parallelo I. 12, 8. Monstrosum vero illud *κεκρομένος* vel *κεκραμένον* (cui Vptoni quidem conjectura nullo modo medetur) ex *μεμφόμενον* esse corruptum, aut potius nil aliud esse nisi negligentius exaratam & male acceptam ejusdem hujus verbi scripturam, mihi persuasi. In currente & negligentiore scriptura Græca subinde literas *κ* & *ρ* ita deformatas videre me memini, ut illam cum *μ*, hanc cum *φ*, facile permutares. Est autem *μέμφεσθαι* familiarissimum Epicteto in ejusmodi orationis connexione verbum: quo si hic pariter usum esse philosophum nostrum statuamus, fuerit *τὸ μεμφόμενον* oppositum *τῷ συναρεστοῦντα*, quemadmodum supra vs. 29. inter se opponebantur *μεμφόμεθα* & *συναρεστοῦμεν*; vicissimque copulabuntur *μεμφόμενον* & *αἰτιώμενον*, quemadmodum sæpe, ubi eadem res quæ hic agitur, verbum *μέμφεσθαι* cum *ἐγκαλεῖν*, quod idem ac *αἰτιᾶσθαι* valet, copulatur. v. c. I. 17, 28. III. 24, 69. &c. Conf. Enchir. c. 5. Sicut vero *μηδένα μεμφόμενον* ait, sic & *μηδένα αἰτιώμενον* scribendum putavi; quod ipsum loca etiam parallela, modo citata, suaserunt. Postrema litera vocabuli *μηδένα* absorpta erat a litera initiali verbi sequentis. Quin & eamdem scripturam clare etiam indicabant editi libri omnes ante Vptonum, cum nostro

pa. μηδέν' scribentes, cum apostropho, quem Vptonus demum omisit, & μηδὲν (sic) scripsit, quemadmodum est in pbc.

Ibid. Ἀγοῦ δέ μ', ὦ Ζεῦ. „Vide Enchir. c. 52." VPTON. — Vulgo ἄγου h. l. edd. omnes. Sed ἄγαι in aor. 2. alibi constanter dant ed. Ven. & Bas. consentientibus tribus nostris codicibus; III. 22, 95. IV. 1, 131. IV. 4, 34. Et sic pariter h. l. pc. atque etiam (a secunda quidem nunc manu) pab. quod adeo ubique recipiendum putavi. Cum autem saepius in his Disert. citetur hic versus, nusquam activum ἄγα ponitur, in quod in Enchir. cap. 53. consentiunt libri fere omnes; sed ubique Medium, quod dicitur, verbi genus; cujus haec vis est, *duc me ad te* vel *post te*, *duc me tecum!*

Vers. 43. εἶνεκα αὐτὰ κομψά; ἀλλ' ὡς δίδεον. Ferri hoc potest: sed fortasse repetendum erat κομψὰ ante ἀλλ', hoc modo: κομψά· ἀλλ' ὡς δίδεον. Hoc in versione latina, cum superioribus interpretibus, diserte expressimus.

Vers. 44. συλλογισμοὺς ἀναλύσασα ὡς Χρύσιππος. „Diogen. Laërt. in vita Chrysippi, lib. VII. 180. Οὗτος δ' ἀπίδοξος ἐν ταῖς διαλεκτικοῖς ἐγένετο, ὥστε δοκεῖν τοὺς πλείους, ὅτι, εἰ παρὰ θεοῖς ἦν ἡ διαλεκτική, οὐκ ἂν ἦν ἄλλη ἢ ἡ Χρυσίππειος. Scripsit autem Chrysippus περὶ τῆς Ἀναλύσεως τῶν Συλλογισμῶν, *de Syllogismorum resolutione*. Laërt. in vita, sect. 195." VPTON. — ὡς Χρύσιππος primus edidit Cantabrigiensis, inde Lond. anonymus & Vpton. Superiores, ὡς Χρύσιππον, perperam; sic quidem & codd. nostri.

Ibid. Οὐδὲ ἄν. Sic esse in ed. Salmant. docet Vptonus. Nec dissentit Ven. in quo quidem junctis vocibus οὐδέν. Caeteri omnes edd. οὐδὲν, quod & Vptonus tenuit. Sed οὐδὲ ἄν pbc. & οὐδεέν pa.

Vers. 45. οὐδενὸς ἄξιχ, *nullius pretii, sc. per se; per se nihil dignationis habentia.*

Vers. 46. καταβάλλειν. μεταβάλλειν po. & mox rursus idem μεταβάλλω.

Ibid. περὶ τοῦτα ἀκαταλημπτικῶς ἔχειν. „Sic nostri codex. Alii καταλημπτικῶς. Quid si ἀκαταλήπτως? [ἀκαταλήπτως voluit.] nisi eodem modo usurpetur." VPTON. — Nostri libri id, quod olim vulgatum erat, περὶ ταῦτα καταλημπτικῶς, tenent; quod ipsum, si levissima

vissima mutatione scribas, *περὶ ταῦτ' ἀκαταλήκτως*, non differt ab eo quod suo e codice Vptonus adoptavit. In eamdemque sententiam veteres etiam interpretes, Wolfius Schegkiusque, hunc locum acceperant. Ego vero, pulcre guarus, *ἀκαταλήκτως* recte dici, pro *ἀκαταπαύστως, indesinenter; ἀκαταληκτικῶς* illegitimam esse formam (quod & Vptonus suspicatus erat) pæne persuasum habeo, conf. Adnot. ad I. 22, 18. & ad III. 19, 6. Sed, ut dicam quod sentio, ne *ἀκαταλήκτως* quidem, hoc loco, & in hac constructione, satis placet: denique proxime absum, ut unice probem id quod a Salmasio propositum video, *τὸ περὶ ταῦτα κατατληκτικῶς ἔχειν*, id est, *hæc potissimum admirari, hæc maximi facere, his præcipuum studium tribuere. κατατληκτικῶς ἔχειν περί τι*, idem valet, ac *κατατλήγεσθαί τι, θαυμάζειν, τεθηπέναι τι.*

CAPVT XXIV.

1. Πρός τινα τῶν οὐκ ἠξιωμένων ὑπ' αὐτοῦ. Restitui hoc ex edit. Ven. & Bas. cum quibus, ut Vptonus docet, consentit editio Salmantica. Id posteriores editores, atque ipse etiam Vptonus, cum *Πρός τινα τὸν οὐκ ἠξιωμένον* commutarunt: non incommode quidem, sed præter necessitatem, & invitis scriptis libris omnibus.

Vers. 1. *αἰτεῖν τι μοι. αἰτεῖν μοι τί* pb.

Vers. 2. *εἶναι τέχνη. τέχνην εἶναι* pb.

Ibid. οὕτω δή. Forsan *οὕτω δή.*

Ibid. ὁ δὲ μὴ ἔχων, ἀκαίρως; Male pc. *ὁ δὲ μὴ ἔχων ἐμπείρως· οὐ; δοκεῖ.*

Vers. 3. *ἐμπείρως ἂν λέγοι. λέγῃ* pa.

Ibid. τῆς τοῦ λέγειν. Caret *τῆς* pb.

Vers. 9. *τὸ τελείως καὶ ὠφελίμως*, nempe *λέγειν καὶ ἀκούειν.* Ac *de perfectione quidem*, ait, *& de utilitate, si vis, nunc taceamus.* Id est: Non id nunc quæramus, an ego consummatus sim in arte dicendi, & an tu bene præparatum animum habeas, ad verissimum fructum e sermonibus philosophicis percipiendum. Id unum videamus, an ad audiendum satis præparatas aures tu habeas; an intelligere saltem & mente adsequi valeas philosophi disputationem.

Vers.

Vers. 10. πῶς ἄν τις ἐμολογῆσαί μοι δοκεῖ. Commodius fortasse ita scribemus, πῶς ἄν τις ἐμολογήσαι μοι δοκεῖ, ut ἐμολογήσαι fit tertia persona optativi. Atque ita scriptum in nostro pc.

Ibid. ποσῆς. Sic scripsi pro eo quod vulgo pessime scriptum erat πόσης. Parique modo vers. 12. ποσὸν, pro vulgato πόσον. πόσος est *quantus*; ποσός, *aliquantus*. Et hoc quidem loco ποσῆς habet etiam pc. sed in mendosum πόσον vs. 12. consentiunt libri omnes. τελλῆς hic pro πόσης legendum suspicatus erat Meibom.

Ibid. περὶ τὸ ἀκούειν. „Forte περὶ τοῦ ἀκούειν." VPTON. — Immo vero τριβὴν ἔχειν περί τι recte dicitur, non περί τινος. Adeoque etiam τριβῆς περί τι προσδεῖσθαι. Habet tamen περὶ τοῦ ἀκούειν noster pc.

Vers. 11. Possunt interrogative hæc accipi, Περὶ τίνος οὖν λέγω πρὸς σέ; & separari a sequentibus. *De quanam igitur re dicam tibi? Ostende tu ipse!* &c. Mox post Περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν; interrogationem indicavi, ut monuit Wolfius. Post τίνας; monente eodem, jam superiores editores interrogandi signum posuerant. Ante Wolfium juncta erant ista, Περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν τινος. & adfirmative expressa, ut auditoris verba.

Vers. 12. τίς ἡ ἔννοια; &c. Male vulgo adfectus locus, ante Vptonum sic legebatur: τίς ἡ ἔννοια, ἣν ἔχομεν καὶ κατὰ πόσον, περὶ τὰ ὦτα τετριμένα; Vbi hæc notavit WOLFIVS: „Fortasse καὶ κατὰ ποσὸν περὶ τὰ ὦτα τετρίμεθα; a τρίω, unde Herodotus τέτριγα ὑρυχίης. Aut τετρίμεθα, a τρίβω, *& exercitatas non nihil aures habemus.*" — VPTONVS, nihil in contextu mutans, nisi quod περὶ τοῦ τὰ ὦτα scripsit, in Nota hæc monuit: „Nostes codex περὶ τοῦ τὰ ὦτα τετρ. qua particula inserta, nullo modo fit contextus emaculatior. Forsi. ὦτα τετριμμένα, *aures exercitatæ*, a τρίβομαι. Vide supra [vs. 10.] πόσης γέ τινος τριβῆς. Ex quo loco supplendus est contextus; omittitur enim ἀκούειν, & ἔχομεν inferius poni debet. Hoc modo: τίς ἡ ἔννοια; καὶ κατὰ πόσον περὶ τοῦ ἀκούειν τὰ ὦτα τετριμένα ἔχομεν; *Scimusne, quæ natio sit?* (Vide II. 11, 7. II. 17, 7.) *& quatenus in audiendo aures exercitatas habeamus?*" — Ego & interpretum horum monitis utens, & scripturæ vestigiis, quoad fieri potuit, presse inhærens, proxime a vero abfuturam mihi persuasi eam rationem, quam ad sanandum hunc locum adhibui: Τίς ἡ

ἡ ἔννοια ἣν ἔχομεν; ἢ ἔχομεν καὶ κατὰ ποσὸν περὶ τοῦτο τὰ ὦτα τετρημένα; Vide loca ab Vptono citata; & confer Adnot. ad I. 18, 8. ἔννοια ἣν ἔχομεν, *notio quam habemus animo conceptam & involutam.* Fortasse vero satis etiam fuerat: Τίς ἡ ἔννοια; ἢ ἔχομεν καὶ &c. cf. III. 13, 3. Et sic legi malim; ut vulgatum ἣν a male sedulo homine in locum particulae ἢ substitutum censeatur. Pro κατὰ ποσόν, quod duobus locis habebant omnes, κατὰ ποσὸν utrobique fuit scribendum, ut monui ad vs. 10. In ἣν ἔχομεν nil mutant nostri libri. Sed mox, περὶ τοῦ ὦτα pc. & περὶ τοῦ τὰ ὦτα pab. ut Vptoni codex; ubi fortasse duae voces τοῦ τὰ ex una τοὐτὸ sunt corruptae; nec enim opus est τὰ articulo ad ὦτα adjecto. In olim vulgatum τετρημένα consentit pc. κεντουμένα habet pa. sed τετρημένα pb. proxime ad verum accedens.

Ibid. Φύσις τί ἐστιν· τίς ἐστιν pc.

Vers. 14. ἢ ἀνομολογούμενόν ἐστιν, ἢ ἀσύμφωνον. Wolfius, *quid consentaneum sit, aut dissentaneum:* pariter Schegkius, *aut consentiens aut discrepans:* quam in sententiam etiam orationem vulgo distinguunt, τί τίνα ἀκολουθεῖ, τί τίνι μάχεται; ἢ ἀνομολογούμενόν ἐστιν, ἢ ἀσύμφωνον; ut inter se opposita intelligantur, quemadmodum ἀκολουθεῖ & μάχεται, sic ἀνομολογούμενον & ἀσύμφωνον. Quod quidem commodissimum foret, si modo vocab. ἀνομολογούμενον istam admitteret notionem. At licet verbum ἀνομολογέω (quemadmodum & supra ad titulum cap. 21. notavimus) idem ac ὁμολογέω valet; tamen participium vel nomen adjectivum, τὸ ἀνομολογούμενον, ut Lexicographi docent, constanter de *dissensu* & *discrepantia* accipitur; qua ratione etiam alio loco apud Nostrum eadem vocabula ἀνομολογούμενος & ἀσύμφωνος pro idem fere valentibus usurpantur. II. 14, 22. Itaque ut ea, quam volunt, sententia locum hic obtinere posset, aut ὁμολογ. ἢ ἀσυμφ. aut ἀνομολ. ἢ σύμφωνον fuerat legendum. At, si eam sententiam exprimere voluisset sive Epictetus sive Arrianus, non per particulam ἢ haec duo cum superioribus junctura erat, sed ita dicturus: τί τίνι ἀκολουθεῖ, τί μάχεται; τί τίνι ὁμολογ. ἢ ἀσυμφ. Nunc ipsa elocutionis forma indicare videtur, tria ista, τὸ μαχόμενον, τὸ ἀνομολογούμενον, & τὸ ἀσύμφωνον, ad idem genus pertinere. Itaque videndum, an tribus his vocabulis, ex sermone in Stoicorum scholis dialectico usitato, designentur tres diversi modi

modi quibus *enunciationes* inter se *oppositae* intelligi possunt; qua fere ratione Aristotelici *propositionum oppositarum* alias *contrarias* esse, alias *contradictorias*, alias *subcontrarias* dicere consueverant.

Vers. 15. τὴν μάχην τῶν πολλῶν ἀνθρώπων &c. „Vide II. 11, 13. II. 17, 14. III. 23, 34.“ VPTON.

Ibid. οὐκ εἰδότι; Sic invitis Libris utique scribendum putavi, pro οὐκ εἰδότα; in quod conjurarunt omnes. Manifeste ad tertium casum, τοί, qui est initio periodi, referri debuit hoc participium; neque excusationem admittere mihi visa erat ista ἀνακολουθία. Paulo ante, pro αὐτὸ τοῦτο τί ἐστι, minus commode αὐτὸ τοῦθ' ὅ ἐστι habet pc. Idem codex vers. superiori perperam bis omittit τί ante τίνι.

Vers. 17. Ἡ ἔμπαλος. ἢ ἔμπαλος pa.

Ibid. μή τι λέγει. λέγῃ pa. male.

Ibid. ἀλλ' αὐτῇ δι' αὐτῆς. „Repone: Οὔ· ἀλλ' αὐτῇ.“ VPTON. — At commode in mente intelligebatur negans particula, nec adjecta opus est in conciso Epicteti sermone. Ipse modus quo pronunciabatur interrogatio, satis indicabat negationem rei. At hoc quidem loco cum praecedens mox in ου desinat, facile absorberi particula οὔ, si modo eam adjecerat Arrianus, librariorum negligentia potuit. Sed omnino illa dictionis formula, ubi ante ἀλλὰ supplenda negans particula οὔ statuitur, alia etiam ratione eaque simpliciori expediri potest; scilicet ut illud membrum orationis, quod ab ἀλλὰ incipit, paritet atque id, quod praecessit, interrogative accipiatur, & ἀλλὰ *annon vero*, *annon potius*, vertatur; quam rationem h. l. iniimus. Conf. not. ad I. 29, 66. & ad II. 8, 26. Pro δι' αὐτῆς, suo more Vptonus δι' αὑτῆς scripserat; & sic pb.

Vers. 18. συνέρπειν. συνερπίζειν pa.

Ibid. πρὸς τὸ συμψελλίζειν. συμψελλίζειν pa. πρὸς τὸ h. l. caret pb. percommode.

Vers. 19. ὁ ἀγνοῶν. Caret ὁ pc.

Ibid. μήτε διαιρῶνται ταῦτα. „Sic ms. Paris. [Immo sic pabc.] Alii libri μή τι.“ VPTON.

Ibid. δοκῶν μέν τις εἶναι. „τις pro τι reposui ex nostro codice.“ VPTON. — Per se utrumque recte dicitur, δοκῶν τι εἶναι, & τις εἶναι. Sed quod sequitur οὐδείς, id utique τις in masc. hic requirebat: post τι oportebat οὐδέν

οὐδὲν, quemadmodum μηδὲν habes in Epist. Pauli ad Galat. 6, 3. & apud Platon. in fine Apol. Socr. ἐὰν δοκῶσί τι εἶναι, μηδὲν ὄντας. In μέν τις consentiunt h. l. pabc.

Vers. 20. παρὰ ταύτην τὴν ἄγνοιαν. „Vide I. 26, 6.“ VPTON. — Adde II. 22, 22. παρ' αὐτὴν τὴν ἄγνοιαν pb.

Vers. 21. διὰ τί ἀλλήλοις διαφέρονσι. Sic recte Vpt. Olim δὴ ἀλλήλοις. Vbi: „Fortasse διὰ τί ἀλλήλοις.“ WOLF. — „Huic emendationi astipulatur noster codex. Confer autem I. 26, 5 sqq.“ VPTON. — Eodem modo etiam emendaverat Salmasius. δὴ ἀλλήλοις habet noster pa. cum olim editis. διὰ τί pc. cum Vpt. Vtrumque (& δὴ & διὰ τί) deest in pb. διάφορον in activo scribit pc. διαφέρονσο mendose ed. Ven. & Bas. Recte διαφέρονσθε ceteri edd. & mssti.

Ibid. ἐληλύθεσαν. Sic commode pabc. Perperam ἐληλύθησαν ed. Ven. & Bas. quod in ἐληλύθεισαν mutarunt posteriores editores.

Vers. 22. ἢ πολεμήσων; Πολεμήσων. Τίσι; Cum abesset olim alterum πολεμήσων, repetendum illud participium perspecte viderat Wolfius; & adjecit Vptonus, suffragante ipsius codice, cum quo & facit noster pc.

Vers. 23. Ὦ λαοὶ τ' ἐπιτετράφατε &c. „Hunc Homeri versum, qui extat Iliad. B'. vs. 25. ex nostro codice in contextum revocavi. In editis omnibus desideratur libris.“ VPTON. — Ignorant eumdem nostri codices.

Ibid. κομψοῦ ἀρχιερέως. „Fortassis τοῦ κομψοῦ ἱερέως (Chryses enim ἱερεὺς apud Homerum & ἀρητὴρ dicitur) ὃς ὑμᾶς τοὺς καλοὺς μονομάχους &c. Sententia est, sacrificulum barbarum tractasse ut decuerit Græcos, & sui officii fuisse memorem; Agamemnonem vero & Achillem contra; quos falsе admodum gladiatores vocat, ut Cicero in Philippicis Antonios.“ WOLFIVS.

Vers. 24. οὐ κάλλιον, καὶ ξανθόν. „Elegans coma esse potest, etiam non flava. Is igitur, cum quo agit Epictetus, flavam comam non habuit: alioqui μᾶλλον ξανθὸν vel ξανθότερον legerem. Sed quid de illius coma laboramus, quem Epictetus vix responso dignatus est.“ WOLFIVS. — Flavum in coma colorem præcipue laudatum fuisse Græcis Romanisque, satis notum.

Ibid.

Ibid. καὶ οὐκ ἐκτένιζεν. Carent καὶ pab.

Ibid. ἔπλυνεν. ἔπλυνε pc.

Vers. 25. δύναται λίθον ἄραι ἡλίκον ὁ Ἕκτωρ ἢ ὁ Αἴας. „Vide ad Il. 9, 22.“ VPTON. — λίθον δύναται ἄραι pb. Artic. ὁ ante Αἴας deest pc.

Ibid. κλαίῃ δὲ τὸ κοραλλίδιον. „Iliad. ε. 349.“ VPTON.

Vers. 26. πῶς κέχρηται τοῖς δεινοτάτοις τῶν Ἑλλήνων &c. „Vide Homer. Iliad. l.“ VPTON. — τῶν Ἑλλήνων recte ex Ven. restituit idem editor; neque aliter dant mssti. Temere καὶ Ἑλλήνων Bas. & seqq.

Ibid. πῶς αὐτοὺς ἀστόμους πεποίηκε. Sic primus edidit Vptonus. Ante eum omnes αὐστόμους, quamquam jam pridem WOLFIVS reclamaverat: „Immo potius ἀστόμους. *Obturavit legatis os Achilles;* infecta certe quidem re dimisit eos, ut Homerus Iliados IX. scribit. Puerile erratum αυ pro α, supra sæpius a nobis annotatum, turbare neminem debet, aut movere, ut ναῦφι φάρμακα quærat. Tu, lector, considera & rationem grammaticam, & historiam, & sententiam auctoris, & Νᾶφι, καὶ μάνησ' ἀπιστεῖν, ἄρρα ταῦτα τῶν φρενῶν. Nisi forte propter librarios aut imperitos, aut negligentes, aut perfidos, plecti mavis.“ — „Clare exhibet ἀστόμους noster codex.“ VPTON. Sic & noster cod. pc.

Vers. 28. Εἰς τί γὰρ ἀτιδὼν ἐρεθισθῶ. *quam vero rem intuens ego inciter?* Vulgo omnes ἐρεθίσω, edd. & mssti, nulla sententia; quod miror Vptonum etiam tenuisse. Ego WOLFIVM probavi, monentem: „Lego, ut sententia postulat, ἐρεθισθῶ.“ — Eamdem emendationem commendaverat Salmasius. Sed quo pacto sequentia verba, ὡς οἱ ἱππικοὶ περὶ τοὺς ἵππους τοὺς εὐφυεῖς, idem Wolfius sic vertere potuerit, *ut ab equitibus equi generosi*, equidem non perspicio. Eamdem tamen verbionem Vptonus tenuit. Ego ita intellexi: ὡς οἱ ἱππικοὶ ἐρεθίζονται περὶ τοὺς &c. *quemadmodum equites*, vel *equorum & equitationis studiosi incitantur intuitu equorum generosorum.*

Ibid. Εἰς οὐδέν. Cum interrogandi signum post οὐδὲν vulgo ponerent omnes, recte Vptonus in Notis monuit delendam interrogationem.

Vers.

Verſ. 29. Ὅταν ἀκοῦσαι θέλῃς. „Ὅταν οὖν lege.“ VPTON. — Mihi vero perapte & percommode ἀσυνδέτως iſta dicta viſa erant.

Ibid. Tria verba, ἄξιον ἢ ἐπιτήδειον, deſunt in pab.

CAPVT XXV.

Πῶς ἀναγκαῖα τὰ Λογικά. „Vide lib. I. cap. 17. ὅτι ἀναγκαῖα τὰ λογ. & quæ ibi notantur.“ VPTON.

Verſ. 3. ἀναγκ. ἢ οὐκ ἀναγκ. ἐστίν. In pc. ſic ſcribitur, πότερον ἀναγκαῖα ἐστὶ, καὶ οὐκ ἀναγκαῖα. Male καὶ pro ἢ, cæterum ſatis placet mutata verborum ſeries.

CAPVT XXVI.

Verſ. 1. Πᾶν ἁμάρτημα μάχην περιέχει. *In omni peccato repugnantia ineſt.* „Supra II. 1, 23. οὐδεὶς ἁμαρτάνων ἐλεύθερός ἐστι.“ VPTON.

Ibid. κατορθῶσαι. κατορθοῖν pb.

Verſ. 2. Τί γὰρ ὁ κλέπτης θέλει; Πρᾶξαι τὸ &c. Sic veteres editiones verba diſtinguebant; concinnius, ut mihi videtur, quam Vptonus, qui in hunc modum edidit: Τί γὰρ ὁ κλέπτης θέλει πρᾶξαι; Τὸ &c. Quamquam cum Vptono & codices noſtri pab. hactenus quidem faciunt, quod poſt θέλει nullam diſtinctionem inſerunt: cæterum poſt πρᾶξαι hi nudum comma ponunt. Denique pc. ſic: Τί γὰρ, ὁ κλέπτης θέλει τὸ αὐτῷ συμφέρον· omiſſo verbo πρᾶξαι.

Ibid. τὸ αὑτοῦ συμφέρον. Vulgo τὸ αὐτῷ συμφέρον edd. cum pac. & Vptonus quidem ſuo more αὐτῷ, cum Lond. anon. Equidem αὑτοῦ prætuli, quod ph. dabat: ſic enim & aliàs τὸ ἐμὸν συμφέρον & τὸ ἴδιον συμφέρον dicere Noſter ſolet. I. 22, 14. I. 19, 15. II. 22, 15. Cæterum ad iſta verba, hæc adnotavit VPTONVS: „Ecce finem humanarum actionum! τὸ συμφέρον. Nunquam tamen utile cum honeſto pugnat: itaque *eos exſecrari ſolitus eſt Socrates, qui hæc, natura cohærentia, opinione distraxiſſent.* Vide Cic. Off. lib. III. [c. 3. ubi continuo ſic pergit: *Cui quidem* (Socrati) *ita ſunt Stoici aſſenſi, ut, quidquid honeſtum eſſet, id utile eſſe cenſerent: nec utile quidquam, quod non honeſtum.*] Sed primum locum in actionibus humanis tenet τὸ συμφέρον, *utile.* Ita Socrates apud Xenoph. Ἀπομν. lib. III. c. 9. ſ. 4. Πάντας γὰρ οἶμαι προαιρουμένους, ἐκ τῶν ἐνδεχομένων,

μένων, ἃ εἴωσι συμφορώτατα αὐτοῖς εἶναι, ταῦτα πράττειν. Omnes enim arbitror eligentes, quoad ejus fieri potest, quae existimant quam maxime sibi utilia, ista agere. Ita legendus iste locus, & interpretandus, quem nunc sic legunt & interpretantur: Πάντας γὰρ οἶμαι προαιρουμένους ἐκ τῶν ἐνδεχομένων ἃ οἷόν τε συμφορώτατα αὐτοῖς εἶναι, ταῦτα πράττειν. *Etenim omnes arbitror eligentes ex iis quae fieri possunt, quam maxime ipsis utilia, illa agere.* Hæc Vptonus. — At *utilitatis* respectum utique ponebant quidem Stoici in illis primis naturæ commendationibus atque invitamentis, quibus homo primum ad agendum impellitur, sine quibus nulla existere posset in vita humana actio, & quæ evelli ex hominum natura nec possint nec debeant: sed, *finem humanarum actionum*, ut vult hic Interpres, *esse* τὸ συμφέρον, id vero numquam Stoici dixerunt, nisi ea ratione quam supra ad I. 19, 11. exposuimus. Alioquin, *honestum & virtutem per se expetenda esse*, qui contendere potuissent? in quo cardo vertitur Stoicæ rationis. Immo vero, ut perspecte apud Ciceronem Stoicus dicit, de Fin. III. 7. *cum omnia officia a principiis naturæ proficiscantur, ab iisdem necesse est* (quidem) *proficisci ipsam sapientiam: sed, quemadmodum saepe fit, ut is, qui commendatus sit alicui, pluris eum faciat, cui commendatus sit, quam illum, a quo; sic minime mirum est, primo nos sapientiae commendari ab initiis naturae, post autem ipsam sapientiam nobis cariorem fieri, quam illa sint, a quibus ad hanc venerimus.* conf. ibid. cap. 6. & Nostrum lib. III. c. 3.

Vers. 3. διαβέβληται πρὸς μάχην. cf. Enchir. c. 33, 13. & quæ ibi notamus in Var. Lect.

Ibid. μέχρι μὲν ἂν μὴ παρακολουθῇ τούτῳ, ὅτι ἐν μάχῃ ἐστιν. μέχρις ἂν μὴ pc. Particulam ὅτι ex ed. Ven. restitui, (cum qua faciunt codd. pabc.) unde commodissima verissimaque existebat sententia. Importune ὅ, τι dabat ed. Bas. quod tenuere reliquæ omnes: quod & Wolfio fraudi fuit & Vptono, qui sic vertebant: *quoad id, de quo pugnatur, non assecutus fuerit.* Vt hic, ὅτι ἐν μάχῃ ἐστιν, sic mox ait ὅτι ψευδός ἐστι.

Ibid. οὐδὲν κωλύεται. „Potius κωλύει, nisi malis οὐδὲν adverbialiter." VPTON. *in Addendis.* — Nihil fere impedire videtur, quominus κωλύεται passive accipiamus, & οὐδὲν adverbialiter.

Ibid.

Ibid. παραπολουθήσαν]α. Sola ed. Baſ. παραπολουθήσασα dabat, ex conjectura puto editoris, qui fœmininum hic deſiderari putavit, ob præcedens ψυχή. At ſic oportebat παραπολουθήσασαν in accuſ. quod lubens equidem acciperem ſi libri darent: ſed maſculinum tenent ſcripti libri omnes. Nunc, quamquam fit ἀνακολουθία quædam ſermonis, ferendum putavi maſculinum, quod ipſum etiam poſteriores editiones ex principe Ven. reſtituerunt.

Ibid. ἀπὸ τοῦ ψεύδους ἀναναῦσαι πολλὴ ἀνάγκη. „Vide IV. 1, 2. πολλὴ vero, pro πυρὰ, repoſui ex noſtro codice." VPTON. — πυρὰ h. l. dabant ſuperiores edd. omnes; ſic & pac. ſed πολλὴ pb.

Verſ. 4. παραδεῖξαι τὴν μάχην καθ' ἣν ἁμαρτάνει. Vulgo omnes (edd. & mſſti) τὴν καθ' ἣν ἁμαρτ. quod & Vptonus tenuit, nil aliud ad h. l. monens, niſi quod WOLFII Notam retulit: „Fortaſſe, τὴν μάχην." — Ego illud vocabulum, omnino neceſſarium, in contextu reponere non dubitavi. Vide & ſuperiora & mox vſ. 7.

Verſ. 5. αὐτὸς ἀφ' αὑτοῦ ἀποχωρήσει. „At in Epiſt. Arriani ad L. Gellium vſ. 8. eſt αὑτοῦ ἀφ' αὑτῶν. Vide ibi notata." VPTON. — At ibi diverſa ratio. ἀφ' ἑαυτοῦ eſt, *ſeorſim ab aliis, ſolus per ſe.* ἀφ' αὑτοῦ eſt, *ſua ſponte, proprio motu.* Poterat αὐτὸς ἀπ' αὐτοῦ dicere; ſed nunc quidem in ἀφ' αὑτοῦ, cum aſpero ſpiritu & aſpirata litera, conſentiunt libri. Vna ed. Gen. ἀφ' αὐτοῦ habet, manifeſto operarum errore in Col. propagato.

Ibid. μέχρι δὲ μὴ δεικνύῃς. δεικνύεις pb. ſic & pc. ſed in hoc ſuperne δεικνύῃς notatur.

Verſ. 6. Διὰ τοῦτο καὶ Σωκράτης &c. „Vide ſupra ad II. 12, 5." VPTON.

Ibid. εἴωθα. εἴωθα ſola ed. Baſ. operarum errore.

Ibid. τῷ προσδιαλεγομένῳ. Sic recte ed. Cant. & ſeqq. cum pabc. Perperam προδιαλεγ. editt. vett. quod corrigere etiam juſſerat Salmaſ.

Verſ. 7. ᾗδει. Sic pb. cum edd. ᾗδη pac. non male, ſi ſubjecto jota ᾗδῃ ſcriberetur.

Ibid. ὑπὸ τίνος λογικῆ ψυχῆ &c. Vulgo abſque aſteriſco edebatur hic locus, & oratio ſic diſtinguebatur: ὑπὸ τίνος λογικῆ ψυχῆ κινεῖται ζυγῷ, (ed. Baſ. comma non poſt ζυγῷ, ſed ante ponit; Ven. plane caret) ἕκαστα ῥᾴψει ἂν τε θέλῃ ἄν τε μή, λογικῷ ἐγκαμπῇ. δείξον

μάχην, &c. Ibi. WOLFIVS: „Corruptum locum esse puto. Constructio certe dura est & imperfecta. Quid si? ὥσπερ ἐπὶ ζυγῷ, ἕτερα ῥέψει ἂν τὰ θέλῃ ἄν τι μή, ἐπὶ τὸ λογικόν τε καὶ ἡγεμονικόν. Qui meliorem conjecturam invenerit, ea utatur. Nam hæc ne mihi quidem satisfacit." — UPTONVS: „Omissa sunt quædam. Quam multa in hisce libris! Ἥδει γὰρ ὑπό τινος λογικῆς ψυχῆς κινεῖται. * * * ζυγῷ, ἕτερα ῥέψει, ἄν τι θέλῃ, ἄν τι μή. Λογικῷ ἡγεμονικῷ δεῖξον μάχην &c. Sensus facile suppleri potest: verba non item. Τάχα δὲ facit, ut mens eo vergat, non aliter ac lanx in libra ponderibus impositis deprimitur. *Norat enim* Socrates, *ex qua re rationalis animus moveatur.* Injice pondus *in lancem; deinde verget, velit, nolit. Rationali* ἡγεμονικῷ *ostende pugnam* &c. Vel forsan: Ἥδει γὰρ, εἴ τῇ τινος λογικῆ ψυχὴ κινεῖται, ζυγὸς ἕτερα ῥέψει, ἄν τι θέλῃ, ἄν τι μή. Λογικῷ ἡγεμονικῷ δεῖξον &c. *Norat enim, si aliqua ex re moveatur rationalis animus, lanx deinde verget, velit, nolit,* &c." — In Indice, ad voc. ζυγός, idem Vpt. Ciceronis verba retulit ex Acad. IV. 12. e quibus hic locus supplendus: *Ut enim necesse est, lancem in libra, ponderibus impositis, deprimi; sic animum perspicuis cedere.* Ego in contextu lacunam indicavi; quo modo eam supplerem, nihil certi habui. Cogitaveram κινεῖται ὁμοίως ζυγῷ, sed mera ea hariolatio. Nihil adjuvant libri nostri, neque mutant quidquam. Distinctionem post ζυγῷ ponit pb. post κινεῖται pc. neutro loco pa. Post ἡγεμονικῷ punctum ponunt pab. comma pc.

Ibid. δεῖξον μάχην, καὶ ἀποστήσεται. „Egregius hac de re locus apud Plethonem extat; quem, propter importunitatem disputationum & disfidiorum nostri seculi ascribere visum est. Is igitur: *Cum*, inquit, *nobis constet, in nostra situm esse potestate, ut nostras res arbitratu judicioque nostro administremus, in aliorum vero animos nihil juris habeamus, sed necesse esse ut suas etiam illi sequantur opiniones, nec fieri posse ut aliud agant nisi quod bonum eis & rectum videatur: aut demonstrandum eis est, e re ipsorum etiam fore si in nostram sententiam ierint; aut, quamdiu id facere non potuerimus, nos potius, qui illis aliud persuadere non possumus, culpandi sumus, quam illi. Quamobrem præclarum fuerit, meditatum id habere, ne hominibus irascamur.*" WOLFIVS. — Pro καὶ ἀποστήσεται, est διαστήσεται in pc.

Ibid.

Ibid. ἐὰν δὲ μὴ δεικνύῃς, αὐτὸς σαυτῷ μᾶλλον ἐγκάλει. αὐτὸς αὐτῷ dabant edd. omnes cum pab. ubi in promtu erat, cum Meibomio αὐτὸς σαυτῷ corrigere, quoniam præsertim litera prima σ persacile ab ultima litera vocis præcedentis poterat expelli. Sed & ipsum illud αὐτῷ ferri poterat, idem in hac connexione ac σαυτῷ valens; quin & eadem notione αὐτῷ etiam licuerat scribere. vide ad I. 6, 35. III. 1, 15. IV. 1, 110. At quoniam nunc codex noster pc. (in quo vix quidquam ullibi ex ingenio mutatum reperias) diserte αὐτὸς σαυτῷ scribit, amplectendum hoc putavi. De re hæc adnotavit VPTONVS: „Confer II. 12, 4. III. 24, 23. Sic M. Antonin. V. 28. Κίνησον λογικῇ διαθέσει λογικὴν ἐνέργειαν. δείξον, ὑπόμνησον. εἰ γὰρ ἐπαΐει, θεραπεύσεις, καὶ οὐ χρεία ὀργῆς. Et X. 4. Εἰ μὲν σφάλλεται, διδάσκειν εὐμενῶς, καὶ τὸ παρορώμενον δεικνύναι. εἰ δὲ ἀδυνατεῖς, σεαυτὸν αἰτιᾶσθαι, ἢ μηδὲ αὐτόν. (non σαυτόν.) *Si fallitur iste, fac doceas comiter, & errorem ostendas; si vero hoc nequeas, te ipsum culpa, vel certe non illum.*" — De Emendatione apud Antonin. proposita non adsentior viro docto: nec enim ἢ μηδὲ αὐτὸν sonat *vel certe non illum*; & omnino emendatione nil opus. ἢ μηδὲ σεαυτὸν ait philosophus, *aut ne te quidem.* Nempe, si tu feciſti quod tui erat officii, & quod in tua fuerat potestate, quamvis nihil profeceris, culpare te non debebis. Nempe, ut ait Epictetus noster in Enchiridio, cap. 5. Ἀπαιδεύτου ἔργον, τὸ ἄλλοις ἐγκαλεῖν ἐφ' οἷς αὐτὸς πράσσει κακῶς· ἠργμένου παιδεύεσθαι, τὸ ἑαυτῷ, πεπαιδευμένου, τὸ μήτ' ἄλλῳ μηδ' ἑαυτῷ.

NOTAE AD EPICTETI DISSERTATIONES AB ARRIANO DIGESTAS.

LIB. III. CAP. I.

TIT. Περὶ Καλλωπισμοῦ. Sic h. l. ſcribunt omnes; ſed in Indice Capitum περὶ τοῦ Καλλωπ. ſcribit pc. „De *ornatu & cultu ſuperfluo* uſurpatur καλλωπισμός. Sic apud M. Antonin. I, 16. οὔτε πρὸς καλλωπισμὸν, οὔτε μὴν ὀλιγώρως. Vide quid Zeno dicit πρὸς τὸν καλλωπιζόμενον apud Laërt. VII. 17.“ VPTON. — In Salmaſii & Meibomii Emendationibus in Arriani Epictetum, a Reland editis, notatur h. l. p. 74. „Hoc caput ſubjungebatur Epicteti Enchiridio in codice Bibliothecæ Haunienſis, & collatum eſt cum msto a Cl. Meibomio.“ — Inde ductæ ſunt diverſæ lectiones, quas nota *Haſn.* inſignivimus.

Verſ. 1. ἠσκημένου. Sic recte ed. Gen. & ſeqq. cum pab. Temere ἠσκημένου ed. Ven. & Baſ. ἠρμοσμένου pc. quod vulgato non deterius, nec tamen ei præferendum.

Ibid. εἰ οὐ δεχοῦσί σοι. Sic correxi. Vulgo omnes, εἰ οὐ δοκεῖ σοι. Vbi — „Legendum fortaſſis, εἰ οὔ σοι δοκοῦσι κύνες τ' εἶναι καλοί.“ WOLFIVS. — „δοκεῖ σοι, pro δοκοῦσι, lapſus proclivis, & vix variat ſcriptura. εἰ οὐ δοκοῦσι κύνες.“ VPTON. — Ego pronomine σοι non facile careri poſſe putavi: ſed negans particula οὐ, ſi abeſſet, minime deſideraretur. Itaque vide, an ſic ſcripſerit Arrianus, εἰ σοι δοκοῦσι κύνες &c. Nihil adjuvant ſcripti libri. Ab olim vulgatis nil diſcedunt pab. In pc. vero deſunt hæc verba & ſeqq. usque δοκοῦσιν ἴδῃ, oculo librarii ab priori ἴδῃ ad poſterius aberrante.

Ibid. Poſt καὶ ἵπποι videtur intercidiſſe ἄλλοι δ' οὔ. vel ἄλλοι δ' αἰσχροί. aut aliquid in eam ſententiam, quo referebatur id quod ſequitur, οἰκεῖον καὶ ἀνθρώπου, οἱ μὲν καλοὶ, οἱ δὲ αἰσχροί.

Ibid.

Ibid. οὕτω τῶν ἄλλων. οὕτως Hafn. rursusque idem vs. 2. οὕτως δ' ὄψει. Et sic deinde constanter οὕτως ante consonantem, pro οὕτω; quem eumdem morem constantissime servat noster codex pa.

Ibid. τῶν ἄλλων ζώων ἕκαστον. ἑκάστων putabam legendum: sed nil variant libri.

Vers. 3. εἰ οὕτω τύχοι. τύχῃ pa. male.

Ibid. ἀποφήναιτ' ἄν. Perperam ἀπεφήναιτ' ἂν edit. fere omnes ante Vptonum, errore operarum ex ed. Bas. propagato.

Ibid. κράτιστ' ἔχει. ἔχοι pc.

Ibid. ἦ γὰρ οὔ; Sic recte Vpt. Ante eum edd. omnes ἦ pro ἦ, & sic pbc. Sed ἦ scribere jussit Salmas. & sic est in ms. Hafn. In pa. temere ᾗ scribitur absque accentu.

Vers. 5. τὸ παγκρατιαστὴν εἶμαι ποιῶν καλὸν, &c. „De diversa luctatorum, pugilum, cursorum inter se non modo sagina, sed fricatione & exercitatione, vide Pet. Fabr. in Agonist. lib. I. c. 31. & lib. III. c. 2.“ VPTON. Temere παγκρατιάστην penacute h. l. scribebatur in ed. Bas. & seqq. Recte Ven. cum mastis acute. Ad h. l. retulit Meibomius Aristotelis verba ex Rhetor. I. 5. Ὁ δυνάμενος τὰ σκέλη ῥιπτεῖν καὶ κινεῖν ταχὺ καὶ πόρρω, δρομικός· ὁ δὲ θλίβειν καὶ κατέχειν, παλαιστικός· ὁ δὲ ὦσαι τῇ πληγῇ, πυκτικός· ὁ δ' ἀμφοτέροις τούτοις, παγκρατιαστικός· ὁ δὲ πᾶσι, πένταθλος. Quæ tamen verba non satis valent ad id, quod ait h. l. Epictetus, declarandum. De Pancratiastis conf. ad II. 18, 22. παγκρατιστὴν perperam scriptum in pb. Mox prave πάλιν Ven. & pc. pro πάλην.

Ibid. δρομέα δὲ καὶ γελοιότατον. „Ideo γελοιότατον, quia παγκρατιαστὴν oportebat ἀναγκαιοφαγεῖν, & se pinguem reddere, sanguinis & succi plenum. Revera autem ridiculus, cursor pinguis.“ VPTON.

Vers. 6. Τί οὖν ποιεῖ ἄνθρωπον καλὸν, ἢ ὅπερ τῷ γένει καὶ κύνα καὶ ἵππον; *Quid igitur pulcrum facit hominem, nisi id quod in suo genere & canem & equum;* nempe, *pulcrum facit?* Post καλὸν delevi interrogandi signum, quod ibi posuerant ed. Bas. & sequentes; & ἢ ita accepi, ac si præcederet τί ἄλλο. vide ad I. 7, 16. Vptonus cum Wolfio, interrogatione post καλὸν posita, posteriora verba sic vertit: *numquid ipso genere illud,*

quod canem & equum? Quae interpretatio, ni fallor, saltem particulam ἤ per circumflexum, non gravem accentum scriptam desiderabat. Ad eadem verba, haec notavit WOLFIVS: „ἢ ὅτερ τῷ γένει καὶ κύνα καὶ ἵππον; *An id quod genere & canem & equum?* hoc est: homo pulcher est, qui naturae humanae lineamenta & formam conservat, nec ascititio fuco exornatur." — Verba ista, Τί οὖν ποιεῖ ἄνθρωπον — — Τοῦτο, ἔχῃ. desiderantur in mſ. Hafn. Contra, quae praecedunt, Τί ἴδιον; usque ἢ ἵππου παροῦσα, desunt in pb. ἢ vero, ante ἵππου παροῦσα, ignorant edd. ante Vpt. cum pa. Recte vero adjecit Vpt. cum pc.

Verſ. 7. Μὴ πρὸ. *Vide ne* &c. id est, *annon? haud dubie.* conf. ad I, 7, 15. Perinde vero est, sive ab adolescente dicta haec intelligas, sive ab Epicteto, nomine adolescentis.

Verſ. 8. ὅταν δίκα πάθους τινὰς ἐκαινῆς. „Potius δίκα πάθους τινὸς. *sine aliquo affectu.*" VPTON. — Equidem in vulgata adquiescendum putavi.

Ibid. Τοὺς ἐγκρατεῖς δ'. Caret δ' pa.

Verſ. 9. εἴσῃ ὅτι. Sic pab. cum edd. Sed ᾖσῃ pc.

Ibid. μέχρι δ' ἂν. μέχρις δ' ἂν pc.

Ibid. Φαίνεσθαί σε. Deest σε pb. non male.

Verſ. 10. οὐδ' εἰσελεύσῃ. Sic pb. cum edd. οὐκ εἰσελεύσῃ pac. Exspectaveram οὐκέτι.

Ibid. ἐγὼ δ' οὐκ ὠφελήσω σ' οὐδέν. „Ἐγὼ clare repraesentat noster codex: editio Bas. * ἔργῳ, & in marg. * ἐγώ. Codex Ven. & Salmant. ἔργῳ. Sed supra sic distingue: ὅρα οἷον ποιήσω, εἰ σὺ μὲν ἤρχῃ &c." VPTON. — Nempe in contextu post ποιήσω idem Vpt. cum aliis majorem posuerat distinctionem. Veram scripturam ἐγὼ ex conject. ad oram notaverat editor Bas. & in versione expresserat Wolfius; eamdemque ante Vptonum jam in contextum adoptaverant reliqui omnes editores. In mendosum ἔργῳ cum Ven. consentiunt Hafn. & pb. Sed ἐγὼ dant pac. Recte vero post ὅρα οἷον ποιήσω non punctum, sed nudum comma posuit pb. ut cum his verbis cohaererent illa, εἰ σὺ μὲν ἤρχῃ, quae in aliis libris interserto puncto ab istis distinguebantur. Ista separatio horum verborum a praecedentibus occasionem fortasse dedit scripturae, quam habet pc. εἰ σὺ γὰρ ἤρχῃ

χῃ, quæ commoda foret, si sequeretur apodosis, his verbis respondens.

Vers. 11. Πῶς δὲ καὶ ἐμόν ἐστι &c. Omnes vulgo Πῶς δὲ καὶ ἐμόν ἐστι &c. Vbi WOLFIVS: „Constructio & phrasis insolentior. Quid si legas? πῶς δὲ καὶ πρὸς ἐμοῦ ἐστι τὸ σαυτὸν περιιδεῖν ἀνεπιτρόφωτον; ut apud Sophoclem in Ajace: οὐ πρὸς ἰατροῦ σοφοῦ θρασεῖν ἐπῳδὰς πρὸς τομαῖσι πήμασι." — VRTONVS vero: „Vnde autem & meum erga te officium est, te incorrectum negligere? Sed mss. Paris. pro ἐμόν habet ὠμόν. Sic infra, vs. 24. [in eadem re] οὐ χρήσομαί σε ὠμῶς. Si hæc lectio placeat, pro δὲ καὶ repone δ' οὐχί, sic, Πῶς δ' οὐχὶ ὠμόν ἐστι &c. quo pacto non inhumanum est, &c." — Ego vero sicut recipiendum haud cunctanter ὠμὸν pro ἐμὸν, sic ferendum πῶς δὲ καὶ putavi. ὠμὸν habent duo Paris. pab. eamdemque scripturam e ms. Hafn. notaverat Meibom.

Ibid. ἐγκαλέσῃς. Recepi hoc ex pa. pro ἐγκαλέσεις, quod vulgatum erat. In ms. Hafn. desiderantur ista verba, ἢν ποτ' & sqq. usque ἐγκαλέσῃς.

Vers. 12. αἰσχρόμ. πρὸς αὐτὸν. εἰς αὐτὸν pb.

Ibid. καὶ μηδέποτε. καὶ ignorant vett. editt. cum pac. Tacite adjecit Vpt. recte vero; & agnoscit eam particulam noster pb.

Vers. 13. λόγου ἀκουστικός. Corrupte λόγουστικὸς pb, tum superne adscripta syllaba πει, ut sit λόγου πειστικός.

Ibid. ἐφ' ἡλικίας. Suspicabar ὑφ' ἡλικίας, *per ætatem, ob juvenilem ætatem.* Persæpe υ & ε, initio verborum, alii literæ connexæ, in currente scriptura ita inter se similes sunt, ut facile permutentur. At nihil hic mutant libri.

Vers. 14. Πολέμωνα. „Confer IV. 11, 30. Vide Valer. Max. lib. VI. c. 9. Diog. Laërt. in ejus vita. Horat. Sat. II. 3. vs. 253.

— — — Quæro, faciasne quod olim
mutatus Polemo? ponas insignia morbi,
fasciolas, cubital, focalia? potus ut ille
dicitur ex collo furtim carpsisse coronas,
postquam est impransi correptus voce magistri."

VRTON. Πολέμονα per o breve in penult. scribitur in Hafn. male. Pro τινα ποτ', sic scribit pc. τίνα ποτ', interrogative.

Ibid. τὰ δὲ παρεμπίπτοντα. Hoc adoptavi. Vulgo omnes τὰ μὲν περιαμμ. Sed VPTON in Notis: „Noſter codex τὰ δὲ, recte.“ — Fortaſſe tamen defendi vulgatum poterat. In δὲ conſentit pc.

Ibid. τίνος εἵνεκα τοιοῦτος. „Πορνοβοσκὸς eſt. Intelligit enim κιναίδου ἢ πόρνου, cinaedi aut ſcorti habitum.“ WOLFIVS. Conf. ad II. 10, 5.

Verſ. 15. Ἐγὼ οὐ λέγω. *Ego Epictetus.* Scribe intluſive: (Ἐγὼ — — ἐπιτηδεύουσι.)“ VPTON. — Ἐγὼ δ' οὐ λέγω pc.

Ibid. αὐτὸ ἐρεῖς. Exſpectabam αὐτός. Sed in vulgatum conſentiunt libri noſtri omnes.

Ibid. ὅταν εἰς ἑαυτὸν ἔλθῃς. Sic ſcripſi cum pab. & Hafn. εἰς αὐτὸν pc. nec id male. εἰς σαυτὸν edd. At idem valet ἑαυτὸν vel αὐτὸν atque σαυτὸν, quemadmodum I. 6, 35. αὐτῷ & αὐτοῦ pro σαυτῷ & σαυτοῦ poſita vidimus. cf. ad II. 26, 7.

Ibid. γνῶσῃ. γνῷς pc.

Ibid. τίνες αὐτὸ ἐπιτηδ. Perperam τίνι αὐτὸ Hafn.

Verſ. 16. ἢν ἐγκαλῇς. ὃν ἐγκ. pc.

Ibid. καὶ οὐ πεισθήσεται. An καὶ γὰρ οὐ πεισθήσεται. Sane non video, quamnam vim h. l. ſubjectam habeat καὶ particula, per ſe poſita.

Ibid. Τῷ γὰρ Ἀπόλλωνι ἐπείσθη ὁ Λάϊος; „Laius, Oedipi pater; cui de futura prole oraculum conſulenti reſponſum eſt, eum filii perituram manu. Euripid. Phoeniſſ. vſ. 13. ſqq. Ipſa oraculi verba meminit ibi Scholiaſtes. Ad hanc hiſtoriam Maximus Tyr. in Diſſert. [III.] Εἰ, μαίνῃς οὕτως, ἔστι τι ἐφ' ἡμῖν. Et Dion. Chryſoſt. in Orat. X. p. 149. Ὁ δὲ ἀφικόμενος εἰς Δελφοὺς, ἐπηρώτα τὸν θεὸν, ὅπως αὐτῷ ἔσοιντο παῖδες. ἔχρησεν οὖν, μὴ γεννᾶν, ἀλλὰ καὶ ἐκτιθέναι γεννήσαντα. Οὕτω δὲ ἀνόητος ἦν ὁ Λάϊος, ὥστε ἀμφότερα παρακοῦσαι τοῦ θεοῦ. καὶ γὰρ ἐγέννησε καὶ ἔθρεψεν. *Ille* (Laius) *veniens Delphos, interrogavit Deum, quomodo liberos gigneret? Qui reſpondit oraculo, ut ne prorſus gigneret, ſed & genitos exponeret. Ita autem ſtultus erat Laius, ut in utroque Deo non obtiniret, Namque & genuit, & ſuſtulit.* Verum enim vero in his verbis Dionis magna eſt confuſio. ἔχρησεν οὖν, μὴ γεννᾶν. Hæc ex oraculo. ἀλλὰ καὶ ἐκτιθέναι γεννήσαντα. Vnde hæc? Nam Oedipum Laius expoſuit: neque adeo, ut mox ſequi-

sequitur, in utroque Deo obtemperans non fuit. *καὶ γὰρ ἐγέννησε καὶ ἔθρεψεν.* Genuit quidem; sed non *ἔθρεψεν*, at exposuit. Verba quædam excidisse credo. Lego itaque: *ἔχρησεν οὖν, μὴ γεννᾷν, ἢ ἀπεκτεῖναι, καὶ μὴ ἐκτιθέναι γεννήσαντα. Respondit oraculo igitur, ut ne gigneret, aut ut genitum interficeret, & non exponeret.* In utroque, ut ait, Deo non obtemperavit; nam genuit, & aluit. *ἔθρεψεν* Oedipum Laius, vel causa erat alendi, quod non statim interfecit, ut in mandatis dabat Deus." VPTON. — Pro *ἐκείθη* citatur *ἐκέλευσε* ex Hafn. Voluerat *ἐκεῖθεν*.

Ibid. παρὰ τοῦτο, eam ob causam. Temere hoc solicitavit Meibomius, *πρὸς τοῦτο* commendans.

Vers. 18. *Διὰ τί δὲ Ἀπόλλων ἐστί;* Aberat hic olim *διὰ* præpositio; & ad *Τί δὲ Ἀπολ.* notaverat WOLFIVS: „Malim *διὰ τί δὲ*." — Adjecit voculam Vpton, suffragante ipsius codice, cum quo facit noster pb. Ad sententiam hæc monuit idem VPTONVS: „Respondet quæstioni per quæstionem: *Cur vero dixit? Cur vero Apollo est?* Hoc est idem ac si dixisset: Ideo dixit Apollo, quia Apollo est, quia reddit oracula, &c."

Ibid. Γνῶθι σαυτόν. „Vide ad I. 18, 7." VPTON.

Ibid. μηδενὸς αὐτὸ νοοῦντος. „Si scriptura non fallit, *ἁπαρβολὴ* videtur. Pauci enim intelligunt, quidnam id sibi velit. Pauciores tamen *τοιοῦτον, ἢ νοοῦσιν.* Nam ii quoque, qui intelligunt mentem in primis excolendam esse, segnius in eo elaborant." WOLFIVS. — Nempe vertebant: *cum nemo id intelligat;* quod quamquam & ipsum ferri poterat, commodius tamen duxi, *quamvis nemo animum advertat.*

Vers. 19. *Σωκράτης πάνυ ἄτοπα τοὺς προσιόντας;* „Minime: testes sunt Critias & Alcibiades. Vide Xenoph. *Ἀπομνημ.* lib. I. c. 2. f. 12." VPTON.

Ibid. ἀτεὶ δὲ αὐτὸν τὴν τάξιν ὑπὸ τοῦ δαιμονίου &c. „Ex Platonis Apol. Vide I. 9, 22 sqq. & ibi not." IDEM.

Ibid. ὡς φησὶν αὐτὸς, κατατετάχθη. Commode sic verba distinxit Vpt. monente Salmasio. Superiores, *ὡς φησιν, αὐτὸς κατατετ.* Sed Ven. nusquam comma habet.

Vers. 20. *Ἂν μ' ἀφῆτε.* Sic tacite correxit Vpton. Superiores omnes, *ἂν ἀφῆτε*, absque *μ'*. Sed adest pronomen in mss. Hafn. & in pabe.

Ibid.

Ibid. ταῦτα πρόσσω ἃ νῦν. Caret ταῦτα pb.

Ibid. ἃ καὶ νῦν συνδύνομαι. Caret h. l. καὶ pb.

Ibid. ὅτι ἐγγυτέρω μου. „μοι, Plato in Apol. sect. 31. [c. 17. ed. Forst. p. 91.] ὅσῳ μοι ἐγγυτέρω ἐστὶ γένει. Sed utroque modo recte: nam supra sect. 8. ἐγγυτάτω αὐτῶν.“ VPTON.

Vers. 21. Οἷον καὶ λέγεις; „Verba Socratis sunt, curiositatis crimen refutantis. [a se amolientis.] Nota οἷον relativum pro interrogativo τοῖον positum.“ WOLFIVS.

Ibid. ἀμελεῖς. ἀμελῇς pa.

Ibid. καὶ τοῖς συγγενέσι — — γείτοσι. Desiderantur hæc in Hasn.

Vers. 22. Σὺ οὖν τίς εἶ; „Verba adversarii, cur sive Socrates, sive Epictetus, (nam ad utrumque referri potest) munus arguendi & docendi homines sibi vindicet, cum idem alii non faciant.“ WOLFIVS. — Ad Socratem, non ad Epictetum, hæc referenda. Vide vs. 24.

Ibid. Post τολμᾷ ἀνίστασθαι olim αὐτῷ inserebatur. Vnde WOLFIVS: „Videntur verba inversa, sic corrigenda, ἂν δ' ὁ ταῦρος αὐτῷ προσελθὼν ἀνθίστηται. Nisi τὸ αὐτῷ κατὰ πλεονασμὸν accedat.“ — „Removimus αὐτῷ e contextu authoritate nostri codicis.“ VPTON. Etiam noster pb. recte ignorat αὐτῷ, sed idem male λέοντι paulo ante scripsit, pro λέοντι. De exemplo a *tauro* desumto conf. I. 2, 30. & ibi notata.

Ibid. λέγε αὐτῷ. Perperam & invitis libris omnibus legitur λέγει αὐτῷ in ed. Gen. Col. & Cant. Is error induxit Salmasium, ut pro ἂν σοι δόξῃ, quod sequitur, legendum suspicaretur ἂν οἱ δόξῃ.

Vers. 23. τῷ ἐξωμότῃ, Σὺ οὖν τίς εἶ; Sic edd. cum pc. consentiente (ut videtur) Vptoni codice. σὺ οὖν τί εἶ; Hasn. & pab. quo etiam pertinet, quod mox φωτὴν τοῦδον λαβὲν in neutro genere dabant editi, consentiente eodem Hasn. & pa. quod ipsum λαβὲν Vptonus etiam tenuit, monens licet: „Noster codex λαβών.“ — Ego, superius illud τίς tenens, λαβὼν hoc loco recepi, quod præter Vptoni codicem dabat noster pc. & pb. & sic etiam primum in pa. fuerat scriptum. Mox infra, in masculinum διαφέροντα consentiunt omnes.

Ibid. οἷον ἐν ἱματίῳ πορφύρᾳ. Conf. I. 2, 17 sq.

Vers.

Vers. 24. Τί οὖν; ἐγὼ τοιοῦτος; πόθεν; „Occupatio: ne videatur arrogans, se negat esse eximium illum: & tamen statim transit ad personam auditoris, ut ea agat quæ sunt eximii viri. Tractat hic Epictetus rhetorem rhetorice.“ WOLFIVS.

Ibid. σὺ γὰρ τοιοῦτος. Pro σὺ perperam σὸ habet pa.

Ibid. οἷος ἀκούειν ταλήθη; „Vide supra, lib. II. c. 24.“ VPTON.

Ibid. Ὄφελεν, nempe οὕτως εἶναι. Nisi ὄφελες scripsit, (nempe τοιοῦτος εἶναι.) aut ὄφελον, adverbialiter. ὤφελεν scribitur in ms. Hafn. & pc. quod fortasse verum. Sed idem codex Hafn. mendose ὤφελος dat infra, vs. 30. pro ὄφελος.

Ibid. ἐπεί πως κατεκρίθην. Sic nostri pabc. quos secutus sum, cum ἔπειτα vulgo esset editum.

Vers. 25. Φύσει ὁμολογουμένως. „Vide Diog. Laert. VII. 87. Cic. de Fin. II. 11. *Consentire naturæ; quod esse volunt, e virtute, id est honestate vivere; quod ita interpretantur, vivere cum intelligentia earum rerum, quæ natura evenirent, eligentem ea quæ essent secundum naturam, rejicientemque contraria.* Horat. I. Epist. 10, 12.

Vivere naturæ si convenienter oportet.“ VPTON.

Vers. 27. Ἄνδρα οὖν καλλωπιζῆ. Perperam οὐ pro οὖν habet pa.

Ibid. κἂν ἔχῃ τρίχας πολλάς. „Scilicet τρὶ τὸ στόμα, *si mulier multos pilos circum os habeat.* Tale monstrum vidi aliquando Lutetiæ, mystace nigro & incano fustæ magnitudinis, mento etiam piloso mediocriter. Fertur & in gynæconitide Alberti Bavariæ ducis esse mulier, promissa nigra barba.“ WOLFIVS.

Vers. 29. Οὐδεὶς οὐχὶ θαυμάσει τὴν προγραφήν. *Nemo non miraturus est istam inscriptionem.* Post προγραφήν edd. omnes cum pb. interrogandi signum ponebant: & vertit ista verba Vptonus cum Wolfio in hunc modum, *Estne qui scripturam illam non miraturus sit?* Schegkius: *neminem censes miraturum* &c. Sententia eadem; sed interrogationem in Græcis tollendam existimavi.

Ibid. παρακολουθοῦντας. παρακολουθοῦντας pb. male.

Ibid.

Ibid. ὁ ποιοῦσι, ποιεῖσιν. *facturos id quod faciunt.* Nil variant libri; & satis plana est sententia. At WOLFIVS in Notis sic citat Graeca: ὁ ποιοῦσιν ποιοῦσιν. Additque: „Malim ὁ ποιοῦσιν, ὁρῶσιν." — Quare apud Vptonum SHAFTESBVRIVS quaerit: „Vnde haec (Wolfii) lectio? Nam aliter textus & editt. Bas. & Gen." — Notatque VPTONVS: „Vide similem lapsum Wolfii ad Il. 23, 18. Anglice: *They do this, without attending that this is what they are doing.*" — At ex versione Wolfii intelligitur, operarum errore factum esse quod in Notis ejus bis, pro ποιοῦσιν, ποιοῦσιν scribitur; sed pro posteriore ποιοῦσιν censuisse eum ὁρῶσιν legendum, quasi ea quae sequuntur, ἄνθρωπα τί ἔχει &c. verba essent horum hominum. In quo quidem neminem facile, qui Graeca attente legerit, habebit consentientem. Pro eodem ποιοῦσιν Meibomius θαυμάσουσιν vel ποιήσουσιν voluerat. Basileensis editor asteriſco in ora hunc locum, ut corruptum, notavit: corruperat autem eumdem ipse, interrogandi signum interponens post ὁ ποιοῦσι.

Vers. 30. τίνι ἂν ἐκθεμοῦ. Sic rescripsi ex Ven. & mastis, ut postulabat grammatica ratio; vulgo ἐκθέμενο scribebatur, errore ex ed. Bas. derivato.

Vers. 31. οὐκ ἀρέσκει σοι τὸ πραγμάτιον. „*Tantula res te offendit*, scilicet pili barbae. Nisi forte pro πραγμάτιον aliud nomen sit legendum." WOLFIVS. — „Edit. Salmant. * πραγμάτιον, & in marg. σωμάτιον. Vide Indicem, in voce. Aliter tamen construi possunt haec verba: *At minime tibi placet tota res, &c.*" VPTON. — IDEMque in Notis: „Credat aliquis σωμάτιον legendum, sed nihil temere muto." — Permutata inter se habes vocabula σωμάτιον & πραγμάτιον, I. 29, 16. ubi vide notata. At hoc quidem loco non video quo pacto σωμάτιον desiderare aliquis possit; neque ullo modo solicitandum puto vulgatum. Neque vero in forma diminutiva vocis πραγμάτιον vim aliquam singularem nunc cum Wolfio quaesiverim. Ita familiariter usum videmus Epictetum diminutivis nominibus, ut confidenter pronunciare possimus, πραγμάτιον nihil aliud hic valere nisi πρᾶγμα, res. Vocabulum ὅλον cum πραγμάτιον junxerat Vptonus, monente Salmasio; quae ego rursus separanda putavi, ut erant in superioribus editionibus, consentientibus mastis.

Ibid.

Ibid. ὅλον δὲ ὅλων αὐτὸ ποίησον. „*Totum per tota ipsum facito.* Suspecta lectio. Fortassis ἀποτολμῆσον, *repudia.*“ WOLFIVS. — Hanc conjecturam, quamquam in contextum recipere non sum ausus, in versione expressi. In eamdem sententiam ipse Wolfius vertit, *prorsus id in omnibus repudiato.* Vptonus vero: *penitus unum idemque facito.* Quod si vera est vulgata scriptura, illud αὐτὸ ποίησον idem valebit ac id quod aliàs dicit τοῦτ' ἔστι ποίησις. Commode vero δι' ὅλων *prorsus*, *penitus*, interpretantur. Proprie, *per omnia*, i. e. *in omnibus*, *omni ex parte.*

Ibid. ἄφον — — τί τοῦτ' ἐκεῖνος; — — τὸ αἴτιον τῶν τριχῶν. *Tolle illud*, — — *quonam nomine adpellabo?* — — *quod est caussa istorum pilorum.* Intelligitur, dicere eum velle: *tolle omnia prorsus virilitatis signa.* Graeca verba quum continuo tenore, absque distinctione, vulgo scripta legerentur; VPTONVS illa, τί τοῦτ' ἐκεῖνο delenda censuit: „Verba ista ex margine, ait, desumta sunt, a nugatore aliquo adnotata. Vide III. 2, 15. τίνα τοῦτ' ἐκεῖνον; ubi dele ista nugatoria.“ — Cui & ego adsensus essem, nisi aliàs passim apud Nostrum eadem aut similis occurreret locutio; quam quidem ego h. l. eadem fere ratione accipiendam putavi, qua Wolfius interpretatur eam, quam habes III. 2, 15. ubi vide notata. cf. ad II. 20, 5.

Vers. 32. τοῖς κιναίδοις. Perperam & invitis mastis τοῖς κιναίδοις dabant ed. Ven. & Bas.

Vers. 33. ἐπὶ τοῦτο. Sic nostri codd. cum editis. ἐπὶ τούτῳ Hasn. quod perinde est.

Vers. 34. πολίτην Κορινθίων. Intelligitur, *Corinthium* fuisse juvenem, ad quem haec disserit Epictetus. Quod paulo ante, pro τοιοῦτόν σε, τοιοῦτόν σοι habet Hasn. mendosum esse adparet.

Vers. 35. Ἄγε, καὶ γαμήσας. Vocem Ἄγε restituit Vptonus, cum temere & invitis libris omnibus omissa fuisset in ed. Gen. & seqq.

Ibid. ἐπὶ τί; In pa. est ἐπὶ τίνι; Vide ad vs. 33.

Ibid. καὶ παιδία ποιήσας. Sic percommode dedit pc. Cæteri ποιήσεις cum edd.

Ibid. εἰς τὸ πολιτ. εἰ τὸ πολιτ. ed. Bas. operarum errore, derivato in ed. Gen.

Ibid.

Ibid. ἀνατρέφεσθαι; ἀναστραφ. pbc. Post verbum vero ἀνατρέφεσθαι olim in edd. nudum comma ponebatur, ut verba sequentia usque ναυλίσκε ad superiora referrentur; quae verba ego a superioribus separavi, praeeuntibus libris nostris; in quibus quidem post id verbum interposito puncto distinguitur oratio; ego vero commodius duxi, interrogandi signum ponere, quamquam & per exclamationem ironicam dicta intelligi haec possunt, quemadmodum praecedentia verba, Καλὸς πολίτης &c.

Vers. 36. Μή· τοὺς Θεοὺς σοι, ναυλίσκε. ἀλλ' ἄπαξ &c. In ed. Ven. Bas. Gen. Col. Cant. sic haec scribebantur & cum superioribus connectebantur, Φύεσθαι καὶ ἀνατρέφεσθαι, νὴ τοὺς Θεούς, σοι ναυλίσκε. ἀλλ' ἄπαξ &c. Vbi WOLFIVS: Fortassis ὁμοίως σοι." Idque etiam in versione expressit, *tui similes*. Levi adhibita mutatione anonymus Londinensis sic edidit, Φύεσθαι καὶ ἀνατρέφεσθαι, νὴ τοὺς Θεοὺς, σοὶ, ναυλίσκε. VPTONVS vero, deleta particula νὴ, sic verba distinxit, Φύεσθαι καὶ ἀνατρέφεσθαι, τοὺς Θεούς σοι, ναυλίσκε. Ἀλλ' ἄπαξ &c. hac adjecta Nota: „Recte noster codex, τοὺς Θεούς σοι, subaudi ἐκόμνυμι. Sic Anacreon Ode 31.

Ἄφες μὲ, τοὺς Θεούς σε,
κιῶν, κιῶν ἀμυστί.

Eandem loquendi formulam vide apud M. Antonin. VII. 17. Εὐδαιμονία ἐστὶ δαίμων ἀγαθὸς, ἢ ἀγαθόν τι. Τί οὖν ὦδε τοιεῖς, ὦ Φαντασία; ἀπέρχου, τοὺς Θεούς σε, ὡς ἦλθες. *Felicitas est bonus genius, sive aliquid bonum. Quid igitur facis hic, ô Phantasia? Facesse hinc, per Deos, uti accessisti.* Vbi consule Gatakerum: reposui autem τι, quod omiserunt librarii propter sequens τί οὖν. Caeterum haec jurandi formula, per ellipsin, saepius occurrit in hisce libris, & saepius vitiose. Sic II. 19, 15. Λέγε μοι τοὺς Θεοὺς οἷα, pro, Λέγε, τοὺς Θεούς σοι, οἷα. III. 7, 19. τὸ Θεόν σου, pro τὸν Θεόν σου. III. 20, 4. τὸν Θεόν σου, pro, τὸν Θεόν σοι. ibidem vs. 8. τοὺς Θεοὺς ὑμῶν, pro, τοὺς Θεοὺς ὑμῖν, i. e. *vobis per Deos* juro. Vide & III. 22, 77 & 107. III. 23, 35. IV. 1, 47. His adde III. 23, 11. τὴν ἐμὴν σοι σωτηρίαν, *ita salvus sim.*" — Haec Vptonus; quae, quod ad phrasin illam spectat, τοὺς Θεούς σοι, (quae locutio respicit particulam νὴ,) rectissime se habent. Et jam SALMASIVS quoque ad h. l. notaverat, τοὺς Θεούς σοι,

σοι, ut apud Anacreontem, esse legendum. Ac recte mssti etiam nostri pronomen σοι cum τοὺς θεοὺς conjungunt, & μὴ ignorant. Sed pro μὴ, quod erat editum, communi consensu μὴ dant iidem nostri codices omnes & Hafn. & interposito puncto (ut jam ad vs. præc. dixi) hæc verba a superioribus separant: quibus in rebus omnibus haud cunctanter obsequi librorum præscripto debui. In pc. repetuntur etiam priora verba, sic: μὴ τοὺς θεοὺς, μὴ τοὺς θεούς σοι. Percommode vero in pab. post μὴ, interserto commate vel minori puncto, sicut & nos fecimus, leviter distinguitur oratio.

Ibid. πόθεν γὰρ ἐκείνῳ; Vulgo πόθεν γὰρ ἐκεῖνος; quod ferri fortasse possit, intellecto verbo δύναται, quod etiam adjectum habes III. 18, 3. Sed ἐκείνῳ præstuli, quod dederunt pab. & Hafn. Sic enim solet noster dativum casum jungere isti particulæ. πόθεν σοι; I. 19, 2. III. 21, 10. πόθεν αὐτοῖς; III. 24, 16. Intellige γένηται; ἐπέλθῃ; aut simile aliquod verbum.

Vers. 37. οὔ· ἀλλὰ &c. Sic Ven. Reliquæ omnes editt. post οὔ interrogandi signum ponebant; quod tollendum monuit Vptonus in Notis. Eodem modo infra, vs. 45. Recte Wolfius interrogationem neutro loco exs. pressit.

Ibid. τὸν ἄνθρωπον οὐ ποιήσει λέγειν. Primus hæc ita connexit, &, præposito ante τὸν ἄνθρωπον commate, a superioribus separavit anonymus Lond. Sic vero distinguendum monuit etiam Meib. & sic distinguunt codices nostri pbc. Olim, cum post τὸν ἄνθρ. poneretur comma, τῷ ἀνθρώπῳ legendum conjectaverat Salmasius.

Ibid. τοῖς δ' ἐκείνως σημαίνει, περὶ δὲ τῶν μεγίστων &c. Olim post σημαίνει interpungebant orationem; Vptonus vero cum Lond. & cum Wolfio interrogandi signum ibidem posuit, & nudum punctum infra post διὰ καλλ. ἀγγ. σημαίνει. tum Περὶ δὲ litera majuscula scripsit Vpt. quasi nova prorsus sententia hic incideretur. Ego ista verba περὶ δὲ &c. ad superiora necessario referenda putavi. Perperam vero h. l. δὲ post περὶ omisit pc.

Vers. 38. Ἐπεὶ πρό οἱ εἴπομεν &c. „Ex Homeri Odyss. ά. 37. Vulgo ἐπεί οἱ προείπομεν.“ VPTON.

Vers. 39. Ὁ Ἑρμῆς καταβὰς ἔμελλεν αὐτῷ λέγειν ταῦτα; „Dubito an εἰρώνεια sit ἐρωτηματική. Quasi dicat: Recta ratio est Mercurius; qui a vitiis dehortetur.“

WOLFIVS. — „Interrogative Wolfius: optime! nam de more Socratis & de δαιμονίου loquitur.“ COM. SHARPESIVS. — Interrogandi ſignum poſui, pro nudo commate vel puncto, quod habebant alii. Sententia ita videtur accipienda: *Putasne, ipſum Mercurium praſentem revera deſcenſurum fuiſſe de coelo, ut ei hoc diceret? Eadem ratione puta, Deos nunc tibi haec monita dare, miſſo miniſtro ſuo, Mercurio.* Conf. I. 25, 3 ſqq.

Ibid. καὶ σοὶ νῦν λέγουσιν οἱ Θεοὶ ταῦτα. Placuit hic verborum ordo, quem praevit pc. Cæteri cum edd. ſic, καὶ σοὶ ταῦτα λέγουσιν νῦν οἱ Θεοὶ.

Ibid. διάκτορον. „Tribuitur & hoc epitheton Mercurio, ſed ita verſus non conſtat.“ WOLFIVS.

Ibid. μὴ διατρέφειν τὰ καλῶς ἔχοντα. Ante Vpt. διατρέφειν mendoſe edebatur. Vbi: „Fortaſſis ἐκτρίβειν. διατίλλειν vel διατρέπειν.“ WOLFIVS. „Codex Salmant. διατρέφειν, & in marg. * ἐκτρέπειν. At ms. Meibom. διατρέφειν.“ VPTON. — ἐκτρέπειν probaverat Salmaſ. ſed recte διατρέφειν praetulit Vpt. & ſic tum ms. Meibomii (i. e. cum Hafnienſi) habet etiam noſter pb.

Ibid. τὸν καλὸν ἄνθρωπον ὡς καλὸν ἄνθρωπον, &c. An intercidit h. l. verbum? Sane, quod praeceſſit, ἀφίεναι, non ſatis commode huc referri poſſe videtur. cf. vſ. 44.

Verſ. 40. ἀλλὰ προαιρεσις. „Vide IV. 5, 11.“ VPT.

Ibid. τότ' ἔσῃ καλός. „Sic noſter codex; alii τότ', perperam.“ VPTON. — Nempe olim ſic edebatur: ταύτην ἂν σχῇς καλήν ποτ' ἔσῃ καλός. Et ſic eſt in codd. pab. Quae tenens anonymus editor Londinenſis, comma poſuit poſt καλήν. ποτ'. MEIBOMIVS: „Forſan τότ'. Sed mſ. καλήν, ποτ' ἔσῃ.“ — At ipſa illa diſtinctio mſti Hafnienſis indicabat, τότ' debuiſſe ſcribi; nili utrumque junctum malueris καλήν ποτε, τότ' ἔσῃ καλός. quod ego tamen non urgeam. Percommode vero etiam noſter cod. pc. ſcribit τότε δ' ἔσῃ καλός.

Verſ. 41. πάντα θέλειν ἀκούσαι, ἢ τοῦτο. „Fortaſſe μᾶλλον ἢ τοῦτο.“ WOLFIVS. Sic & Meibom. At nihil frequentius ellipſi iſtius adverbii in hujusmodi dictione.

Verſ. 42. πειρῶ οὖν καλὸς εἶναι. „Socrates Alcibiadem ſic alloquitur apud Platon. Alcib. I. p. 131. edit. Steph.“ VPTON. καλὸς recte ed. Baſ. & ſeqq. cum mſtis. Perperam καλῶς ed. Ven.

Ibid.

Ibid. κέρμα σοι τὴν προαίρεσιν. „Plato in Alcib. p. 132.“ VPTON.

Vers. 43. Ἀλλὰ τούτων ἐμέλησεν. Scilicet, *Deo.* cf. vs. 26. & III. 13, 14 sq.

Vers. 44. τοῦτον κάθαιρε. „Sic noster codex. Vulgo τοῦτο κάθαρον.“ VPTON. — In τοῦτον consentit mf. Hafn. & nostri tres pabc. In κάθαιρε vero pc. Quod si cui κάθαρον in aoristo magis placet, nihil equidem repugno. Quod τίφυας pro τίφυνας debant editt. nonnullae, error operarum erat ex ed. Baf. propagatus. Recte τίφυνας Ven. cum msstis, quod ante Vpt. jam restituit anon. Lond.

Ibid. καθάριον εἶναι. „Fortassis addendum δεῖ.“ WOLFIVS. — Nempe sic & vertit hic interpres: *Vir mundus sit, ut vir; &c.* Sed commodius Vptonus: *virum, ut vir sit mundus,* &c. scilicet, *si vir es, purgato virum, ut vir sit mundus;* & sic porro.

Vers. 45. Οὔ· ἀλλὰ καὶ τοῦ λέοντος ἐσπάλμεθα &c. *Non: sed leonis etiam evellamus crinem.* Ironice dictum, & mimice. Scilicet: At tu *non* ita; at tibi id non placet: *sed* similiter agis ac si quis dicat, *Leonis etiam jubam evellamus* &c. In scriptura nonnihil variant libri. καὶ, post ἀλλὰ, ignorant pab. & Hafn. quod commodius fortasse nonnullis videbitur. ἐσπάλωμεν primus edidit anon. Lond. & sic Vpt. cum Hafn. & pa. Mendose ἐσπάλωμεν editt. vett. Sed ἐσπάλλομεν in indic. dant pbc. De οὔ· conf. supra ad vs. 37.

Ibid. δεῖ γὰρ καὶ τοῦτον καθάριον εἶναι. τοῦτον restitui ex Ven. & Baf. Et sic recte Gen. & Lond. anon. cum msstis. Temere τοῦτο Col. Cant. & Vpt.

Ibid. Post εἶναι videri potest intercidisse particula Ναί· *immo, recte;* quam & Wolfius in versione commode expressit. Sed in Graeca oratione fortasse satis fuerit, ex usu Epicteti nostri istam particulam in hac connexione subintelligere.

Ibid. τὸν κυνηγετικόν. Perperam τὸ κυνηγ. Hafn. Articulum prorsus omittit pc.

CAPVT II.

„In hoc capite agit Epictetus *de tribus in Philosophia locis.* Ideoque monendus es, candide Lector, si vis aliquo cum fructu hasce Dissertationes legere, ut diligentius ad ea, de quibus nunc disserit Philosophus, animum

mum advertas. Namque ad hos tres locos subinde alludit. Quid singulas memorem paginas? Vide, ut alias [ut alia loca] omittam, I. 4, 11 sq. I. 17, 22 sqq. II. 8, 29. II. 17, 15 sq. II. 17, 29 sqq. III. 12, 13 sq. III. 26, 14. IV. 10, 13.

Τόποι τρεῖς·
α'. περὶ τὰς Ὀρέξεις, καὶ τὰς Ἐκκλίσεις. ἤγουν, περὶ τὰ Πάθη. [sive περὶ τὸ Ἀγαθὸν καὶ τὸ Συμφέρον. conf. I. 18, 2. & ibi notata.]
β'. περὶ τὰς Ὁρμὰς καὶ Ἀφορμάς. ἤγουν, περὶ τὸ Καθῆκον.
γ'. περὶ τὴν Ἀνεξαπατησίαν καὶ Ἀνεπικοίτητα. ἤγουν, περὶ τὰς Συγκαταθέσεις.

περὶ τούτους δεῖ γυμνασθῆναι·
α'. Ἵνα μήτ' ὀρεγόμενος ἀποτυγχάνῃς, μήτ' ἐκκλίνων περιπίπτῃς· ἤγουν, ἐν ὀρέξει καὶ ἐκκλίσει ἵν' Ἀνεπόστευτος ᾖς καὶ Ἀπερίπτωτος.
β'. ἐν ὁρμαῖς καὶ ἀφορμαῖς ἵν' Ἀδεκάστητος ᾖς· ἤγουν, ἵνα τάξει, ἵν' εὐλογίστως, ἵνα μὴ ἀμελῶς.
γ'. ἵνα συγκατάθεσιν ἔχῃς Ἀπρόπτωτον· ἤγουν, ἵνα Ἀκώλυτος ᾖς καὶ ἀνεμπόδιστος· ἤγουν, ἵνα μηδ' ἐν ὕπνοις λάθῃ τις ἀνεξέταστος παρελθοῦσα Φαντασία, μηδ' ἐν οἰνώσει, μηδ' ἐν μελαγχολίᾳ.

„Ὀρέξεις & ἐκκλίσεις primum locum tenent. Namque *Affectus* sunt, quibus ad actionem impellimur, aut ab actione abhorremus: nempe *Appetitiones* & *Aversationes*. Docet tyrones Epictetus, *hos animi affectus esse circumscribendos, edomandos*, immo etiam *in præsentia removendos*. Hinc præcepta: *Nil admirari*, &, ἀφεῖναι τὴν ὄρεξιν. Vide I. 4, 1. & III. 12, 8. ὀρέξει μὴ χρῆσθαι, uti omnino legendum. Vide & III. 13, 20. IV. 4, 18 & 33. M. Anton. IX. 7. σβέσαι ὄρεξιν, *appetitionem extingue*. Idem XI. 37. Ὀρέξεως μὲν παντάπασι ἀπέχεσθαι· ἐκκλίσει δὲ πρὸς μηδὲν τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν χρῆσθαι. *Appetitu quidem abstinendum prorsus; aversationem vero in nulla re adhibendam quæ nostri juris non sit.*

„Cum autem habueris σύμμετρον καὶ καθεστραμένην ὄρεξιν, [IV. 1, 84.] cumque habueris τὴν ἔκκλισιν ἐφ' αὐτῷ κειμένην, tum denique Ὁρμῇ καὶ Ἀφορμῇ utendum est. Ὁρμὴ vertit Cicero de Nat. Deor. II. 22. & de Fin. III.

III. 7. *motus, conatus, appetitio.* Seneca Epist. 89. *impetus.* Seneca [l. c.] respicere videtur ad tres in Philosophia locos: eum itaque audiamus. *Philosophiæ Moralis pars prima est, Inspectio suum cuique tribuens, & æstimans quanto quidque dignum sit. Maxime utilis: quid est enim tam necessarium, quam pretia rebus imponere? Secunda, de Impetu. Tertia, de Actionibus. Primum enim est, ut, quanti sit quidque, judices: secundum, ut impetum ad illa capias ordinatum temperatumque: tertium, ut inter impetum tuum actionemque conveniat, ut in omnibus istis tibi ipsi consentias. Tunc enim vita sibi concors est, ubi actio non destituit impetum, impetus ex dignitate rei concipitur, perinde remissus acriorve, prout illa digna est peti.* Non æque distincte agit de his locis Seneca, ac Epictetus noster semper sui similis & consonans. Primum locum itaque tenet ὄρεξις, *appetitio:* hanc sequitur ὁρμή, *impetus.* Ex. gr. Est ut mihi sit ὄρεξις, *appetitio voluptatis:* sed non necessario eam voluptatem consequi velim; is namque motus, seu impetus, est ὁρμή. Contra, est ut mihi sit ἔκκλισις, *aversatio doloris:* tamen non sequitur, me ab ea aversatione recessurum; [voluit, puto, dicere: tamen non sequitur, me ab eo quod aversor recessurum;] ea enim est ἀφορμή. Hinc patet, τὰ καθήκοντα, *officia*, loco secundo collocari: neque enim in simplicibus (si ita loquar) animi affectionibus officia tam clare se exhibent, quam in iis particularibus actionibus, quæ istas affectiones sequuntur.

„Tertius est locus, de *Adsensione* & *Approbatione*, quam Græci συγκατάθεσιν vocant: *ne cui falso adsentiamur, neve unquam captiosa probabilitate fallamur; eaque, quæ de bonis & malis diceremus, ut tenere tuerique possimus;* ut verbis utar Ciceronis [de Fin. III. 21.] ἵνα ἀκώλυτος ᾖς καὶ ἀνεμπόδιστος. Ne quod etiam obrepat visum alienum a sapiente bonoque; non, si ille a morbo aliquo, vel furore laboret: immo, ut ipsa somnia sint Διὸς ἐνύπνια. Vide supra, ad I. 18, 23. Hic est ille perfectus & ultimus status." VRTON.

Alia ratione tres in Philosophia locos statuit idem noster Philosophus in Enchirid. cap. 51. In TITVLO nostri capitis, pro προχόψαντα, lubens ego προκόψοντα legam, cum Meibomio. Sed in istud hoc quidem loco consentiunt codices omnes: in Indice vero Capi-

tum προπέψωλε habet unus codex pc. cæteri vulgatum tenent.

Verſ. 1 ſq. ὁ περὶ τὰς ὀρέξεις καὶ τὰς ἐκκλίσεις — ὁ περὶ τὰς ὁρμὰς καὶ ἀφορμάς. „De his vocabulis ea tide, quæ in 1. cap. Epicteti annotavimus.“ WOLFIVS. — Confer utique Interpretes Enchiridii ad cap. 1, 1. & ad cap. 2. & cap. 48, 2. Adde Adnot. ad I. 18, 1 ſq.

Verſ. 3. ὁ ζηλοτύπους τοιῶν. καὶ ζήλου. pb.

Ibid. ἀκοῦσαι λόγων. Vulgo λόγου editi omnes, cum pbc. quod ferri non poſſe putavi: nam quod vertunt, *rationem audire*, percommodum hoc quidem, ſed ſic græce oportebat λόγου in genit. quod malim utique; quod quoniam ignorant libri, λόγων recepi ex pa. quod & in pc. primum fuerat ſcriptum. Et habet quidem hoc vim paulo diverſam; nam λόγων ἀκουστικὸς eſt *doctrinæ cupidus*, III. 23, 14. Itaque interpretatus ſum *doctrinæ præcepta audire*.

Verſ. 4. Δεύτερός ἐστι. Recte ſic edd. Gen. Col. & ſeqq. cum pac. δευτερόν ἐστι ed. Ven. & Baſ. cum pb.

Ibid. οὐ δεῖ γάρ με εἶναι ἀπαθῆ ὡς ἀνδριάντα. „Cicero de Fin. III. 10. *Perturbationes autem nullæ naturæ ut commoveantur, omniaque ea ſunt opiniones ac judicia levitatis: itaque his ſemper vacabit ſapiens.* Diog. Laërt. in Vita Zenon. ſect. 117. Φασὶ καὶ ἀπαθῆ εἶναι τὸν σοφὸν, διὰ τὸ ἀνέμπτωτον εἶναι. εἶναι δὲ καὶ ἄλλον ἀπαθῆ, τὸν φαῦλον, ἐν ἴσῳ λεγόμενον τῷ συλληρῷ καὶ ἀτρέπτῳ. *Ajunt autem & perturbationibus vacuum eſſe ſapientem, quoniam labi non poſſit. Eſſe autem & alium perturbationibus vacuum, malum videlicet; ac ſi dicas durum & immobilem.* Ad rem M. Anton. lib. I. ſect. 9. ἅμα μὲν ἀπαθέστατον εἶναι, ἅμα δὲ φιλοστοργότατον.“ VPTON.

Ibid. τὰς σχέσεις τηρεῖν &c. „Vide II. 14, 8. IV. 8, 20.“ IDEM.

Verſ. 5. μηδ' ἐν ὕπνοις — — μηδ' ἐν οἰνώσει, μηδὲ μελαγχολῶν ποτε. „Confer I. 18, 23. II. 17, 33.“ VPTON.

Verſ. 6. Τοῦτο ὑπὲρ ἡμᾶς, φησὶν, ἐστίν. Si genuina eſt hæc ſcriptura, φησὶν nunc ad Epictetum referetur, & ſententia erit: *Hoc eſt ſupra noſtrum captum: hoc nondum ad nos pertinet. Nondum eum fecimus profectum*

fectum in superioribus locis, ut vacet nobis, huic dare operam. conf. vſ. 16 ſq.

Ibid. μεταπίπτουσας, ἠρωτῆσθαι παραινοῦσας, &c. Olim verba ſic diſtinguebant editi cum mastix, μεταπίπτουσας ἠρωτῆσθαι, παραινοῦσας, &c. Vbi WOLFIVS: „Repetendum ἀπὸ κοινοῦ, κατηγοροῦσαι περὶ τὸ ἠρωτῆσθαι μεταπίπτουσας, &c. Puto τὸν παραινοῦσα ſuiſſe argutiarum quoddam genus.“ — VPTONVS vero, ἠρωτῆσθαι παραινοῦσας conjungens, monet: „ἐκ τοῦ ἠρωτῆσθαι παραινοῦσας ſcribendum: nam *ſyllogiſmi* ſunt *qui interrogando concludunt.* vide ſupra I. 7, 1. & III. 21, 10. Et ἀπὸ κοινοῦ repete κατηγοροῦσαι περὶ μεταπιπτούσας.“ — Ex III. 21, 10. intelligitur, poſſe etiam τῷ ἠρωτῆσθαι παραινοῦσας legi. In re incerta vero neutram conjecturam in contextum recipere auſus ſum; quum præſertim & I. 7, 1. codex noſter pa. atque etiam pb. a prima manu nude ἠρωτῆσθαι habeant abſque τῷ vel ἐκ τοῦ. Quod ſi ἐρωτῆσαι darent libri, pro ἠρωτῆσθαι, majorem aliquam ſpeciem haberet eorum ratio, qui hoc verbum a παραινοῦσας ſeparārunt. conf. Adn. ad II. 18, 18. Sed in ἠρωτῆσθαι conſentiunt libri: (mendoſe quidem ἠρωτᾶσθαι habet pc.) Et loca paulo ante citata dubitare nos non ſinunt, recte verbum hoc cum παραινοῦσας conjunctum eſſe ab Vptono. Vide de *captioſo* illo *interrogandi genere*, itemque de μεταπίπτειν, notata ad I. 7, 1. Wolfius μεταπίπτουσας h. l. *inverſiones* interpretatus eſt.

Ibid. ὑποθετικούς. Olim ὑπερθετικοὺς legebatur; quam ſcripturam tenens Gaſſendus, (de Logicæ origine & varietate, Tom. I. operum, p. 52.) *ſuperpoſitum* vel *ſuperlativum* interpretatus eſt, ſoritæ affinem ſuſpicans. Sed mendoſam eſſe ſcripturam jam pridem WOLFIVS viderat, notaveratque: „Pro ὑπερθετικούς, quod Grammaticorum eſt, lego ὑποθετικούς.“ — Idque ipſum non modo hic interpres, ſed jam & Schegkius in verſione expreſſerat. In Græcis Vptonus demum correxit mendum, monuitque: „Ex noſtro codice repoſui ὑποθετικούς.“ — Conſentit noſter pb. Sed ὑπερθετ. pac.

Verſ. 7. Δεῖ γάρ, φησί. Hoc verbum φησὶ nunc ad adverſarium refertur: de qua formula elliptica vide notata ad I. 4, 9. In ora ed. Baſil. notatur φασὶ, ſcil. ex editoris conjectura, quæ & Meibomio placuerat, & eo majorem h. l. ſpeciem habebat, quod ad οἱ τῶν φιλοσόφοι referendum illud verbum videri poterat. Nec tamen ſolicitanda vulgata; præſertim cum mox eum, qui

haec regerens inducitur, adloquatur Epictetus, σοὶ οὖν τοῦτο λέγει. Vide tamen, ne perinde ac vſ. præc. ad Epictetum referri hoc verbum φησὶ poſſit, hac ſententia, ut rationem reddat, cur ſupra dixerit, τοῦτο ὑπὲρ ἡμᾶς ἐστιν. *Nam oportet quidem, inquit, etiam in his materiis verſantem curare ne decipiatur: at quem? nempe eum, qui jam ſit vir probus honeſtusque.*

Verſ. 9. μή τις τι. Carent τι pab.

Verſ. 10. τίς ἄριστός ἐστι τῶν Φιλοσόφων. τίς ἄριστος τῶν Φιλοσόφων ἐστὶ, pa.

Ibid. ἀκριβέστερος, εὐθὺς κέκραγας. Sic diſtinguere placuit. Alii, ἀκριβέστερος εὐθὺς, κέκραγας. Sed aut cum primo verbo ἐξέστηκας fuerat jungendum illud adverbium, aut cum poſtremo κέκραγας.

Verſ. 11. ἐκτείνας τὸν μέσον δάκτυλον. „Medio digito porrecto ſummum contemtum ſignificabant veteres. Martial. lib. II. epig. 28.

— — *Digitum porrigito medium.*

Juvenal. Sat. X. 52.

— — *Cum Fortunæ ipſe minaci*
mandaret laqueum, mediumque oſtenderet unguem.

Laërtius in vita Diogenis lib. VI. ſect. 34. Ζήνων δέ φησι θεάσασθαι Θελέυσιν Δημοσθένην, τὸν μέσον δάκτυλον ἐκτείνας· Οὗτος ἡμῖν, ἔφη, ἐστὶν ὁ Ἀθηναίων δημαγωγός. Suetonius in Aug. c. 45. *Pyladem urbe atque Italia ſubmovit, quod ſpectatorem, a quo exſibilabatur, demonſtraſſet digito conſpicuumque feciſſet.* Dio Chryſ. p. 405. Εἴ τις αὐτῶν παραγένοιτο εἰς πόλιν, ἐν ᾗ πάντας ὁ τι ἂν δεικνύωσι, τῷ μέσῳ δακτύλῳ δεικνύουσι. Medium digitum *impudicum* vocat Martialis lib. VI. 70.

Oſtendit digitum, ſed impudicum.

Perſius vocat *infamem* Sat. II. 33. *Infami digito.*" VPTON.

Verſ. 12. ἢ ὡς ξύλον. Deeſt h. l. ὡς in pab.

Verſ. 13. ἔξω δὲ βλέπεις. „Hoc in Enchir. c. 24. vocat ἔξω στραφῆναι. Perſius Sat. I. 7.

— — *Nec te quæſiveris extra.*" VPTON.

Verſ. 14. Τί ἔτι ἀγωνιᾷς, μὴ οὐ δείξῃς ἡμῖν; Sic ſcripſi cum pab. pro eo quod vulgatum erat cum pc. Τί ἔτι ἀγωνιᾷς; μὴ οὖ δείξεις ἡμῖν;

Verſ.

Verſ. 15. Τοιοῦτος γάρ σε μένει θάνατος, οἷον καὶ τὸν — — τίνα ποτ' ἐκεῖνον; — — τὸν Κρῖνιν. Videtur utique οἷος ſcribendum, quod ad θάνατος referatur: atque id ipſum factum video a Menagio ad Laërt. VII. 62. Sane οἷον neque ut adjectivum neutrius generis, pro οἷόν τι poſitum, neque ut adverbium, commode hic ſtare poſſe videtur. Ad illa verba, τὸν τίνα ποτ' ἐκεῖνον; quum absque diſtinctione continuo tenore cum cæteris vulgo ſcriberentur, hæc monuit WOLFIVS: „Videntur verba eſſe hæſitantis, qui nomen viri non ſtatim in promptu habuerit. *Crinidem* hunc recentiorem aliquem fuiſſe, & pavore exanimatum deceſſiſſe, hinc conjicere fortaſſe poſſis." — VPTONVS, in contextu nil mutans, in Notis ſic ſcribit: „Οἷον καὶ τὸν [τίνα ποτ' ἐκεῖνον;] Κρῖνιν. Dele iſta quæ uncis inclufi. vide ſupra ad III. 1, 31. Reſpicit ad hiſtoriam ſuo tempore ſatis notam. *Crinis*, Stoicus philoſophus. Meminit Diogenes Laërt. in vita Zenonis, ſect. 62. & 71. ὡς ὁ Κρῖνις φησὶν ἐν τῇ διαλεκτικῇ τέχνῃ. & ſect. 76.[a] — Et ego prope abſui, ut pro ſuſpectis haberem iſta verba τὸν τίνα ποτ' ἐκεῖνον, & abjicienda judicarem. At putavi eadem fere ratione intelligi poſſe, & locum ſuum tueri, qua illa τίνας ποτέ; II. 20, 5. Philoſophus, & quidem Stoicus, vulgo habebatur Crinis ille: at Epictetus, *quem eum dicam?* ait, *quo eum nomine inſigniam?* nempe qui tantum abfuit a philoſophi conſtantia, ut terrore exanimatus ceciderit. Quaſi dicat: *philoſophum ne eum, an mancipium, adpellem?* Fortaſſe etiam ſatis fuerit, Wolfii tenere interpretationem; ut ſint iſta verba, τίνα ποτ' ἐκεῖνον; hæſitantis, cui nomen non ſtatim occurrebat: fore ratione ſimillimam loquendi formulam ſupra III. 1, 31. accipiendam vidimus. Et poteras utroque loco ſignis parentheſeos includere illa verba. Quemadmodum vero utroque loco ſubintelligitur verbum λέγω, εἶπον, aut aliud ſimile: ſic completam adjecto verbo dictionem habes apud Lucianum in Hermotimo c. 50. T. I. p. 791. τῷ πατρὶ σου Μενεκράτει, καὶ τῇ μητρὶ, ἥ τίς ποτ' ἐκαλεῖτο; οὐ γὰρ οἶδα. Et apud ipſum Epictetum noſtrum III. 1, 14. βλέπων με τίνος εἶπω σχῆμα ἔχοντα. ubi confer quæ proxime ſequuntur vſ. 15. Noſtri quidem codices h. l. non τίνα interrogative ſcribunt, ſed ſic, τὸν τινά ποτ'.

Verſ. 17. πῶς περὶ τὰς μεταπτώσεις &c. Referuntur hæc ad id quod vſ. 6. dixerat.

Vers. 18. *προσήκας. πρέπει* pc.

Ibid. βυθιζομένου δὲ τοῦ πλοίου, σὺ μοι παρελθὼν ἐπαίρεις τοὺς σιφάρους. His vulgo olim hæc subjiciebantur verba: *εἶδος αὐλοῦ· ὅς ἐστι φάρος, ἔστι δὲ εἶδος ἀμφορέως.* Quæ una cum superioribus verbis sic convertit SCHEGKIVS: *Quum autem navis mergi incipit, accedens tum ad me effers spharos, quod significat speciem quandam tibiæ, atque etiam pharon: species hæc est amphoræ.* Notavit autem idem ad oram: „Non satis intelligo quid hic sibi velit epilogus.“ — WOLFII versio totius loci hæc est: *Sed mergendo jam navigio, tu mihi tibias inflas.* Ejusdem Adnotatio hujusmodi: „Locus haud dubie corruptus. Quid *σφάρος* sit, [sic ille scribit, quamquam in *τοὺς σιφάρους* consentiebant ed. Ven. & Bas. quibus ille usus est: unus Schegkius in versione *spharos* scripserat.] in Lexicis non reperio. In qua voce si non est error, Arrianum scripsisse reor *ἐπαίρεις τοὺς σφάρους, fistulas attollis* seu *inflas*: hoc est, nugas agis in tragœdia, & feriis rebus neglectis, ludos & jocos tractas. Comparat enim, ut opinor, casus humanos navi submergendæ, argutias dialecticas fistulis. Verba, quæ sequuntur: *εἶδος αὐλοῦ — — ἀμφορέως*, & corrupta sunt, & a grammatico aliquo, ut opinor, declarandi ergo margini addita, in contextum irrepserant. Pro *ὅς ἐστι φάρος*, fortasse legendum *ἐστὶ φάρος*, quod longæ fuerint illæ tibiæ instar turris. Pro *ἀμφορέως*, nec *ἀμφορίως* placet, [quod scil. Schegkius in versione expressérat,] nec aliud in mentem venit. Quare appendicem hanc omisi.“

Vim vocabuli *ὁ σίφαρος*, quod nempe *veli nautici* genus aliquod significet, primus vidit adnotavitque SCALIGER, ad Manil. V. 27. sic scribens: „*Sipara*: rectissima lectio. Lucanus: [Pharsal. V. 429.] *Imaque pandens* Sipara *velorum, peritura accipit undas.* Festus Avienus: *Volitantia raptim* Sipara *convertunt.* Epictetus: *Βυθιζομένου δὲ τοῦ πλοίου, σὺ μοι παρελθὼν ἐπαίρεις τοὺς σιφάρους.*“ — CASAVBONVS, ad Suetonii Aug. cap. 98. postquam de *Supparo* Senecam citavit, Epist. 77. hæc subjicit: „*Supparum* est velli lintei genus, quod non ad usum, sed *ad indicium gaudii* rebus secundis attollebant nautæ. Inde manavit proverbium, de eo qui in adversa fortuna ea potius curat, quæ ad gloriam faciant, quam quæ ad salutem: *Βυθιζομένου τοῦ πλοίου ἐπαίρει τοὺς σιφάρους.* Arrianus Dissertationum

Epicteti

Epicteti lib. III. cap. 2. Τοῖς εὖ πράττουσι &c. id est, *Rebus secundis convenit ignem accendere, prandere, si ita contingat, cantare, saltare: at, quando possum ita navis, tu mihi suppara attolleres?* Ita exponi locus ille debet ac scribi. Quæ deinceps attexuntur in Græco codice ad finem ejus capitis, omnia sunt subditicia atque etiam corrupta. Lege præterea apud Hesychium, in voce Ἐπίδρομον, hoc modo: καὶ τὸ ἱστίον τὸ ἐν τῇ πρύμνῃ κρεμάμενον, ὃ καλοῦσι σίφαρον, καὶ ἔλαττον." — Corrupta verba, quæ post σιφάρους ex glossa in contextum irrepserant, sic legenda esse monuit SALMASIUS: „ἄδος οὐρίου ὁ σίφαρος· ἔστι δὲ καὶ ἄδος ἀμφορεύς."

De *Siparo*, *Supparo*, vel *Sipharo* plura qui cupit, adeat auctores in Fabri Thes. ad voc. *Siparum* laudatos. Summis malis adpendebatur hoc velum, vento utique secundo; at non solum ad gaudii indicium, ut Casaubonus ait; verum etiam ad usum, ut vel ex eodem Senecæ loco, ad quem is provocavit, intelligitur, & ex illis Lucani verbis, quæ rectius, quam a Scaligero supra citata sunt, in recentioribus editionibus sic leguntur;

— — — *summaque pandens*
Suppara velorum, perituras colligit auras.

VPTONI ad h. l. hujusmodi est Adnotatio: „Noster codex eodem modo habet ac excudendum curavimus. [Id est, si recte capio: non agnoscit glossam in fine capitis olim adjectam: nam in cæteris nil differunt libri.] Vide Vossium de Etym. ling. Lat. in v. *Supparum*. Quod autem attinet ad lectiones ex ora codicum in contextum temere a librariis receptas, sæpe in his Notis de istiusmodi corruptionibus monui: prima vero facie se produnt; & satis est monere. Ecce autem, Lector, locos nonnullos ex politissimis Scriptoribus, quos ante oculos hic sisto. Luciani Asin. in initio. Ἀνῆγεν κατὰ τὴν Θετταλίαν — — καὶ πως ἔτυχον καὶ ἄλλοι ἀπιόντες εἰς Πτελεὸν, (πόλιν τῆς Θετταλίας) ἐκεῖθεν ὥρμουν. Idem de morte Peregr. p. 580. ubi versus Homeri ad Theagenem translatus: Νέστορα δ' οὐκ ἔλαθον ἰαχή. (τὸν Θεαγένη.) *per Nestorem Theagenem innuens.* Cicero Tusc. Disp. II. 38. [I. 38.] *Endymion vero, si fabulas audire volumus, ut nescio quando in Latmo obdormivit*, (qui est mons Cariæ,) *nondum, opinor, est expergefactus.* Maximus Tyr. in Dissert. An quicquam ad virtutem Artes liberales conferant: Τοῦτό μοι ἄτοπα καὶ, lege, τοῦτό μοι

μοι ὁ Ἀσπραῖος (Ἡσίοδος) αἰνίσσεται. Plato, in Critone sect. 9. Οὕτω σοι διαφερόντως τῶν ἄλλων Ἀθηναίων ἤρεσκεν ἡ πόλις τε καὶ ἡμεῖς, (οἱ νόμοι δηλονότι) τίνι γὰρ ἂν πόλις ἀρέσκοι ἄνευ νόμων. Idem in Phædone, sect. 49. Οὕτω γὰρ ἐκέλευσεν ὁ ἄνθρωπος· καὶ ἅμα ἐφαπτόμενος αὐτοῦ, (οὗτος ὁ δεσὸς τὸ Φάρμακον) διαλιπὼν χρόνον, ἔτεσκόπει τοὺς πόδας καὶ τὰ σκέλη. Josephus Antiq. Judaic. lib. XVIII. p. 798. edit. Hudſ. Γίνεται δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον Ἰησοῦς — — καὶ πολλοὺς μὲν Ἰουδαίους, πολλοὺς δὲ καὶ τοῦ Ἑλληνικοῦ ἐπηγάγετο· (ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν.) καὶ αὐτὸν &c. Sed hæc obiter." — Quæcumque in his locis circumſcripta ſunt uncis, ea ex marginali gloſſa in contextum illata eſſe Vptonus judicaverat. Apud Epictetum noſtrum hoc loco, in quo verſamur, verba iſta εἶδος αὐλοῦ &c. quæ vulgo contextui olim adſcita erant, cum Vptoni codice pariter ignorant noſtri tres pabc. In uno pb. ad vocem σιφάρους refertur breve ſcholion in ora poſitum, εἶδος αὐλοῦ.

CAPVT III.

TIT. καὶ πρὸς τί μάλιστα. Sic h. l. omnes ſcripti & edd. Sed in Indice Capitum, pro τί, ſcribit τίνα pb.

Verſ. 1. Ὕλη τοῦ καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ, τὸ ἦθος ἡγεμονικόν. Vptonus cum Wolfio vertit: *Materia pulchri & boni eſt*, &c. parum feliciter. Multo rectius Schegkius: *Materia honeſti & boni viri.* Eſt autem ὕλη *materia* vel *objectum*, ut in ſcholis aiunt, *circa quod aliquis verſatur, in quo occupatur.* Alibi, τὰ ἐκτὸς, ait, eſſe ὕλας τῇ προαιρέσει. I. 29. 1.

Ibid. ἀλείπτου. Corrupte ἀπαλείπτου Ven. Correxit editor Baſ. poſt quem ἀλείπτου tenuere omnes. At in ἀπαλείπτου cum Ven. conſentiunt noſtri codd. pabc. videndumque ne ferri hoc potuerit debueritque, (quamquam ignorant id vocabulum lexicographi) aut ſitne ex *ἰατραλείπτου* truncatum decurtatumque, quod mihi admodum fit probabile. Vide Plin. Ep. 4. & 22. lib. X.

Verſ. 3. τὸ μήτ' ἀγαθὸν, μήτε κακὸν. μήτε κακὸν, μήτ' ἀγαθὸν pbc.

Ibid. προέσθαι αὐτὸν δεῖ. δεῖ προέσθαι αὐτὸν pc.

Verſ. 4. Φανταστὰν ἀνεργῆ. Sic ed. Vpt. Olim ἀνεργῆ, ubi: „Fortaſſis ἀναργῆ, *evidentem*, pro efficaci & actuoſa."

actuosa." WOLFIVS. — „Confirmat Wolfii conjecturam noster codex, quare in contextum recepi. Editio quoque Salmant. * ἐνεργῇ, & in margine ἐναργῇ. Et Schegkius, *evidens visum.*" VPTON. — Nil frequentius confusione duorum istorum vocabulorum; de qua diximus ad Polyb. I. 1, 2. & XVI. 23, 5. In ἐναργῇ consentit h. l. pb.

Ibid. ἔνδεν ἐξήρτηται πᾶσα κίνησις καὶ ἀνθρώπου καὶ Θεοῦ. Conf. I. 19, 11.

Vers. 5. Οὕτω γὰρ πέφυκα· τοῦτό μοι τὸ νόμισμα ἔδωκεν ὁ Θεός. *Ita enim natura comparatus sum: hanc mihi monetam dedit Deus.* Id est: Hoc ita a Deo sanctum est, (νενόμισται) & naturæ meæ insitum, ut, quacumque in re impressam perspicue viderim *Boni* notam, eam rem non modo non possim recusare; (quemadmodum numum, Cæsaris imagine signatum, recusare & reprobare nemini civi licet;) sed ut necessario ad eam rem adpetendam trahar, (vs. 2.) eamque omissis aliis omnibus mihi vindicatam velim. Hoc differt Dei lex monetaria ab hominum lege: Quæ moneta Cæsaris imaginem habet impressam, eam nemini licet recusare: Cui rei Deus notam Boni impressit, eam rem non modo non recusare potest homo, sed per suæ naturæ necessitatem ad eam adpetendam trahitur, & ad omnes res alias omittendas projiciendasque, dum illam adipiscatur obtineatque. conf. vs. 13.

Vers. 7. Ἀλλὰ τὸ ἐμὸν ἐγὼ ἀγαθὸν. Placuit hic verborum ordo, quem dedit noster pb. Cæteri vulgo, Ἀλλ' ἐγὼ τὸ ἐμὸν ἀγαθὸν ἔσ.

Vers. 8. Ἐὰν δ' ἐν ὀρθῇ προαιρέσει θῶμεν, αὐτὸ τὰ τηρεῖν τὰς σχέσεις ἀγαθὸν γίνεται. Sic & distinguendam & leviter corrigendam orationem putavi. *Si vero in recta voluntate ponimus*, scil. *bonum; tum ipsum hoc, servare relationes*, (non modo numquam pugnabit cum Bono & cum vera nostra utilitate, sed ipsum) *fiet Bonum.* Ignorant vulgo τὸ, & comma non post θῶμεν, sed post σχέσεις ponunt, Vptonus etiam post αὐτὸ. Wolfii hæc erat versio: *Si vero in recta voluntate illud collocaverimus, ut affectiones conserventur, bonum fiet.* Quam versionem cum sub contextu tenuisset VPTONVS, in Notis hanc posuit, *si vero in recta voluntate illud ponamus, servare relationes, fit bonum.* Tum: „Noster codex, (ait:) ἄλλας, αὐτούς." — Non αὐτοὺς, sed αὐτῷ, pro vulgato αὐτὸ habet noster pa, & sic etiam prius fuerat in pb.

pb. in quo dein in αὐτὸ mutatum. Articulum τὸ vere ignorant omnes.

Verſ. 9. Ἔχει τὸ πλέον τοῦ ἀγροῦ ὁ ἀδελφός. Duas voces ὁ ἀδελφός, quas ignorant vulgo omnes, ex conjectura adjeci; nam & quæ præcedunt, & quæ ſequuntur, hoc clamabant. Tum verba Ὅσον καὶ θέλει, quæ nudo commate olim a ſuperioribus diſtincta erant, puncto ſeparavi. Eſt enim hoc reſponſum ad ſuperiora verba. Intellige Ἐχέτω, ὅσον καὶ θέλει. *Habeat quantum volet!* Olim ſic vertebant: *Habebit plus agri, & quidem quantum volet.*

Verſ. 10. τίς δύναται ἐκβαλεῖν. Forſan μ' ἐκβαλεῖν.

Ibid. οὐδ' ὁ Ζεύς. „Vide I. 1, 23. I. 6, 40.“ VPTON.

Ibid. ἀλλ' ἐπ' ἐμοὶ αὐτὰ ἐποίησεν. Caret αὐτὸ pc.

Verſ. 11. Ὅταν οὖν ἄλλῳ ἄλλο τὸ νόμισμα ᾖ, &c. Sententia ſatis plana. *Si alii alia fuerit moneta:* id eſt, ſi alius alia in re impreſſam Boni notam cernere ſibi videtur; ſi alius in alia re Bonum ſuum ponit. Ad verba quod adtinet, olim ſic ea legebantur: Ὅταν οὖν ἄλλῳ ἄλλο τὸ νόμισμα ᾖ ἐκεῖνό τις δείξας, ἔχῃ &c. Commode vero adnotavit VPTONVS: „Quid ſi hoc modo: Ὅταν οὖν ἄλλο ἄλλῳ τὸ νόμισμα ᾖ, ἐκεῖνό τις δείξας ἔχει τὸ αὑτῆ αὐτοῦ πιπρασκόμενον.“ — Cui ego hactenus obſecutus ſum, quod ᾖ in ᾖ mutavi, & ἔχῃ in ἔχει, quamquam fortaſſe & ſubjunctivus ἔχῃ teneri potuiſſet, hac ſententia, *habuerit, habere poterit.* Cæterum ἄλλῳ ἄλλο ſcribas, an ἄλλο ἄλλῳ, perinde eſt: quare in hoc quidem vulgatum tenui, in quo nec variant libri noſtri. In ἔχει vero conſentientem habeo noſtrum pc.

Verſ. 12. Prava olim verborum diſtinctio fraudi fuerat docto perſpicaciqne Wolfio, ut a philoſophi ſententia prorſus aberraret, ne dicam, ut nihil prorſus hoc loco videret. Nempe ſic vulgo ſcribebatur: ἔχῃ τὸ αὑτῆ αὐτοῦ πιπρασκόμενον, ἐλήλυθεν εἰς τὴν ἐπαρχίαν κλέπτης. ἀνθύπατος τίνι νομίσματι χρῆται; Commodiore diſtinctione ſanavit hunc locum Vptonus, a SHAFTESBVRIENSI admonitus, qui hæc adnotaverat: „Poſt. πιπρασκόμενον interpungendum credo, non poſt κλέπτης. Ipſe enim Proconſul fur eſt, ipſe moechus. ἐλήλυθε κλέπτης, ſcil. ἀνθύπατος. ἐλήλυθε μοιχός, ſcil. ἀνθύπατος. Et honeſtius præterito utitur Epictetus, quam ſi præſentem aliquem proconſulem notaſſet.“ — Eodem modo

modo jungenda κλέπτης ἀνδύπατος; adnotaverat Salmasius.

Ibid. ἀργυρῷ. „Malim ἀργυρᾷ.“ WOLFIVS. Nempe adjectivum volebat, quod ad νομίσματι referretur: sic & Schegkius. At minime solicitandum fuisse vulgatum, ex tota orationis connexione satis adparet.

Ibid. λέβα, *Φησὶ*, βάλλα, *Φησὶ* pc. male.

Vers. 13. οἰμώζων καὶ στένων πωλήσει &c. Cur οἰμώζων καὶ στένων? Puta, quod vel turpe aut iniquum esse intelligit, aut quod aliam quamlibet ob causam minime lubens hoc facit; sed cogitur atque abripi se patitur ab illa, quae eum dominatur, cupiditate. Verte, igitur, supplendo πάσχει particulam, quae saepe ad participia per ellipsin subintelligitur, *plorans licet & gemens.* Pro στένων, Teutonicus interpres γελῶν expressit, quod liber nullus agnoscit, nec facile quisquam lector desideraverit.

Ibid. Pro πωλήσει αὖ τοῦτ', mutata verborum serie, αὖ τοῦτ' πωλήσει habet pb. Complura verba praetermisit h. l. pc. ab illis, ἄλλος φιλόθηρος usque ὃ θέλεις.

Ibid. „Ἄλλος γὰρ αὐτὸν ἀναγκάζει. ἀναγκάζει αὐτὸν pc. Is *alius*, quem dicit, (cf. III. 1, 43. not.) Deus est; qui talem naturam constituit hominis, ut qua in re is suum Bonum ponit, ei rei non possit non caetera omnia postponere. (vide supra vs. 5. & ibi not.) Est autem hominis culpa, si ibi Bonum suum ponit, ubi Deus illud non posuit.

Vers. 14. πρὸς τοῦτο μάλιστα τὸ εἶδος. Idem hoc valet, ac πρὸς τοῦτον τὸν τόπον, vel πρὸς τοῦτο τὸ γένος. Nam synonyma fere sunt ista vocabula Stoicis. vide Laërt. VII. 39.

Ibid. αὐτὸν γυμναστέον. αὐτὸν, pro ἑαυτὸν, ut saepe aliàs. Nil hic variant libri.

Ibid. ὃν ἂν ᾖς, ὃν ἂν ἀκούσῃς. ἃ ἂν ᾖς, ὃ ἂν ἀκ. pb.

Ibid. ἀποκρίνου ὡς πρὸς ἐρώτημα. „Confer II. 16, 2. & infra cap. 8.“ VPTON.

Ibid. Ἔπαγε τὸν πανόνα. „Vide II. 11, 15 sqq. II. 20, 21. IV. 10, 3. IV. 12, 12.“ IDEM.

Vers. 15. Πανδοῦλα suo e cod. recepit Vpt. quod & reponere jusserat Wolf. & in ora habuerat editio Salm.

Salm. Vulgo olim πενθοῦν edd. mutilata voce. In πενθοῦντα consentit pc. πενθοῦντας habet pb. πενθοῦντ' ἐπὶ est in pa. sed litera τ ab eadem manu obelo inducta, & puncto inferne notata, ut suspecta.

Ibid. ὁ θάνατός ἐστιν ἀπροαίρετον. ἀπροαίρετόν ἐστιν pb. quod magis placet.

Vers. 17. ἐν τῇ σχολῇ. „Vide II. 16, 18 sqq. IV. 1, 138.“ VPTON.

Ibid. εἶτ' ἐξελθόντες. Sic voluit, debuit certe VPTONVS; in cujus contextu εἶτ' cum acuto accentu expressum est, eodemque modo repetitum in Notis, ubi monet: „Sic noster codex: vulgo ὅτ' ἐξελθόντες.“ — Vulgatum ὅτ' perperam tenent pab. sed ὅθεν ἐξελθ. habet pc. non male; attamen magis placet εἶτα, quod & Salmasius ex conject. commendaverat. Formulam εἶτα περ ἄρα, quæ paulo ante legitur, eodem modo usurpatam l. 28, 9. vidimus.

Vers. 18. Δόγμα. — — Δόγμα. &c. Priori loco, pro δόγμα, est δόγματα in pc. Quod vero hic *dogma*, id alibi τὸ φαινόμενον dicit Noster; (vide l. 28, 32. not.) alibi φαντασίαν & ὑπόληψιν. Enchirid. c. 20. Paulo ante, pro συνεταίσθαι, est συνεταίχθαι in pc. perperam. cf. I. 10, 1.

Vers. 19. ὡς ἂν ἔχῃ τὰ περὶ αὐτόν. „*ut cumque se res illius* (scil. externæ *habeant*.“ Sic VPTONVS in Notis; cum sub contextu alienissima ab Epicteti sententia verba retinuisset, quæ Wolfius h. l. posuerat, *ut qui suis rebus fruatur*. ὅσ' ἂν, pro ὡς ἂν, legendum censuerat Meibom. Superius, pro δόγματά ἐστι, habet δόγματα εἰσι pc.

Vers. 20. *sqq.* Οἷόν ἐστιν ἡ λεκάνη &c. „Ex hoc loco tabulam illam elegantem expressit, & fronti librorum præfixit vir nobilis, quem sæpe nomino.“ VPTON. — In *Shaftesbury's Characteristicks*, in fronte Tom. I. minutam tabulam æri incisam video, ad hujus loci præscriptum delineatum, cum hac inscriptione, πάντα ὑπόληψις: video etiam Tom III. p. 199. (ad quem locum ibi ablegatur lector) citata hæc ipsa Epicteti verba; sed quod ad ea illustranda faciat, nihil quidquam ibidem reperio. Mihi vero haud satis ea plana atque perspicua esse, ultro profiteor.

Vers.

Verſ. 22. ὅταν σκοτωθῇ τις. Vptonus cum Wolf. *ſi quis caligaverit.* Certius putavi, *ſi quis vertigine fuerit correptus*; quæ eſt pervulgata illius verbi poteſtas. Sic apud Polyb. X. 13, 8. ἐσκοτώθησαν διὰ τὴν εἰς ὕψος ἀνάτασιν.

Ibid. οὐχ αἱ τέχναι καὶ αἱ ἀρεταὶ συγχέονται, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα ἐφ' οὗ εἰσι. *Non artes & virtutes turbantur, ſed ſpiritus in quo ſunt.* Nil variant libri, niſi quod αἱ ante ἀρεταὶ deeſt in cod. pb. Vel ex connexione orationis intelligi poterat, τὸ πνεῦμα idem fere nunc ſonare ac τὴν ψυχήν, quo vocabulo paulo ante uſus eſt. Ac ſane ipſam animam atque etiam principalem ejus partem, πνεῦμα eſſe dixere Stoici, vide Plut. Plac. Philoſ. IV. 3. Laërt. VII. 156 ſq. Sext. Empir. II. 70 & 81. III. 188. quam in partem planiſſime etiam Galenus lib. III. de Decretis Hippocratis (laudatus Salmaſio ad Epict. & Simplic. p. 178.) ait, *Cleanthem, Chryſippum & Zenonem dixiſſe*, τρέφεσθαι ἐξ ὑμάτος τὴν ψυχήν, οὐσίαν δ' αὐτῆς ὑπάρχειν τὸ πνεῦμα. Nonnumquam vero (ut ſupra vidimus ad II. 23, 3.) diſtinxerunt inter τὸ πνεῦμα & τὸ ἡγεμονικὸν τῆς ψυχῆς, atque πνεῦμα intellexerunt *ſpiritum animalem*, ſive *fluidam* illud *nerveum*, quod a principali animi parte ad exteriora organa ſenſuum pertinet, cujus miniſterio efficiuntur ſenſuum perceptiones, & φαντασίαι ſive viſa menti adferuntur, notionesque informantur. Videtur autem comparationis ratio, quæ hic inſtituitur, deſiderare, ut, quemadmodum II. 23, 3. ſic & hic poſteriori quodam modo τὸ πνεῦμα accipiatur. Quo & ſpectare videntur verba proxime ſequentia, ἐφ' οὗ εἰσι. Nam quod hæc cum Vpt. & Wolf. vertimus *in quo ſunt*, id græce proprie ἐν ᾧ, non ἐφ' οὗ, ſonat; niſi artes virtutesque ſpiritui, *veluti ceræ impreſſas* intellexit, quo intuitu perinde & ἐφ' οὗ & ἐν ᾧ dicere poterat. Et iſta quidem ſimilitudine, ubi de notionibus agebant animo perceptis, frequenter uſos eſſe Stoicos, ſatis notum eſt: (ſic ipſe Noſter II. 23, 3. cf. Sext. Empir. VII. 228. Laërt. VII. 54. Alexand. Aphrod. de Anima, apud Menag. ad Laërt. l. c. &c.) virtutes autem omnes, *artes* eſſe dicebant; *artem*que definiebant, σύστημα κατανοήσεων, *ſyſtema ex multis animi perceptionibus conſtans.* vid. Cic. Acad. II. 7. & Sext. Empir. cum alibi, tum Pyrrh. Hyp. III. 188. ubi pugnantiam illam, quod ſpiritui, quamquam ſua natura fluxo atque labili, tamen notionum multitudinem veluti ceræ impreſſam

fam ſtatuerint, non inobſervatam prætermiſit. Cæterum vide, an ad totius hujus loci dilucidationem, quem mihi non ſatis in liquido eſſe ſupra profeſſus ſum, conferre aliquid poſſit id quod apud Laërt. VII. 158. legimus: *Αἰτίας δὲ παθῶν ἀπολείπουσι τὰς περὶ τὸ πνεῦμα τροπάς.* At hæc ipſa quidem Laërtii verba Oedipum aliquem deſiderare mihi videntur.

CAPVT IV.

TIT. *Πρὸς τὸν ἀκόσμως ἐν θεάτρῳ σκυβάσαντα.* „Julius Capitol. *Quod turpiſſime contra eos faveret.* Vbi Salmaſius: *Dicitur* contra aliquem favere, *qui contraria ejus parti favet. Verus favebat Praſinis, Venetianorum contrariis: ſic contra Venetianos favebat.* Turpiſſime *autem* favere, *eſt, cum clamore & motu corporis indecenti favere: ἀκόσμως σκυβάζειν id vocat Arrianus.* Vide Pet. Fabrum, in Agoniſt. lib. II. cap. 30. & Gatak. ad M. Antonin. I. 5. Auct. Dialog. de Orat. c. 29. *Jam vero propria & peculiaria hujus urbis vitia pene in utero matris concipi mihi videntur, hiſtrionalis favor, & gladiatorum equorumque ſtudia; quibus occupatus animus quantulum loci bonis artibus relinquit.*“ VPTON. Confer ad I. 11, 27.

Verſ. 2. *Ἐπίτροπος δ' ἐκείνου.* Conjunctionem δὲ, quam ignorabant edd. omnes, inſerui monitus ab Vptono, cujus codex eam offerebat. Eamdem vero exhibent noſtri codices tres pabc.

Ibid. τὸν αὐτῶν ἄρχοντα — — καὶ ἐπίτροπον. „Hunc Epiri Procuratorem (nam & hæc provincia Præſidialis fuit) vocat Arrianus modo *ἄρχοντα, præſidem*; modo *ἐπίτροπον, procuratorem.* Vide Salmaſ. ad Aelium Spart. p. 7.“ VPTON. — At *ἄρχων* hoc loco nonniſi generali notione, ut participium verbi *ἄρχω*, accipiendum: proprium dignitatis eſt nomen *ἐπίτροπος Καίσαρος*, vſ. 4. & *ἐπίτροπος Ἠπείρου*, vſ. 1. Perperam pc. *τὸν αὐτὸν ἄρχοντα.*

Ibid. Καίσαρος Φίλον. „*Amici* & comites *Cæſaris* dicebantur, qui erant a conſiliis, & admiſſi in interiorem principis familiaritatem. Vide Salmaſ. ad Ael. Spart. p. 9. vſ. 16. *Non amicos ſuos aut comites ſolum.* Frequens horum in vetuſtis monumentis mentio, & infra, IV. 1, 8 & 45 & 95. IV. 4. 5.“ VPTON.

Verſ.

Vers. 4. κραυγάσω. Vtroque loco κραυγάζω in præs. tempore scribit pc. minime absurde. Idem ἀναπηδῶ, pro ἀναπηδήσω, sed in ora notavit γρ. ἀναπηδήσω.

Vers. 5. πῶς αὐτοὺς δεῖ θεωρεῖν. πῶς δεῖ θεωρεῖν αὐτούς pp. percommode.

Vers. 7. Τί οὖν θέλεις; ἵνα &c. Τί οὖν θέλεις ἵνα &c, pb.

Ibid. ἐκεῖνο δὲ μηδ' ἄτοπον. „Abest illud δὲ ab omnibus, quos vidi, libris, nostro excepto.“ VPTON. — Agnoscit eamdem particulam noster pb. Neque vero, quamvis præcesserit μὲν, necessario desiderabatur h. l. illa particula: immo & ogratia & vis quædam inesse asyndeto in hac connexione videri poterat.

Ibid. τὸν Δία οὐ λοιδορούσιν. „Vide I. 17, 13. II. 22, 17. Enchir. c. 31, 4.“ VPTON.

Vers. 8. κολάσῃ scripsi cum pc. Cæteri κολάσει cum edd.

Vers. 9. Σώφρων. „Nomen proprium comœdi.“ MEIBOM. — „Extat nomen Sophronis nescio cujus apud Gruter. in Inscr. p. DCCX. 8.“ VPTON.

Ibid. οὐ τοῦτο εἰπεῖν. „Abest vulgo particula negans, & interrogatio indicatur post στεφανοῦν; Quod teneas VPTONVS, monuit in Notis: „Mox lege Οὔ. ἀλλ' ἐκεῖνο. Ego necessariam utique hanc particulam judicavi, sed proxime ante τοῦτο inserendam; quod vel invitis libris feci. οὐκ ἔδει scribere jusserat MEIBOM.

Vers. 10. Ἐμοὶ γὰρ ἐμὲ φίλτερος οὐδείς. „Vide I. 22, 24.“ VPTON.

Ibid. Οὐ ἄλλος νεήνης κωμῳδῶν. κωμῳδὸν malueram Meib. præter rem.

Vers. 11. νικήσει, ὦ φίλε. „Sic recte noster codex: non νικήσω, uti perperam alii habent.“ VPTON. — Verum expresserat jam Wolfius in versione; & νικήσει notaverat Meibom. Id ipsum habet etiam noster pc.

Ibid. ὑφάρπαζε. Temere ὑφάρπαλε ed. Ven.

Vers. 12. παιδιστὴ σεαυτόν. Sic scripsi cum pb. Vulgo παιδιστὰς σαυτόν. edd. cum pa. Perperam vero παιδικτής pc. omisso pronomine.

CAPVT V.

TITVLVM huic Capiti vulgo omnes hunc præfigebant: Πρὸς τοὺς διὰ νόσον πλατ/ομένους. Ad quæ verba ego, miratus neminî Interpretum ſuſpecta ea fuiſſe, hæc olim adnotaveram: „Ni admodum fallor, aut διὰ delendum eſt, aut intercidit nonnihil, ad διὰ νόσον referendum. Poteſt vero etiam in verbo πλατ/ομένους error latere.“ Ac latebat ſane in iſto verbo error, facile quidem inveniendus, ſed qui me non minus quam cæteros præterierat interpretes. Opportune ἀπελλατ/ομένους dedit noſter codex pb. non quidem hoc ipſo loco, ubi & is vulgatum tenet, ſed in Capitum Indice, qui huic libro præmittitur. Neutro loco a vulgata ſcriptura diſcedit pa. quam ſic vertit Vptonus cum Wolfio, *Ad eos qui morbum caueſſantur*; Schegkius, *Ad eos qui propter morbum fingunt aliquid*. Codex pc. h. l. ſic ſcribit, Πρὸς τοὺς νόσῳ πλατ/ομένους. Idem in Capitum Indice, Πρὸς τοὺς νόσου (ſic) πλατ/ομένους.

Verſ. 2. ἄνοσος ἦσθα σύ; Vulgo edd. omnes ἦ σύ; Sed: „Noſter codex (ait VPTON.) habet οὐδὲ σύ; Forſan ἄνοσος ἔσῃ;“ — Ego, veſtigiis ſcripturæ illius inſiſtens, haud cunctanter ἦσθα ſcribendum putavi. Qua de Attica verbi forma cum alii Grammatici conſuli poſſunt, tum Maittaire in Dialecticis Græc. ling. p. 44. ſed præ cæteris Wetſtenius ad Evang. Matth. 26, 69. Et ἦσθα σύ; plane hic ſcripſit pb. In pac. eſt ἦ σύ;

Verſ. 3. γηροκομήσεις. γηροκομήσεις pab.

Ibid. κακὸς κακῶς τί ποτε ποιήσεις τῶν ἐξῆς. Illa κακὸς κακῶς vulgo cum præcedente ἄρξεις conjungebant edd. & multi noſtri; ego ea ſequentia commodius referri putavi.

Verſ. 4. καὶ τὴν φαντοῦ στάσιν μεταθέσεως ἀπὸ τῶν ἀκρωτηρίων ἐπὶ τὰ προαιρετικά. Conf. Enchir. c. 2. & Diſc. III. 5, 19.

Ibid. πῶς τοι εἴπῃς Ὅμοι. „Vide infra, cap. 19. & Enchir. c. 5.“ VPTON.

Ibid. λέγεις. Commodum utique foret λέξεις, quod maluerat Meibom. Sed ferendum vulgatum, in quod libri conſentiunt. Et frequentatiq verbum in præſ. pro fut. uſurpatum videmus.

Ibid.

Ibid. διὰ τὸν ἀδελφὸν. „Omissum, credo διὰ νόσον." COM. SHAFTESBVR. — Nil opus. Perperam vero ante τὸν ἀδελφὸν deest διὰ in pab.

Ibid. ὅτι ὑπολογίζῃ. Recte ὅτι edidit Vpt. ex suo cod. & Paris. (Et sic quidem tres Parisini, pabc.) Olim ὅτι edebatur.

Vers. 5. παταλαβεῖν ἡμᾶς ὀφείλουσι τί ποτε τοιοῦτος. Particulam ποτε, quam ignorabant superiores editiones, suo e cod. recte adscivit Vptonus: (cum quo facit noster pc.) sed non debebat idem Editor cum superioribus editoribus, verba illa τί ποτε a praecedentibus verbis interserto puncto interrogandi sejungere; quae necessario cum illis jungenda censui, ut τί ποτε non interrogative accipiatur, sed significet *aliquid quodcumque illud sit*, sicut paulo ante vs. 3. & mox rursus vs. 6. & passim alibi.

Vers. 6. τί ποτε μὲν γὰρ. Deest μὲν pb.

Vers. 7. Εἴ τι ἔχεις. Sic Vpt. e suo codice, ut voluerant Wolf. & Salmas. Prius ἢ τί edebatur; & sic pa. ὅτι ἔχεις pc. sed εἴ τι pb. cum cod. Vpt.

Ibid. ἀτιμαλουμένῳ. ἀτιμαλούμενον pc.

Ibid. ἀνανάγκαστος correxit Vpt. monente Wolfio, & ed. Salmant. in ora. Sic vero & pab. Perperam olim ἀνάγκαστος ed. Ven. cum pc. quod in ἀναγκαστὸς mutarunt sequentes.

Vers. 8. μή τι πρὸς ἄλλα ἐχρησάμην ταῖς ἀφορμαῖς, ἃς ἔδωκας; καὶ ἔδωκας pa. & caret ἃς, qua sub scriptura nescio an lateat aliud quid. πρὸς ἄλλα, *ad alia* intellige ἢ πρὸς ἃ ἔδωκας, *quam ad quae tu illa subsidia mihi dediſti*; vel generatim *ad alia quam par est*. Sic mox ἄλλως, *temere*, *secus quam par est*, *perperam*. Conf. II. 8, 15. II. 10, 13.

Ibid. μή τι σοὶ τοτ'. καί τι σοὶ ποτ' pc.

Ibid. μή τι σοῦ ἐμεμψ. τὴν διοικ. Placuit hic verborum ordo, quem dedit pc. Alii μή τι ἐμεμψ. σοῦ τὴν διοικ.

Vers. 9. σοῦ θέλοντος. σοῦ δέοντος pa. σοῦ θελήσαντος pb.

Vers. 10. ἀπαλλαγεῖ δὲ τῆς παιηγύρεως. „Vide ad II. 14, 23. & confer infra, IV. 1, 109.

" *Ibid.* σὺ μὲν ἀφαιρήσεσθαί σοι. *Tu* ignorat pb. recte, ut videtur.

Vers. 13. ἢ ὑγιαίνων. Vulgo omnes ἢ ὑγιαίνων, quod Vpt. cum Wolf. sic vertit: *an dignus es qui sanus in tali recumbas?* Obsecutus vero sum eidem VPTONO, monenti in Notis: „Scribe ἢ, *certe, profecto;* & dele interrogationem. *Abi ad lectulum tuum: dignus es profecto qui vel sanus in tali recumbas.*" — Scripturam ἢ cum editis tenent pabc. ὃς ὑγιαίνων conjectaverat Meibom.

Vers. 14. ὁ Σωκράτης τί λέγει; Ὥσπερ ἄλλος τις, φησί, &c. „Verba Socratis, ad quæ respexit Epictetus, extant in Xenoph. Ἀπομνημ. lib. I. c. 6. [sub fin.] Ἐγὼ δ' οὖν καὶ αὐτὸς, ὦ Ἀνσιφῶν, ὥσπερ ἄλλος τις ἢ ἵππον ἀγαθὸν &c. Haud secus M. Anton. VIII. 43. Εὐφραίνει ἄλλην ἄλλο; ἐμὲ δὲ, ἂν ὑγιὲς ἔχω τὸ ἡγεμονικὸν, μὴ ἀποστρεφόμενον μήτε ἄνθρωπον, μήτε τινα τῶν ἀνθρώποις συμβαινόντων· ἀλλὰ πᾶν εὐμενέσι ὀφθαλμοῖς ὁρῶν τε καὶ δεχόμενον, καὶ χρώμενον ἑκάστῳ κατ' ἀξίαν. *Alium aliud oblectat: me vero, si sanam habeo principalem animi partem, non aversantem hominemve, aut quæ hominibus contingunt; sed omnia oculis benignis videntem & excipientem, & singulis pro sui existimatione utentem.* Sic Marci locum & distinguo, ne literâ mutatâ: tantum τινα transposui. [At id rectius fortasse in suo loco relinquetur, moxque μήτε τι τῶν ἀνθρ. scribetur.] Ὁρῶν τε pro ὁρῶν dicitur κατὰ σχῆμα πρὸς τὸ σημαινόμενον: sed, si malis, legas minima mutatione ὁρῶν τε καὶ δεχ." VPTON.

Ibid. τὸν ἀγρὸν τὸν αὐτοῦ. Sic pc. cum edd. τὸν αὐτοῦ ph. τὸν ἑαυτοῦ pa.

Vers. 15. λαξεύεται. Sic pab. cum edd. λαξεύει pc. & sic rursus infra vs. 17.

Ibid. Τί ποιεῖς; *quid agis?* Familiaris loquendi formula, idem fere valens ac τί λέγεις; *quid ais? quid dicis?* pro quo paulo ante, εὖ φάσκει, dixerat. Dormitaverat h. l. optimus Vptonus. Veteres omnes editiones cum msstis in τί ποιεῖς; consentiunt, quod ipsum & Schegkius & Wolfius expressit; *quid facis?* in versione scribentes. In ed. Col. operarum errore, in græca, τί πάθοι; irrepserat; in versione nil illi mutatum. Cantabrigiensis editor, errorem in græco repetens, verbum etiam de industria corrupit; *quid facia?* scribens. Id inde in Londinensem editionem, & ex hac in Vptonianam propagatum est tam græcum verbum corruptum,

quam latinum. De quo ne in Notis quidem monuit Vptonus.

Verſ. 16. *περὶ ὃ ἀσχολοῦνται.* Sic Vptoni codex, & noſter pc. quod adoptavi. Vulgo *πρὸς ὃ ἀσχολ.* edd. quod & ipſum fortaſſe ferri poterat, ſed illud certius.

Ibid. τὸ αὐτὸ πρόσωπον ἀεὶ καὶ ἐνφέρειν καὶ εἰσφέρειν. „ Vide ad I. 25, 31. Simplicius in Epict. Enchir. c. 42. [p. 261. ed. Lugd. Bat.] Ἐλέγετο οὖν καὶ ὁ Σωκράτης ἐν τῷ αὐτῷ καταστήματι ἀεὶ ὁρᾶσθαι, καὶ μήθ' ὑπὸ τῶν ἡδέων, μήτε ὑπὸ τῶν λυπηρῶν δοκοῦντα μεταπίπτειν ἀεὶ, διὰ τὸ μίαν τὴν αὐτὴν (l. μίαν καὶ τὴν αὐτὴν, *unam & eandem*) ζωὴν ἀεὶ τὴν ἑαυτοῦ διαζῆν.“ VPTON.

Verſ. 17. *οὐδέποτε εἶπεν ὅτι οἶδέ τι, ἢ διδάσκει.* „ Socrates apud Platonem in Apol. Οὐδέ γ' εἴ τινος ἐπακούσατε, ὡς ἐγὼ παιδεύειν ἐπιχειρῶ ἀνθρώπους, καὶ χρήματα πράττομαι, οὐδὲ τοῦτο ἀληθές. Xenoph. in lib. I. Ἀπομνημ. [c. 2.] Ἀλλ' ἔπαυσε μὲν τούτων πολλοὺς, ἀρετῆς ποιήσας ἐπιθυμεῖν, καὶ ἐλπίδας παρασχὼν, ἂν ἑαυτῶν ἐπιμελῶνται, καλοὺς καὶ ἀγαθοὺς ἔσεσθαι· παίτοι γε οὐδεπώποτε ὑπέσχετο διδάσκαλος εἶναι τούτου. Vide & Ἀπομν. lib. I. c. 6. ſ. 3. Hinc meram eſſe calumniam, apparet, quæ ab Ariſtophane jactata ſunt in Nub.

Οὗτοι διδάσκουσ', ἀργύριον ἤν τις διδῷ,
λέγουσα νικᾶν καὶ δίκαια κἄδικα.

Vbi Schol. Καὶ τοῦτο ψεῦδος, διαβολῆς χάριν· οὐδεὶς γὰρ μισθὸν ἐτέλει Σωκράτει· ἐπεὶ ἐκεῖνος ἔφασκε μηδὲν εἰδέναι. Nihil ſcire ſe Socrates dicebat; ideoque nullam a diſcipulis mercedem exigebat. Ita Xenoph. in Ἀπομν. & Plato in Apol. Laërtius, in vita Socratis, II. 32. καὶ εἰδέναι μὲν μηδὲν, πλὴν αὐτὸ τοῦτο εἰδέναι. ubi vide quæ congeſſit Menagius. Luciani autem locus in Hermotimo, quem ibi laudat, leviter corruptus eſt: nam pro οὐχ ὅπως μὴ, transpoſitis vocibus ſcribendum μὴ οὐχ ὅπως. Sic: ἐκεῖνος ἥκει πρὸς ἅπαντας, μὴ οὐχ ὅπως, ἀλλ' [ἀλλὰ] μηδ' ὅλως εἰδέναι τι, ἢ τοῦτο μόνον, ὅτι οὐκ οἶδε. Socrates *palam apud omnes profeſſus eſt, non ſe ſcire, ſed prorſus ſe nihil ſcire, niſi hoc ſolum quod nihil ſciret.*“ VPTON. — Quòd ſi Luciani verba, a Menagio citata, apud ipſum Lucianum, (Tom. I. ed. Weſtſten. p. 790.) inſpicere voluiſſet vir doctus, videre poterat, nulla opus eſſe loco illi emendatione, ſed operarum errore apud Menagium poſt οὐχ ὅπως μὴ omiſſam

fuisse vocem πάλιν. Pro εἰδέ τι, perperam εἰδέ τι pc. & pa. in contextu, sed hic verum intra lineas adnotavit.

Ibid. πτυστρὸν. πτυρὸν ph. Prorsus corrupte μὴ τυφρὸν pa.

Ibid. ἂν αὐτὸν. αὐτὸν ἂν pb.

Vers. 18. ὑμῶν. ἡμῶν pc.

Ibid. ἐπεὶ τοι εἰ εἴχετε, καὶ ἀναιρεῖτε ἂν ἡδέως. „Vide Chrysippi verba, II. 6, 9 sq. II. 10, 5.“ VPTON.

Vers. 19. Εἴ τις ὑμῶν ἡρόσθη κορασίου &c. „Hoc est: Qui amat, novit quid sit, propter amorem omnia perferre. Si quis adeo puellae captus amore, pericula mortemque ipsam vellet obire; quid non ille obiturus est, qui Dei, Universi, τοῦ πρώτου καλοῦ, amore captus est.“ VPTON.

Ibid. οἶδεν ὅτι ἀληθῆ λέγω. Sic pc. cum edd. consentiente (ut videtur) Vptoni codice. οἶδεν ἃ λέγω pab.

CAPVT VI.

Vers. 1. Πυθομένου τινὸς, [πῶς, ὅτι] τῶν νῦν — — — πρότερον μείζονες &c. In omnibus hactenus editis sic legebatur initium hujus capitis: Πυθομένου δέ τινος τῶν νῦν μᾶλλον ἐπιτεταγμένου τοῦ λόγου, πότερον μείζονες πρεσβεῖαι ἦσαν. Quae cum sic convertisset WOLFIVS: *Sciscitante quodam, cum oratio magis hoc tempore elaborata esset: majores ne progressus olim fuissent?* ad illa verba πότερον μείζονες &c. monuit idem in Notis: „Sententia & ea quae sequuntur, indicant addendum esse τότε.“ — VPTONVS vero, servata sub contextu Wolfiana versione, haec deinde adnotavit: „Ex responso, locum esse corruptum, patet. Insere διὰ τί: haec omissa. Deinde, pro πότερον, lege πρότερον. Hoc modo: Πυθομένου δέ τινος, Διὰ τί, τῶν νῦν μᾶλλον ἐπιτεταγμένου τοῦ λόγου, πρότερον μείζονες &c. *Sciscitante vero quodam, Quare, cum logica, quam tractant homines nostrae aetatis, magis sit elaborata, prius majores progressus erant.*“ — Cui ego de πότερον in πρότ. mutando adsentiens, de priori orationis parte vix satis mecum decernere potui, quo eam pacto constitueram. De διὰ τί nil repugno; praetuli tamen πῶς, qua fere particula uti Noster solet in hujusmodi interrogationibus. Sed τῶν νῦν non placet. Possis τοῦ νῦν aut τὸ νῦν suspicari, quod ipsum pro nudo νῦν frequen-

frequenter poni notum, & sic apud Nostrum habemus III. 26, 7. Fortasse etiam prorsus deleri debebat importunus ille articulus τῶν, ut ex particula τῶς corruptus detortusque. Sed gratiam ei faciendam putavi, præpositionem ὑπὸ supplendo. Duas autem voces, ex nostra conjectura adjectas, uncis inclusi. Nihil præsidii codices nostri, in contextu quidem, offerebant. Sed ad oram codicis pc. vir doctus hanc adnotavit conjecturam: Ἴσως οὕτω· Πυθομένου δέ τινος τῶν παρόντων, διὰ τί, νῦν μᾶλλον ἐκπεπωκότος τοῦ λόγου, πρότερον μαίνεις.

Vers. 3. τότε δ' ὅστε &c. Sic recte ex cod. Ven. edidit Vpt. Olim τοτὲ: quod ferri quidem posse visum erat Wolfio; sed & ipse τότε maluerat. Perperam quidem in Ven. τοτὲ acute scribitur, & sic quoque in nostro pa. sed recte τότε habent pbc.

Vers. 4. μηδὲ ζήτει, ὅταν ἄλλο ἐπιτηδῇ &c. „Vide I. 4, 17.“ VPTON.

Ibid. Ἀλλ' ἴδε. Sic bene edd. & ex more Epicteti. ἰδοῦ pab. εἶδε pc. quod ex ἴδε corruptum.

Ibid. πρὸς τοῦτῳ recte pb. cum edd. πρὸς τοῦτο pa. minus recte. Corrupte prorsus πρὸ τούτων pc.

Vers. 5. καὶ γὰρ οὐκ ἀγωνίζεται ὅπου μὴ κρείσσων ἐστίν. Vulgo sic edebant omnes: ἢ γὰρ οὐκ ἀγωνίζεται ὅπου μὴ κρείσσων· εἰ μὴ ὅπου κρείσσων ἐστίν. Vbi Wolfius, pro εἰ μὴ ὅπου, suspicatus erat ἢ ὅπου κρείσσων ἐστιν, & hoc ipsum etiam in versione expressit: *Aut enim non certat, ubi non est superior: aut ibi certat ubi superior est.* VPTONVS, nec in contextu, nec in versione deserens Wolfium, in Notis hæc habet: „Noster codex totam sententiam, cæteris omissis, sic legit: Ὁ σπουδαῖος ἀήττητος· καὶ γὰρ οὐκ ἀγωνίζεται ὅπου μὴ κρείσσων ἐστίν. *Vir bonus & sapiens invictus est; nam non certat nisi ubi sit superior.* Olim legebam, ἢ γὰρ — — ἢ εἰ μὲν, ὅπου κρ. *aut enim non certat ubi non est superior; aut, si certat, ibi certat, ubi superior est.*“ — Ego haud cunctanter tenendum duxi, quod offerebat Vptoni codex. Vulgata lectio e duabus lectionibus imperite conflata est; altera, ὅπου μὴ, altera, εἰ μὴ ὅπου. Cum Vptoni codice consentit noster pb. Vulgatum tenent pac. Initio vero hujus periocopæ, pro vulgato ἢ γὰρ, utique καὶ γὰρ, invitis licet libris omnibus, corrigendum putavi.

Verſ. 6. *Εἰ τὰ κατὰ τὸν ἀγρὸν θέλεις, λάβε· λάβε τοὺς οἰκέτας &c.* Cum alterum λάβε ignorarent vulgo omnes, VPTONVM probavi, adjicere jubentem. „Omittitur (inquit) *λάβε*, propter repetitionem." — Vide ad I. 18, 8. Ante iſta verba, *Εἰ τὰ κατὰ &c.* intellige: *Sic enim dicit vir bonus ſuo adverſario.*

Verſ. 8. *ὁ Κοινὸς νοῦς.* „*Senſus communis* varie apud varios accipitur; uti monuit Bentlejus ad Horat. Serm. lib. I. 3. 65. Vide quoque Com. Shaftesb. in tractatu ſuo, qui inſcribitur *Senſus communis*; & Gatakerum ad M. Antonin. l. 16. *κοινονοημοσύνη*. Cæterum *κοινὸς νοῦς* hoc in loco eſt ſenſus ille omnibus communis, (utpote eſt *τοῦ Παντὸς* anima, cujus ſingulæ quaſi particulæ ſunt) per omnia rationalia dispertitus a ſpiritu illo, qui magno ſe corpore miſcet. Vna eſt veritas: una eſt anima, cujus ſingulæ quaſi particulæ ſunt. Ad rem M. Anton. IX. 8. *Εἰς τὰ λογικὰ μία νοερὰ ψυχὴ μεμέρισται. Anima una intellectiva in rationalia dispertitur.* Et IV. 4. *Εἰ τὸ νοερὸν ἡμῖν κοινὸν, καὶ ὁ λόγος καθ' ὃν λογικοί ἐσμεν κοινός.*" VPTON.

Verſ. 9. *οὐδὲ γὰρ τυρὸν ἀγκίστρῳ λαβεῖν. neque enim iaſeus* (tenellus) *hamo capitur.* „Apophthegmate tali uſum Bionem quoque refert Laërtius hic verbis: *Ὀνειδίζοντος ἐπὶ τῷ μὴ θηρᾶσαι μειράκιόν· Οὐχ οἷόν τε, εἰπεῖν, ἄπαλὸν τυρὸν ἀγκίστρῳ ἁλίσκεσθαι.*" SCHEGKIVS. — „Fortaſſis addendum epitheton *ἁπαλὸν*, ut eſt apud Diogenem Laërt." WOLFIVS. — „Pro certo *ἁπαλὸν* addendum; aliter nullo ſenſu dicitur. Vide Laërt. IV. 47." VPTON. — At neceſſitatem addendi hujus adjectivi mihi non perſuaſit vir doctus: nec enim adſumentum ejusmodi mire convenit cum brevitate proverbii; & per ſe intelligebatur ductum eſſe hoc proverbium a *molli caſeo atque recenti*, quo plerumque utebantur veteres. Itaque vide, ne apud Laërt. vox *ἁπαλὸν* præter neceſſitatem adſuta ſit.

Verſ. 10. *Ῥοῦφος.* „De *Ruſo* vide ad I. 1, 27." VPTON.

Ibid. κἂν ἄνω βάλῃς. „Vulgo *ἀναβάλῃς*. Sed edit. Salmant. * *ἀναβάλῃς*, & in marg. * *ἄνω βάλῃς*." IDEM. — In *ἄνω βάλῃς*, quod & Salmaſius hic reponere ex conjectura juſſerat, conſentiunt noſtri libri pleb. Sed *ὅτι*, quod præcedit ante *ἂν ὁ λάθας*, deeſt in pleb.

Ibid.

Ibid. ἐνεχθήσεται πάντα ἐπὶ γῆν τὴν αὐτοῦ κατασκευήν. Sic ex conjectura correxi. Vulgo omnes ἐνεχθ. πάντα ἐπὶ τὴν αὐτοῦ (αὐτοῦ temere ed. Lond. & Vpt.) κατασκευήν. Quod quo pacto citra animadversionem præterire potuerint interpretes, mirari subit: nec enim ἐπὶ τὴν αὐτοῦ κατασκευήν significat *sponte nutu*, ut Vptonus cum Wolfio vertit, nec *in suum locum*, ut Schegkius. κατασκευὴ est *fabrica* & *natura cujusque rei*. ἐπὶ τὴν αὐτοῦ κατασκευήν nihili prorsus est. Quare aut ita oportebat, ut correxi: aut ἐνεχθήσεται πάντα ἐπὶ γῆν κατὰ τὴν αὐτοῦ κατασκευήν. A scriptura olim vulgata non discedunt codices nostri.

Ibid. ἐφ' ᾧ πίφυκεν. „Lego ἐφ' ὅ" WOLF. Sic & SALMAS. At utrumque recte dicitur: quare non solicitanda vulgata, nisi ei litem faciant veteres libri. Et ἐφ' ὅ quidem (ut volverant, quos dixi, Interpretes) offert noster pc. In ἐφ' ᾧ vero consentiunt pab.

CAPVT. VII.

Vers. 1. Τοῦ δὲ διορθωτοῦ. „*Correctores liberarum civitatum*, ii sunt quorum in antiquis inscriptionibus frequens mentio. Vide Casaub. in Capitol. p. 66. edit. fol. Gruter. p. CCCCLXXXVI. 3. p. MXCVIII. 1. & alibi." VPTON. IDEM in Indice: „διορθωτὴς, *Corrector*, munus erat & dignitas apud Romanos; quorum plurimæ provinciæ suos habuere Rectores, Consulares, Correctores, Præsides. Trebell. Poll. *Aurelianus* — — *eum quem triumphaverat*, *Correctorem totius Italiæ fecit.*" — Conf. Ammian. Marcell. XXVII. 4. & Eutrop. IX. 13. ibique Interpretes. Judicia exercuisse Correctorem, & insignem potestatem habuisse, intelligitur ex iis quæ habet Noster infra, vs. 30 sqq. Particulam δὲ ignorabant olim edd. Tacite eam adjecit Vptonus, e suo puto codice. Habet eamdem noster pc. Initio superioris Capitis omnes eam agnoscunt.

Ibid. παρ' ὑμῶν τῶν Φιλοσόφων. Epicureos per ironiam quasi κατ' ἐξοχὴν *Philosophos* dicit, ob singularem plerorumque istius sectæ hominum confidentiam arrogantiamque; quam & Cicero, cum alibi, tum de Nat. Deor. I. 8. salse deridet.

Ibid. Ἵνα καὶ πάντα ἱστορήσωμεν ταυτὶ μόνον. „*Quo nempe cognito reddamur.* Respicit ad nobile illud Pythagoræ dictum.

dictum. Vide supra ad I. 14, 23. & confer ibid. vs. 29." VPTON. — At nulla hic quidem *reditus* mentio. *μετιέναι* non est *redire*, sed *abire*, & *obeundo persequi*. Pro *ἱστορήσαντας* suspicabar olim *ἱστορήσοντας* in futuro, *spectaturi;* sed nec necessarium, & vetare videtur id quod sequitur, *καὶ θεώμεθα*. Nil mutant libri. Itaque *ἱστορεῖν* nunc non *spectare* est, sed *cognoscere; postquam e vobis cognoverimus quid sit spectatu dignissimum.*

Vers. 2. "Ὅτι μὲν γὰρ τρία ἐστὶ. In ora pc. adnotavit aliquis vir doctus: ἴσως, "Ὅτι μὲν δὴ ἕξη τρία ἐστί.

Vers. 3. *τὴν σάρκα.* „Vide I. 20, 17. II. 23, 21." VPTON.

Ibid. Μάξιμος ἔπλευσε μέχρι Κασσιόπης. „*Maximus*, a Trajano dux constitutus contra Parthos; a quibus devictus periit. Vide Xiphilin. in vita Trajani." VPTON. — De Maximo conf. Reimar. ad Dionem T. II. p. 1108 sq. & 1126. *Cassiope* vel *Cassiopeia*, portus Epiri.

Ibid. προπέμπειν. „Scil. *τὸν υἱόν*." WOLF. — „Προπέμπειν est *aliquem honoris caussa deducere*. Xenoph. Κύρου παιδ. ά. [I. 6, 1.] Κῦρος — — ὥρμητο ἐπὶ τὴν στρατείαν· συμπροὔπεμπε δὲ αὐτὸν καὶ ὁ πατήρ. Sic etiam παραπέμπειν apud Eunapium, p. 149. ed Commel. Ὁ δὲ ἀνθύπατος καὶ δορυφόρων μετὰ πάντων ἦ τῶν δυνάμεων, ἐκ τοῦ θεάτρου παρέπεμψε. Quem locum sic refinge: ὁ δὲ ἀνθύπατος μετὰ πάντων τῶν δορυφόρων [δορυφόρων, puto, voluerat] καὶ τῶν δυνάμεων, ἐκ τοῦ θεάτρου παρέπεμψε. Proconsul vero cum omni satellitio & copiis comitatum e theatro honorifice deduxit. Sic *πέμπειν*, *deducere*, apud Homerum, Odyss. ε. 37." VPTON. — Nunc paterno adfectu ductus Maximus filium comitatus est, cum Nicopolin, puto, in Epicteti scholam proficisceretur. *χειμῶνος* non cum Wolf. & Vpt. *hyberno tempore* vertendum putavi, sed *procelloso mari*. cf. cap. 9, 3. & II. 6, 20.

Vers. 4. Οὐ *προσήκει οὖν, ἔφη.* Ante Vpt. edd. omnes ignorabant *οὖν* & *ἔφη*. Particulam *οὖν* tacite adjecit Vpt. Eamdem habent nostri codd. pbc. Sed pb. simul verbum *ἔφη* dabat, quod non negligendum duxi.

Vers. 6. *πότερον ἀφ' αὑτῆς; an ex se ipsa?* Id est, *an delectamur, quia delectamur?*

Vers. 7. *καὶ γὰρ ἐπὶ τοῖς ψυχικοῖς*, &c. *Si delectatio enimvero exsistit a rebus ad animum pertinentibus, inventa*

inventa est natura boni; scilicet, inventum est, boni rationem inesse *in rebus ad animum pertinentibus*, in certo quodam animi habitu. Vulgo omnes, atque etiam Vptonus, *ἐν μὲν ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς*, *si e bonis*. Ego vero unice SMARTESBVRIENSEM probavi, monentem: „Legendum credo *τοῖς ψυχικοῖς*, quia sequitur *τοῖς σωματικοῖς*, [vs. 9.] per oppositionem.“ — Vulgatum *ἀγαθοῖς* tenent pabc.

Ibid. *ἐφ' ᾧ εὐλόγως ἐπαιρόμεθα.* „Vide II. 11, 22. Alludit ad Stoicam definitionem *τῆς χαρᾶς*, quam dicunt esse *εὔλογον ἔπαρσιν*, cui opponitur *ἡδονή*, i. e. *ἄλογος ἔπαρσις*. Vide Diog. Laërt. in vita Zenonis. [VII. 114. & 116.] Caeterum *ἡδονὴ ψυχική*, seu (quod eodem redit) *εὔλογος* animae *ἔπαρσις*, vocatur *ἐπιγέννημα*: illud vero, *ἐφ' ᾧ ἐπαιρόμεθα*, vocatur *τὸ προηγούμενον*. Ita ergo concludit Philosophus: Quale est *τὸ ἐπιγέννημα*, tale est *τὸ προηγούμενον*: [saltem *τὸ προηγούμενον* non potest esse inferioris ac deterioris conditionis, quam *τὸ προηγούμενον*.] sed *ἐπιγέννημα* pure & vere *ψυχικὸν* est: *ψυχικὸν* ergo *τὸ προηγούμενον*. Porro, *τὸ ἐπιγέννημα ἀγαθὸν* est; *ἀγαθὸν* ergo *τὸ προηγούμενον*: sed & tam *ψυχικὸν*, quam *ἀγαθὸν*, datur contra Epicureos *ἀγαθὸν ψυχικόν*. Hi vero omne bonum *σωματικὸν* esse tenebant.“ VPTON.

Ibid. *τὸ ἐπιγέννημα.* „*Ἐπιγέννημα*, *quod ad aliquam rem quasi super accedit, quod in posteris & consequentibus est.* Omnino vide Cicer. de Fin. III. 9. p. 228. edit. Davis. Vocat M. Antonin. VI. 36. *venena, spinas, lutum,* [*caenum, τὸν βόρβορον*] *ἐκείνων ἐπιγεννήματα τῶν σωμῶν καὶ καλῶν, rerum illarum speciosarum & pulcrarum appendices:* ubi vide Gatak. Item III. 2. *τὰ ἐπιγενόμενα, quae superveniunt* vertit interpres, quem consule.“ VPTONVS *in Indice.* — Confer omnino Laërt. VII. 86. & ibi Menag. Adde Adnot. proxime praeced.

Ibid. *δεῖ ἀγαθὸν εἶναι.* *δεῖ τὸ ἀγ. εἶναι* pc. male.

Vers. 8. *Ἀλλ' οὐ μὴ εἴποιτε.* Praeculi hoc, quod dedit pc. Vulgo *εἴπητε*.

Vers. 9. *πάλιν ἵν' ἐκεῖνα γένηται.* Parui Vptono, qui sic suo e codice reponendum monuit. Vulgo edd. omnes *πάλιν ἐκεῖνα*, particula *ἵν'* absorpta a terminatione vocis praecedentis; nec aliter pabc. Sed in pc. pro *γένηται* est indicativus *γίνεται*, & in pb. ante *γένηται* superne adscripta syllaba *γε*, ut sit *γεγένηται*.

Vers.

Vers. 11. καὶ εἰ ἀπέχεται ἀλλοτρίων, ἀκακίστης ἂν. Ad eumdem Maximum hoc retuliſſe videatur Wolf. & Vpt. de quo modo dictum. At is belli dux, non judex fuit. Indefinite haec interpretatus ſum; quibus verbis ipſum illum hominem reſpexiſſe Epictetus videtur, quicum haec diſſerit. conf. vſ. 30.

— *Vers.* 12. Τὸ δὲ πλέψαι οὐδ' αὐτὸς ὁ Ἐπίκουρος ἀποφαίνει κακὸν, ἀλλὰ τὸ ἁμαρτεῖν. „Excepto noſtro codice, quem hic ſequimur, habent ceteri οὐδ' αὐτὸ. Verba autem Epicuri apud Laërt. X. 151. Ἡ ἀδικία, οὐ καθ' ἑαυτὴν κακὸν, ἀλλ' ἐν τῇ κατὰ τὴν ὑποψίαν φόβῳ. Clemens Alex. Strom. lib. IV. [p. 387. edit. Sylburg.] Καὶ ὁ γε Ἐπίκουρος ἀδικεῖν ἐπὶ κέρδει τινὶ βεβλάφθαι φησὶ τὸν κατ' αὐτὸν Σοφόν· πίστιν γὰρ [ἰσοῦται τοῦτο, πίστιν δὲ] λαβεῖν περὶ τοῦ λαθεῖν οὐ δύνασθαι, ὅστις, εἰ ἠθέλησε λάθειν, ἀδικήσει κατ' αὐτόν. Vide Cicer. de Fin. II. 17. ſqq. Horat. lib. I. Epiſt. 16, 54.

Sit ſpes fallendi, miſcebit ſacra profanis.

VPTON. — οὐδ' αὐτὸ ὁ Ἐπικ. pab. cum olim editis; non male. Intelliges οὐδ' αὐτὸ τὸ πλέψαι. Sed οὐδ' μὲν ὁ Ἐπικ. pc. absque ὁ. Mox pro κακὸν, perperam κακὸν habet pc.

Vers. 13. γένηται. γίνηται pabc.

Ibid. εἶτα Φίλους ἐν τῇ Ῥώμῃ ἕξομεν δυνατούς. ἔχομεν in indic. ex conject. ſcripſi. Vulgo omnes ἔχωμεν, quod facile tuliſſem, atque etiam feſtive dictum putarem, niſi ſequeretur indicativus ἀδρανεῖς εἰσιν, per copulam καὶ cum hac phraſi conjunctus. Tum, quod ſequitur, τί ἀπέχῃ τοῦ ἴδιον ἀγαθοῦ; indicio eſt, praecedentia poſitive, ut ajunt Grammatici, ſuiſſe expreſſa, & ita, quaſi res in tuto eſſet collocata. Vulgatam quomodo tueatur Vptonus, videbis in Adnot. proxime ſequenti. His ſcriptis, in hoc ipſum ἔχομεν conſentientes reperi tres noſtros codd. pabc.

Ibid. καὶ Φίλας. Interpretum conjecturam in contextum recepi. Vulgo omnes καὶ Φιλίας. Vbi: „Fortaſſe Φίλας, quod mulieres plerumque maritis imperant.“ WOLFIVS. — „Totum locum ſic diſtingue atque interpretare: Ἀλλ' ἐγώ σοι λέγω, ὅτι ἐὰν κομψῶς καὶ περιεστραμμένως γένηται, ληφόμεθα· εἶτα καὶ Φίλους ἐν τῇ Ῥώμῃ ἔχομεν δυνατούς, καὶ Φίλας. Καὶ οἱ Ἕλληνες ἀδρανεῖς εἰσίν. οὐδεὶς τολμήσει ἀναβῆναι τοῦτον ἕνεκα;

κα; At ego tibi dico, si furtum fiat solerter & caute, fore clam: præterea amicos Romæ potentes, atque amicas habeamus, (qui gratiam nobis atque veniam concilient.) *Quin & Græci imbecilles sunt:* (sine exercitu: a Romanis subacti.) *nemo hac de causſa*, (nempe quod imbecilles sint, non quod res in sua natura recta sit necne) *in istam regionem ascendere audebit, atque eos spoliare?*" VPTON. — Cui interpreti si vel maxime concesserim, teneri ita posse subjunctivum ἔχωμεν, ut illa verba Καὶ οἱ Ἕλληνες &c. tamquam novam sententiam continentia, a præcedentibus interserto puncto separentur; in extremorum certe verborum interpretatione mire ab auctoris sententia aberravit vir doctus. Perspecte hic verum vidit Teutonicus interpres, sic hunc locum convertens: *und die Griechen sind ein verzagtes Volk: Es wird sich keiner von ihnen unterstehen, deswegen nach Rom hinauf zu kommen, und Klage zu führen.* Nempe ἀναβῆναι intelligendum εἰς Ῥώμην, *Romam proficisci*, scil. ad accusandum Præsidem provinciæ & litem ei intentandam propter inlatas injurias. ἀναβαίνειν est, e Græcia *Romam proficisci*. vide Not. ad I. 10, 2. & mox infra, cap. 9. hujus libri, vs. 1 & 3. Eumdem, quem modo laudavi, Germanicum interpretem pariter video verbum ἔχομεν in indicativo accepisse; quod jam & ab utroque latino interprete factum. Posteriora verba Wolfius breviter sic reddere fuit contentus: *nemo propter hoc eo venire audebit;* sed ea non aliter, atque nos, accepisse videtur. Et perspicue in eamdem sententiam Schegkius: *nullus ad accusandum ascendere audebit.* In φίλας cum olim editis consentiunt pabc. φῶς cum aliis corrigendum monuit Salmasius.

Vers. 14. Τί ἀτύχημα τοῦ ἰδίου ἀγαθοῦ; „Vide III. 23, 15." VPTON.

Vers. 15. ἀδύνατόν ἐστι τοῦ φανομένου ἀγαθοῦ ἐπιστῆναι. „Alii libri, ἀδύνατόν ἐστι τῷ τοῦ φαν. Sed τῷ retineatur, scribe τῳ, id est τωὶ: sed sequimur nostrum codicem. Confer autem Aristot. Ethic. lib. I. cap. 1. in initio, & supra III. 3, 3 sqq." VPTON. — Importunum artic. τῷ cum Vptoni codice ignorant nostri pabc. Delere eumdem jusserat Salmas.

Vers. 16. καὶ αὐτὸν προσκτήσαιτο. Intellige e superioribus διὰ τί μὴ καὶ αὐτόν. *Quidni Et ipsum* &c.

Vers.

Verſ. 17. Εἰ θέλεις εἶναι φιλόσοφος — — *si vis eſſe philoſophus*, ſi tibi vis conſtare; intellige, *ſic tibi ſubducendæ erunt rationes.*

Verſ. 18. δογματίζων τὰ αἰσχρὰ, τοιῶν τὰ καλά. Ita optime noſter codex. Optime quoque ſic emendavit WOLFIVS, [& Schegkius; hic, in verſione; ille & in verſione & in Notis.] cum alii libri [nempe editi omnes ante Vpt. atque etiam noſtri codd. pabc.] inverſa verba ſic exhibent, δογματίζων τὰ καλὰ, τοιῶν τὰ αἰσχρά. Ad rem vero Cicero de Fin. II. 25. *Ac mihi quidem, quod & ipſe bonus vir fuit, & multi Epicuri fuerunt, & hodie ſunt, & in amicitiis fideles, & in omni vita conſtantes & graves, nec voluptate, ſed officio conſilia moderantes, hoc videtur major vis honeſtatis, & minor voluptatis; ita enim vivunt quidam, ut eorum vitâ refellatur oratio: atque, ut cæteri exiſtimantur dicere melius quam facere, ſic hi mihi videntur facere melius quam dicere.* Et cap. 31. *Hæc & illuc, Torquate, vos verſetis licet; nihil in hac præclara epiſtola ſcriptum ab Epicuro congruens & conveniens dextris ejus reperietis. Ita redarguitur ipſe a ſeſe, vincunturque ſcriptæ ejus probitate ipſius ac moribus.* Vide & lib. II. c. 18. VPTON.

Verſ. 19. Τὸν θεόν σοι, ἐπινοεῖς Ἐπικούρειον πόλιν. Olim τὸ θεόν σοι. Vbi WOLFIVS: „Locus corruptus, cujus emendatio non occurrit. Sententiam igitur qualemcunque ſum ſecutus, quaſi ſcriptum eſſet πρὸς θεῶν μοι πόλιν Ἐπικούρειον ἐπινοεῖ.“ — „Recte Mſ. Pariſ. τὸν θεόν σοι, ſcil. ἐπόμνυμι, *per deum tibi* juro; [*per deum te obteſtor.*] Vide ſupra ad III. 1, 36. Ecce interim imaginem Epicureæ civitatis! neque abſimilis illa Cyclopea civitas, quam depingit Homerus, Ὀδυσσ. *l.* 112 ſqq. Audi etiam apud Euripidem ipſum Cyclopa, vſ. 333 ſqq.

Ἆρ' ἦσθ' ἵνα γῆν πλὴν ἐμοὶ, (θεοῖσι δ' οὔ·)
καὶ τῇ μεγίστῃ ναυτίλῳ τῇδε δαιμόνων;
Ὡς σοῦ πιεῖν τε καὶ φαγεῖν τοὐφ' ἡμέραν,
Ζεὺς οὗτος ἀνθρώποισι τοῖσι σώφροσι,
λυπεῖν δὲ μηδὲν αὐτόν. Οἳ δὲ τοὺς νόμους
ἥδιστ' ἔλοιο, ποικίλλοντας ἀνθρώπων βίον,
κλαίειν ἄνωγα· τὴν δ' ἐμὴν ψυχὴν ἐγὼ
εὖ πωύσομαι θρεῖν εὖ.

Quas

Quas pecudes cui macto, nisi mihi, (minime vero diis) & huic ventri, qui maximus est Deorum. Quia comedere & bibere quotidie, id vero Jupiter est hominibus sapientibus, & nihil sese angere. Qui vero leges posuerunt, variantes hominum vitam, illos plorare jubeo: meæ autem vitæ non desinam benefacere. Versus tertius corruptus est, quem sic legit Barnesius, ὡς τόγε πιεῖν γε. At illa repetitio τόγε γε minime placet. Posset melius hoc modo corrigere, [corrigi,] ὡς τό γε πιεῖν τε καὶ φαγ. quippe ipsum illud & bibere & comedere &c." VPTON. — Euripidis versum alia ratione corrigendum docuit Musgravius. τὸν Διὸν apud Epictetum h. l. recte e ms. Paris. adscivit Vptonus; & consentiunt quidem tres nostri pabc. Pro Ἐπικουρείων vero perperam ἐπικουρεῖν habet pa. Post Ἐπικουρείων πόλιν equidem interrogandi signum posui: ni enim per interrogationem ἐπικοεῖς dictum intelligas, fuerit ἐπικόει in imperativo corrigendum, ut Wolfius voluit; quod tamen minime necesse.

Ibid. οὐ γὰρ γαμητέον· ἀλλ' οὐδὲ παιδοποιητέον· ἀλλ' οὐδὲ πολιτευτέον. „Hæc erat Epicuri doctrina: *neque matrimonium contrahendum, neque resp. capessenda.* Vide supra, ad I. 23, 3 & 6." VPTON. Paulo ante, pro οὐ γαμῶ, perperam οὐδαμῶς scripsit pc.

Ibid. Τί δὲ καὶ παιδεύσει. Caret καὶ pb. non recte. Sed percommode mox idem codex pb. ἢ ἃ Ἀθηναῖοι dedit, quum vulgo abesset pronomen ἃ, absorptum ab initiali litera vocis sequentis.

Vers. 21. ζῇς ἐν ἡγεμονεύῃ πόλει. „Schegk. *in principali urbe;* Wolf. *in principe urbe degis.* Sed passive forsan accipiendum, vel ita scribendum: *vivis in urbe bene administrata.*" VPTON *in Ind. ad verb.* ἡγεμονέω. — At nihil esse causse videtur, cur vel solicitemus vulgatum, vel ab usitata verbi notione discedamus. Pro ἡγεμονεύῃ, ἡγεμονευούσῃ habet pb. quod perinde est.

Ibid. ἄρχειν σε δεῖ &c. „Hæc omnia sunt Stoica." VPTON. — Vide II. 23, 38. & ibi notata.

Vers. 22. πραγμάτων οὕτω πιθανῶν πρὸς τὸ ἀγαγεῖν καὶ νικῆσαι. Sic ex doctorum virorum conjectura correxi. Vulgo omnes: πραγμάτων, οὕτω πιθανὸς ὢν πρὸς &c. Vbi: „Nec ex his verbis certam sententiam elicere possum. Nisi forte τὸ ἀγαγεῖν ad institutionem

adoleſcentiae pertineat, & pro νικῆσαι legatur κωλῦσαι." WOLFIVS. — „Pro οὕτω πιθανὸς ὤν, legendum οὕτω πιθανῶν, ſcil. πραγμάτων. Senſus poſtulat. [Et id quod ſequitur, τῇ πιθανότητι τῇ ἐκείνου.] Hoc non videns Wolfius, majorem mutationem fruſtra tentat." COMES SHAFTESBVR. — „Hanc lectionem viri nobilis prorſus admittendam cenſeo." VPTON. — In contextu tamen vulgatam tenuerat Vptonus, & Wolfii verſionem, quæ ad ejus conjecturam erat adcommodata, intactam reliquerat: *cum adeo ſis diſertus ad educandum & movendum.* Poteras etiam πιθανῶν ὄντων ſuſpicari; ſed & carere hoc participio poſſumus. Vulgatum olim πιθανὸς ὤν tenent pabc. ἀγωγεῖν idem valet ac ἐπαγαγεῖν, *attrahere, adlicere.* Sic III. 23, 27. conf. ad II. 14, 3. Verbum νικᾶσθαι, ſi bene habet, eodem modo dicitur, quo ufitatius aliâs eadem in re ἡττᾶσθαι. Atque etiam alibi apud Noſtrum idem verbum νικᾶσθαι eodem modo in eadem connexione uſurpatum memini, quamquam locus nunc non occurrit.

Verſ. 23. πρὸς τῇ πιθανότητι τῇ ἐκείνου. „Vide ad I. 27, 3." VPTON.

Verſ. 24. ἐν τορεύματι. Omnes olim ἐν τῷ ῥεύματι. Sed WOLFIVS: „Lego ἐν τορεύματι, a τορεύω." — Pariter Salmaſius. Id vero VPTONVS denique in contextum recepit, adjecta nota: „Certiſſima conjectura, quamquam ſilent codices. Conf. autem Com. Shaft. Vol. II. p. 404." — Nihil hic præſidii offerebant codices.

Verſ. 25. Οὐκοῦν καὶ καθήκοντα τρισσά; &c. „Portaſſe διττά. Sequitur enim: τὰ μὲν πρὸς τὸ εἶναι, τὰ δὲ πρὸς τὰ [πρὸς τὸ ſcribere voluerat, debuerat certe; nec variant libri.] ποῖα εἶναι, τὰ δὲ αὐτὰ (ſcil. τὰ ποῖα) τὰ προηγούμενα." WOLFIVS. — „Καθήκοντα τρισσά, inquit Epictetus. Lego itaque, pro τὰ δὲ αὐτὰ τὰ προηγ., τὰ δὲ αὖ τὰ προηγ. *alia rurſus* &c. Hoc modo: Οὐκοῦν καὶ καθήκοντα τρισσά.

α. τὰ μὲν πρὸς τὸ εἶναι.
β. τὰ δὲ πρὸς τὸ ποῖα εἶναι.
γ. τὰ δὲ αὖ τὰ προηγούμενα." VPTON.

At, ut ternario quidem numero conſtaret ratio, ea mutatione nil opus erat. Etenim tertio loco poſita intelligi poſſunt, & ex Epicteti ſententia (quæcumque illa ſit) intelligi debebunt, *αὐτὰ τὰ προηγούμενα, ipſa illa officia quæ προηγούμενα dicuntur.* At, quænam ſit vis

hujus

hujus distinctionis, quare ratione hæc, quæ hic dicit Epictetus, cum præcedentibus cohæreant, id fatear mihi minime in liquido esse. conf. III. 14, 7. I. 4, 20. Pro τοῖα, quod dabant vulgo omnes, τοιὰ scripsi, acute; (ut postulabat usus sermonis, monueratque etiam Vptonus in Indice;) id est, *aliquo modo se habentia, certo quodam modo constituta.* Sed ad quidnam referatur hoc ipsum τοιὰ, equidem non video: nam ad παρήκοντα certe referri nequit; aliud vero nihil adest: nec, quo pacto πράγματα intelligi possit, quod a Teutonico interprete factum video, perspicio. Quodsi esset τοιῶν vel τοιοῦς, ad hominem referrem, intelligeremque, *alia officia pertinere ad nos conservandos; alia ad statum nostrum, & ad ea, quæ conservantia sunt ejus status, diligenda;* conf. Cicer. de Fin. III. 5. (sive *ad curandum, ut quam optimo simus statu;*) alia denique esse ea, quæ *eminenti & principali quadam ratione Officia dicuntur:* quod quidem postremum genus inest *in observandis relationibus*, quæ nobis cum aliis, partim hominibus, partim cum Deo intercedunt; quemadmodum cum aliàs sæpe docet, tum præsertim III. 2, 4. & in Enchir. cap. 30. cum quo congruit quod hoc ipso loco statim sequenti versu adjicitur. Sed huic interpretationi fortasse ne obstat quidem id quod dixi, quod non τοιῶν vel τοιοῦς, sed τοιὰ dicit; quandoquidem fieri potest, ut τὰ ζῶα intelligatur. Satis enim notum est, omnem quæstionem cum de Officiis, tum de Fine bonorum, ab eo quod homini cum cæteris *animantibus* commune est, incipere solitos Stoicos. Et ita familiaris eis fuit notio hæc generalis τοῦ ζῴου, ut sæpe τὰ ἄλογα, τὰ λογικὰ, absolute dixerint, subintellecto nomine ζῶα.

Ibid. Οὕτω καὶ ἀνθρώπου οὐ τὴν ὕλην δεῖ τιμᾶν. Vulgo omnes δεῖται τιμᾶν. WOLFIVS vero: „Lego δεῖ, modo imperativo." — Et sic etiam in versione posuit, *ne — — videaris.* VPTONVS vero, postquam in contextu nihil mutasset, & in versione Wolfium tenuisset, in Notis denique monuit: „Sic cum ms. Paris. lege: οὕτω καὶ ἀνθρώπου οὐ τὴν ὕλην δεῖ τιμᾶν, τὰ κρεάδια; ἀλλὰ τὰ προηγούμενα. *Sic non oportet honore prosequi hominis materiam, aut carnem, sed principalia.*" — Cui in emendandis quidem Græcis lubens fum obsecutus. Et in δεῖ, pro mendoso δεῖται, consentiunt pabe. Et articulum τὰ ad κρεάδια, qui in contextu Vptoni omissus erat, operarum errore ex edit. Gen. &

Col. per reliquas propagato, dant iidem codd. pabc. cum ed. Ven. & Bas.

Vers. 26. Τίνα ἐστὶ ταῦτα; (scil. τὰ προηγούμενα.) Πολιτεύεσθαι, γαμεῖν, παιδοποιεῖσθαι. Confer III. 22, 67.

Vers. 28. Τὴν δ' ἡδονὴν ὑποτάξαι. Mutato paululum verborum ordine scribit pc. τὴν ἡδονὴν δ' ὑποτάξαι. Vnde autem pendet hic infinitivus ὑποτάξαι? Putabam statim, cohærere eum cum illis infinitivis, quos cumulatos vs. 26. legimus; ut omnia, quæ vs. 27. continentur, velut in parenthesi posita intelligerentur. Sed multo commodius rectiusque ad πεφύκαμεν eum referemus, quod legitur versu superiori; ut sic procedat oratio, πεφύκαμεν ὡς ἐλεύθεροι &c. *natura voluit ut liberi simus, ut tamquam liberi vivamus*, &c. τὴν δ' ἡδονὴν πεφύκαμεν ὑποτάξαι &c. *voluptatem vero quod adtinet, voluntas naturæ est, ut eam his subjiciamus, tamquam famulam* &c. Quare commode sic distinguetur oratio, ὡς ἀλλήμονες· (ποῖον γὰρ ἄλλο — — λαμβάνει;) τὴν δ' ἡδονὴν ὑποτάξαι &c. Wolfius quidem & Vptonus verbum χρὴ subintellexisse videntur, a quo penderet infinitivus ὑποτάξαι.

Ibid. Ἵνα προθυμίαν ἐκκαλέσηται. προθυμίας pabc. in plurali numero, quod vide ne verum sit. Sic ταῖς προθυμίαις ἐπακολουθεῖς, IV. 12, 6.

Ibid. Ἵν' ἐν τοῖς κατὰ φύσιν ἔργοις παρακρατῇ. Wolfius sic vertit: *ut in naturalibus operibus principatum teneat.* Vptonus, Schegkium nunc secutus: *ut in naturalibus operibus perseveret aliquis;* quasi vel παρακαρτερεῖν esset scriptum, vel παρακρατεῖν significationem neutralem haberet, similem potestati verbi κρατεῖν. In Notis vero idem VPTONVS active cepit hoc verbum, hanc promens Anglico idiomate versionem hujus loci: *That it may Keep him* (or *hold him*) *steady in natural operations.* Pariterque in Indice eidem verbo παρακρατεῖν, *continendi* & *retinendi vim* h. l. tribuit: qua de notione hujus verbi vide Appian. Hispan. c. 35. & quæ ibi ab H. Stephano notata sunt, Vol. III. nostræ edit. p. 244. Et perapte significatus iste huic loco convenire videtur; cujus sententia, ni fallor, hæc est: *Voluptate animi*, quæ virtutis & recte honesteque factorum (præsertim ubi graviora fuerant invitamenta, quæ in contrariam partem nos trahebant) conscientiam sequitur, *utitur illa vir bonus*, non utique ut domina, (non ita, ut finem

finem sibi statuat illam voluptatem, ut nonnisi illius gressa virtutem amet; quod ne fieri quidem potest, quoniam non exsistit illa voluptas nisi e gratuito virtutis studio, ubi honestatem propter ipsam suo nomine colimus) sic *ut ministra, ut famula, quae excitet eum, animumque ei addat*, ut fortiter superet omnia impedimenta, *& quae eum in virtutis via & constanti studio,* (ἐν τοῖς κατὰ φύσιν ἔργοις) unde multa eum avocare & in diversa trahere possunt, *contineat, confirmet, atque sustentet.* Quo & spectabat id ipsum, quod supra vs. 22. dixit: *Talia circumspice decreta, a quibus proficiscens, possis cum voluptate abstinere ab eis rebus quae tantam vim habent ad adliciendos homines & ab officio avocandos.*

Vers. 30. τίς σε ἐκοίμησεν ἀϊδόνα. τίς tacite correxit Vptonus, monitus a Salmasio. Sic vero dant nostri pabc. Temere τί σε olim edebatur.

Ibid. Καίσαρ μοι κοδικίλλον ἔγραψε. „Tacitus Annal. lib. XIII. c. 20. *Fabius Rusticus auctor est, scriptos esse ad Caecinam Thuscum codicillos.* Vbi Lipsius: *Bene & ad ritum ejus aevi*, codicillos. *Nam officia omnia administrationesque dari a principe moris in codicillis.*" VPTON.— κοδικίλλον, simplici litera λ. pc.

Vers. 31. τὴν Συμφόρου, ἢ τὴν Νουμηνίου. *Symphori* nescio cujus mentio frequens est apud Gruter. in Inscript. *Numenius* passim occurrit; sed quisnam hic, nescio. In pb. sic scribitur, τὴν Συμφόρου, ἢ τὴν τοῦ Νουμηνίου.

Ibid. τίνος πρὸ τοῦ κοιτῶνος κοιμᾷ; „*Cujus ante thalamum obdormivisti?* i. e. *cujus es cubicularius?* Vide supra ad I. 19, 17." VPTON. — At ea notio non hujus loci. Eum qui ante lucem fores obsidet viri potentis, cujus favorem captat, per irrisionem dicit *ante cubiculum ejus pernoctare.*

Ibid. τίνι τρόπῳ ἄκρα; „Tanquam hereditas. Tangit hunc morem passim Martialis, & Horat. Sat. lib. II. 5, 10." VPTON. — At nec de hereditate captanda nunc agitur: sed de eo, qui, ut a Principe ad munus aliquod nominetur, indignissimis quibusque hominibus, quos gratia valere apud Principem putat, blanditur, & quovis modo eos sibi conciliare studet.

Vers. 32. Ὡς λίθον. — — Ὡς ὄνον. Vulgo haec cum superioribus ita connectebant, εἰς φυλακὴν βαλεῖν,

ὡς λίθον. — — ὂν θέλω, ὡς ἄνον. Parui vero vpto-nio, contrario modo interpungit: „Plenius distingue post βελτίω. Respondet Epictetus, Ὡς λίθον. Et mox: Ἀλλὰ — — ὂν θέλω. Iterum Epictetus, Ὡς ὄνον.“ — Et maiorem distinctionem adhibuerunt pab. Confer vero IV. 1, 72.

Vers. 33. δεῖνος ἡμῖν. Perperam olim omnes δεινὸς ἡμῖν, ubi δεῖνος corrigendum monuit Salmas. quod ipsum recepit editor Londinensis. Dehinc Vptonus, cum in ipsius contextu (operarum, puto, errore) rursus δεῖνος (sic) esset positum, monuit in Notis: „Lege cum nostro codice δεῖνα, uti habes in versu sequente.“ — δεῖνος vero h. l. pertinaciter tenent pabc.

Ibid. ἀκολουθήσομεν. Perperam ἀκολουθήσομαι pc.

Vers. 34. ζήλωτας ἡμᾶς ἔσ. „Vide I. 19, 5.“ vpt.

Ibid. ὁ μὲ ἀνθρώπου. Temere ὁ μὲ ἀνθρ. sola edit. Bas.

Ibid. τὴν ἄρκτον τὴν αὐτῶν. τὴν αὐτῶν pb.

Vers. 35. ἡ ἀρχή. Deest ἡ pb.

Vers. 36. ζημιωθήσεσθαι. Sic scripsi cum pc. Perperam vulgo omnes ζημιώσῃ.

Ibid. τοῦτο βλάβης ἔσ. „Confer II. 4, 2. II. 10, 18. IV. 9, 9.“ vpton.

Ibid. ἀλλὰ ἀνάγκη, ἀλλὰ τὸ μὴ ποιῆσαι ἃ δεῖ. Plana sententia, & Stoicorum ratiopi conveniens: *hoc ipsum erit damnum tuum, quod non feceris quae oportebat.* Nec variant libri; & veteres quidem editiones, cum mss̄tis, interpungunt etiam post δεῖ, ubi posteriores comma posuere. Corrigebat Salmasius, ἀλλὰ τὸ μὴ ποῆσαι ἃ δεῖ ἀπολέσεις τὸν πιστὸν ἔσ. quae emendatio minime necessaria. Conf. cap. 11, 1 lq.

CAPVT VIII.

Vers. 1. Πρὸς τὰ ἐρωτήματα. „Vide II. 16, 2. III. 3, 1.“ Ἐρωτήματα, *interrogatiunculae*, Sic Cic. lib. IV. de Fin. [c. 3.] *Pungunt quasi aculeis, interrogatiunculis, angustis.* Seneca Epist. 82. *Verba mihi captiosa aenigmatis et interrogatiunculas nectis.* In hisce sese exercebant Stoici. Sic Lucianus de Demonacte, πρὸς τοὺς ἀπόρους τῶν ἐρωτημάτων πάνυ στενόχωρα παρεκινδύνευσεν.“ vpton.

Vers.

Vers. 2. Ὁ υἱὸς ἀπέθανε τοῦ δεῖνος. Ἀπέθανεν. „Lego, τοῦ δεῖνος. Τί σοι δοκεῖ; Ἀπέθανε, ut postea interrogative.“ COM. SHAFTESBVR. — Vtique h. l. verba ista intercidisse videntur: at ignorant ea libri pariter omnes. Corrupte ἀπέθανε pac. pro ἀπέθανεν.

Ibid. ἀποκληρονόμων, κατέλιπε. „Noster codex & fns. Par. ἀπέλιπε.“ VPTON. — Vtrumque probum. Tenui vero vulgatum; quia post ἀποκλη. facilius in scripturam ab eisdem literis incipientem, ἀπέλιπε, pro κατέλιπε, aberrare potuit librarius, quam vice versa. ἀπέλιπε pab. κατέλιπε pc.

Ibid. Καίσαρ αὐτὸν κατέκρινεν. Ἀπεκάλεσεν, οὐ κατέκρινεν. „Hæc omnia ex nostro codice supplevi, quæ in aliis desunt libris.“ VPTON. — Non habent nostri.

Vers. 3. Προσεργασίαν, κακίαν. Perperam τὸ προσεργασ. pc.

Vers. 4. ἡ οὐ φαῦλος. „Sic noster codex, male cæteri [& nostri mssti] ἡ οὐν. Ita quoque restituit Gatakerus, quem vide ad M. Antonin. XI. 37.“ VPTON. — Gatakeri emendationem laudaverat etiam Meibom. ad h. l.

Vers. 5. Ἄλλο οὐδέν; Οὐδέν. Levi cum mutatione hæc efferunt libri nostri. Pa. sic: Ἄλλο οὐδεὶν; οὐδέν. Pc. ἄλλ' οὐδὲ ἕν; οὐδέν. Pb. ἄλλο οὐδὲ ἕν; & caret οὐδέν. Si quid mutandum, mallem equidem, Ἄλλο οὐδέν; Οὐδὲ ἕν.

Ibid. Τί ἐγένετο; Τὸ πλοῖον ἀπῆλθε. „Hæc supplevi, fidem nostri codicis secutus, monente quoque Wolfio.“ VPTON. — Nempe, cum ista deessent vulgo, (quæ & desunt in pab.) adnotaverat WOLFIVS: „Repetitio videtur insciti librarii omissa.“ — Mox in pac. omittuntur & illa, Τί γέγονεν; Εἰς φυλακὴν ἀπήχθη, quæ habet pa. cum edd. De re confer Anton. VIII. 49. & ibi Gatak. qui etiam de supplendo defectu vulgatæ scripturæ monuit.

Ibid. ἐξ αὐτοῦ ἕκαστος. ἐξ αὐτοῦ ed. Vpt. cum anon. Lond. invitis libris mssfis.

Vers. 6. ὅτι σοι ἔξεστι σοι, πάσχουσι ταῦτα, οὐδεὶ μονῇ. „Noster codex, ὅτι ἔξεστι πάσχουσι.“ VPTON. Neutrum male. Cum Vpt. facit noster pb.

Ibid. τὴν θύραν ἠνέῳξεν. „Vide ad I. 9, 20.“ VPTON.

Ibid. ὅταν σοι μὴ πεῖ. „Stoicum fortasse loquendi modum. Alioqui legerem, ὅταν σοι μὴ δοκῇ, vel ἀρέσῃ, ut supra etiam monui.“ WOLFIVS. — „Anglice, *if it makes not for you.* Vide supra ad II. 6, 22.“ VPTON.

Vers. 7. Πῶς ἔχουσι &c. Quae hac sectione continentur, adparet ea nihil commune habere cum reliquo hujus capitis argumento.

Ibid. Ἰταλικὸς. „*Italicus*, cognomen ab *Italia* deductum. Vnde *C. Silius Italicus.*“ VPTON.

Ibid. παρόν]ας τοτέ μου. Corrupte παρόν]ας τολίμας pb.

Ibid. τοιοῦτον γενέσθαι. An *tam pauperem* dicit? conf. III. 9, 15. Profiteor, me, quid sit quod hoc loco agitur, parum perspectum habere.

Ibid. Duo verba, δείξας ἐμέ. desunt pc.

CAPVT IX.

TIT. ἐπὶ δίκῃ. ἐπὶ δίκην pa. Desunt ista verba in pb. Sed in Capitum Indice uterque ἐπὶ δίκῃ habet, ut h. l. editi & pc.

Vers. 1. περὶ τιμῆς τῆς αὐτοῦ. „Pro αὐτοῦ.“ VPTON. — Immo suo nomine ponitur. Habet tamen αὑτοῦ hoc loco pb. ut saepius aliàs.

Vers. 2. Τί πράξεις ἐν Ῥώμῃ. Vertit Vpton. cum Wolf. *quomodo Romae tecum agendum sit.* Tum in Notis: „Τί πράξεις; *quid actarus sis?* Verbum πράττειν, cum & de eventu actionis & de ipsa actione intelligatur, hic minus commode reddi potuit. Sequitur πῶς πράξεις; *quomodo sis actarus.*“ WOLFIVS. — Τί πράξεις; *quod sis profecturus? quid effecturus?*

Vers. 3. Τί γάρ ἐστι, δι' ὃ ἀναδύμεσθα. Vulgo omnes Τί γάρ ἐστιν ὃ ἀναδύμεσθα. Vbi: „Legendum credo, Τί γάρ ἐστι τὸ κωλῦσαι, (vel τὸ κωλῦον) ἐκ προσπάτης χειροτον. Vide supra I. 11, 27. Responsio est, Τὸ δόγμα: sicut infra statim; nam locus interpunctione laborat. [nempe mox post Κνωσίων. junctа olim legebantur ista, Τὸ δόγμα τί ἐστι, δι' ὃ νῦν &c.] Quidni δι' ὃ ἀναδύμεσθα, una saltem litera mutata? Immo recte: nam sic infra, δι' ὃ νῦν ἀνέρχη;“ COM. SHAFTESBVRIENSIS. — „Recte vir nobilis δι' ὃ ἀναδ. Et vir doctus ad oram nostri codicis scripsit: Forte δι' ὅ, vel certe subaudituv. Nota interea, προσπάτης χειροτονηθῆναι. Nam nunc senatusconsulto, nunc sorte provincias obtinebant.“ VPTON. — Quamquam ferri utcumque potuerat ὅ, in quod pro δι' ὃ consentiebant libri omnes; tamen conjecturam doctorum virorum in contextum

textum recipere eo minus dubitavi, quoniam & mox sequitur, eodem tenore, *Τί ἐστι, ὃ ὃ νῦν &c.* & quod ex ECTIΔIO prono lapsu in ECTINO declinare potuit librarius, e cujus exemplo derivata est vulgata olim scriptura. Pro *τί ἐστιν ὅ*, Salmasius *τί ἐστιν ᾧ* scriptum voluerat. Quod de provinciis obtinendis commemorat Vptonus, id nil huc pertinebat. Agitur de unius civitatis in Creta insula magistratu.

Ibid. Καὶ *μετὰ χειμῶνος καὶ κινδύνου.* Ferri hoc fortasse debebit: sed vide, ne scribendum Καὶ *χειμῶνος καὶ μετὰ κινδύνου.* conf. cap. 7, 3.

Ibid. *Τίς σοι λέγει τοῦτο;* Sic scripsi cum nostro pb. Alii vulgo *Τί σοι λεγ.* Perperam vero veteres editiones & mss. nostri junxerant ista; *Τί σοι λέγει τοῦτο τὸ δόγμα;* quæ, præeunte Wolfio in versione, recte separavit editor Cantab. & seqq. & sic separanda monuit etiam Salmasius.

Vers. 5. *πάντας ἔχομεν.* Ex eodem pb. hoc adoptavi. *πάντ' ἔχομεν* edd. cum pac.

Ibid. *καὶ τοῖς μανομένοις.* „Vide I. 28, 33. II. 11, 12.“ VPTON.

Vers. 6. *εἰς Ῥώμην πλοῖς ἐπὶ τῷ προστάτης εἶναι Κνωσίων.* Olim, cum *προστάτην εἶναι* ederetur, adnotavit WOLMIVS: „*ἐπὶ τῷ προστάτης εἶναι*, casu recto, melius videtur.“ Recte sane. Sic *ἐν τῷ τιστὸς εἶναι* habes III. 17, 3. Et *ἔστιν μάντις εἶναι*, III. 1, 18. & id genus alia. Et h. l. *προστάτης* communi consensu dabant pabc. unde recepi.

Vers. 7. *Τὸν προσελήλυθας τοῦτον ἔπαινον;* „Respicere videtur Platonis Alcibid. I. Vide ad II. 12, 23.“ VPT. — Perperam *καὶ προσελήλυθας* pa. omisso pronomine *τὸν*.

Ibid. *εἰ ἐμὲ αἰσχύνῃ.* *εἰς ἐμὲ* pa. prave.

Ibid. *αὐτὸς πρὸς αὑτόν.* *πρὸς αὐτόν.* ed. Vpt. cum pb.

Vers. 8. *ὡς πάντα ποιεῖς, ut nunc omnia facis;* nempe tibi plaudens gratulansque; quasi omnia præclarissime gessisses.

Ibid. *καὶ αὐτὸς ἀμαλέτης.* „Μαλέτης sunt *declamationes*, quibus sese exercebant.“ VPTON. — Itaque huic *ἀμαλέτης* mox opponitur *ἄλλως ἔλεγες, veras causas egisti.*

Vers. 9. *ὑπὸ τινος ἐξεταζόμενος, ἐπὶ τοιαῖς ἔχεις δόγμασιν ἐξεταζόμενος*, per metonymiam antecedenti, pro consequente, idem fere nunc sonat ac *ἐλεγχόμενος, deprehensus, convictus, qui arguitur ut talis*; quam potestatem hujus verbi, Demosthenis inprimis familiarem, nec H. Stephanus in Thes. praetexit, & Reiskius adnotavit in Indice Graecitatis Demosth. Confer mox vs. 13.

Vers. 10. *οὐδὲ σὺ, εἰ τοῦτον ἔσεσθε &c.* „Sic distingue: Οὐκ ἔχω πρὸς τοῦτο, *Δεσπόται*, οὐδὲ σύ. εἰ τοῦτον &c. id est: *Nec ipse habeo praecepta*, qui sum philosophus; *nec tu*, qui rhetor." VPTON. — Nempe sic distinguere orationem suasit puto vir doctus eo, quoniam vulgo post negativam particulam *οὐδὲ* sequebatur deinde alia negatio, *οὐχ ὡς πρὸς Φιλόσοφον*. At duplex ista negatio, ex usu Graeci sermonis, pro simplici valere poterat, aut, si vis, pro negatione paulo fortiori; veluti III. 26, 8. *οὐκ ἐπαρκοῦσιν οὐδέν*. Sed eam particulam *οὐχ* omittere placuit cum cod. pc. qui eam ignorat. Omnes quidem nostri manuscripti, ne quid dissimulem, verba ista *οὐδὲ σύ.* ad superiora referunt, & interserto puncto a sequentibus seiunxerunt, prorsus aut voluit Vptonus; sed prave id quidem; atque id ipsum occasionem dedisse videtur particulae *οὐχ* deinde temere inserendae.

Ibid. ἀλλ' ὡς πρὸς σωτῆρα. „Ceteri libri habent *καὶ ὡς*. At ex nostro codice *ἀλλ' ὡς* reposui." VPTON. — Eadem modo scribitur in nostris codd. pab.

Vers. 11. *ἀλλὰ τὸ μέγιστον. ἀλλὰ μέγιστον* pb. absque τὸ, non male.

Ibid. χρόνου χρόνον ἔχει. χρόνον ἔχει χρόνου pb.

Ibid. καὶ ἔστι, παρερχόμενον αὐτὸ λαβεῖν. „Pro *παρερχόμενον*, ut legit codex noster, habent editi omnes, quotquot consului, *παρεχόμενον*." VPTON. — In *παρερχόμενον* consentiunt nostri codices pbc. In pb. quidem litera ρ, extra contextum inter lineas adiecta est a recentiori manu.

Vers. 12. *συμβαλοῦ. συμβάλλου* pc.

Ibid. ἀνδρώπῳ δ' ὡς &c. ἄνδρωπος δ' ὡς pa. male.

Ibid. καταφανθήναι. καταληφθῆναι pa. in contextu, sed id punctis inferne notatum, & *καταφανθῆναι* in ora.

Vers. 13. *συμβεβληκέναι. συμβεβλῆσθαι* vulgo omnes. Parui vero VPTONO, monenti: „Omnino lege cum nostro

noſtro cod. *συμβεβληκένεν*: ut ſupra [vſ. 12.] *συμβαλὸν*, mox infra *συμβάλλειν*. " — Apud Polyb. X. 3, 1. & X. 9, 3. mendoſe codices omnes *συμβεβηκότων* pro *συμβεβιωκότων* dederant. In *συμβεβλημ.* h. l. cum Vptoni cod. conſentit noſter pb. Et ſic jam olim correxerat Salmaſius. Mox rurſus in *Φιλοσόφε συμβάλλειν* conſentiunt pab. cum edd. ubi *συμβαλεῖν* eſt in pc. Conf. IV. 12, 7.

Ibid. εἴ τι ἔχω. εἴ τι ἔχω ἀγαθὸν καὶ δοῦμ. pb. commodo, ſi deinde ſequeretur, *εἴ τι ἔχεις σὺ*, quod tamen nullus habet codex.

Vers. 14. *διαλαλιζειν*, *βαρβαρίζειν*. „Vox *βαμβαίρειν* non eſt gloſſema. Vide Zenonem apud Laert. VII. 59."

VPTON.

Vers. 15. *ἀν πρὸς τοῦτοις, Φησὶν, ἄ, ἀγρὸν οὐχ ἕξω.* Sic rectiſſime ante Vptonum editiones omnes, *ἂν πρὸς τοῦτοις — ὦ*, quæ optime Wolfius interpretatus erat: *at ſi iſtis occupabor.* De non verbo *Φησὶν* dubium movit idem interpres, pro quo *inquis* in verſione poſuit, tamquam *Φῂς* legendum putaſſet; quod & nobis in mentem venerat, ſed absque codicum auctoritate obtrudi nunc Epicteto non debet. Neque vero ita verbum illud hic acceptum velim, ut ab Arriano inſertum, & ad illum hominem, cum quo nunc diſſerit Epictetus, referendum: ſed Epictetus hoc verbo *Φησὶν* ita utitur ut ſæpe aliàs vidimus, (conf. I. 4, 9. not. I. 17, 13. not.) pro *Φησί τις*, *dicit aliquis*, *ſeu dicat aliquis*. Neque enim neceſſe eſt, ut ad illum unum continuo converſa oratio Philoſophi intelligatur; ſed, ſicut jam modo in plurali numero *διατρίχεσθε* dixerat, ſic nunc, ne perpetuo eumdem illum unum directe increpare velle videatur, alium quempiam fingit ſibi reſpondentem: quare etiam nunc non honorem & dignitatem, quæ præcipue curæ erat Gnoſſio noſtro homini, commemorat; ſed alias res, agrum, pretioſa vaſa, greges. Hoc vero loco neſcio quid humani paſſus VPTONVS eſt, ut codicis ſui auctoritate deceptus optimam ſcripturam non modo cum prava, ſed cum ea permutaret, cui nulla prorſus ſententia inheſſet. Sic enim ille edidit: *Ἀλλ' ἂν πρὸς τοῦτοις, Φησὶν, ὡς ἀγρὸν οὐχ ἕξω, ὡς οὐδὲ σύ.* Quæ in verſione ſic reddidit: *At ſi præter hæc, inquis, agrum non habebo, ut neque tu.* Quæ in Notis quidem quodammodo retractavit, ſed ita, ut Græcis verbis, quæ ibi adfert, non ſatisfaciat ratio. Nam poſtquam ea, quæ

in

in contextu posuerat, eodem modo in Notis repetiit, haec subjicit: „Noster codex legit παρὰ, & ὡς ἀγρὸν, caeteri libri πρὸς, & ᾧ ἀγρόν. Forsan hoc modo, Ἀλλ' ἂν πρὸς τούτοις, φησὶν, ἀγρὸν οὐχ ἕ. id est: *Si philosophi vitam agero, rebus externis non addictus, nec agrum, nec poculo, nec jumenta habebo, sed ut tu, Epicrete, pauper fiam & despectus.*“ — Vbi primum moneo, in nulla editione esse ᾧ ante ἀγρὸν, sed verbum ἕ, ad πρὸς τούτοις referendum, ἂν πρὸς τούτοις ἕ. Deinde, quod in correctione, quam proponit, verbum ἕ omisit: id si consulto factum, nulla profecto ne sic quidem sententia verbis inest; si per errorem omissum ibi verbum, si id adjectum vir doctus voluerat, non erat, cur scriberet „Forsan hoc modo,“ quasi ea ipsius conjectura esset, quae erat ipsissima & consentiens superiorum omnium editionum lectio. πρὸς τούτοις cum editis dant nostri codices omnes, & in ᾧ consentiunt pab. sed ὡς ἀγρὸν prave habet pc. ut Vptoni codex.

Ibid. κτήνη καλὰ, ὡς οὐδὲ σύ. Verba haec, cum per operarum errorem in ed. Cant. & Lond. omissa essent, restituit Vpt. Superiora verba, τετήρια ἀργυρᾶ οὐχ ἕξω, ὡς οὐδὲ σύ· omisit ph. Pc. vero scribit, τετήρια γὰρ ἀργυρᾶ &c.

Vers. 16. ἀρκεῖ ἐκεῖνο εἰκεῖν. ἐκεῖνον εἰκεῖν pb.

Ibid. πτωχότερός μου εἶ. Carent εἶ pab.

Vers. 17. παράσσεσθαι. παράτ/σεσθαι pc.

Vers. 18. Πάτρων, οὐ πάτρων. „Qui Romae aliquid ambiebant, sine *patronis* non facile quicquam a Caesaribus impetrabant. Epictetus igitur, qui nihil ambiret, patronos non curabat.“ WOLFIVS.

Ibid. τί μοι μέλει, σοὶ μέλει. Corrupte pc. τί μοι λέγεις· σοὶ μέλλει.

Ibid. σὺ χρυσῇ σπάθῃ, ὀστράκινον τὸν λόγον &c. Interpretationis caussa scribuntur haec verba ad oram nostri codicis: συγκεχυσμένον· ἐγὼ ὀστράκινα τὰ σπάθη, χρυσοῦν τὸν λόγον, καὶ τὰ ἑξῆς.“ VPTON.

Vers. 20. ἢ ἀλάστα. *aut huc illuc oberratis, discurritis, vagamini.* Fidenter sic correxi, & post hoc verbum orationem distinxi. Vulgo omnes, consentientibus libris, ἢ ἀναλύστα, (ἢ ἀναλύστα pc.) quod verbum in ed. Ven. Bas. Lond. anon. & Vpt. absque distinctione cum sequentibus verbis conjungitur; in Gen.

Col.

Col. & Cant. interpoſito puncto a ſeqq. ſeparatur, caſu magis, quam conſilio. In qua ſcriptura miror quo pacto ita adquieſcere potuerint interpretes, ut ne dubitationem quidem ullam vel verbulo ſignificaverint. Vertit Schegkius: *diſputatis quare philoſophus non eleganter loquatur.* Iu eamdemque ſententiam Wolfius: *explicatis cur philoſophus non expoliat orationem ſuam;* quam verſionem fideliter tenuit Vptonus. Perſpecte quidem SHAFTESBVRIENSIS monuerat, verba illa διὰ τί ὁ Φιλόσοφος &c. interrogative eſſe accipienda, quemadmodum ſuperiora διὰ τί μὴ Φιλοτεχνήσω, in quo eum ſecutus ſum: ſed quo pacto verbum ἀναλύσετε acceperit, non declaravit. Mihi, in omnem partem verſanti hoc verbum, haud dubie corruptum illud viſum erat, & in ἀλύσετε mutandum: jamque in contexta hoc ipſum repoſueram, quum eamdem emendationem jam olim a Salmaſio vidi commendatam.

Ibid. μὴ ἐξεργάσηται. Sic ſcripſi cum pbc. Vulgo ἐξεργάσεται in indic. ne ſic quidem male; nempe hoc, in futuro tempore; illud, in aoriſto.

Ibid. τὸν αὐτοῦ λόγον. αὐτοῦ pb.

Verſ. 21. Σὺ κρυστάλινα, ἐγὼ τὰ τοῦ ψευδομένου· σὺ μούρρινα, ἐγὼ τὰ τοῦ ἀποφάσκοντος. Neſcio verbum ne interciderit, μεταχειρίζῃ, Φιλεῖς, *aut* aliud in hanc fere ſententiam, *tu* hæc *tractas*, *laudas*, hæc *te delectant*; an e ſuperiori oratio huc trahi intelligique poſſit verbum ἐξεργάζῃ, *tu* in his *laboras*, his *occuparis*. κρυστάλινα ſimplici litera λ ſcripſi cum ed. Ven. & pabc. quod citra neceſſitatem in κρυσταλλινα mutarunt poſteriores editores. μούρρινα recte pac. cum editis; μούρινα pb. *Cryſtallina* & *Murrhina* ſive *Myrrhina*, nempe vaſa & pocula præſertim, magno in pretio fuiſſe apud veteres ſatis notum, de quibus Plinius XXXVII. 2. ex profeſſo egit, & alii paſſim mentionem fecerunt; quod & VPTONVS noſter in Indice notavit, ubi etiam monuit, μύρρινα potius, quam μούρρινα, ſcribendum videri. Sed eidem viro docto quid acciderit, difficile dictu, quod eadem *cryſtallina* & *murrhina* nunc hic ab Epicteto *captioſa quædam argumentationum genera* dici contenderet. „Hinc, inquit, (nempe *a cryſtallinis & myrrhinis poculis*) facta alluſione, excogitavere Stoici *argumentationum captioſa quædam genera*, quæ vocabant Κρυστάλλινα & Μύρρινα. Nam Dialecticarum plagarum

rum amantissimi erant, nova nomina subinde aucupantes, eaque ex rebus levissimis, ne dicam prorsus ridiculis." *(In Initio, voc. Κροκοτιλλ. & Μυξό.)* Cui refellendo commento ut immoremur, nemo, puto, exspectaverit. Τὸν ψευδόμενον quidem, nempe λόγον, esse ex earum numero ratiunculorum, quibus delectabantur olim Stoae alumni, satis notum est. De quo dictum ad II. 17, 34. Eodem pertinet ὁ Ἀποφάσκων, *Negans*, vel *Inficians*; cujus quidem quaenam potissimum fuerit ratio, nusquam proditum reperio. Mentionem ejus ab aliis e veteribus factam notavit VPTONVS *in Notis ad hanc vocem:* „Meminit Clemens Alex. Strom. lib. IV. περὶ ψευδαποφάσκοντος λόγου. [p. 402. edit. Sylburg. ubi eodem loco hunc ponit cum κερατίνῳ, εἱμαρμένῃ, κρυπτοδειλίνῳ, συρίττῃ, & ἐγκεκαλυμμένῳ, pro quo perperam ibi ἐγκεκαλ. in ea quidem, qua utor, editione legitur.] Scripsit autem Chrysippus, περὶ Ἀποφάσκοντος, *de Negatione*; [rectius, *de Negante*, vel *Inficiante*, scil. ratione.] item, Λόγοι Ἀποφάσκοντες. Laërt. VII. 197."

Vers. 22. Τοῖς εἰς στενόβρογχον κεράμιον καθιεῖσι τὴν χεῖρα. „Fortasse τοῖς παιδίοις εἰς στ. Nam virum ea de causa ejulare ineptum fuerit." WOLFIVS. — „Noster codex, pro στενόβρογχον, habet στενόστομον. Certe autem exciditse videtur παιδίοις. Vnde, ad normam graece constructionis, δύνατοι & πλείει, verba numeri singularis, & παιδία neutrum plurale." VPTON. — στενόστομον, quod habet Vptoni codex, haud dubie ex interpretatione est. In vulgatum consentiunt pab. In pc. vero corrupte scribitur εἰς πενόχρογχον, sed in marg. alia manu, εἰς στενόστομον. Et ego utique vocabulum παιδίοις desideraveram; & miratus sum, perinde ignorare illud libros omnes.

Ibid. μὴ πολλῶν ἐπιδύμει, καὶ ὄψεις. „καὶ οἴσεις, *& feres.* Puto legendum καὶ εὑρήσεις." WOLFIVS. — „Hanc Wolfii lectionem admittendam censeo: nisi forsan lusus sit verborum: ἄφες εἴλιγα — — καὶ ἐξοίσεις. καὶ τὰ ἄφες — — καὶ οἴσεις." VPTON. Nil variant libri. οἴσεις, *feres*, *tenebis* quae desideras. Quamquam enim φέρεσθαι, in medio genere, usitatius est hac notione; tamen nec activum eadem notione inusitatum, ut in illa dictione μισθὸν φέρειν, & similibus. Confer IV. 10, 29.

CAPVT

CAPVT X.

Vers. 1. *Ἑκάστου δόγματος &c.* „Conſer M. Anton. III. 13. atque ibi Gataker.um.“ VPTON.

Vers. 2. *Μηδ' ὕπνον &c.* Notiſſimi verſus ex Aureis Carminibus, quæ Pythagoræ tribuuntur.

Ibid. *ἡμερινῶν* dedit noſter pc. ut eſt in edit. & mastis Carm. Aur. Vulgo h. l. *ἡμερίων* edebatur, & ſic pab.

Ibid. *λογισάσθαι ἕκαστα.* „Editiones aureorum carminum, quas ego quidem viderim, habent *τρὶς ἕκαστον ἐπελθεῖν.*“ WOLFIVS. — „Conſule Hieroclem, edit. Needh.“ VPTON.

Vers. 3. *τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη;* „Sic apud Hieroclem; [& in omnibus Carminum editionibus, unde huc adſcivit Vptonus.] At in editionibus Arriani, *τί μοι δέον ἐκτετέλεσται;* Tamen editio Salmant. * *ἐκτετέλεσται*, & in marg. * *οὐκ ἐτελέσθη.*“ VPTON. — *οὐκ ἐτελέσθη* eſt etiam in noſtro pa. Sed pbc. cum olim editis conſentiunt.

Ibid. *ἀρξάμενος δ' ἀπὸ πρώτου.* Et hoc ex Carminibus editis huc invexit Vptonus. Editi & ſcripti libri Arrianei omnes, *ἀρξ. δ' ἀπὸ τοῦδε.* Quod ſortaſſe teneri debuerat, quandoquidem nihil impedit, quo minus ſic ab Arriano ſcriptum credamus.

Ibid. *δειλὰ μὲν ἐκπρήξας.* *δειναὶ* olim apud Arrianum edebatur. „At recte noſter codex & ms. Pariſ. *δειλὰ*, i. e. *mala*, *improba*; quo ſenſu ſæpe utitur Theognis.“ VPTON. — Sic & Carmina edita, cum hoc loco, tum ſuperioribus verſibus, *λόγοι δειλοί τε καὶ ἐσθλοί. δειλὰ* h. l. habet pab. Sed verbum *ἐκπρήξας* ex Carminibus primus huc tranſtulit editor anon. Lond. & tenuit Vpton. Arriani libri edd. & masti omnes, *μὲν βήξας*, quod jugulat metrum.

Ibid. *ἐπιπλήσσεσθαι* recte pabc. Et ſic apud Noſtrum jam ex Carm. reſtituit editor Genev. & ſeqq. Pesperant *ἐπιπλήσσεσθαι* ed. Ven. & Baſ.

Vers. 4. *οὐχ ἵνα δὲ αὐτῶν ἀναφανῶμεν, ὡς διὰ τοῦ Παιὰν Ἀπόλλων.* „Locus valde corruptus. Omiſſa quoque quædam videntur, ſicut infra, *Πολῦ τοῦ ἀπελθόντα.* Nihil boni ſenſus ex his verbis elici poteſt; neque ulla ſine libris hujusmodi locis adhibenda eſt medicina.“ VPTON. — Ego vero, quid tandem difficultatis aut obſcuri-

obscuritatis admodum invenerit Vir doctus in his verbis, non vidi. Plane hoc mihi dicere visus erat Philosophus: *Ad usum hos versus in promtu habere debes, non ad ostentationem.* In eamdem sententiam & Wolfius accepit; cujus ipsam versionem, ab Vptono repetitam, nos quoque tenuimus; nisi quod *Paean Apollo!* pro eo quod ille posuerat, *Proh Jupiter!* reposuerimus. Perperam ἀναφανῶμεν pro ἀναφῶν. habet pc.

Vers. 5. τὰ πρὸς τοῦτο, scil. δεῖ κατέχειν χρηστικῶς. *Quae eo pertinent, debemus in promtu habere.* Tum μὴ, ἂν &c. per asyndeton, pro καὶ μὴ, vel μηδ'.

Ibid. Ἂν ἐγὼ ἔτι φιλοσοφήσω, &c. Sunt verba hominis, qui, cum febri cruciatur, non solum obliviscitur praeceptorum, quae in scholis philosophorum audiverat; sed etiam ejurat, se ad illa studia non rediturum, quae contra febrim nihil juvent. *Si ego dehinc ad philosophandum rediero, quidvis mihi eveniat!* γενέσθω scripsi cum pabc. & editt. vett. γενέσθω casu h. l. intraverat in ed. Cant. & inde in Lond. & Vpt.

Ibid. Ποῦ ποτ' ἀπελθόντα, τοῦ σωματίου ἐπιμελεῖσθαι, εἰ τε καὶ πυρετὸς οὐχ ἥξεται. Nihil mutant libri, nisi quod non modo post ἐπιμελεῖσθαι, sed & post σωματίου, vulgo incidebatur oratio. Nos post σωματίου sustulimus distinctionem, (quam & codices nostri ignorabant) & post ποῦ ποτ' ἀπελθόντα reposuimus. WOLFIVS in Notis ista verba sic citavit, quasi Τοῦ ποτ' scriptum esset; at in Ποῦ ποτ' consentiunt libri omnes. Est autem illius Interpretis Adnotatio ad hunc locum hujusmodi: „Locus videtur & corruptus esse & mutilus; nec venit in mentem quicquam quod satis placeat. Ego, ut aliquid dicerem, ita converti, quasi scriptum fuisset: δεῖ τοῦ νοῦ ποτ' ἀπελθόντα τοῦ σωματίου ἐπιμελεῖσθαι, εἴτε πυρετὸς ἥξεται, εἴτε καὶ οὐχ ἥξεται." — Proinde in versione sic ille scripserat: *Ut mens tandem curetur, est recedendum a corpore, sive veniat febris, sive non veniat.* Quae ipsa ad verbum tenuit Vptonus; quem paulo ante vidimus hunc locum pro desperato habentem. Nec ego profiteri ausim, satis certi quid me habere, quod ad declarandum id, quod obscuri habere possit hic locus, valeat: sed ita mihi visum erat, inesse illis verbis eam fere sententiam, quam in versione expressi. *Quocumque potius abire praestabit, & corporis curam gerere, si qua ratione efficere possim, ut febris*

febris mihi non obrepat; vel, *si modo febris eo* (nempe, quo abeo, quo me conversurus sum) *non veniat*; id est, *si modo febrim effugiam*. Denique videndum puto, ne εἰ ψε pro εἰ τε legendo omnis evanescat difficultas: nisi potius est elliptica locutio, ex eo genere quod Hoogeveen in Doctr. Particular. XVI. 8, 9. ex Thucyd. IV. 22. admotavit; quo fiet, ut intelligendum sit, εἴτε καὶ ἔρχεται πυρετὸς, εἴτε καὶ οὐκ ἔρχεται, prorsus ut conjectaverat Wolfius. Cæterum animadverti velim, priora verba e nescio quo poëta petita videri. Certe, si modo ἀπελθόντας pro ἀπελθόντα legeris, erit perfectissimus fere hexameter:

Ποῦ τοι ἀπελθόντας, τοῦ σώματίου ἀπαλλαγῆναι.

Ac fortasse ne ipsum quidem singularem ἀπελθόντα, utpote in cæsura positum vocabulum, metri ratio respuerit.

Vers. 6. "Αν ἔτι ἐμοὶ παρασκευάσωμαι. „Si adhuc paravero me. Sententia postulare videtur: *Cum jam præparatus fuero*. Hoc enim vult, opinor; Ab exercitatione non desistendum, etsi non plane paratum casus ali quis oppresserit; sicut pancratiasta, plagis acceptis, a certamine non desistat, sed potius exerceatur." WOLFIVS. — Vtique ea fere mens est Epicteti, quam Wolfius hic exposuit; eaque sententia minime obscure in Græcis verbis inesse videtur. At ab eadem sententia mirum quantum ejusdem Wolfii latina versio aberrat, quæ sic habet: *Vbi me æquo animo ad casus humanos paravero, quidvis fiat*. Quæ verba rursus intacta relicta fuisse ab Vptono, merito mireris. Hoc dicit Epictetus: *Tu, quum ais: si dehinc ad philosophandum rediero, quidvis mihi eveniat! perinde facis, ac si diceres: si dehinc porro me exercuero ad ferendos æquo animo fortunæ casus, quidvis mihi eveniat!* Hoc ipsum autem, ὃ θέλει γενέσθω, *quidvis eveniat*, non ita capiendum, ut cepisse interpretes videntur, *veniat quicumque casus!* sed est formula juramenti, idem valens, atque, *desperam! quavis me sorte dignum judicabo!* Perperam h. l. θέλῃς, pro θέλεις, habet pc.

Ibid. πλαγὰς λαβών. „Vide infra, ad III. 15, 4." VPTON.

Vers. 7. διάρεσθαι. Temere & mendose διαίρεσθαι ed. Gen. & inde Col. Cant. Lond. anon. διαίρεσθαι pbc.

Ibid. τί ὄφελος; „Recte dictum, τί ὄφελος; Namque eis, qui philosophiam nullo loco habent, nihilo

minus dura vitae atque incommoda supervenisset." VPTON.

Ibid. ἐφ' ἑκάστου. Vulgo omnes ἀφ' ἑκάστου. Recte autem WOLFIVS: „Lego ἐφ' ἑκάστου τῶν τραχέων." — Et Meibom.: „ἐφ' ἑκάστου forsan." — Quod cum ab Vptono non adoptatum sperit, ego haud cunctanter recepi, & sic deinceps scriptum in nostris pab. reperi. Conf. Enchir. c. 3. 4. 9. 10.

Vers. 8. εἰ ἔφαγες ὄσα δεῖ. „Alludit ad ἀγυιοφαγίαν pugilum; de qua vide ad III. 15. 3." VPTON.

Ibid. εἶτ' ἐπ' αὐτοῦ τοῦ ἔργου. Perperam vulgo εἶτ' acuto accentu scribebant cum pa. atque etiam sine apostrophe εἴτ' ca pc. Sed recte εἶτ' pb. circumflexo accentu, pro εἰτα.

Vers. 9. Οὐκ ἔστιν ἐπὶ σοί; Οὐκ ἔξεστιν ἐπὶ σοί. pa. male.

Vers. 10. Ἀλλ' οὐ φιλολογεῖς. Haec quum a Wolfio in versione interrogative essent expressa, *At literis non incumbis?* in Graeco pariter interrogationem indicarunt editores Cant. Lond. Amst. & Vpt. In Notis vero VPTONVS monuit: „Dele interrogationem." — Nec tamen, cum in Versione Wolfium esset secutus, hunc, quo pacto intellecta haec verba vellet, declaravit. Ego primum hoc observatum velim, verbum φιλολογεῖν idem fere hic sonare ac φιλοσοφεῖν; quemadmodum etiam apud Plutarchum accipi, post Budaeum, adnotavit Henr. Stephanus in Thes. Ac sane pro eodem verbo φιλολογεῖν mox vers. seq. in eadem orationis connexione, tamquam ejusdem potestatis, φιλοσοφεῖν habes. Sic φιλόλογος Hli 2, 13. pro φιλόσοφος ibid. vs. 10. Quamquam nihil magnopere interest, si generaliori notione accipias, pro *doctrinae dare operam, bonarum literarum, eruditionis studio incumbere:* nam verum *eruditionem* Stoici unam *philosophiam* censebant. Et erat in praeceptis Stoicorum, οὐδένα τῶν ἀφρόνων εἶναι φιλόλογον, λογόφιλον δὲ μᾶλλον, μέχρι καλιᾶς ἐκτετολαίου προβαίνοντα, μηκέτι δὲ καὶ τοῖς ἔργοις βεβαιούμενον τὸν τῆς ἀρετῆς λόγον. ut est apud Stobaeum in Eclog. Eth. lib. II. p. 182. extr. ed. Canterii, ubi ἐκβαιούμενον corrupte legitur. Convertit autem se his verbis Epictetus (si modo mentem hujus orationis recte percipio) ad aliud genus hominum, qui in morbo (nam de *morbo* recte ferendo tota hac disputatione agitur) philosophorum praecepta, quibus innutriti erant, obliviscuntur: nempe eorum, qui hoc nomine

mine de morbo conqueruntur, *quod per eum impediantur, quo minus philosophiæ studio & sermonibus meditandis Philosophorum possint vacare.* Quare hæc verba; Ἀλλ' οὐ Φιλολογῶ, ita accipio, ac si dixisset, Ἀλλ' οὐ δύναμαι Φιλολογεῖν.

Vers. 12. ἔχεις τὸ τοῦ περιπατοῦντος. Quod ἔσεις h. l. scriptum est in Vptoni editione, operarum culpa factum. De errore monuit Editor in Notis. Temere ἔχης hic scribit pc. qui tamen & ipse mox deinde in ἔχεις consentit.

Ibid. ἔχεις τὸ τοῦ πυρέσσοντος. „Alii libri, excepto nostro, habent τὰ τοῦ πυρέσσ. non ita recte. Vide versum præcedentem, τὸ τοῦ περιπατοῦντος. Atque ita hic, τὸ τοῦ πυρέσσοντος legi debet." VPTON. — Cum Vpt. facit pb. Ad τὸ intellige πρᾶγμα, vel τὰ οἰκεῖον, τὸ καθῆκον, aut etiam τὸ καλὸν vel ἀγαθόν. Habes vero etiam in plurali numero, consentientibus libris, vs. 15. ἔχει τὰ αὐτοῦ.

Vers. 13. ποιεῖν τὰ προσταττόμενα, *facere facienda.* Videri poterat in τὰ προστασσόμενα mutandum, *mandata, præscripta* a medico. conf. III. 22, 57.

Ibid. κομψῶς ἔχεις. „Plurima in hisce Dissertationibus non ita longe a stilo Evangelii abludunt, ut olim observabam. κομψῶς ἔχεις. Ita Johann. 4, 52. τὴν ὥραν ἐν ᾗ κομψότερον ἴσχυε. Paulo post, (*Vers.* 15.) ἐὰν σὺ θέλῃς, κύριε. Eadem locutio occurrit Matth. 8, 2. Κύριε, ἐὰν θέλῃς. Sed hæc obiter." VPTON. — Norunt sacrarum Scripturarum studiosi, ex professo hoc genus dictionum diligenter adnotatum esse a GEORG. RAPHELIO, in Annotationibus in Nov. Test. ex Polybio & Arriano collectis. De κομψῶς conf. II. 18, 14.

Ibid. τί γάρ σοι ἀγαθὸν. τί σοι γὰρ pb. Corrupte δὴ γάρ σοι pc. & caret τί.

Ibid. ὅτε γὰρ ὑγίαινες. Sic recte dederunt pabc. Perperam vulgo ὅταν γὰρ edd.

Vers. 14. τὸ καλῶς ἔχειν. Perperam τὸ καλῶς ἔχ. pa.

Ibid. ἀλλὰ ὁ κόσμος μέλλει ἀνατρέπεσθαι, σοῦ ἀποθνήσκοντος; „Lege interrogative, & verte cum Schegkio: *An, te mortuo, mundus evertetur?*" VPTON. — Nempe olim, cum abesset interrogandi signum, non modo affirmative ita verba acceperat Wolfius, sed & μοῦ pro σοῦ expresserat, *At mundus, me mortuo, corruet:*

quam verſionem intactam ſub contextu reliquerat Vptonus.

Verſ. 15. Τί οὖν κελεύεις τὸν ἰατρόν; „Vide Caſaub. ad Perſ. III. 65.

Et quid opus Cratero magnos promittere montes?" VPTON.

Ibid. Ἂν σὺ θέλῃς, κύριε. Vide ſupra ad vſ. 13.

Ibid. ἐφρόν. Sic ſcripſi cum pab. acute, pro ἐφρῶν, quod vulgo edebatur. Vide ad II. 8, 24.

Ibid. οὕτω καὶ τῷ ἰατρῷ. οὕτω καὶ τὸν ἰατρὸν pc. male.

Ibid. ἔχει τὰ αὐτοῦ. Temere τὰ αὐτοῦ Vpt. cum Lond. anon. Sic tamen & pb.

Verſ. 16. ἀλλὰ τὸ ἴδ. ἡγ. ἀλλὰ τί τὸ ἴδιον ἡγεμονικόν. pc. Debebat fortaſſe ἀλλὰ τί; τὸ ἴδ. ἡγ.

Verſ. 17. Ποῦ οὖν ἔστι καιρὸς τοῦ φοβεῖσθαι; τοῦ οὖν ἔστι &c. Vtrobique pro ἔστι dat ἔστι pa. minus recte.

Ibid. περὶ τῶν μηδενὸς ἀξίων. „Sic noſter codex: alii περὶ τοῦ μηδενὸς ἀξίων." VPTON. — Nempe ſic edd. at in περὶ τῶν conſentiunt pabc.

Verſ. 18. οὐ δεῖ προηγεῖσθαι τῶν πραγμάτων, ἀλλ' ἀκολουθεῖν. *Non oportet præire rebus, ſed eas ſequi.* Stoico huic præcepto Horatius Ariſtippeum illud opponit:

Et mihi res, non me rebus, ſubmittere conor.

Epiſt. I. 1, 19. Vtrumque ſapiens, ſi recte capiatur. De Noſtri ſententia conf. I. 12, 17.

Verſ. 19. Οὐκ ἴδοι οὕτω μοι προσανεχθῆναι τὸν ἀδελφόν. „Pro τὸν ἀδελφὸν, lego τὸν ἰατρόν." COM. SHAFTESBVR. — „Certe de Medico ſupra verba fecit. Sed vide Enchir. c. 43." VPTON. — Adfert hoc exemplum Philoſophus declarandi cauſſa illius præcepti, quod modo dedit, non præire nos debere rebus, ſed eas ſequi; tum reſpicit id quod vſ. 17. dixerat, ποῦ ἔστι καιρὸς ὀργῆς;

CAPVT XI.

Verſ. 1. ὡς ἐκ νόμου διατεταγμένα κελεύσεις. „Νόμος θεῖος; *Lex divina* quæ ſit, vide III. 24, 32 ſq. Conſer Xenoph. Ἀπομνημ. lib. IV. c. 4. ſect. 21 ſqq." VPTON.

Verſ.

Vers. 4. Ξεῖν', οὔ μοι θέμις ἐστ', &c. „Homer. Odyss. ξ. 55 sqq.

Τὸν δ' ἀταμειβόμενος προσέφη, [προσέφης,] Εὔμαιε συβῶτα

Ξεῖν', οὔ μοι θέμις ἐστ', οὐδ' εἰ κακίων σέθεν ἔλθοι, ξεῖνον ἀτιμῆσαι· πρὸς γὰρ Διός εἰσιν ἅπαντες ξεῖνοί τε πτωχοί τε.

Sic Odyss. *l.* 270 sq.

Ζεὺς δ' ἐπιτιμήτωρ ἱκετάων τε, ξείνων τε, Ξείνιος, ὃς ξείνοισιν ἅμ' αἰδοίοισιν ἑπηδεῖ.

Magna apud antiquos hospitii necessitudo, & vindex illius violatae necessitatis erat Ζεὺς Ξένιος, *Jupiter Hospitalis.* Virgilius Aeneid. I. 735.

Jupiter, hospitibus nam te dare jura loquuntur.

Cleanor in Cyri Ἀναβ. γ'. οὐδὲ Δία Ξένιον ἐδέδῃ. Vide Aelian. lib. IV. cap. 1. Vlysses in Euripidis Cyclope, vs. 352.

Σύ τ', ὦ φαεννῶν ἀστέρων οἰκῶν ἕδρας, Ζεῦ Ξένι', ὅρα τάδ'.

Et tu, lucidarum stellarum qui habitas sedem, ὁ Jupiter Hospitalis, haec vide. Sic hunc locum lege. Conf. quoque Homer. Iliad. ρ'. 484. [immo Odyss. ρ'. 485 sqq.] ubi ait, Deos similes hospitibus saepe inter homines versari; ad quem locum respicit Plato in Sophist. p. 216. vol. I. ed. Steph. Κατὰ τὴν χθὲς ὁμολογίαν, ὦ Σώκρατες, ἥκομεν αὐτοί τε κοσμίως, καὶ τόνδε τινὰ ξένον ἄγομεν· τὸ μὲν γένος ἐξ Ἐλέας, ἑταῖρον δὲ τῶν ἀμφὶ Παρμενίδην καὶ Ζήνωνα, μάλα δὲ ἀνδρα φιλόλογον. (Sic hunc locum lego; tamen dant libri ἕτερον — — — ἑταίρων. Nam nescio quis in margine corrigebat ἑταῖρον pro ἕτερον, quae vox postea corrupta in contextum irrepsit.) ΣΩ. Ἆρ' οὖν, ὦ Θεόδωρε, οὐ ξένον, ἀλλά τινα θεὸν ἥκομεν, κατὰ τὸν Ὁμήρου λόγον, λιλῃθας; ὃς φησιν ἄλλους τε θεοὺς τοῖς ἀνθρώποις, ἑπόσοι μετέχουσιν αἰδοῦς δικαίας, καὶ δὴ καὶ τὸν Ξένιον οὐχ ἥκιστα θεὸν συνεπαδὸν γεγονέναι, ὕβρεις τε καὶ εὐνομίας τῶν ἀνθρώπων καθορᾶν.“ VPTON. — Olim apud Nostrum, Ξεῖν' οὔ μοι θέμις ἐστὶν edebatur in Ven. & Bas. quemadmodum est in codice nostro pb. contra metrum. ἔστ', ut recte apud Homerum editur, reposuerunt editores Gen. Col. & sequentes; & sic habent mssti nostri pac.

Vers. 5. πρόχειρον ἔχειν. „Supple μέμνησο.“ VPTON. — Adnotaverat ad h. l. MEIBOMIVS: „δεῖ adderem.“ — Quo adsumento facile quidem caremus.

Ibid. οὐ μοι δόμος ἐστί. Ferri h. l. poterat ἐστίν, quod nunc rursus, sicut praeced. versu, habet noster pb. Sed nec male in ἔστ' h. l. consentiunt editi omnes & pa. In pc. quidem, perpetuo scribae illius errore, omissa sunt verba τοῦτο οὖν usque οὐθὲν ἄλλο.

Ibid. πατέρ' ἀτιμῆσαι. Vulgo sic edebant πάτερ, ἀτιμῆσαι. ut πάτερ vocativus casus esset; & sic noster pb. Sed, quemadmodum apud Homerum est ξεῖνον ἀτιμῆσαι, in quarto casu, sic & apud Nostrum πατέρ' (pro πατέρα) in accusativo ex analogia jam correxeram, quum eodem prorsus modo in nostris codd. pac. scriptum inveni.

Ibid. τοῦ Πατρῴου. „Ζεὺς Πατρῷος. Vide Xenoph. Κύρου Παιδ. α'. [c. 6. sect. 1.] Aristoph. Nub. vs. 1470. atque ibi Spanheimium.“ VPTON.

Vers. 6. καὶ ἐπ' ἀδελφῷ. Sic editi & scripti nostri libri omnes; quamquam convenientius & sermonis usui accommodatius fuerat ἐπ' ἀδελφοῦ, quemadmodum modo dixerat ἐπὶ πατρός, & Enchir. c. 52. ἐπὶ παντὸς πρόχειρα ἐκτέον ταῦτα. Conf. not. ad Enchir. c. 3.

Ibid. τοῦ Ὁμογνίου. „Sapienter & docte Aratus, quem Virgilius etiam est imitatus, quum inquit: *Jovis omnia plena*. In libello, qui inscribitur Aristoteli de Mundo, sic scriptum legitur de cognominibus Jovis: Ἐξ δὲ ὧν, πολυώνυμός ἐστι, κατονομαζόμενος τοῖς πάθεσι πᾶσιν ἅπερ αὐτὸς νεοχμεῖ. καλοῦσι γὰρ αὐτὸν καὶ Ζῆνα, καὶ Δία, παραλλήλως χρώμενοι τοῖς ὀνόμασιν, ἀφ' ὧν αἰ λόγομεν δι' ὃν ζῶμεν. Κρόνου δὲ καὶ Χρόνου λέγεται, διήκων ἐξ αἰῶνος ἀτέρμονος εἰς ἕτερον αἰῶνα· ἀστραπαῖός τε, καὶ βρονταῖος, καὶ ἀστέριος, καὶ αἰθέριος, χειμώνιός τε καὶ ὑέτιος, [ἀπὸ τῶν ὑετῶν, καὶ νεφῶν, καὶ τῶν ἄλλων καλεῖται. καὶ μὴν ἐπικάρπιος μέν, ἀπὸ τῶν καρπῶν·] πολιεὺς δὲ ἀπὸ τῶν πόλεων ὀνομάζεται· γενέθλιός τε, καὶ ἕρκειος, καὶ ὁμόγνιος, καὶ πάτριος, ἀπὸ τῆς πρὸς ταῦτα κοινωνίας· [ἑταιρεῖός τε, καὶ φίλιος, καὶ ξένιος, &c.] Reliqua, qui volet, in libello hoc perlegat.“ SCHEGKIVS. — Eumdem Aristotelis, vel Theophrasti, (ut ait) librum hoc loco laudavit Shaftesburius, referente Vptono. Habes ista verba cap. 7. 1. ed. Batteux, p. 107 sq.

CAPVT

CAPVT XII.

Vers. 1. Τὰς ἀσκήσεις οὐ δεῖ διὰ τῶν παρὰ φύσιν καὶ παραδόξων ποιεῖσθαι. „Hoc M. Antoninus I. 7. vocat φυλ/ασιοκλήκτως ἀσκητικόν." VPTON.

Vers. 2. Δύσκολόν τε ἅμα ἐστι. Sic verba ista ordinavit Vptonus, præeunte fortasse codice ipsius: sic certe dant nostri plc. Olim δύσκολόν ἐστι τὰρ edebatur, ut habet pa.

Ibid. τὸ ἐπὶ σχοινίου περιπατεῖν. „Seneca de Ira, lib. II. c. 13. *Quid enim magnificum consequitur ille, qui meditatus est* per intensos funes ire? *qui farcinas ingentis cervices supponere?* Vbi, pro *intensos*, malim *extentos*, uti Horat. Epist. lib. II. 1, 210.

Ille per extentum funem *mihi posse videtur*
ire *poëta.*

Ibid. ἢ Φοίνικα ἱστάναι. „*Phoenicem* aut *palmam statuere* vel *erigere*, quid sit, ignoro. Nisi forte de Phœnice ave sculptili sit intelligendum: cujusmodi est Norimbergæ ligneus papagallus, qui altissimæ trabi impositus, sagittis petitur. τὸ ἱστάναι Suidas στῆσαι interpretatur." WOLFIVS. — „Ἀσκηταὶ compedes sibi inducbant, & totum diem sic ambulabant ἀσκήσεως χάριν, quod χαλκᾶ ἱστάναι dixit Arrianus: ita lege pro Φοίνικα. Diximus in libro de Instrumentis Musicis." SALMASIVS *Exercit. ad Solin.* p. 1329. — „Hæc Salmasius; sed tamen sic quoque mox legitur, vs. 9. [Φοίνικα στῆσαι.] & explicare aggreditur Bulingerus de Theatro, lib. I. c. 41. οἱ Φοινικοβατίσ/ας apud Lucian. de Dea Syria, [c. 29.] sunt qui palmas pedibus manibusque tenentes quasi ἡνιοχεῖν/ας inscenderent. Nescio (inquit Bulingerus) an apud Arrianum Φοίνικας ἱστάναι sit *destituere ac erigere palmas uti liceat* Φοινικοβατεῖν. Id esse arbitror, ligna præcelsa erigere, ad quorum culmen fune arrepto pedibus manibusque eniti & evadere possis." VPTON. — Solent passim rure, festis quibusdam diebus, hoc uti exercitationis genere juvenes, ut, destituto in terram prælto stipite, audacissimus & solertissimus quisque in summum culmen eniti, non funis ope, sed uno manuum pedumque adminiculo, contendat.

Ibid. ἀνδριάν/ας περιλαμβάνειν. „Sic IV. 5, 14. Enchir. c. 47. Dicitur Diogenes nudus media hyeme [solitus] statuas amplecti. Diog. Laert. VI. 23. Χειμῶνος δὲ

δὲ ἀνδριάντας κεχιονισμένους περιλάμβανε, πανταχόθεν ἑαυτὸν συνασκῶν. *Hyeme statuas nive perfusas complectebatur, omni ex parte se ipsum ad laborum tolerantiam exercens.* Hoc genus ἀσκήσεως, quippe quod habeat in sese nimiam ostentationem, improbat Epictetus. Vide Enchir. c. 47. [cap. 70 ex recens. Wolf.] quem locum perperam interpretatur Simplicius in Commentario. „ VPTON. Confer Gatak. ad M. Anton. I. 7.

Vers. 3. οὐκ ἔστι τὸ ὄνον. οὐκέτι τὸ pc. male.

Vers. 4. Ὀρέξει καὶ ἐκκλίσει ἀκωλύτως ἀναστρέφεσθαι. „Malim ἐν ὀρέξει.“ WOLFIVS. — Et sic fidenter corrigere jussit Salmasius. Et ego pariter præpositionem desiderabam, quam in simili dictione aliàs adjectam habemus; veluti I. 4, 1. II. 23, 42. III. 22, 43. III. 24, 86. IV. 1, 69. &c. Ac fuit quum suspicarer, proxime præcedens verbum ἐκτονηθῆναι temere e superioribus esse repetitum, cum sic scribi debuisset: τί δ' ἔστι τὸ προκείμενον; Ἐν ὀρέξει καὶ ἐκκλίσει ἀκωλ. ἀναστρ. ut extrudendæ vocalæ ἐν occasionem dederit adfinis sonus literæ ν, in quam desinebat vox præcedens: quo de errore monui ad II. 6, 25. Conf. ad Enchir. cap. 2, 1. Sed in vulgatam lectionem pertinaciter consentiunt libri omnes, quam & ferendam hactenus putavi, ut dativi ὀρέξει καὶ ἐκκλίσει non ex verbo ἀναστρέφεσθαι, sed ab adverbio ἀκωλύτως penderent: quemadmodum enim recte dicitur οὐ κωλύεσθαι τῇ ὀρέξει, *non prohiberi vel impediri quoad adpetitionem*, similiter etiam dici poterit ἀκώλυτος ὀρέξει, tum & ἀκωλύτως ὀρέξει ἀναστρέφεσθαι. De re, quæ hic agitur, hæc notavit VPTONVS: „Hic locus est primus, uti supra monui, [ad lib. III. c. 2. init.] Mox vs. 13. locus secundus. Versu 14. locus tertius.

Vers. 5. ἐὰν ἔξῃ ἐφ' ὅσον ἀναστρέφεσθαι αὐτήν. „Confer Enchir. cap. 23.“ VPTON.

Vers. 6. ἀδιασμένων ἡμῶν. ὑμῶν pabc. perperam.

Vers. 7. ἐπὶ τῷ ἔθει τούτῳ ἐναυλίζου ἵνα μὴ ἐκλιπάνωμεν. „Vide I. 27, 3 sqq. II. 18, 25. Cicero Tusc. Disp. II. 16. *Consuetudinis magna vis est. Pernoctant venatores; nive in montibus uri se patiuntur. Inde pugiles captibus contusi, ne ingemiscunt quidem.* Sic locum lego & distinguo. Recte, *Inde*; i. e. ex vi consuetudinis.“ VPTON.

Ibid. ὅτου δ' πολὺς ὄκνος ἐστὶν ἐν ἡμῖν. „Conf. Enchir. cap. 33, 15. [c. 54. e Wolfii recens.“] VPTON.

Vers.

Vers. 7. ἀναστοιχήσαι ἐπὶ τὸ ἐναντίον. Vulgo omnes ἂν ἀτυχήσαι, scripti editique. Vbi WOLFIVS notavit: „Forte ἀνισοστοιχήσαι, ut supra ὡς ἐπὶ πλοίου ἀνισοστοιχοῦντα; vel ἀναστοιχίσω, παρὰ τὸ στοιχίζειν." — VPTONVS vero: „Hæc verba [scil. ad quæ provocavit Wolfius] in hisce Dissertationibus non occurrunt. Pro ἂν ἀτυχήσαι legit Salmasius, ἀναπωλήσω. Quid si, ἀντιχωρήσω? *me recipiam ad contrariam partem.*" — Ego leviſſima mutatione ἀναστοιχήσω corrigendum putavi. Nihil frequentius permutatione *υ* vocalis & *οι* diphthongi, ex ſimilitudine pronunciationis qua utebantur librarii. Dicitur autem ἀναστοιχεῖν, & quod huic ſynonymum perhibetur διαστοιχεῖν, proprie de *navi*, cum adverſo vento *oblique fertur, modo in hoc latus, modo in illud inclinans*, ut intelligitur ex Suida in Διαστοιχεῖ, collato cum Polluce I. 114. ubi vide quæ monuit Kühnius. Neque movere nos debet, quod apud eumdem Pollucem & apud Phrynichum p. 62. & 194. præcipitur, exquiſitius & rectius διατοιχεῖν dici, quem ἀναστοιχεῖν. Vt enim taceam, exquiſitam Græcæ dictionis rationem non anxie curaſſe Epictetum; (conf. III. 9, 14.) ex ipſa verbi compoſitione intelligi videtur, differre nonnihil inter διαστοιχεῖν & ἀναστοιχεῖν, ut hoc non tam ſit *modo in hoc, modo in illud latus inclinare*, quam *inclinari rejicique in latus oppoſitum ei, in quod paulo ante inclinabat navis*: quo magis etiam commode apteque ἀναστοιχήσω dicit Epictetus, id eſt, *in oppoſitam partem inclinabo, propendebo*. Ceterum pari modo, ut in libris noſtris *οι* in *υ* eſt a librariis mutatum, apud Pollucem pro διατοιχεῖν, διατυχεῖν mendoſe ſcriptum erat. Pro ἀναστοιχεῖν, Simplicius verbo ἀνισοστοιχεῖν uſus eſt, in Comment. in Enchir. cap. 38. p. 250. ed. Lugd. quem locum Wolfius in ſuperiori adnotatione reſpexit.

Ibid. ὑπὲρ τοῦ φυσικῶν τὴν ἔκπλειν. Duæ poſteriores voces deſunt pb.

Ibid. ἀπὸ παντὸς τοῦ τοιούτου. Articulum τοῦ, quem ignorant ceteri libri, adſcivi ex pc.

Vers. 8. Olim ſic edebatur: Ὁ μελετῶν ὀρέξει μὲν χρῆσθαι, ἐκπλήσει δὲ πρὸς μόνα &c. Vbi hæc adnotarunt viri docti: „Suſpectus locus, nec occurrit ut ſit emendandus." WOLFIVS. — „Legendum ὀρέξει μὲν μὴ χρῆσθαι. Vide Gatak. ad M. Anton. lib. XI. ſect. 37." SHAFTESBVR. — „Vide quid hac de re diximus

supra ad cap. II. hujus libri. Caeterum noster codex habet, ἐ μελετῶν ὀρέξει καὶ ἐκκλίσει πρὸς μόνα τὰ προαιρετικὰ χρῆσθαι." VPTON. — Cum Vptoni codice consentit noster pb. quorum lectio speciosa quidem videri poterat, sed reliquae Epicteti rationi repugnat, & haud dubie ingenio debetur docti alicujus librarii, qui alteram lectionem (in quam cum editis consentiunt codd. pac.) mendosam esse viderat. Nos vulgatae lectionis, quam intactam Vptonus in contextu reliquit, vestigia tenentes, *negantem particulam*, monente post Gatakerum l. c. & Shaftesburium ipso Vptono nostro, (ad III. 2. init.) inseruimus. Consule loca ab hoc interprete ibidem & in Adnot. ad I. 4, 1. laudata, quibus adde Enchir. c. 48. 3. (cap. 72. e recens. Wolf.) &, ne longius abeas, vide mox III. 13, 21.

Ibid. καθ' ὃ καὶ ἄλλῳ πρὸς ἄλλα μᾶλλον ἀσυχτέον. καθ' ὃ καὶ ἄλλο dant pac. mendose. Vox μᾶλλον cum temere omissa h. l. esset in edit. Bas. & sequentibus, restitui eam ex Ven. & msstis.

Vers. 9. στέγην δερματίνην καὶ ὅλμον καὶ ὕπερον περιφέρειν. „*Tectum coriaceum* [*tabernaculum pellicum*, Salmas.] *& mortarium & pistillum circumferre.* Quod faciebant ἀσκήσεως ἕνεκα. Respexit huno morem Seneca, in loco supra citato: [de Ira, II. 13.] *Quid enim magnificum consequitur ille qui meditatus est — — farcimae ingenti cervices supponere?*" VPTON. — Conf. infra, ad III. 20, 10. In panificii instrumentis ὅλμον & ὕπερον recenset Pollux VII. 114. cf. Polyb. I. 22, 7.

Vers. 10. εἶθ' οὕτω προβήσῃ, ἵνα &c. „προβήσῃ noster codex; alii προσβήσῃ." VPTON. — Recte vir doctus mendum, quod hunc locum obsederat, correxit e suo codice, cum quo faciunt nostri pbc. Particula οὕτω non ad ἵνα refertur, ut cum Wolfio accepit Vptonus, vertens, *deinde ita progredieris, ut*; sed ad ea quae praecedunt: *Sic deinde* (i. e. postquam in his satis fueris exercitatus, *tum deinde*) *eo progredieris, ut* &c.

Ibid. αὐτὸς πρὸς αὑτὸν. αὐτὸν restitui ex Ven. cum quo facit pc. Alii vulgo αὐτὸς cum pab.

Vers. 11. εἶτα καὶ ὀλυμπίῳ κομψῶς χρῆσθαι. Intellige ἄσκησον e superiori versu.

Ibid. καὶ γὰρ ἐπὶ τοῦτο ἐκπέπλευκαι ἀσκηταί τινες. *Sunt enim qui in hoc perperam se exerceant.* Intellige tirones Stoicae disciplinae, qui, cum Stoicorum praeceptum

ceptum accepiſſent, *Sapientem etiam ἀνωμάλον inconcuſſum manere*, (vide I. 18, 22. & ibi not. II. 17, 33. III. 2, 5.) immaturi & præcipites eo ferebantur, ut ſuarum in eo genere virium periculum facere vellent.

Ibid. ἀλλὰ πρῶτον εἰς τὸ ἀπέχεσθαι. ἀλλὰ καὶ πρῶτον pc.

Ibid. εἰ ἄρα. „Videtur ſubintelligendum βούλοιο, ſi forte placuerit." WOLFIVS. — „Sic εἴπερ ἄρα, III. 3, 17. & apud Dionem [Chryſoſt.] p. 356. ἀλλ' (εἴπερ ἄρα) συνηδίκησάς αὐτοῖς." VPTON. — Pro varia connexione varie verti poteſt debetque elliptica illa dictio, conf. I. 28, 9. *n.* IV. 6, 2. Hoc loco *ſi videbitur* vertit Vpton cum Wolf. Mihi placuit, *ſi ita res tulerit*; nempe, ut adſit tempus opportunum, aut ut tu ſatis ſis ad tale periculum præparatus.

Ibid. 12. χύτρα, φασὶ, καὶ πέτρα, οὐ συμφωνεῖ. „Proverbium. Neque abſimilis fabula Aeſopica de Olla fictili & ahenea." VPTON.

Verſ. 13. δεύτερος τόπος ὁ περὶ τὴν ὁρμήν. „Τόπος recte codex noſter pro τρόπος. De *tribus* vero *Locis* vide ſupra, cap. 2. hujusce libri." VPTON. — Frequenti errore τόπος & τρόπος inter ſe permutantur a librariis. Perſpecte ſuo e codice verum reſtituit Vptonus; quod hic reponendum Salmaſius jam monuerat. In mendoſum quidem τρόπος, quod olim vulgatum erat, conſentiunt codices noſtri.

Ibid. Ἵν' εὐπειθὴς τῷ λόγῳ. Ignorant hic vulgo partioulam ἵνα ſcripti noſtri libri omnes editique. Parendum vero utique SHAFTESBVRIO duxi, monenti: „Lege ἵνα εὐπειθὴς, & ſic vetus interpres." — Abſorpſerat hanc particulam terminatio ην vocabuli præcedentis, quam eodem modo atque ιν pronunciabant ſequioris ætatis Græci.

Ibid. ἵνα μὴ παρὰ καιρὸν, μὴ παρὰ τόπου, μὴ παρὰ ἄλλην τινὰ τοιαύτην ἀσυμμετρίαν. Vereor ne mendum inſit in poſtremo vocabulo. Nam, quemadmodum in ſuperioribus dictionibus, παρὰ καιρὸν, παρὰ τόπον, præpoſitio παρὰ denotat *præter* vel *contra*; & quemadmodum ibi ſubintelligendum verbum ποιῇς, aut aliquod ſimile, *ne quid facias adverſo tempore, ne quid iniquo loco*; ſic ſi hoc orationis membro, μὴ παρὰ — — ἀσυμμετρίαν, eadem notione accipias παρὰ præpoſitionem, & idem verbum ſubintelligas; habebis prorſus contra-

contrarium ejus quod haud dubie dicere Epictetus noster voluit. Non enim sane *cavere* debet homo, *ne παρὰ τὴν ἀσυμμετρίαν agat*, sed *ne παρὰ τὰ μέτρα*, (ut est IV. 1, 84.) *ne παρὰ τὴν συμμετρίαν*, i. e. *ne contra convenientiam, contra modum, contra ordinem agat.* cf. III. 2, 2. Itaque prope absum ut persuasum habeam, temere hic invectum esse vocab. *ἀσυμμετρίαν*, (quamquam vetus mendum) & *συμμετρίαν* rescribi debere. Quod nisi placet, illis opus fuerit ambagibus, & illa (ut dicam quod res est) incongruentia, qua in versione usus sum; ut in eodem orationis tenore eadem præpositio diversa notione accipiatur, & ut in tertio orationis membro aliud verbum intelligatur atque in duobus membris proxime cum hoc conjunctis. Idem incommodum senserat Wolfius, & interpretatione temperare tolereque studuerat; *ne quid alieno tempore, ne quid alieno loco facias; neve alia in re pecces, modumque excedas.* Est tamen locus huic fere similis, ubi pariter exiguo intervallo eadem particula *παρὰ* diversissimo significatu accipitur, III. 21, 14 & 16.

Vers. 14. *Τρίτος, ὁ περὶ τὰς συγκαταθ.* Articulum ὁ, qui aberat hoc loco ab aliis omnibus, inferui ex nostro cod. pc.

Ibid. τὸ πιθανὸ καὶ ἀλυκστικόν. Huc pertinet quod ait II. 18, 23. *ταῦτα ἀντιτίθεις, νικήσεις τὴν Φανλασίαν, οὐχ ἁλυκσθήσῃ ὑπ' αὐτῆς.* Operarum errore in edit. Ven. factum, ut in voce *ἁλυκστικῇ* prima litera *s* interciderit.

Vers. 15. *Σωκράτης ἔλεγεν, ἀνεξέταστον βίον &c.* „Vide ad I. 26, 18.“ VPTON.

Ibid. ἀνεξέταστον Φανλασίαν μὴ παραδέχεσθαι. „Vide III. 2, 5.“ IDEM.

Ibid. Ἐνδεξαι, ἄφες ἴδω τίς εἶ. „Vide ad II. 18. 24.“ IDEM.

Ibid. Δεῖξόν μοι τὰ συνθήματα. „Σύνθημα, *tessera, quam excubitoribus dat tesserarius.* Vide Polyb. lib. VI. p. 470. edit. Casaub. [Polyb. VI. 36. Tom. II. nostræ edit.] Virgil. Aeneid. VII. 637. & ibi Servium.“ VPTON.

Ibid. τὴν παραδεχθησομένην. Temere pc. *τὴν παραφυλαχθησομένην.*

Vers. 16. *ἔξω γενναιότερος ἐστι.* Sic suo e codice correxit Vptonus, cum quo facit noster pb. Et jam olim sic legendum monuerat Wolfius, cui adstipulatus est Salmasius, & Gatakerus ad Antonin. I. 7. Vulgo *γενναιός*

ναυτιᾷς edebatur. νενευτὸς habent noſtri pac. quòd ferri poſſet, (quemadmodum διαβεβλημένον in Ench. c. 33. §. 3.) niſi ſequerentur genitivi θηρωμένου & ζητοῦντος.

Ibid. καὶ θεατὰς ζητοῦντος. ζηλοῦντας pa. ζητοῦντας pc. Neutrum recte.

Ibid. τοὺς ἐρῶντας, Ὦ μεγάλου ἀνθρώπου. Perperam editi vulgo omnes, τοὺς ἐρῶντας, Ὡς μεγάλου ἀνθρώπου. Vbi ἐρῶντας e conject. corrigere juſſerunt Wolf. & Salmaſ. quibus adſentitur Vptonus in Notis; id ipſum vero noſter habet pb. in ὡς μεγ. conſentiunt quidem omnes; neque tamen dubitavi Vptono parere monenti, ὦ μεγάλου ἀνθρώπου cum Wolfio eſſe legendum: nempe in verſione hoc expreſſerat Wolfius, *o magnum hominem!* Diſſerte vero, ante Vptonum, Salmaſius eamdem emendationem commendaverat. Genitivus caſus, μεγάλου ἀνθρώπου, ſatis indicabat, interjectionem ὦ hic deſiderari, particulæ vero ὡς nullum eſſe locum.

Verſ. 17. ὁ Ἀπολλώνιος. „*Apollonius* Tyaneus, (eſt autem Tyana Cappadociæ civitas) Pythagoricus Philoſophus: vixit ſub Nerone: extat vita ejus a Philoſtrato ſcripta. Vide autem Gatak. ad Anton. l. 7." VPTON. — Non probabile ſibi videri ſignificat Gataker, Tyaneum Apollonium hic dici ab Epicteto: nec tamen cauſſam, cur ita judicarit, declarat.

Ibid. σαυτῷ ἀσχῆσαι. σαυτῷ eſt *tuum in uſum*, non ad oſtentationem. Temere σὺν τῷ pa. pro σαυτῷ. Et duplici errore pc. ὅταν θέλῃς σαυτὸν (pro θέλῃς σαυτῷ) ἀσχῆσαι. Vide Enchir. c. 47. aliis c. 7c.

Ibid. ἀνθρώπου ποτὲ πνεύματος ἐφέλκυσον βρόγχον ψυχροῦ. „Idem de Platone ſcribit Stobæus: Πλάτων πολλάκις ἀνθρώπου ἐκ τοῦ φρέατος ἀνῃρῆτο ὕδωρ, καὶ ἐξέχεε, κολάζων τὴν ἐπιθυμίαν." SCHEGKIVS. — „Confer omnino Enchir. c. 47. & infra III. 14, 4. & vide Gatak. ad M. Anton. l. 7." VPTON. Vum IDEM in Indice: „Βρόγχος, *ſorbitio*. Heſych. Βρόγχος, *ῥόφισμα*, lege *ῥόφημα*. Nicandri Scholiaſtes ſignificare ait, *ὀλίγον πόμα*. *ἐφέλκυσον βρόγχον ψυχροῦ, frigidæ aliquantulum ſorbillando ſumas.*" — Hubes etiam apud Etymologum, & ex eo apud Phavorinum: Βρόγχος, τὸ ὀλίγον πόμα. Scilicet βρόγχος, & huic ſynonymum βρόχθος, non modo *fauces* & *guttur* ſignificant, ſed etiam per metonymiam denotant *hauſtum*, id eſt, *tantum aquæ*, vel cujuscumque liquidi, *quantum una ſorbitione vel uno hauſtu attrah-*

attrahitur, & semel fauces implet. Abstinentiae, quam exercitationis causa hic commendat Epictetus, specimen commodo tempore ab Alexandro editum commemorat Arrianus noster, de Exped. Alexand. lib. VI. c. 26.

CAPVT. XIII.

TIT. Τί ἐστιν ἐρημία, καὶ ποῖος ἔρημος. „Repositi ἐστὶν ex nostro codice. Notanda est interea distinctio inter ἔρημος & μόνος. Sic enim Epictetus: [mox vs. 1.] οὐ γὰρ ὁ μόνος ὢν, αὐθὶς καὶ ἔρημος. Non vertendum est itaque, [ut facit Wolfius:] *Quid sit Solitudo, & qui sit Solus.*" VPTON. — Verbum ἐστὶν, quod aberat vulgo, agnoscit h. l. cum Vptoni codice etiam noster pb. Sed in Indice Capitum hujus Libri ab omnibus nostris illud abest: neque vero admodum desiderabatur.

Vers. 1. αὐθὶς καὶ ἔρημος. Deest καὶ pa.

Ibid. οὐδ' ὁ ἐν πολλοῖς ὢν, οὐκ ἔρημος. Virgilius, de Didone: [Aeneid. IV, 467.]

— — *Longam incomitata videtur*
ire viam." —

VPTON.

Vers. 2. ᾧ προσανατανόμεθα. Cum προσανατανόμεθα in præs. temp. vulgo darent omnes, videbatur utique præteritum aliquod desiderari; quod cum offerret codex noster pb., nil cunctatus sum recipere.

Vers. 3. Θέλει γὰρ ὁ ἔρημος, κατὰ τὴν ἔννοιαν, ἀβοήθητός τις εἶναι. „Hic videntur omissa quaedam, aut corrupta: neque enim placet recepta lectio. ἔοικε γὰρ ὁ ἔρημος κατὰ τὴν ἔννοιαν, ἀβοηθ. *namque desertus animum suum induxit, esse* &c. vel, *videtur desertus secundum animi sui sensum, esse* &c." VPTON. — Nil mutant libri: neque admodum opus est ulla mutatione. ἔννοια est *notio, vocabulo alicui subjecta; notio rei quam mente informamus, & nomini illi subjicimus quo rem insignimus.* Sic II. 24, 12. II. 11, 2 sqq. & saepe aliis. Verbum vero θέλει percommode de *vi* ac *potestate* & *significatione vocabuli* eadem ratione accipi poterit, qua latino & vernaculo sermone dicimus, *quid vult hoc verbum?* pro, *quaenam ejus vis est? quid significat?* Qua ratione & synonymum verbum βούλομαι subinde usurpatur; veluti apud Aristot. Ethic. Nicom. IV. 1.

βούλεται

βούλεται γὰρ ἄσυτος εἶναι ὁ ἔν τι καλὸν ἔχων, τὸ φθείρειν τὴν οὐσίαν. & ibid. III. 1. *τὸ ἀκούσιον βούλεται λέγεσθαι, οὐκ εἴ τις ἄγνοεῖ*, &c. & IV. 5. *βούλεται γὰρ ὁ πρᾶος, ἀτάραχος εἶναι.*

Vers. 4. *Ἐπεὶ εἰ τὸ μόνον εἶναι.* Perperam Ἐπὶ εἰ dabant vetères editiones Ven. & Baſ. Recte *ἐπεὶ* poſuerunt poſteriores editores, ſicut eſt in noſtris mſstis.

Ibid. ὁ Ζεὺς ἐν τῇ ἐκπυρώσει. „Hoc erat olim, de Mundi nempe conflagratione, Heraclíti dogma. Laërt. IX. 7. *ἐκ πυρὸς τὰ πάντα συνεστάναι, καὶ εἰς τοῦτο ἀναλύεσθαι. Ex igne cuncta conſtare, in eumque reſolvi omnia.* & infra ſect. 8. Hoc dogma poſtea Stoïci arripuerunt. Vide Lipſium in Phyſiol. Stoic. lib. II. c. 21. &c. & Menag. ad Laërt. lib. VII. 141. Plutarch. adv. Stoïc. p. 1075. B. Cicer. de Nat. Deor. II. 46. p. 245. edit. Davif. M. Antonin. X. 7. V, 13. Obiter corrige Lucanum, VII. 812.

Hos, Cæſar, populos ſi nunc non uſſerit ignis,
uret cum terris, uret cum gurgite pontus.
Communis mundo ſupereſt rogus.

Vbi pro *uſſerit*, habet Mſ. *uſſeris*, rectè; & ſic diſtinguè:

Hos, Cæſar, populos ſi nunc non uſſeris, ignis
uret cum terris, &c.

Sed potius conſer Com. Shaftesb. Vol. II. p. 380 ſq. M. Anton. VII. 10.* VPTON. — Pertinet huc, quod ſcribit Seneca Epiſt. 9. *Cum reſoluto mundo, diis in unum confuſis, paulisper ceſſante natura, acquieſcit ſibi Jupiter, cogitationibus ſuis traditus.* Adde quæ habet Cudworth. in Syſtem. Intell. hujus Vniv. ex Moshemii verſione, p. 507.

Vers. 5. *οὐ γὰρ ἐπιτρέπει διεξαγωγὴν ἐρήμου, καὶ ἀπό τινος φυσικοῦ ὁρμώμενοι, ἀπὸ τοῦ φύσει κοινωνικοῦ εἶναι καὶ φιλαλλήλου, &c.* „Puto legendum, *καὶ τοι ἀπό τινος φυσικοῦ ὁρμώμενοι, ἀπὸ τοῦ φύσει κοινωνικοὶ εἶναι καὶ φιλάλληλοι.* Vel, omiſſa particula *εἶναι*, *ἀπὸ τοῦ φύσει κοινωνικοῦ καὶ φιλαλλήλου, καὶ ἡδέως.* Vel accuſativo caſu, (nam & ea conſtructio locum habet:) *ἀπὸ τοῦ φύσει κοινωνικοὺς εἶναι καὶ φιλαλλήλους*, ſcil. *ἡμᾶς* vel *τοὺς ἀνθρώπους.* Ad homines enim potius, quam ad Jovem, hæc epitheta pertinent, qui Jovem talem ſibi fingunt, quales ipſi ſunt. Vnde Ariſtoteles, *Ἀφομοιοῦσιν*, inquit, *αὑτοῖς καὶ τὰ ἤθη καὶ τοὺς βίους τῶν*

τῶν θεῶν. *Homines & formas & vitas Deorum sui similes faciunt.*" WOLFIVS. — „Quid si hoc modo: οὐ γὰρ ἐπιτρέπει διεξαγωγὴν μόνον, ἀπό τινος φυσικοῦ ὁρμώμενοι, καὶ ἀπὸ τοῦ φύσει κοινωνικοὺς εἶναι καὶ φιλαλλήλους, καὶ ἡδέως συναναστρέφεσθαι ἀνθρώποις." VPTON. — Nil variant libri; ac fortasse ne solicitanda quidem erat vulgata scriptura. In verbis καὶ ἀπό τινος φυσικοῦ ὁρμώμενοι, particula καὶ idem valet ac καὶ τοῦτο vel καὶ ταῦτα, *& quidem*; intelligitur nempe, καὶ τοῦτο λέγουσι, καὶ οὐκ ἐπιτρέπει *&c.* Et sequentium quoque verborum constructio, ἀπὸ τοῦ φύσει κοινωνικοῦ εἶναι *&c.* ferri posse ex illa regula videtur, quæ vult, ut casus, qui sequitur infinitivum *esse*, conveniat cum casu præcedente; quamquam, si completa esset oratio, sic sonare debebat, διὰ τοῦ τὸν ἄνθρωπον φύσει κοινωνικὸν εἶναι.

Vers. 7. ἡνυχάζει ἐφ' ἑαυτοῦ. „Sic codex noster: ceteri ἐφ' ἑαυτῷ habent." VPTON. — Optime ille: quemadmodum etiam corrigere jusserat Salmasius. Peperam nostri codices cum olim vulgatis faciunt, ἐφ' ἑαυτῷ, *secum*, *apud se*. vide I. 29, 36. II. 16, 2.

Ibid. αὐτοὺς ἑαυτοῖς λαλεῖν. „Confer III. 14, 2. IV. 4, 26. Vide quoque Senec. de Ira, lib. III. c. 36. & omnino Cicer. de Offic. lib. I. [immo lib. III.] c. 1. in initio. Horat. Sat. lib. I. 4. vs. 133 sqq.

> — — *Neque enim, cum lectulus aut me*
> *porticus excepit, desum mihi: Rectius hoc est:*
> *hoc faciens, vivam melius: sic dulcis amicis*
> *occurram:* — — — — —
> — — — — *Hæc ego mecum*
> *compressis agito labris.*"

VPTON. — Adde Senec. Epist. 10.

Ibid. μὴ προσδεῖσθαι ἄλλων, διαγωγῆς μὴ ἀπορεῖν. Sic omnino distinguendus fuit hic locus, contra quam fecerunt omnes & editi libri & scripti nostri, qui sic dabant: μὴ προσδεῖσθαι ἄλλων διαγωγῆς, μὴ ἀπορεῖν. In versione Vptonus cum Wolfio vocab. διαγωγῆς prorsus præteriit; illa vero, μὴ ἀπορεῖν, sic reddiderunt ambo, *non animis æstuare.*

Vers. 8. τῇ αὐτῶν πρὸς τἄλλα σχέσει· ἐπιβλέπειν *&c.* * αὐτῶν e superioribus editt. & mss. nostris restitui, cum temere in αὐτῶν mutasset Vptonus. Rursus vero prava distinctione in libris omnibus laborabat hic locus,

locus, ſic vulgo ſcribentibus, τῇ — — σχέσει ἐπιβλέπειν· πῶς πρότερον &c. quaſi verbum ἐπιβλέπειν cum dativo caſu τῇ σχέσει conſtrueretur, contra ſermonis uſum, & impedita ſententia. Omnia in plano atque in ſalvo ſunt, ſi, ut fecimus, τῇ σχέσει ad præcedens verbum ἐφιστάνειν referas, ἐπιβλέπειν vero ad ſequentia trahas. conf. 12.

Ibid. πῶς πρότερον εἴχομεν. Miror quid Salmaſius ſpectarit, πότερον ſcribere jubens, deleta πῶς particula. Manifeſte inter ſe opponuntur, πῶς πρότερον, πῶς νῦν.

Ibid. εἴ τινα ἐξεργασίας δεῖται. Perperam pc. καὶ τίνας ἐξεργ.

Ibid. κατὰ τὸν αὐτοῦ λόγον ἐξεργάσασθαι. Quum vulgo legeretur τὴν κατὰ τὸν &c. monuit VPTONVS: „Forte ταύτην: vel ſupple τὴν ἐξεργασίαν ἐξεργάσασθαι." — τὸν κατὰ τὸν αὐτοῦ λόγον dat codex noſter pa. Sed importunum articulum prorſus ignorant pbo. quibus obſecutus, eum ejeci. Mox ἐξεργάζεσθαι habet pc. pro ἐξεργάσασθαι.

Verſ. 9. εἰρήνην μεγάλην ὁ Καῖσαρ ἡμῖν δοκεῖ παρέχειν. „Trajanus, qui Dacos jam devicerat." VPTON.

Ibid. πλεῖν ἀπὸ ἀνατολῶν. „Sic noſter cod. & editio Salmant." VPTON. Sic & noſtri pab. Nempe mendoſe olim πλὴν edebatur; ubi jam WOLFIVS monuit: „Lege πλεῖν, a πλέω." — Sic & Meibom. correxerat.

Verſ. 11. ἀπαθεῖς δὲ καὶ ἐλεύθερον. Olim ἀπαθεῖς δὲ, quod correxit Vptonus, non ſuo e codice, ſed ex ora edit. Salmant. monitus etiam a Shaftesburio & Salmaſio. Perſpecte quoque Wolfius in verſione, *tranquilli & liberi*, poſuerat. In veram autem ſcripturam ἀπαθεῖς conſentiunt noſtri codices mſſti omnes.

Verſ. 13. λυστὴς. Quod λυστὴς habet ed. Bas. ex errore operarum eſt, illi editioni proprio.

Ibid. γαίτην, ποινικὸς, ἀβλαβὴς. Ad γαίτην, & ad ποινικὸς, e ſuperioribus πᾶς intellige; ἀβλαβὴς vero ex communi refer ad omnia nomina quæ præcedunt.

Ibid. Ἄλλος παρέχει τροφὰς &c. Conf. III. 1, 43.

Verſ. 14. τὸ ἀναλυτικὸν σημαίνει. „Vide ad I. 9, 16." VPTON.

Ibid. τὴν θύραν ἤνοιξε. „Vide ad I. 9, 20." IDEM.

Ibid. ἀλλ' ὅταν δόγμου, εἰς τὰ φίλτατα καὶ συμφερώτατα. Confer III. 24, 10. IV. 7, 15. & M. Antonin. IV. 5. VI. 10. VIII. 18. Neque absimile illud Homericum, Iliad. η. vs. 99.

Ἀλλ' ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε.

i. e. διαλυθείητε, uti interpretatur Hesychius. Pythagoras apud Ovid. Metam. lib. XV. [fab. 4.]

Non perit in tanto quicquam, mihi credite, mundo;
Sed variat mutatque vices: nascique vocatur,
Incipere esse aliud, quam quod fuit ante; morique
Desinere illud idem.

Sic Virgil. Georg. lib. IV. 225. Seneca Epist. 71. *Magnus animus Deo pareat: & quidquid lex universi jubeat, fini constantione patiatur. Aut in melibrem emittitur vitam, lucidius tranquillusque inter divina manjurus; aut certe sine ullo futurus incommodo, naturae suae remiscebitur, & revertetur in Totum.* Idem Epist. 70. *Placet? vive. Non placet? licet eo reverti, unde venisti.* VPTON.

Vers. 15. ὅταν ἦν ἐν τοῖ πυρός. Vulgo πῦρ. Vbi VPTON: „Legendum πυρός, postulat constructio. Sic mox, ὅταν ἦν γαμίου &c." — Illud ipsum πυρὸς cum daret codex noster pb. in contextum recepi. Caeterum notemus, hunc fuisse locum de *Animorum immortalitate* dicendi, si de ea probabile aliquod decretum philosophus noster habuisset. Verum cum vix usquam alias de statu hominis post mortem disserat Epictetus, ex hoc eodem loco, cui III. 24, 94. addi fortasse debebat, docuere viri docti, (Lipsius, Physiol. Stoic. III. 11. Menag. ad Laërt. VII. 157. Gatak. ad Anton. IV. 21. Brucker. Hist. Phil. T. I. p. 950 sq.) fuisse nostrum Epictetum, haud secus ac M. Antoninum, ex eorum numero Stoicorum, qui animum hominis post mortem per se seorsim non durare statuerent, sed, quemadmodum corpus in terram & aquam, e quibus concretum fuisset, dissolvatur, sic animum, qui partim aëreae, partim igneae esset naturae, mox in aërem atque animam mundi diffundi, & caelesti igni, unde delibatus fuisset, misceri. Quod eo magis mirum videri debet in hoc philosopho, qui tantum ubique Socraticae philosophiae studium prodidit, qui de natura atque excellentia animi humani tam magnifice sentiebat; (cf. I. 14, 6. & ibi not. aliaque loca, ubi praesertim περὶ τοῦ ἡγεμονικοῦ

hominis

hominis differit) denique qui de omni omnium rerum genere, ac præsertim de eis quæ Deo debent homines, de amore, de grato animo, de fiducia in Deum, & quæ sunt his adfinia, tam egregia tamque gravia præcepta, quavis occasione, & quidem non sane ostentationis atque dicis caussa, sed ex intimo animi affectu, auditoribus suis tradidit inculcavitque. Adde quæ infra ad III. 24, 94. notata invenies.

Ibid. οὐδεὶς Ἀιδης. „Cicero Tusc. Disp. I. 5. *Dic, quæso, num te illa terrent? triceps apud inferos Cerberus? Cocyti fremitus? transvectio Acheruntis?* &c." VPTON. — Perperam Ἀδης, leni spiritu, ediderat Vpton, cum aliis nonnullis; recte ed. Ven. & nostri pbc.

Ibid. Ἀχέρων. Ἀχαίρων mendose ed. Bas. Sic tamen & pbc.

Ibid. πάντα Θεῶν μεστὰ καὶ ἀνθρώπων. Vide III. 24, 11. *Deorum omnia esse plena:* sic Thales apud Cicer. de Leg. II. 11. Vide quoque Diog. Laert. in vita Thaletis, sect. 27. Themistius de Animo lib. I. Ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα τις δόξα παρὰ τὰς εἰρημένας περὶ ψυχῆς, ἐν παντὶ τῷ ὄντι μεμῖχθαι λέγουσα τὴν ψυχήν, καὶ διὰ παντὸς διήκειν τοῦ κόσμου, καὶ πᾶν αὐτοῦ μόριον ἔμψυχον εἶναι. διὰ γὰρ ταύτην τὴν δόξαν καὶ Θαλῆς φήθη πάντα πλήρη θεῶν εἶναι. τριοῦτον δέ ἐστι καὶ τὸ,

— — Μεστὰ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαὶ,
πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραί. — —

Hesiod. Op. & Dier. lib. I. 121.

Τοὶ μὲν Δαίμονές εἰσι, Διὸς μεγάλου διὰ βουλὰς,
ἐσθλοὶ, ἐπιχθόνιοι, φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων·
οἱ ῥα φυλάσσουσί τε δίκας καὶ σχέτλια ἔργα,
ἠέρα ἑσσάμενοι, πάντῃ φοιτῶντες ἐπ' αἶαν.

Vnde Miltonus noster, IV. 674.

— *Nor think, tho men were none,*
that heav'n would want spectators, God want praise:
Millions of spiritual creatures walk the earth
unseen, &c.

VPTON.

Vers. 16. βλέπων τὸν ἥλιον. „Vide II. 16, 32. & Menandri versus ad II. 14, 23." VPTON.

Ibid. θαλάσσης. θαλάττης pab.

Vers. 17. ἀνοσφάλῃ με. ἀνοσφάλῃ με pc.

Ibid. οὐ, οὐ· ἀλλὰ τὸ συμφέρον. „Conf. I. 1, 24.“ VERTON.

Vers. 18. καὶ τάλιν ἄλλο οἰκοδομεῖ. Deest ἄλλο nostro pc.

Vers. 20. Πᾶσα μεγάλη δύναμις ἐπισφαλὴς τῶν ἀρχομένων. „Fortasse τῷ ἀρχομένῳ. *Quaevis magna facultas incipienti periculosa est:* ut ars imperatoria, oratoria, facile impingit, habitu nondum confirmato. Sed haec sententia quomodo cohaeret cum superioribus? Ex abrupto videtur affuta.“ WOLFIVS. — Videntur haec verba, & quae sequuntur, ad proximum Caput debuisse referri, in quo Miscellanea quaedam tractantur. Placet vero utique τῷ ἀρχομένῳ, & prope abfui ut in contextum adoptarem: sed in vulgatum, quod ferri utcumque poterat, consentiunt libri. Ceterum verborum istorum sententiam, quae ex l. 8, §. erat interpretanda, non satis recte, si quid video, cepit Wolfius. οἱ ἀρχόμενοι intelliguntur *tirones in sapientiae studio*, quibus opponuntur οἱ σοφοὶ, vs. sequenti.

Ibid. Φέρειν οὖν δεῖ τὰ τοιαῦτα κατὰ δύναμιν, ἀλλὰ κατὰ Φύσιν. ἀλλ' οὐχὶ τῷ Φθισικῷ. „Corruptus, ut opinor, locus; nec ulla se corrigendi ejus conjectura offert. Tametsi enim legas, κατὰ δύναμίν τε καὶ κατὰ Φύσιν, ἀλλ' οὐ τὴν τοῦ Φθισικοῦ, ne sic quidem placet. Immo verba ἀλλ' οὐχὶ τῷ Φθισικῷ a nugatore videntur affuta, captante παρονομασίαν τοῦ Φυσικοῦ τε καὶ Φθισικοῦ.“ WOLFIVS. — Φέρειν οὖν δεῖ τὰ τοιαῦτα κατὰ δύναμιν, ἀλλὰ κατὰ Φύσιν· ὡς Φθισικὸς μελέτησόν ποτε διαγωγήν.“ SALMASIVS. — „Locus minime corruptus. ἀλλὰ κατὰ Φύσιν, verba sunt discipuli audacis; cui respondet Epictetus, audaciam reprimens, ἀλλ' οὐχὶ τῷ Φθισικῷ. Nihil usitatius in commentariis hisce. Possunt ita legi cum interrogativo, ἀλλὰ κατὰ Φύσιν; *itane? an etiam secundum naturam? Minime: hoc tibi non convenit, non discipulo, non proficienti,* ἐγρηγόρῃ πεφαύσεσθαι: *sed* πεπαιδευμένῳ, *erudito, perfecto.*“ COM. SHAFTESBVRIENSIS. — Ista docti Britanni expositio si cui facit satis, non invidebo. Ego, illa perfecta, fateor, non certiorem me fuisse quam ante, atque etiamnum valde obscuram & male adfectam mihi visam esse orationem. Quaenam sint illa τὰ τοιαῦτα, non video: ac fortasse in ipso initio sententiae nonnulla

nulla interciderunt. Deinde dativus casus, τῷ φθαστῷ, cum nihil habeat a quo pendeat, manifesto indicio esse videtur, ante verba ἀλλ' οὐχὶ τῷ φθαστῷ nonnihil desiderari: quem hiatum interserto *asterisco* indicavi. Nihil juvant codices; hariolationibus vero in tam desperato loco nil adtinet indulgere. Ad sententiam confer III. 15, 9. Vptonus suo nomine nihil ad hunc locum adnotavit.

Vers. 21. ὡς ἐρώμενος. Confer Enchir. c. 48, 2.

Ibid. ἀπόσχου περὶ παντάπασιν ὀρέξεως. „Vide supra ad cap. 2. hujusce libri in initio, & M. Antonin. XI, 37." VPTON. — Adde Enchir. loco modo citato, & cap. 2, 2.

Ibid. εἰ δ' αὐλόγως, ὅταν ἔχῃς τι ἐν σαυτῷ ἀγαθὸν, οὕτω ὀρεχθήσῃ. „Videntur verba transposita, sic collocanda: *si* δ' αὐλόγως, *sic* ὀρεχθήσῃ, ὅταν τ' ἔχῃς τι ἐν σαυτῷ ἀγαθόν." WOLFIVS. — „Nihil in his verbis difficile: *si vero recta cum ratione* (i. e. sapienter) *appetas, quum habueris in te boni aliquid*, [*tum*] *recte* (i. e. secundum naturam) *appetitiones uteris.*" VPTON. — Quod hoc loco in eum dicit, qui in sapientiæ studio jam aliquem progressum fecit, *cum habueris in te boni aliquid*; eodem pertinet quod in Enchir. c. 2, 2. ad tironem ait: τῶν ἐφ' ἡμῖν, ὅσων ἐρίγασθαι καλὸν ἐν, οὐδὲν οὐδέπω σοι πάρεστι. nisi rectius ibi οὐδὲν ab aliis omittitur. Conf. IV. 1, 84.

Vers. 22. σαυτὸν γὰρ ὠφέλησας; Pro nudo puncto, quod hic habebant editi, interrogandi signum ponere jussit Vptonus in Notis; atque id ipsum agnoscunt scripti nostri libri omnes. In ὠφέλησας antepenacute scriptum consentiunt edd. & scripti omnes. Apud unum Vptonum in Notis ὠφελήσας scribitur; quod ferri quidem, ut participium, posset, sed videtur operarum errore peccatum.

Ibid. σὺ γὰρ προτρέψαι; Si vera est hæc scriptura, ea erit sententia quam cum Wolfio Vptonus expressit: *tu vero adhortaberis?* & ad infinitivum προτρέψαι intelligi debebit ipsum verbum θέλεις, aut ἐμοὶ δοκεῖς, δύναιο, δυνήσῃ, aut aliquod simile. Sed parallelismus membri superioris desiderare utique videtur σὺ γὰρ (vel σὺ γὰρ σὺ) προέτρεψας; quam sententiam in versione expressi. Parum juvant codices, ac ne mutant quidem quidquam, nisi quod προέτρεψαι (sic) det

pb. in qua tamen ſcriptura veſtigium veri fortaſſe continetur.

Verſ. 23. ὁλόκληρα τῶν, παραχρῆν, ἀνεχόμενος. „Qualem filium ſuum Simo depingit:

Sic vita erat: facile omnes perferre ac pati;
cum quibus erat cumque una, iis ſe dedere;
eorum obſequi ſtudiis; advorſus nemini;
nunquam præponens ſe illis.“

VPTON.

Ibid. μὴ καταξέρα αὐτῶν τὸ σαυτοῦ φλέγμα. „Sic III. 21, 6. ὕπαγε, ζήτει ὃν καταξεράσεις.“ VPTON.

CAPVT XIV.

Verſ. 1. ὡς οἱ κακοὶ τραγῳδοί. Cum οἱ καλοὶ olim legeretur, monuit WOLFIVS: „Sententia declarat, legendum ὡς οἱ κακοί. Nam bonus muſicus ſolus etiam bene canit, & extra gregem. Malus vero in grege deliteſcit.“ — VPTONVS: „Mendum manifeſtum eſt; tamen omnes codices habent οἱ καλοί. Nota autem, *cantare* in ſcena, proprium Tragicorum; ut ſaltare, hiſtrionum. Dicitur itaque Tragœdus fabulam, quam agit, *cantare*. Vide Salmaſ. in Vopiſc. p. 352 ſq.“ — In pravam ſcripturam noſtri quoque conjurarunt codices. Primus eam in græco exemplo correxit editor Cantabrigienſis, ſuffragante Meibomio. Similem librariorum lapſum notavimus ad I. 22, 7. & I. 27, 7.

Ibid. μόνοι ἴσασι. ἴσασι μόνοι pb.

Verſ. 2. εἴ τι εἴ. εἴ τις olim ſuſpicabar; ſed minime ſolicitanda vulgata: utrumque recte dicitur, τις & τι. Vide ad II. 24, 19.

Ibid. σαυτῷ λάλησον. „Vide ſupra ad III. 13, 7.“ VPTON.

Verſ. 3. σκόπει τί ποτε. Mendoſe prorſus σκόπει τί ποτε edidit. Ven. Baſ. Gen. Col. Sed σκόπει corrigere juſſit Wolfius, atque ita interpretatus eſt, *aliquando aliquid conſidera*; quemadmodum fere & Schegkius. Wolfii emendationem in contextum recepit editor Cantabr. ſenſitque cum Londinenſi VPTONVS, qui ad h. l. notavit: „Noſter codex σκώψῃτι: Ms. Pariſ. σκώψῃ. At edit. Salmant. σκόπει, & in marg. σκόπει.“ — Ego Wolfii & editoris Salmanticenſis emendationem, (quam & Salmaſius probavit) ut receptam inveni, ita intactam reliqui,

reliqui, non quod veriſſimam putarem, ſed quod certiorem rationem non haberem. In σκόφθητί τοτε cum Vptoni codice conſentiunt Pariſini omnes: quæ lectio, ipſane ferri poſſit, hac ſententia, *derideri te aliquando patere;* (cf. III. 15, 11. III. 20, 18.) quidve aliud ſub ea lateat, doctioribus auctioribusque diſpiciendum relinquo. Tentaveram σκάφθητί τοτε, quod vel ſignificare poſſit *ſpectari te patere, ſpectandum te præbe,* (ſicut ὄφθητι habes IV. 1, 177.) & oppoſitum fuerit ei quod modo præceſſit ἐν τῷ χορῷ κρύπτου, vel *ſpecta te ipſum aliquando, introſpice te ipſum.* Cogitaveram etiam ἐπιστράφθητι, *in te ipſum te convertе.* cf. cap. 17, 1. Sed, ut dixi, nihil definire auſim.

Ibid. ἐνσείσθητι. Wolfius, *in te deſcende.* „*Te ipſum concute,* Horat. Sat. I. 3. vſ. 35.“ VPTON. — Nusquam alibi hac notione invenitur hoc verbum, de quo conſulendus Suidas in Ἔνσεισεν, & Ἐνσεισθείς. & Heſychius in Ἔνσεισεις, & Ἐνσείεις. *Irruendi, impingendi* notione habes apud Noſtrum IV. 4, 24. & in codd. nonnullis Enchir. c. 4. Hoc loco, ſi verum eſt σκάφθητι, quod paulo ante habent libri ſcripti omnes, vide, num ἐνσείσθητι denotare poſſit, *patere ut alii in te invehantur,* aut *tibi obloquantur;* quo fortaſſe trahi poſſit, quod ἐνσείεις Heſychius ἐπιλαλεῖς interpretatur, ubi confer quæ notata ſunt a docto editore. Sed quod eodem hoc loco apud Noſtrum continuo adjicitur, ἵνα γνῷς τίς εἶ, id idem videri poterat pro vulgata interpretatione pugnare: at poteſt etiam obtrectator mihi occaſionem præbere me ipſum penitius cognoſcendi, conf. III. 20, 19. & ibi notata.

Verſ. 4. Ὅταν τις ὕδωρ πίνῃ &c. „Vide ſupra Apollonii præceptum III. 12, 17. & Enchir. c. 47.“ VPTON.

Verſ. 5. Διὰ γὰρ τοῦτο ὕδωρ πίνεις, διὰ τὸ ὕδωρ πίνειν; „διὰ τὸ ὕδωρ πίνειν redundare videtur.“ WOLFIVS. — „Forſan διὰ τὸ λέγειν ὕδωρ πίνειν.“ MEIBOMIVS. — Equidem in vulgata adquieſco, in quam conſentiunt libri. Vnus pa. in poſteriori membro particulam γὰρ repetit, διὰ γὰρ τὸ ὕδωρ πίνειν.

Verſ. 6. πρὸς τοὺς δυσαρεστοῦντας τοῖς ἀνθρώποις. „Fortaſſe τοῖς τοιούτοις ἀνθρώποις. Ac potius τοῖς ὑδροποτικοῖς.“ WOLFIVS. — „Conjiciebam τοιούτοις ἀνθρώποις.“ VPTON. — Eodem modo Meibomius. Salmaſius τοῖς ὑδροποτικοῖς probaverat, quod ipſum Wolfius in verſione

sione expressit. Nil mutant Graeci libri. Quod sequitur Τί οὖν; αὐτοῖς ταῦτοις &c. olim continuo tenore Τί οὖν αὐτοῖς τούτοις &c. scripserant, i. e. *Quid ergo istis ipsis placere studes?* Vptonus ista verba, interposito post Τί οὖν interrogandi signo, in duo membra disjunxit.

Vers. 7. τὰ μὲν προηγουμένως πράξεται. „Ejusdem actionis plures ac diversi sunt fines, alii aliis potiores. Aquam alius bibit ob corporis valetudinem: alius continentiae causa, alius in gratiam domini aut amici abstemii, quem vini foetor offendit: alius ex vitae instituto, ut Mahometani. Cum veterum Stoicorum scripta non habeamus, mirum non est, nos aliquando in hac spinosa brevitate & novorum verborum opificio hallucinari. Sic tamen hos quinque fines accipio. τὰ προηγουμένως πραττόμενα, sint *ultimus finis actionis*: ut philosophor, quo judicium formem, & mores emendem. τὰ κατὰ περίστασιν, *cum tempus ita fert*: ut Cicero non venit in senatum, causas in foro non agit, propter tyrannidem Caesaris. (Non me fallit, περιστάσεις Epicteto etiam συμφορὰς καὶ περιστάσεις τῆς τύχης significare: sed hic accipio, ut τὸ κατὰ περίστασιν καθῆκον.) τὰ κατ' οἰκονομίαν non *rem familiarem* intelligo, sed certum *consilium ob rem commodius gerendam captum*. Sicut Michael Palaeologus apud Georgium Pachymerium, κατ' οἰκονομίαν concordiam cum Pontifice Romano inire studet, ut sit tutior ab insidiis & violentia Gallorum & Germanorum. Sic Christi Servatoris nativitas a Graecis appellatur ἡ ἔνσαρκος οἰκονομία, ut admirabili & stupenda illa ratione genus humanum in integrum restitueretur. τὰ κατὰ συμπεριφοράν, quae *aut obsequii aut vitandae offensae causa* fiunt: ut si quis in gratiam ebriosi principis,

quamvis haudquaquam sitiens, tamen impiger hausit
spumantem pateram, & pleno se proluit auro.

τὰ κατ' ἕνστασιν *vitae institutum & rationem* intelligo: ut ἡ πανδαιτὸς ἐχεμυθία, ἡ ἀποχὴ τῶν ἐμψύχων, fuit ἕνστασις τῆς Πυθαγορείου αἱρέσεως. Primo libro [Enchir. cap. 23. aliis 30.] habuimus τὴν ἕνστασιν τοῦ φιλοσόφου ἀτολέσει. Si quis aliquid habet certius, communicet." WOLFIVS.

„Stoici verbis quasi privatis ac suis utebantur. Confer adeo Indicem in his vocibus. Nota interea Actionum distinctionem & divisionem. α'. Partim, inquit, fiunt

fiunt προηγουμένως. Vide Gatak. ad M. Antonin. III. 11. [At ibi quidem de his, quæ προηγμένα Stoici vocabant, nonnihil disserit vir ille doctus; ad vim vocis προηγουμένως vel τὰ προηγούμενα declarandam quod spectet, nil ibi reperias.] β'. τὰ δὲ κατὰ περίστασιν. Περιστάσεις & περιεστῶτα πράγματα sunt res ita circumstantes, ut nobis negotium molestiamque faceſſant. [conf. II. 6, 17. & mox hoc cap. vſ. 8.] Vide Phrynichum in voce. M. Anton. I. 15. IX. 13. Diog. Laërt. in vita Zenonis, sect. 109. καὶ τὰ μὲν εἶναι καθήκοντα, ἄνευ περιστάσεως· τὰ δὲ, περιστατικά. καὶ ἄνευ μὲν περιστάσεως, τάδε· ὑγιείας ἐπιμελεῖσθαι, καὶ αἰσθητηρίων, καὶ τὰ ὅμοια. κατὰ περίστασιν δὲ, τὸ πηρῶν ἑαυτὸν, καὶ τὴν πατρίδα διαφιλονεικεῖν. ἀνάλογον δὲ καὶ τῶν [forsan καὶ τὸ τῶν vel καὶ ἐπὶ τῶν] παρὰ τὸ καθῆκον. Cic. de Fin. III. 18. *Sed cum ab his omnibus proficiſcantur officia* &c. γ'. τὰ κατ' οἰκονομίαν. Vide I. 9, 11. & M. Antonin. XI. 18. πολλὰ γὰρ κατ' οἰκονομίαν γίνεται. atque ibi Gatakerum. δ'. τὰ δὲ κατὰ συμπεριφοράν. Συμπεριφέρεσθαι eſt *alienæ voluntati ſe accommodare*; & συμπεριφορὰ eſt *talis morum conformitas*. Laërt. de Zenon. VII. 13. ἦν τέ, φασιν, εὐσυμπεριφορος. Idem sect. 108. καθήκοντα μὲν οὖν εἶναι, ὅσα λόγος αἱρεῖ ποιεῖν· — — συμπεριφέρεσθαι φίλοις. Vide Indicem. ε'. τὰ δὲ κατ' ἕνστασιν. Vertit Mer. Caſaub. ad Anton. XI. 18. *ex obſtinata animi*, vel, *propoſiti tuendi firmitate*; ut idem ſit Arriano κατ' ἕνστασιν, quod Antonino κατὰ παράταξιν. Mihi quidem interpretatio non placet: namque ἕνστασις eſt *propoſitum*, *inſtitutum*, *vitæ modus*. Patet ex Laërt. VI. 103. ubi Cyniſmum ait eſſe αἵρεσιν· οὐ, καθά φασί τινες, ἕνστασιν βίου. *Conſtantiam vitæ* vertit interpres; parum recte, ut videtur: innuit, *Cyniſmum non eſſe proprie Sectam a Stoicis diverſam; ſed, ſi quid ſit diſcriminis, id eſſe tantum in vitæ modulo atque ratione*; eſſe ἕνστασιν potius, quam αἵρεσιν. Nam philoſophandum eſt vel cum tunica, vel ſine tunica; ſecundum vitæ modulum & rationem, ſeu propoſitum." VPTON. — De vi vocab. ἕνστασις confer quæ perſpecte notavit Heynius ad Enchir. c. 23.

Verſ. 8. Δύο ταῦτα ἐξελεῖν τῶν ἀνθρώπων. „Supple μέμνησο, ὅρα, aut aliquid hujusmodi." VPTON. — Ellipſis verbi χρή, vulgatiſſima in ſententiolis præſertim atque præceptis moralibus.

Ibid. μὴ δυνατὸν εἶναι εὑρεῖν σε. Temere καὶ, pro μὴ, habent codd. noſtri pab. Recte μὴ pc. Pro εὑρεῖν, olim εὑρεῖν edebatur, conſentientibus ſcriptis libris omnibus. At: Legendum eſſe εὑρεῖν, docent ea quæ ſequuntur." WOLFIVS. — „Vide & Gatak. ad M. Anton. VI. 19." VPTON. — Wolfii emendationem, a Salmaſio etiam commendatam, primus recepit Cantabrigienſis editor. Conf. ad I. 7, 2. & ad II. 16, 47.

Verſ. 9. πρῶτον ποιεῖ. „Malim ἐποίει. Σκυράντες." WOLFIVS. — Et equidem hoc malebam; ſed nil variant libri.

Verſ. 11. Κρείσσων εἶμι σου, &c. „Confer Enchir. cap. 44. [al. 66.]" VPTON.

Verſ. 12. τρέχωμεν. Minus commode τρέχομεν pac.

Verſ. 13. ὁ κραίπαλων καὶ ὁ χείρων. Prætuli hunc verborum ordinem, quem habet codex noſter pc. Vulgo ὁ χείρων καὶ ὁ κραίπαλων. Cum pc. facit etiam pa. ex prima ſcriptura, quamquam ibi ſuperſcriptis deinde literis βλ & α mutatus ſit ordo, ut conſentiat cum vulgato.

CAPVT XV.

„Vide Enchirid. cap. 29. ubi perperam librarius exſcripſit quæ ad hunc locum pertinent. Nam totum iſtud Enchiridii caput eſt hujus apographum: quin & deeſt in nonnullis codicibus manu exaratis, neque agnovit Simplicius. Cæterum ex mutua collatione luculentior & emaculatior fiet contextus." VPTON. — Exſtat hoc caput in longe plurimis & in probatæ antiquitatis Enchiridii codicibus. Ac nihil ſane impedit, quo minus credamus, ab eodem Arriano, qui & Diſſertationes Epicteti & Enchiridion edidit, in utroque libro locum huic capiti eſſe tributum. Quare & leves quædam diſcrepantiæ, ubi in verbis nonnullis a Diſſertationum exemplis diſcedunt omnes Enchiridii codices, ab ipſius ejusdem Arriani manu eſſe poſſunt. Cæterum conſer Adnotationes ad Enchiridion.

Verſ. 1. Ἐπάντων ἄρχου &c. Præpoſitionem Ἐφ', quam in Enchirid. ante hæc verba inſerunt nonnulli, itemque pronomen αὐτοῦ, quod ibi poſt ἀκόλουθα ponunt fere omnes, in his Diſſertationibus ignorant ſcripti libri omnes perinde atque editi.

Ibid. καὶ οὕτως ἔρχου ἐπ' αὐτά. Sic recte codex noster pb. quemadmodum monente Wolfio ex Enchirid. correxerunt editores Gen. Col. & sequentes. Perperam ἐφ' αὑτό edd. Ven. & Bas. cum quibus consensisse videtur Vptoni codex. ἐφ' αὐτὸ cod. pa. ἐφ' ἑαυτῷ pc.

Ibid. ἥξεις προθύμως. Nil hic variant libri nostri; nec solicitandam hanc scripturam putavi, licet speciosum videri possit id quod in Enchir. habent libri nonnulli, προθύμως ἥξεις. Sicut dicunt ἔρχεσθαι ἐπί τι, sic & ἥκειν, *accedere ad aliquid, adgredi negotium*, conf. III. 22, 67. Itaque ad ἥξεις intellige e superioribus ἐπ' αὐτά.

Ibid. ἄτε μηδὲν. ἄτε in Enchir. perperam omittunt plerique editiones, & nonnulli libri mssti, sed & ibi agnoscunt plerique, & h. l. in Dissert. agnoscunt omnes.

Ibid. ὕστερον δ' ἀναφ. Deest particula δὲ cod. pc. male.

Ibid. ἀναφανέντων τινῶν, αἰσχρῶς ἀποστήσῃ. „In Enchiridio legitur, ἀναφανέντων τινῶν αἰσχρῶν ἀποστήσῃ, vel αἰσχυνθήσῃ. Sed melius ἀναφανέντων τινῶν, scil. τῶν ἐξῆς: *si qua evenerint, quæ cum illo negotio sunt conjuncta*: si difficultates & molestias expertus fueris, *turpiter deficies, desistes, mutabis consilium.*" WOLFIVS. — Sicut h. l. in αἰσχρῶς, sic in Enchiridio in αἰσχρῶν consentiunt libri omnes; modo ibi alii τινῶν αἰσχρῶν dant, alii αἰσχρῶν τινων. Pro αἰσχυνθήσῃ, quod in Ench. vulgo editur, probati codices ibi quoque ἀποστήσῃ exhibent, & in hoc verbo nihil hic variant libri. Omnino vero Enchiridion in tota hac phrasi ex Dissert. corrigendum esse, perspecte Heynius monuit. Specie tamen non caret (eodem etiam Heynio judice) Wolfii conjectura, suspicantis, αἰσχρῶν in Enchir. ex δυσχερῶν esse corruptum; nec improbabiliter. idem Wolfius in versione sic interpretatus est hunc locum, quasi Græce in hunc modum esset scriptus, ὕστερον, δ' ἀναφανέντων δυσχερῶν τινων, αἰσχρῶς ἀποστήσῃ. Salmasius contra h. l. ex Enchiridio τινῶν αἰσχρῶν corrigendum censuerat.

Vers. 2. Θέλω Ὀλύμπια &c. Post verba Θέλω Ὀλύμπια νικῆσαι. vulgo omnes hic continuo sic pergunt: Ἀλλὰ σκόπει &c. Neque quidquam mutant scripti libri: nec aliter VPTONVS hic edidit; in Notis vero idem sic scripsit: „Θέλω Ὀλύμπια νικῆσαι. Κρίνω γὰρ τοὺς θεοὺς· ἀσεμνὸν γάρ ἐστιν. ἀλλὰ σκόπει &c. Hoc modo

do constitui debet haec sententia: sciet lector paulo verius in hisce Dissertationibus. Confer Enchirid. ubi pro θέλεις prorsus legendum θέλω." — Perinde videtur esse, θέλεις, an θέλω legas. Illud, quod habes in Enchiridio, paulo est planius: hoc non male convenit cum reliquo usu qui in his Dissertationibus obtinet; θέλω, scil. φῄς, vel φησί, *volo* (*inquis*, vel *inquit aliquis*) *Olympia vincere*. Verba, Κράγε, μὴ τοὺς θεοὺς &c. quae in Enchiridio peropportune sane sequuntur, in eodem tamen ipso libello, in quo concisa admodum oratio est, si abessent, non magnopere desiderarentur. Quare quum ibi codices omnes ea agnoscant, ex hisce Dissertationibus, quarum colorem habent, depromta utique videntur. Itaque huc quoque reposui, sed uncis inclusa, utpote de quibus dubitari adhuc possit, & liberum cuique judicium sit relinquendum.

Ibid. σαίνει τὰ κεκτημένα. In Enchir. alii codd. dant σαίνει καὶ τὰ κεκτ. Sed longe plures probatioresque ignorant istam particulam.

Vers. 3. εὐτακτεῖν. „Vide Xenoph. Mem. III. 5, 18. Disciplinae severitatem omnino respicit & parendi necessitatem. Unde Arrian. III. 24, 85. *Hoc unum sapiens curat, πῶς τὴν αὑτοῦ χώραν ἐκπληρώσῃ εὐτάκτως καὶ εὐπειθῶς τῷ θεῷ.* Itaque & h. l. accipio, *parendum esse*. Contra ἀτακτεῖν, *officio suo deesse*, v. c. Xenoph. Cyrop. VIII. 1, 8." HEYNE *ad Enchir.* Sic εὔτακτος apud Polyb. III. 17, 5. *disciplinae obediens*. Caeterum, quod idem Vir doctus adnotavit, quae hic sequuntur commonefacient divinarum scripturarum studiosos Paulini illius: πᾶς δὲ ὁ ἀγωνιζόμενος, πάντα ἐγκρατεύεται. ad Corinth. Epist. I. c. 9, 25.

Ibid. ἀναγκοφαγεῖν. „Erant horae praescriptae quibus athletae victum sumerent. Hunc victum βίαιον τροφὴν, & ἀναγκοφαγίαν appellat Aristot. Polit. lib. VIII. c. 4. Hesych. ἀναγκοφαγεῖν· πρὸς ἀνάγκην ἐσθίειν, ὅταν ἀθληταὶ πάσχουσι. Vide Galen. Προτρεπτ. [p. 4 sq. cujus verba huc spectantia retulit Meibomius in Observat. ad Epictet. p. 18. edit. Reland.] Athenaeum lib. X. p. 413. Respexit ad hanc ἀναγκοφαγίαν Cicero Tusc. Disp. II. 16. *Subduc cibum unum diem athletae*, — — *ferre non posse clamabit.* Respexit quoque Arrianus supra, III. 10, 8. & infra, III, 21, 3." UPTON. — Quemadmodum hic in ἀναγκοφαγεῖν consentiunt libri, sic in Enchiridio

in

in ἀναγυμνοφοβῶν, quod ibi cum ἀναγυμνοφαῖν permutandum censuerunt Meibom. & Vpton. præter rationem; nam & illud ferri poterat, & unumquodque suo loco ab Arriano poni potuit.

Ibid. ὥρᾳ τετραγμένῃ. ἐν ὥρᾳ τετυγμένῃ habent in Enchir. libri omnes. Quæ vocula, si necessaria esset hoc loco, absorpta videri poterat a litera γ, in quam exit vox præcedens ἀνάγκην. Atque ita Heynius judicavit.

Ibid. μὴ ψυχρὸν πίνειν. „Mirum videri potest, cur *frigida* interdictum fuerit athletis, quæ tamen ad corpus roborandum efficacissima a medicis proditur. Nolo jam excurrere in Hippocratis libellum de Liquidorum usu. Sufficit hic *potiones arte frigefactas* intelligi, qualis decocta Neronis ac similes aliæ. Nec vero altera ex parte calidam athletis præbitam fuisse necesse est, quibus corporum robur frangi debuisse quis non videt? Sed usque eos credere licet aqua temperata & in neutram partem notabili." HEYNE.

Ibid. μὴ οἶνον, ὅτ' ἔτυχεν· ἁπλῶς, ὡς ἰατρῷ &c. Olim, cum sic ederetur, μὴ οἶνον ὅτ' ἔτυχεν ἁπλῶς· ἰατρῷ γὰρ παραβλ. monuerat WOLFIVS: „Legendum, μὴ οἶνον ὡς ἔτυχεν, ἁπλῶς ὥστ' ἰατρῷ." — [ὡς ἰατρῷ (puto) voluit, quod est in Enchir. quemadmodum & reliquæ correctiones ab eodem interprete propositæ.] — „Mss. Par. & noster codex, οἶνον. Sic Enchir. Ad rem Horat. Art. Poët. vs. 412.

Qui studet optatam cursu contingere metam,
multa tulit fecitque puer; sudavit & alsit;
abstinuit Venere & vino.

Supra, ἐν καύματι, ἐν ψύχει, Horat. *sudavit & alsit.*" VPTON. — In οἶνον cum Enchir. consentiunt Parisini nostri tres. Id ante Vptonum primus hîc in contextum recepit anonymus editor Londinensis. Pro ὡς ἔτυχε, quod in eodem Enchir. legitur, melius apud Arrianum (i. e. in his Dissert.) scribi ὅτ' ἔτυχεν, Heynius judicavit; intelligens ὅτ' ἔτυχε πίνειν, *cum appositum, propinatum tibi fuerit.* Putaveram equidem, ὅτ' ἔτυχεν esse *si ita inciderit, si ita res tulerit*, nempe *si ita jusserit exercitantium præfectus.* Quæ hic sequuntur verba, ea, quemadmodum Wolfius voluerat, ex Enchiridio correxit Vptonus, ἁπλῶς ad sequentia trahens, & particulam ὡς inserens, deleta γὰρ conjunctione. Quod videndum ne

præpro-

præpropere factum sit a viro docto, satisque fuerit particulam ὡς inferere, hoc modo: μὴ οἶνον, ὅτ' ἔτυχεν, ἀπλῶς· ὡς ἰατρῷ γὰρ παρεδεί. &c. Post ἀπλῶς facile ὡς poterat absorberi; reliqua vero fortasse bene habebant. μὴ οἶνον — — ἀπλῶς, *ut vinum quidem omnino:* nempe *aquam, non frigidam; vinum, ne ullum quidem.*

Ibid. τῷ ἐπιστάτῃ. „De *Epistata* vide Pet. Fabr. Agonist. lib. II. c. 5. ubi laudans hunc Arriani locum, addit, non alios fuisse, quam epistatas ipsos, athletis medicos, h. e. Jatraliptas: cujus nominis & apud Celsum lib. I. c. 1. & apud utrumque Plinium crebra mentio. Vide etiam Lips. Saturn. lib. I. c. 14." UPTON. — „Τὸν ἐπιστάτην non eum dicit, qui aliàs *gymnasiarcha*, (v. Perizon. ad Aelian. II. 6.) uti persuadet sibi Faber, Agonist. II. 5. libro variæ & exquisitæ, sed indigestæ & incondite eruditionis, (πάσσα γὰρ κνησμὸν) sed eundem cum *gymnasiæ*, *pædotribæ*, sive *alipta* esse, vel ex h. l. apparet, h. e. *præfectum & magistrum certantium & exercentium se in gymnasio.* Hi homines, præterquam quod ungebant fricabantque athletas, profitebantur artem aliquam comparandi corporibus non bonam habitudinem tantum, & robur, sed etiam colorem nitoremque, morbos vero, in quos e nimia sagina proclive est corpus, arcendi aut curandi: itaque præscribebant certam aliquam diætam, valde reprehensam Galeno in Protrept. ad Artes, c. 9 seqq. cujus etiam libellus: Πότερον Ἰατρικῆς ἢ Γυμναστικῆς ἐστι τὸ ὑγιεινόν. T. VI. ed. Charter." HEYNE *ad Enchirid.*

Vers. 4. εἶτα ἐν τῷ ἀγῶνι παρορύσσεσθαι. „τὸ παρορύσσεσθαι fortassis ἐλλειπτικῶς *oculum effodi* significat, ut intelligatur ὀφθαλμόν." WOLFIVS. — „Diogenes Laërt. VI. 27. περὶ μὲν τοῦ παρορύσσειν [καὶ λακτίζειν ἀγωνίζεσθαι τοὺς ἀνθρώπους· περὶ δὲ παλαιστικῆς οὐδέν.] Vbi MENAGIVS: *Respiciens videlicet ad palæstrica certamina. Athletis usurpatum olim ὀρυχῆς in palæstra certamen: & cum quis adversarium ruendo præverteret in fossa quadam, quæ arena multa aspersa erat, ne lubrici essent decertantium pedes, id* παρορύττειν *dicebatur. Lucian. de Gymnas. Athenæus* XII. 3. *Arrianus,* εἶτα ἐν τῷ ἀγῶνι παρορύσσεσθαι ἔοικεν. *deinde in pulvere palæstrico ruendo præverti contingit.* Hæc Menagius. Iste autem qui hæc exscripsit, cum non intellexerit, mutavit in Εἶτα εἰς τὸν ἀγῶνα παρέρχεσθαι: & sic

sic sine mendae suspicione etiam nunc habes in Enchiridio." VPTON. — In ἐν τῷ ἀγῶνι παραφύσασθαι consentiunt fere in his Dissert. libri omnes: unus pc. mendose παραφύσασθαι. Veræ illius scripturæ vestigium plures Enchiridii codices hactenus servarunt, quod non εἰς τὸν ἀγῶνα dent, sed ἐν τῷ ἀγῶνι, quod ipsum quidem alii in ἐν τῇ πάλῃ detorserunt. Quod vero ibidem, pro παρέρχεσθαι, in libris nonnullis παρέχεσθαι legitur, id quidem cum veteri scriptura nihil commune habet; sed haud dubie ingenio docti alicujus viri debetur, qui mendosum esse ἐν τῷ ἀγῶνι παρέρχεσθαι viderat. Expositionem verbi παραφύσαι Menagio præiverat IS. CASAVBONVS in Lectionib. Theocriteis, cap. 6. ad Idyll. 4. ubi, postquam scripserat: „Fuisse genus exercitationis Græcorum epheborum quod explicat Festus Pompejus. *Rutrum*, inquit ille, *teuentis juvenis est effigies in Capitolio, ephebi more Græcorum harenam ruentis, exercitationis gratia.*" — hæc subjicit: „Fuit hoc inter præludia, quibus athletæ præparabantur ad cætera certamina: eratque inter eos contentio, quis socium suum in pulvere palæstrico ruendo præverteret, quod παραφῦσαι Græci dicunt." — Provocatque Casaub. ad Athenæum lib. XII. [p. 518. D. qui locus tamen nil magnopere huc facit] tum ad Laërt. l. c. & ad Arriani vel Epicteti nostri hunc locum, in quo versamur. Commodius vero doctissimus HEYNIVS, ad Enchir. „Videtur, inquit, παραφύσασθαι esse, quando e *fossa*, in qua certaturi consistebant, (ὄρυγα Lucianus vocat; τυάμμα in publico certaminis loco dictum videtur, cf. præter Fabrum II. 1. Nilum Ascet. c. 2.) arenam in se invicem conjicerent, & se conspergerent, ut manus eo firmius in membris injectæ sederent. v. Lucian. de Gymnas. p. 270." — Vide utique Lucian. l. c. cap. 2. p. 884 sq. edit. Hemsterh. & Reiz. De vocab. συάμμα conf. ad IV. 8, 26. De re confer quæ mox ad verba πολλὴν ἀφὴν καταχεῖν Vptonus notavit.

Ibid. ἔστιν ὅτε χεῖρα ἐκβαλεῖν. „Sic legendum cum ms. Par. Confer infra, III. 23, 30. ὁ μὲν ὦμον ἐκβεβληκώς." VPTON. — Olim hic legebatur ὅτι χεῖρα ἐμβαλεῖν, verbo ἔστιν ad superiora rejecto παραφύσασθαί ἐστιν, multiplici errore. Et in ὅτι quidem, atque in rejectionem verbi ἐστὶν ad superiora verba, consentiunt in his Dissert. scripti etiam libri omnes; ἐκβαλεῖν vero, pro mendoso ἐμβαλεῖν, opportune offerunt duo Parisini

Parisini pab. quod recte ab Vptono est receptum; qui etiam illud jam bene curaverat, quod ἔστιν ad sequentia traxit, sed perperam ὅτι in contextu reliquerat, quod corrigendum demum monuit in Notis. Sane nihili est ἔστιν ὅτι. Quare (quum praesertim in Enchir. ἔστιν δ' ὅτε communi consensu dent omnes) WOLFIVS hoc loco, pro ἐστὶν ὅτι, ἐστὶν ὅτε esse legendum pro tam manifesto & ab omnibus concesso sumsit, ut ne adnotare quidem dignaretur. Illud modo monuit: „Pro ἐστὶν ὅτε χεῖρα ἐμβαλεῖν, legunt alii λαβεῖν, alii βαλεῖν. ἐμβαλεῖν plane ad sensum nihil facit. Nam, nisi manus adversario injiciatur, quae lucta aut pugna erit?" — Nempe illae varietates sunt codicum Enchiridii; ubi ex βαλεῖν, aut λαβεῖν, nonnulli etiam, quum corruptum utrumque viderent, βλαβεῖν fecerunt. Recte vero Vptonus in Enchiridio etiam, ex hoc Dissertationum loco, ἐμβαλεῖν restituit. Hoc loco in Dissert. ἔστιν ὅτε χεῖρα ἐμβαλεῖν legendum esse, ante Vptonum jam monuerat Casaub. in Lect. Theocrit. l. c. usus nimirum eodem Parisino codice, e quo excerpta nonnulla cum Vptono communicata sunt. Meibomius vero ad vulgatum ὅτε adnotaverat: „Quid si ἔτι?" — quo facto nimirum sic legeretur, παρορᾶσθαί ἐστιν, ἔτι χεῖρα ἐμβαλεῖν, &c.

Ibid. σφυρὸν στρέψαι. *malleolum pedis distorquere.* Nulla adjecta admonitione, ex Enchiridio hoc ita correxit Vptonus, cum prius σφυῶν στρέψαι hic vulgo legeretur, consentientibus manuscriptis, nisi quod στρέψαι habet pb. quod & Enchiridii codices nonnullos invasit. Ad scripturam olim hic vulgatam monuit WOLFIVS: „Nihilo aptius est quod sequitur, σφυῶν στρέψαι, *vertere seu torquere supercilium.* In Enchir. σφυρὸν στρέψαι, rectius; nisi forte placeat magis, σαφὺν στρέψαι, *inimbum distorquere.*" — Perspecte ille quidem: certe, si in σφυρὸν consentirent omnes Enchiridii codices, jurares ex σαφὺν detortum esse σφυῶν illud, quod nobis hic dabant librarii. Et σαφὺν στρέψαι scribere jusserat Casaub. loco supra laudato, pariterque Salmasius.

Ibid. πολλὴν σφῆν καταπιεῖν. „Faber in Agonist. lib. III. c. 22. *Solebant*, inquit, *congressuri ad luctandum, mutuo sese, quo facilius inunctis ceromate comprehenderentur, aut quo minus elaberentur, vel alias etiam ob causas, pulvere ac arena* (quam σφῆν Graeci dicebant) *asper-*

aspergere. Hinc Ovidius in lucta Herculis & Acheloi, Metam. IX. 35.

Ille cavis hausto spargit me pulvere palmis,
inque vicem fulva tactu flavescit arena.

Ubi pro tactu *perperam nonnulli libri habent* jactu: *eamque illo de* fulvæ arenæ tactu, *Græcum τῆς ἁφῆς vocabulum notat poeta, deductum ἀπὸ τοῦ ἅπτομαι.* Dicit autem athletæ *πολλὴν ἁφὴν καταπαλεῖν*, [ut hoc loco, sic rursus III. 22, 52.] sicut a Statio *hausta vestiri arena*. Locus est in Thebaid. lib. VI.

Postquam oleo gavisa cutis, petit æquor utrumque
procursu medium, atque hausta vestitur arena."

VPTON. — „Ipsum *haphe* latine dixit Martial. VII. 67. [66.] *& flavescit haphe.*" Monuit REYNIVS *ad Enchir.*

Ibid. μαστιγωθῆναι. „*Flagris cædi*: scilicet, si quid contra certaminum scita admitterent. Hic enim mos erat Agonisticus. Sic supra, III. 10, 6. & infra, III. 22, 52. Clemens in Epist. II. ad Corinth. [c. 8. p. 110. edit. Ittig.] Εἰδέναι ἡμᾶς δεῖ, ὅτι ὁ τὸν Φθαρτὸν ἀγῶνα ἀγωνιζόμενος, ἐὰν νόθος Φθαρῇ [intellige αὐτὸν, nempe τὸν ἀγῶνα, ut e seqq. patet] μαστιγοῦται, καὶ ἔξω βάλλεται τοῦ σταδίου. Dio Chrysost. Orat. XXXIV. p. 417. Τὸ γὰρ συμβαῖνον, ὅμοιόν ἐστι τῷ περὶ τοὺς ἀθλητάς, ὅταν ἐλάττων πρὸς τοὺς μείζω μάχηται· τῷ μὲν γὰρ οὐδὲν ἔξεστι παρὰ τὸν νόμον· ἀλλὰ κἂν ὅλως ἁμάρτῃ τι, μαστιγοῦται. τὸν δὲ οὐδὲν ὁρᾷ τοιοῦτο ποιοῦντα." VPTON. — „Cædebantur flagris ab Helianodicis athletæ, si quid contra certaminis leges commisissent: cf. Vpton. ad Arr. III. 15. Faber Agon. I. 9. Adde Dionys. Halic. in Protreptico Athletarum, T. II. p. 43. Martial. VII. 66. *nulli verbere vapulat magistri.* Vti actores scenici, si persona excidissent, vid. Lucian. T. I. p. 487. & p. 408. Sic & in certaminibus musicis acceptos fuisse ab athlothetis imperitiores, ex eodem apparet in lib. adv. Indoctum, T. II. p. 384." REYNE, *ad Enchir.* — De scriptura vide Adnot. proxime sequentem.

Ibid. καὶ μετὰ τούτων πάντων ἐφ' ὅτε νικηθῆναι. „*μετὰ τούτων πάντων, cum his omnibus*, ferri potest. Sed magis placet *μετὰ ταῦτα πάντα*, [*post hæc omnia,*] ut habet Enchiridion." WOLFIVS. — At hoc ipsum, quod consentientibus libris in his Dissert. legitur, *μετὰ*

τούτων πάντων, præferendum Heynius judicavit: *cum his omnibus*, id est, *his laboribus omnibus exhaustis*. Cujus lectionis vestigium in Enchiridio etiam servarunt nonnulli codices, μετὰ τῶν πάντων scribentes; quin & alii ipsum hoc, μετὰ τούτων πάντων repræsentant. Cæterum in eodem Enchir. verba ἐφ' ὅτε non hoc loco, sed paulo ante ponuntur; ubi alii ἐφ' ὅτε μαστιγωθῆναι scribunt, alii ἐφ' ὅτε καὶ μαστιγ. alii ἔστι δ' ὅτε καὶ μαστ. quorum nullum est quod non ferri possit.

Vers. 5. Ταῦτα λογισάμενος. Enchirid. ταῦτα ἐπισκεψάμενος, eadem sententia. Et ibi quidem vulgo πάντα post ταῦτα inseruerunt: sed vocem, injucunde (judice Heynio) repetitam, complures iique probati codices ignorant.

Ibid. ὅρα ὅτι ὡς τὰ παιδία ἀναιτραφήσῃ. In hanc lectionem hic consentiunt fere libri. Solus pc. ὅτι omittit; temere, ut libri; solus pc. ὡς omittit, temere. In Enchirid. vero, ὅρα ὅτι omittunt omnes, minime male, immo multo aptius, ad concisam quidem dicendi genus, libello illi proprium.

Ibid. νῦν μὲν ἀθλητὰς παίζει. Nil hic variant libri. At in Enchir. omnes dant νῦν μὲν παλαιστὰς παίζει: tum ibidem omnes scripti libri continuo νῦν δὲ μονομάχους ponunt; una editio Veneta posterior interserit νῦν δὲ αὐλητὰς, corruptum ex νῦν δὲ ἀθλητὰς, quod ex hoc Arriani loco ad oram Enchiridii in codice aliquo adnotatum fuisse videtur.

Ibid. νῦν δὲ παλαίζει. Vulgo εἶτα παλαίζει editur in Enchiridio; sed νῦν δὲ ibidem, ut in Dissertationibus, habent plerique & probatissimi codices. Mox, quæ hic consentientibus nostris libris sequuntur verba, ὅταν ἴδῃ καὶ θαυμάσῃ, in Enchiridio ignorant ad unum omnes.

Vers. 6. εἶτα φιλόσοφος, εἶτα ῥήτωρ. In Enchirid. præcedit ῥήτωρ, sequitur φιλόσοφος, quod paulo aptius videri poterat. In eodem vero libello, pro εἶτα ῥήτωρ, alii νῦν δὲ ῥήτωρ legunt.

Ibid. ὡς ὁ πλήσιος. Deest artic. Enchirid.

Ibid. πᾶν ᾧ ἂν ἴδῃς. In Enchirid. πᾶσαν θέαν, ἐὰν ἴδῃς, alii ἂν ἴδῃς, alii ἢν ἴδῃς, alii ἣν ἂν ἴδῃς.

Ibid. μιμῇ. Temere μοῦ noster pb.

Ibid.

Ibid. Verba τὸ σύνηθες ἐ' ἀναρέσκει desunt Enchir.

Vers. 7. οὔτε γὰρ μετὰ ὑπόψεως. Sic recte cum edd. dat noster pc. οὐ γὰρ pb. Prorsus mendose οὔτως γὰρ pa.

Ibid. ἦλθες ἐπί τι. Sic & plerique codices Enchir. at alii ibi ἦλθες ἐπὶ τοῦργον.

Ibid. οὐδὲ περιοδεύσας ὅλον τὸ πρᾶγμα, οὐδὲ βασανίσας. Vulgo hic omnes, consentientibus libris, οὐδὲ περιῴδευσας legunt, & οὐδ' ἐβασάνισας; incommode; nam ea, quæ sequuntur, ἀλλ' ἁπλῇ καὶ κατὰ ψυχρὰν ἐπιθυμίαν, haud dubie cum præcedentibus cohærent, ἦλθες ἐπί τι. Itaque cum in Enchirid. pleres codices in περιοδεύσας consentiant, illud hic quoque recipere non dubitavi; & ad eandem rationem pro οὐδ' ἐβασάνισας, οὐδὲ βασανίσας leviſſima ac fere nulla mutatione ſcripſi. Sic legitime fluit cohæretque oratio, nullo modo impedita. In Enchiridio quidem deſunt quinque verba, ὅλον τὸ πρ. οὐδὲ βασ. Valet autem verbum περιοδεύω idem quod διοδεύω, nempe *circumeo*, *obeo*, (ſcil. *cognoſcendi cauſſa*,) *perluſtro*, *adcurate & per partes examino*: quæ verba ſigillatim cum in re militari uſurpentur, ut apud Aeneam Poliorc. c. 26. (quem locum Heynius ad Enchir. c. 29, 3. laudavit) & Polyb. VI. 35 ſq. tum a Philoſophis de *adcurata conſideratione*, *explicatione*, & *per partes inſtituto examine* notionum animo anticipatarum, aut rerum quæſtionumque quarumcumque; velut apud Sext. Empir. Pyrrh. Hypotyp. I. 227 ſq. (ubi conf. quæ adnotavit Fabric.) & adv. Math. VII. 247 & alibi, tum apud Epictetum noſtrum, Diſſert. II. 21, 17 & 19. III. 24, 78. IV. 4, 14.

Ibid. κατὰ ψυχρὰν ἐπιθυμίαν. „Opponitur θερμῇ, ἐνθέρμος [ἐπιθυμία.] Gloſſa interlin. ἔγουν ἀνίσχυρον. Lucian. Tim. p. 138. *patria*, *cives* — — *ſunto ψυχρὰ καὶ ἀνωφελῆ ὀνόματα*. Sic & lat. *frigidum*, de eo *quod languet*." HEYNE. — Sic & apud Heſych. pariter ac Suidam habes ψυχρός· ἀνίσχυρος. Intellige *cupiditatem*, quæ initio quidem, ut temere concepta, ſic etiam calida fortaſſe fuerit; ſed, quia non ex intimo animi adfectu eſt, mox *languet*, ut haudquaquam nervos animi omnes ad id, quod volumus, obtinendum intendamus, ut non toti in hoc ſimus; brevi, eodem hoc pertinet, quo id quod paulo ante dixit, ὅλῃ τῇ ψυχῇ οὐδὲν, ſcil. *εἶ*, *nihil ex toto animo*. In Enchirid. codex

noſter Pariſinus ille, quem in his Adnot. ad Diſſert. nota pc. inſignire ſolemus, (in quo, quamquam & recente, & negligenter admodum ſcripto, tamen permulta vetuſtarum veriſſimarumque lectionum veſtigia ſupeſſunt) pro ψυχρὰν, corrupte utique, ψυχὴν habet; quam ipſam vocem, quum & in eodem codice & in aliis noſtris codicibus ſubinde pro ψιλὴν poſitam obſervarim; cogitaveram, commodius fortaſſe & rectius h. l. κατὰ ψιλὴν ἀνάμνησιν legi, *ex mera cupiditate, ex unico deſiderio*; id eſt, *cæco impetu, nihil cogitans* de eis rationibus quæ ineundæ ſint ut is evadas qui eſſe cupis. Sed in vulgata lectione, in quam cæteri omnes conſentiunt libri, & in ſuperiore interpretatione adquieſcendum putavi.

Verſ. 8. *καὶ ἀνοίσεις.* Cum perperam τὴν pro καὶ daret ed. Baſ. notavit WOLFIVS: „Lego ἢ ἀνοίσεις. Veneta editio καὶ ἀνοίσεις.“ — At in καὶ, cum in Diſſertationibus hisce, tum in Enchiridio, conſentiunt ſcripti libri & editi omnes, excepta una illa Baſ. in quam temere τὴν erat invectum. Sed poterit percommode καὶ ut idem valens ac ἢ accipi, ut perſæpe aliis; (vide ad II. 10, 9. ad illa verba καὶ παιδίσκας; tum ad καὶ βαλβάριον, & ad καὶ παιδίσκον, Ench. c. 7. ad καὶ ὑπανούσας, Ench. 12, 2. &c.) quam in partem nos etiam h. l. interpretati ſumus, *anditove aliquo*. Mox, pro ἄνουν. τινος οὖσα, inverſis verbis ἀνούσας οὖσα τινὸς ſcribunt in Enchiridio libri omnes; quæ inverſio uſui Epicteti convenientior videtur.

Ibid. ὡς Εὐφράτης λέγει· &c. „Hoc rectius videtur, quam quod habet Enchiridion; ὡς ὁ Σύρος λέγει. De *Euphrate* philoſopho placet elogium Plinii aſcribere. [lib. I. Epiſt. X.] *Euphrates*, inquit, *Syrus philoſophus, eſt obvius & expoſitus, & plenus humanitatis quam præcipit.* Et paulo poſt: *Multa in Euphrate ſit eminent & elucent, ut mediocriter quoque doctos advertant & adficiant. Diſputat ſubtiliter, graviter, ornate: frequenter etiam Platonis illam ſublimitatem & latitudinem effingit. Sermo eſt copioſus & varius, dulcis imprimis, & qui repugnantes quoque ducat & impellat.* &c. Hactenus Plinius. Probabilius eſt, vulgus ſuæ ætatis philoſophum admirari, quam aliquem veteris memoriæ.“ WOLFIVS. — „Meminit hujus & infra, IV. 8, 17. item M. Antonin. X. 31. Philoſtratus in vita Apollonii lib. V. c. 2, 14. & lib. VI. c. 7. Origenes adv. Celſum, p. 302.

302. *Εὐφράτου τοῦ νῦν.* Sic locum hic legendum VPTON. — De *Euphrate*, ut gravissimo sanctissimoque, sic & facundissimo illius ætatis Philosopho, præter ea quæ ipse Epictetus habet loco ab Vptono laudato, operæ pretium fuerit totum Plinii locum, cujus partem suprà descripsimus, perlegisse, contulisseque quæ de eodem viro Struckerus disseruit in Hist. Crit. Phil. T. II. p. 565 sqq. Cujus Philosophi nomen cum parum notum esset librariis eis, quorum opera ad nos Enchiridion pervenit, *Socratis* nomen, pro *Euphratis*, ab his substitutum est; & a recentioribus demum Enchiridii editoribus *Euphratis* nomen recte ibidem restitutum. Cæterum in interpungendo interpretandoque hoc loco in diversis abeunt partim ipsi librarii, partim editores atque interpretes. Nos eam fere rationem tenuimus, in quam & in his Dissertationibus veteres libri omnes, & in Enchiridio plerique consentiunt; nisi quod verba *καὶ τοῦτ' ἐστὶ — — ἐκεῖνος*, quæ duobus tantum commatibus in plerisque vett. codd. intercipiebantur, perspicuitatis causa *parentheseos signis* inclusimus, quod ipsum etiam in nonnullis Enchiridii codicibus factum vidimus: interpretatione autem usi sumus expeditissima simplicissimaque, quam eamdem ipsa græca verba manifeste clamare visa erant. In Dissertationibus, vulgatam consentientibus libris distinctionem orationis primus in Græco exemplo mutavit Londinensis editor, Wolfii versionem secutus, quæ sic habebat: *Sic quidam viso philosopho, auditoque alio qui dicat, Vt Euphrates disserit? quis ita diceret ut ille potest? volunt & ipsi philosophari.* Ad hujus igitur interpretationis præscriptum, Londinensis editor non modo post *ἐκεῖνος*, quo & nos postimus, sed & post *λέγει*, pro nudis commatibus quæ utrobique olim interposita erant, *interrogandi signa* posuit; in quo ipsi ei jam in græco Enchiridii exemplo idem Wolfius præiverat, Londinensem editorem secutus Vptonus, prædictam Wolfii versionem tenens, pro interrogandi signis cum in eadem versione, tum & in græco contextu *exclamandi signa* posuit, quibus in latina scriptura uti solemus; (quod in Enchiridio Heinsius jam fecerat, hæ nescio an & editio prima Veneta, cujus exemplum mihi hæc scribenti non amplius ad manus est;) quo vero clarius etiam indicaret Vptonus, illa Ὡς Εὐφράτης &c. pro verbis alicujus hominis, qui sic exclamaret, accipienda esse, pro more suo Ὡς litera majúscula scripsit,

in hunc modum: καὶ ἀκούσαντός τινος οὕτω λέγοντος. Ὡς Εὐφράτης λέγει! καὶ τις τίς οὕτω δύναται εἰπεῖν ὡς ἐκεῖνος; θέλουσι καὶ αὐτοὶ φιλοσοφεῖν. Nempe, καὶ τις minuſcula ſcripſit littera, exiſtimans, hæc verba ejusdem hominis eſſe qui Ὡς Εὐφράτης λέγει! exclamaſſet; tum vero θέλουσι rurſus majuſcula extulit, indicaturus, hæc rurſus eſſe Epicteti verba. In Notis vero deinde, mutata paululum ratione, ait: „Lego: καὶ, Τίς οὕτω δύν. id eſt, *idque præterea audientes, Quis ita* &c. Contra, in Enchiridio, idem Vptonus, Meibomium ſecutus, prorſus ut nos hic ex librorum veterum præſcripto fecimus, ſic edidit, parentheſeos modo ſignis, quæ nos adjecimus, omiſſis: καὶ ἀκούσαντός οὕτω τινὸς λέγοντος, ὡς Εὐφράτης λέγει· καὶ τοι τίς οὕτω δύναται εἰπεῖν ὡς ἐκεῖνος; θέλουσι καὶ αὐτοὶ φιλοσοφεῖν. Tenuitque fere Meibomii verſionem, a noſtra quoad ſenſum nihil diſſentientem: *Sic quidam, cum philoſophum viderunt, & aliquem ita diſſerentem audiverunt, ut Euphrates diſſerit; enimvero* [magis perſpicue Meibomius *quamquam* poſuerat] *quis ita diſſerere poteſt ut ille? volunt & ipſi philoſophari.* Deinde vero in Notis ad Enchiridion rurſus præcepit; „Corrige: καὶ ἀκούσαντός τινος οὕτω λέγοντος, Ὡς Εὐφράτης λέγει! καὶ „Τίς οὕτω δύναται εἰπεῖν ὡς ἐκεῖνος! θέλουσι καὶ αὐτοὶ „φιλοσοφεῖν. *Et audientes aliquem ſic dicentem, Ut „Euphrates diſſerit! Et, Quis ita diſſerere poteſt ut „ille! volunt & ipſi philoſophari.*" — Et in hunc maxime modum Heynius (omiſſis modo exclamandi ſignis, in græca ſcriptura inſolitis) in Enchiridio edidit: καὶ ἀκούσαντός τινος λέγοντος, ὡς Εὐφράτης λέγει· καὶ, τίς οὕτω δύναται εἰπεῖν ὡς ἐκεῖνος; θέλουσι &c. & a latere quidem oppoſitam eamdem tenuit verſionem, qua in Enchiridio Vptonum uſum eſſe modo dicebam; in ſubjecta vero annotatione, præferendam illam acceptionem hujus loci illamque interpretationem ſibi videri ſignificavit, quæ ab eodem Vptono, in Notis ad Enchiridion propoſita eſt; quæ & unice græcæ orationi, qualem Heynius ediderat, conveniebat. Et eſt quidem per ſe commodiſſima ſententia; nonnullos, poſtquam philoſophum vidiſſent, & poſtquam audiviſſent aliquem cum admiratione encomium ejus facientem, excitari, ut continuo & ipſi velint philoſophiæ profeſſionem amplecti. Et, cum pro emendatione καὶ τίς, pro καὶ τοι τίς, nullius veteris libri auctoritatem Vptonus invocaſſet, docuit

docuit Heynius, patrocinari illi & editionem Salmasianam, (sic Heinsianam adpellat) & codicem mstum Dresdensem: quibus addi poterant & editio Veneta Enchiridii prima, & Politianus, in eamdem scripturam καὶ, Τίς δύναται &c. consentientes. At (ne nunc repetam, quod supra jam significavi, in καὶ τότε τίς & in Dissertt. libros omnes, & in Enchiridio reliquos probatissimos quosque consentire) propius si rem spectaveris, vix dubitabis, illam scripturam καὶ, Τίς δύναται ex eorum ingenio esse profectam, qui, cum verba proxime præcedentia existimassent hominis esse *cum ad miratione exclamantis*, hæc pariter ad eamdem normam esse refingenda putarent. Ut autem hi præcedentia verba in eum, quem dixi, modum acciperent, induxerat eos (quemadmodum & Wolfium) corruptela quæ eadem verba in Enchiridio invaserat, cum ex ὡς Εὐφράτης imperiti librarii ὡς σὺ Σωκράτης fecissent; ubi ὡς σὺ ad exclamationem pertinere illi arbitrabantur, quamquam, verum si quæris, vocula σὺ nonnisi ex prima syllaba nominis Εὐφράτης adhæsisse videtur. At in Dissertationibus, ubi servata vera scriptura est, si connexionem verborum absque præjudicata opinione consideraveris, vix aliter, atque nos cum Meibomio fecimus, locum hunc accipere poteris. Ac fane nihil tam in promtu tamque apertum esse videtur, quam particulam ὡς, ante Εὐφράτης, referri ad præcedentem particulam οὕτως &, in dictione illa οὕτω λέγοντος verbum λέγειν non debere alia notione accipi atque in illa dictione ὡς Εὐφράτης λέγει. Latius hæc persecutus sum, quia me ipsum diu incertum tenuerat hujus loci interpretatio. Nihil hos morari debet alia scripturæ discrepantia, quam in Enchiridio in illis verbis, τίς οὖν σῶσαι δύναται, iidem libri offerunt, quos καὶ Τίς pro καὶ τότε τίς dare paulo ante dixi: nempe iidem particulam οὕτως ante δύναται omittunt; quæ vocula, sicut, si eo loco abesset, a nemine magnopere desideraretur, sic nihil fane incommodi habet, &, quamquam intra tertiam lineam jam tertio repetita, tamen consentientibus reliquis omnibus codicibus ipsum sum recte tuetur. In tertia hujus loci interpretatione a reliquis interpretibus discedens Salmasius: „Sin, ait, erat verendum: *Audientes cum aliquis ita diceret, quemadmodum Euphrates perorat: Ecquis ut ille potest perorare!*

Ibid. Θέλουσι καὶ αὐτοὶ φιλοσοφεῖν. Φιλοσοφεῖν nunc non ſolum intelligi debet *philoſophiae operam dare*; ſed, *ſumta philoſophi habitu, philoſophiam publice profiteri.* conf. IV. 8, 15 ſqq.

Verſ. 9. τί ἄνευσε βακτηρίαν. „Horat. Art. Poët. 39.

— — *Verſate diu, quid ferre recuſent,*
quid valeant humeri.“

VPTON.

Ibid. αἱ ταλαιπωρίαι. Ex Enchiridio haec ſupplenda & corrigenda videntur, ubi habes: πάντα θέλεις εἶναι βούλει, ἢ ταλαιπωρίας. Vptonus vero utramque ſcripturam ſic conjungendam ſuſpicatus eſt: πάντα θέλεις εἶναι βούλει ἢ ταλαιπωρίας; αἱ ταλαιπωρίαι, ἰδοὺ &c.

Ibid. ἄλλος γάρ. „Hoc rectius, quam in Enchir. ἄλλο γάρ.“ WOLFIVS. — In veram ſcripturam, ἄλλος γάρ, in his Diſſert. conſentiunt libri omnes. Quod τοὺς ἡμετέρους paulo ante hic legitur, convenientius videtur & magis ex uſu, quam τοὺς βραχίονας, quod pro illo eſt in Enchiridio.

Verſ. 10. ταῦτα ποιῶν. „ταῦτα, ἐνδεκτικῶς, haec illa, quae quotidie facis.“ HEYNE *ad Enchir.* — Caeterum poſt haec verba ταῦτα ποιῶν in Enchiridio vulgo ſtatim ſequuntur haec, ἀεαύτῳ βύπωσαι ἐσθίειν, perperam omiſſis illis, ἄνωσαι φιλοσοφεῖν &c. Mox rurſus iſta, ἡμεῖς ἀγωνίζεσθαι, quae hic agonoſcunt omnes, deſiderantur vulgo in Enchir. ex hoc loco ibi ſupplenda. Habent eadem tamen & nonnulli Enchiridii codices; ſed noſter pc. qui h. l. cum caeteris in ἡμεῖς ἀγωνίζεσθαι conſentit, deinde pro iisdem verbis in Enchiridio ἡμᾶς ἀρέγεσθαι ſcribit, haud ſane abſurde. Vtroque loco Gatak. ad Antonin. VIII. 1. infinitivos ἐσθίειν, πίνειν, &c. in participia ἐσθίων, πίνων &c. mutandos cenſuit.

Verſ. 11. ἀναμάρτητον; Ἀγρυπνῆσαι δεῖ, πονῆσαι. „Sic diſtinguendus hic locus.“ WOLF. & SALMAS. — Sic recte diſtinguebatur in Enchir. quemadmodum & hic edidit Vptonus, uti eſt in noſtro pb. Olim erat ἀναμάρτητον, ἀγρυπνῆσαι, δεῖ πονῆσαι &c. ut habent etiam codd. pac. Quae proxime hic ſequuntur verba, νικῆσαι τινας ἀνθρώπους, deſiderantur in Enchiridio.

Ibid. ὑπὸ τῶν ἀπαντώντων καταγελᾶσθαι. ὑπὸ τῶν ἀπαντώντων pb. neſcio an rectius. Corrupte vero utique ὑπὸ τῶν ἀπαντώσων pc. Perperam autem abſunt vulgo

vulgo quatuor ista verba in Enchir. non solum ex h. l. ibi supplenda, sed & ex codicibus nonnullis Enchiridii, qui tamen partim & ipsi ἀπάντων habent pro ἁπαντῶν, alii vero ἀπάντων cum leni spiritu, qui ipse lenis spiritus videri poterat corruptelam ex ἁπαντῶν ortam prodere; & præsidium fortasse inveniet verbum ἁπαντῶν etiam in loco parallelo, III. 16, 11.

Ibid. ἔλασσον ἔχειν. In Enchirid. omnes ἧττον ἔχειν. In eodem Enchir. post ἐν δίκῃ adjiciuntur verba ἐπὶ πραγματίῳ παντί.

Vers. 12. Ταῦτα περισκοπούμενος, εἴ τοι δοκεῖ, πρόσεχε. In Enchir. ταῦτα ἐπίστασθαι, omissis quatuor postremis verbis.

Ibid. εἰ δὲ μή, μὴ πρόσαγε. Sic recte hic edd. & mssti, consentientibus codicibus nonnullis Enchiridii, ubi alii vulgo corrupte, εἰ δὲ μή, πρόσεχε. πρόσαγε idem valet ac προσέρχου, (conf. II. 17, 39.) quod verbum προσέρχου supra prætermissum est in Enchiridio. Mendose vero h. l. noster pc. εἰ δὲ μή, προσάπαγε. omisso altero μή, & verbo προσάγαγε (quod dare debuisse videtur, quod ipsum in Enchir. h. l. habet cod. Arg.) in προσάπαγε detorto. Est autem fortasse hæc ipsa genuina Arriani scriptura, προσάγαγε, reduplicata forma verbi. Pari ratione ἀνθεσπερίσαι habes, III. 16, 13.

Ibid. Post ἐπίκτητος Καίσαρος in Enchir. addunt vulgo γένη, quod adsumentum non solum ignorant Dissertationum codices, sed & nonnulla ipsius Enchiridii exempla.

Vers. 13. ὅτι σε δεῖ ἄνθρωπον εἶναι &c. „Vide ad II. 2, 13.“ VPTON.

Ibid. ἐξεργάζεσθαι. ἐξεργάσασθαι pc.

Ibid. ἢ περὶ τὰ ἴσα φιλοτονεῖν. Cum corrupte vulgo φιλοπόνει hic legeretur consentientibus libris, monuit VPTONVS: „Repone φιλοτονεῖν, vel potius φιλοτεχνεῖν ex Enchirid. nam φιλοτονεῖν glossema videtur.“ — Cujus ratio Heynio etiam probata est, observanti & aliis philosopho nostro frequentatum esse verbum φιλοτεχνεῖν. Equidem infinitivum modum necessarium hic putavi, quoniam & præcedunt verba in eo modo posita, & sequitur rursus στέργειν ἔχειν. Ipsum vero verbum φιλοτονεῖν cum φιλοτεχνεῖν mutare non sum ausus, quoniam & ferri istud potest, neque opus

esse videbatur, ut singulis in verbis conveniret Enchiridion cum his Dissertationibus. Φιλοκουεῖν scribendum monuerat etiam Salmas.

Ibid. Φιλοσόφου σχήμα. τάξιν est in Enchir. percommode id quidem; sed istud, quamquam paulo rarius videri poterat, tamen eodem modo & aliàs usurpatum est nostro, cum in Dissertationibus passim, tum Enchirid. cap. 48, 1. Adde titulum cap. 19. hujus libri. Mox pro ἔχειν, ἀντέχειν scribitur in Enchiridio. In eodem paulo ante commode scribitur τοῦτ' ἔστι ἡ Φιλοσ.

Vers. 14. Ῥούφῳ τις ἔλεγε, &c. „Quid hoc dictum ad hunc locum facit? An exemplum hominis indocti, inepte loquentis profert?“ WOLFIVS. — „Quæ sequuntur de *Rufo*, fortasse ex Miscellaneis sunt, & inde divulsa, a capite superiori XI. vel XIV. nisi ad cap. XVII. spectant, atque ibi in fine reponenda.“ COMES SHAFTESBVR.

Ibid. Ὁ δὲ, μὴ παρέργως τοῦτ', ἔφη, ἀπὸ Γάλβα ἐκτετακώσας, &c. „Videtur irrisio esse inepti argumenti. Quasi vero non alii Galbâ longe deteriores diu floruissent? Si igitur unius Galbæ interitus confirmat providentiam, eandem Tiberii & aliorum successus evertunt.“ WOLFIVS. — „Interrogative. Expostulatio est, & quasi exprobratio Providentiæ ob mortem Galbæ, boni principis. Male accipit Wolfius.“ COMES SHAFTESB. — Posteriorem hanc rationem probavi; & pro nudo puncto, in fine sententiæ, interrogandi signum posui: ad eamdemque rationem latinam versionem accommodavi; quam id recte, doctiores viderint. Galba, mediocris princeps, multis tamen, cum antecessore Nerone præsertim collatus, optimus videri potuerat, qui cædem ejus ut publicam calamitatem deplorarent. Fuit cum in præcedentibus verbis, pro ἔτι νῦν παρεῖχε, fortasse ἔτι νῦν scribendum suspicarer. Sed in loco tam obscuro quid attinet hariolari? Vptonus, Wolfium presso pede sequens, posteriora verba latine sic reddiderat: *At ille, Nunquam, inquit, obiter adeo per Galbam administrari providentiâ mundum probaverim.*

CAPVT XVI.

TIT. Ὅτι πολλάκις δεῖ συγχωρεῖν εἰς συμφέροντα. „Vide supra, III. 24, 7. τὰ δὲ ἐκτὸς συμφέροντα, &

Indicem

Indicem in voce." VPTON. — Adde Lexicon noſtrum Polybianum. Denotat interdum hoc vocab. *indulgentiam adverſus alios, & obſequium, quum morem alicui geri-mus.* Sic inſcriptionem hujus cap. cum Wolfio interpretatus erat Vptonus: *Cautione eſſe opus, cum aliis morem gerere volumus.* Sed & nude *conſuetudinem cum aliquo & converſationem* ſignificat: quæ notio locum in hac Diſſertatione obtinet, vſ. 3. & 5. ubi συμπεριφορὰ idem valet ac συμβίωσις vſ. 1. & τὸ συγχαιρίβεσθαι vſ. 3. & συμπαβαλεῖν vſ. 9.

Verſ. 1. αὐτοῦ ἐκείνοις. Perperam αὐτοῖς ἐκείνοις pc.

Ibid. ἐπὶ τὰ αὐτοῦ. Sic libri omnes. Temere ἐπὶ τὰ αὐτοῦ edidit Vpt.

Verſ. 2. ἄνθρωπον ἂν ᾖ. „Malim ᾖς." WOLF. & REISK. — Commodum atique hoc foret; ſed & illud ferendum, in quo nil variant libri. Monuitque VPTONVS: „In initio dicit Ἀνάγκη τὸν συγκαθίζοντα, neceſſe eſt eum qui &c. [nunc] καὶ τοῦτ' ἂν ᾖ, nam ſi is adjunxerit."

Ibid. ἢ αὐτὸς ἐκείνων ἀπεσβέσθη, ἢ ἐκεῖνος ταῦτον ἐκκαύσει. Cum abeſſet alius verbum ἀπεσβέσθαι, notavit ad h. l. WOLFIVS: „Extinctus carbo ardentem quo modo extinguat, non video. Alioquin legerem ἢ αὐτὸς ἐκείνων ἀπεσβέσθη. Extinctus quidem ab ardente (niſi quid aliud obſtiterit) facile ignem concipiet, itaque & ipſe magis exardeſcet. Sed hæc calefactoribus curæ ſunto." — Verbum ſuo e codice adjecit VPTONVS, monens: „Optime noſter Codex, ἢ αὐτὸν ἐκείνων ἀπεσβέσθη, ἢ ἐκεῖνος ταῦτον ἐκκαύσει. Editio Salm. ἢ αὐτὸς ἐκείνων * ἢ ἐκεῖνος &c. [&] in marg. * deeſt λείπων τὸ ἀπεσβέσθη." — Ignorant verbum codices noſtri pa. & pc. ſed habet σβέσθη pb. Cetenim proverbialem eſſe locutionem adparet; neque magnopere quemquam movebit dubitatio, quæ Wolfio oborta erat.

Verſ. 3. τοῖς ἰδιώταις συγκαθίσαι εἰς τὰς τοιαύτας συμπεριφορὰς. „Noſter codex συγκαθῆσαι, alii συγκαθίσεσθαι. Conf. I. 29, 64. Mox noſter codex συμπερι-φορᾶς, cum alii dant περιφορᾶς." VPTON. — In συγκαθίσεσθαι cum olim vulgatis conſentiunt noſtri codices; quæ ſcriptura inſcitiæ librarii alicujus debetur, terminationem verbi compendioſe ſcriptam perperam accipientis. In activo uſurpari verbum illud ſolet, ſubintellecto pronomine ἑαυτόν. Vide Indicem, & Not. ad I. 7, 3.

Pronó-

Pronomen adjectum habes III. 12, 11. *καθήσας αὐκαλῶν αὐτὸν σαυτόν. συμπεριφορᾶς* cum Vptoni codice recte agnoscit noster pc. reliqui in mendosum *περιφορᾶς* consentiunt. Vide quæ ad titulum capitis notavimus. Cæterum locum hunc simul cum Ench. c. 33, 2, in mente habuerat Stobæus, cum Serm. XXXIII. p. 213. ista scriberet, *λοιπὸν ἐκεῖνο ἔχου, τοῦ μὴ καθίεναι εἰς ἁμιλλας βιωτικάς.*

Ibid. τὸν συναναστρέφ. Abest artic. a nostro pc.

Ibid. τῷ ἠσβολωμένῳ. Sic nostri pac. neque aliter debebat pb. in quo est *ἠσβολομένῳ*, levi menda. Vulgo *ἠσβολημένῳ* edd. quod ipsum & Vptonus tenens, nihil ad hoc verbum suo e codice adnotavit. Ego vero præferendam alteram verbi formam putavi; cui, præter codicum nostrorum consensum, analogia favet & aliorum scriptorum usus, H. Stephano in Thes. laudatorum. Nam quod idem Stephanus *ἀσβολόω* etiam reperiri ait, nullum testem præter Hesychium citat; apud quem quidem non *ἀσβολοῦν*, ut ait ille, sed *ἀσβολοῦν* legitur; quod perinde ex *ἀσβολωθῆν* & ex *ἀσβολημθῆν* corruptum esse potest; quamquam *ἀσβολημθῆν* & Varinus Phavorinus scripsit, eumdem Hesychii locum respiciens. Vptonus, in Indice, thema *ἀσβολόω* & *ἀσβολόω* statuit, *fuligine inficio.*

Vers. 4. Τί γὰρ ποιήσεις. Τί ἂν ποιήσῃς pc.

Ibid. ἐν παρὰ μονομάχων λαλῇ. Vulgo omnes *λαλῇς.* Monuit autem VPTONVS: „Potius *λαλῇ*, ut infra *συπήτῃ*, &c. Ita autem Horat. Sat. II. 6, 44.

— — *Thrax est Gallina Syro par.*"

— Cui obsequi non dubitavi: nam ista quidem, *ἂν συπήτῃ. ἂν γελοιάσῃ*, *ἂν καταγνῶσθῆτε*, necessario ante se *ἂν λαλῇ* in tertia persona requirunt; nisi, tenendo *σ* literam, *η* adjicias, ut fit *λαλήσῃ*. De re confer Enchir. cap. 33, 2.

Ibid. περὶ ἵππων. „Alludit ad factiones aurigarum, Venetam & Prasinam, de quibus factionibus pleni sunt scriptores istius ævi." VPTON. — *περὶ ἱπποδρομιῶν* dicit in Enchirid. loco cit.

Ibid. ἂν καταγνῶσθῆτε. Satis vulgata nomina, *κατάγνωτε*, *κατάγνωσι*. Verbum *καταγνῶσθαι* vix usquam occurrit; nisi quod *καταγνωστέον* afferri ait H. Stephanus pro *deprehendendum est.* Favet autem analogia: sicut enim

enim *εὐηθίζομαι* est *εὐήθης fiam*, sic *κακοηθίζομαι*, *fiam κακοήθης*. Ceterum *κακοηθίζηται* in medio genere opportune dederunt codices nostri pab. pro activo *κακοηθίζῃ*, quod h. l. vulgatum erat, quod ista notione respuit analogia. Codex pc. qui in *κακοηθίζῃ* h. l. cum vulgatis consentit, paulo superius *σκώπτης* habet pro *σκώπτῃ*, in *γελοιάζῃ* vero nihil mutat.

Vers. 5. *εἶχε Σωκράτης δύναμιν.* *εἶχε δύναμιν Σωκράτης* pc. De re conferre Vptonus jussit II. 12, 14 sq.

Ibid. ἐν πάσῃ συμπεριφορᾷ. Sicut paulo ante capite truncaverant hoc vocabulum librarii, sic hoc loco media parte resecta *συμφορᾷ* dabant, quam in mutilam formam cum editis ante Vptonum consentiunt codices nostri. Monuerat WOLFIVS: „*συμπεριφορᾷ* fortasse.“ — Et sic recte edidit Vptonus, nescio an consentiente suo codice, cujus nullam hic quidem mentionem fecit. Eamdem emendationem Meibomius commendaverat.

Ibid. ἄγειν ἐπὶ τὸ αὐτοῦ. Revocavi *αὐτοῦ* ex superioribus editis, quibuscum facit noster pa. Tacite pro suo more *αὐτοῦ* edidit Vptonus, cui hoc quidem loco favent nostri pbc. Sed a receptioribus maxime librariis, & frequentius etiam a solis editoribus, invectum esse istum morem, sæpius observavimus.

Vers. 7. *συγχᾶναι.* „M. Antonin. V. 3. *μὴ συγχαίνειν.* Vbi vide Gatakerum.“ VPTON.

Ibid. τοὺς προτρεπτικούς. Intellige *λόγους*. Ellipsis satis familiaris.

Ibid. ἄνω κάτω θρυλλεῖται. *ἄνω καὶ κάτω* pb. Non male; conf. II. 17, 2. sed nihil refert.

Vers. 8. *ἀνίκητον τὸ δόγμα.* „Desunt hæc verba *τὸ δόγμα* in nostro codice.“ VPTON. — Ignorat eadem noster pb. sed cum vulgatis agnoscunt ea reliqui duo.

Vers. 9. *πρὸς ἀσφάλειαν.* *εἰς ἀσφ.* pb. quod vulgato propemodum prætulerim.

Ibid. εἴ τινα ἐν τῇ σχολῇ ἐγράφετε. Si vera est hæc scriptura, in quam cum vulgatis consentit noster pa. & Vptoni codex, (e quo certe nihil in contrarium protulit hic Editor) subintelligendum videtur *εἰς τὰς ψυχὰς ὑμῶν*, *si qua animis vestris* (ut in versione posui) *inscribitis*; nam de *ὑπολήψεσι* agitur, non de notulis chartulæ inscriptis. At nostri pbc. *ἐγράφετο* habent, id est, *si qua in commentariolis vestris adnoti-*

admotaviſtis; quod minus commodum videtur. Sed fortaſſe *ἐνεγράψατε* hi debuerant. Ipſum vero *ἐγράψατε* ex conject. commendaverat Salmaſius, ita omnino ſcribendum cenſens.

Verſ. 10. *κρίνας τὰς ὑπολήψεις. τὰς ὑπολήψεις κρίνας* pb. quod minus placet.

Verſ. 11. *τῶν περιόδων συμβουλεύουσιν ἀποχωρεῖν.* „De *peregrinatione Philoſopherum* diximus ſupra ad I. 4, 21. ad quam peregrinationem paſſim alludit Epictetus. Cic. Tuſc. Diſp. IV. 19. *Ultimas terras luſtraſſe Pythagoram, Democritum, Platonem accepimus: ubi enim quid eſſet quod diſci poſſet, eo veniendum judicaverant.* Vide & lib. V. 37. & de Fin. V. 19. Hujus moris meminit Herodotus, *τῆς τολλῆς θεωρίας ἕνεκεν.* Et reſpexit Lucianus in Somno, p. 6. [in Somnio, cap. 7. p. 10. T. I. ed. Hemſterh.] *Καὶ σύτοτε ἄτει ἐπὶ τὴν ἀλλοδαπὴν, τὴν πατρίδα καὶ τοὺς οἰκείους καταλιπὼν. Οὐδὲ ἐπὶ λόγοις ἐπαινέσονταί σε πάντες. Nec patria tuisque relictis in terras alienas abibis; neque ob orationem laudabunt te omnes. Οὐδὲ ἐπὶ λόγοις ἐπ.* Mancam eſſe ſententiam, non tantum ratio, ſed codicum varietas oſtendit: addenda ſunt, ut videtur, hæc verba, *ἀλλ' ἐπὶ ἔργοις.*" VPTON. — Equidem Hemſterhuſio adſentior, nihil in iſto Luciani loco ad ſententiæ integritatem magnopere deſiderari.

Ibid. *Ἴδε ὁ θεῖνα φιλόσοφος.* „Vide Enchirid. cap. 22. in initio." VPTON. Conf. III. 15, 11.

Ibid. *ὁ τοῖος καὶ ὁ τοῖος. ὁ τοιοῦτος καὶ ὁ τοιοῦτος* pb. ex gloſſemate.

Verſ. 12. *Οὕτω καὶ οἱ ἰατροὶ &c.* „Id præcipit faciendum Hippocrates in Epid. lib. VI." SCHEGKIVS.

Verſ. 13. *καὶ ἐναθλεῖτε αὐταῖς.* Copulam *καὶ* ignorant tres noſtri codices, ſine damno ſententiæ. *ἐναθλεῖτε αὐταῖς* vertebant *in eis ſtrenue laborate.* Commodius putavi, *in eis ſtrenue vos exercete*, vel *exercemini*; nam ad *exercitationem* maxime pertinet verbum *ἀθλεῖν.* conf. III. 22, 57. Compoſitum *ἐναθλεῖν* inobſervatum præterierunt Lexicographi; niſi huc ſpectat corruptum illud *ἐναθλέα* apud Heſych. ubi vide Interpretes. *αὐτοὺς*, pro *αὐταῖς*, habet noſter pc.

Verſ. 15. *πῶς χρῶμαι ταῖς προσπιπτούσαις φαντασίαις;* „Vide II. 23, 42." VPTON. — Interrogandi ſigna poſt *φαντα-*

φανταλίας, post φύσιν, & deincepe posui, pro nudis punctis aut incisis, quae ibi vulgo ponebantur; & post παρατήρησις, ubi alii vel nullam distinctionem vel nudum incisum posuerant, minori puncto distinxi orationem. Commodius enim omnes istae sententiolae pro interrogationibus accipiuntur, quam pro obliqua oratione, pendente a nomine παρατήρησις.

Ibid. πῶς ἀποκρινοῦμαι πρὸς αὐτάς; — „Ita Horat. Sat. II. 7, 85. *Respondere cupidinibus.*" VPTON. — Quid dicat Epictetus *respondere visis*, intelliges ex III. 8, 1 sqq. ἀποκρινοῦμαι est in pb. parum commode.

Ibid. ἐπιλέγω τοῖς ἀπροαιρ. Malebat Vptonus, πῶς ἐπιλέγω. Sed perbene habet vulgata scriptura.

Vers. 16. εἰ γὰρ μή πω οὕτως ἔχετε. Vulgo edd. omnes εἰ γὰρ μὴ πως. Vbi WOLFIVS: „Lego μή πω." — Et VPTONVS: „Recte; & sic noster codex." — Quare hoc recepi, quod & e nostris dedit pb. Mox, pro ἔχετε, perperam est ἔχητε in edit. Vpt. casu nescio, an consilio. Veram scripturam equidem e superioribus editis revocavi, cum quibus codices nostri consentiant omnes.

CAPVT XVII.

Vers. 1. κατὰ λόγον. κατὰ τὸν λόγον pb.

Vers. 2. ὅτι πολλαχοῦ. „Ceteri codices, nostro excepto, ὃ πολλαχοῦ." VPTON. — In ὃ consentiunt nostri pab. quod ferri utcumque posset, intelligendo κατ' ὃ. Tertius pc. ᾗ πολλαχοῦ habet, quod ex ᾗ corruptum videri potest. ᾧ pro olim vulgato ὃ suaserat Meibom.

Vers. 3. ἀλλ' ὅπου σὺ χρείττων. Vulgo, consentiente Vptono, edebatur: ἀλλ' ὅπου χρεῖττον, ἐκεῖ σαυτὸν εὑρήσεις πλέον ὄχουμα. Vbi VPTONVS: „Constructio est, inquit: ἀλλ' ὅπου χρεῖττον πλέον ἔχειν, ἐκεῖ σαυτὸν εὑρήσεις πλέον ἔχουμα." — At id quidem sententiae ac ratiocinationi Epicteti adversatur, quae ex tota disputatione satis intelligitur. Quodsi utique tenenda esset vulgata, equidem sic acciperem: ἀλλ' ὅπου εὑρήσεις σε χρεῖττον ἔχουμα, ἐκεῖ &c. Sed difficultatem solverunt nostri codices, qui in χρείττων, pro olim vulgato χρεῖττον, consentiunt omnes. Tum pc. insuper praemittit pronomen σύ, quod in ceteris absorptum est a terminatione ου vocis praecedentis ὅπου. Sic omnia plana; & liquido procedit

χείρεις." WOLFIVS. — „Potius ſubintelligo μέλει, [vel ἔμελε] & verte *nam etiam. Quid ergo tibi curæ eſt etiam aggredi tantam rem?*" VPTON. — Poſſis etiam προσῆκε ſupplere. Vide Boſii Ellipſ. Græc. in verbo Διαφέρει.

Verſ. 67. Γάμος δ', ἔφη, — — — Ἂν μοι σοφῶν, ἔφη, δῇς πόλιν, &c. — „Hæc male accipi ab interpretibus haud mirum: nam in editis omnibus libris deeſt πόλιν, quam vocem reſtitui, noſtro adjutus codice. Deinde pro σοφὸν [nam & ſic edd. omnes] legendum σοφὴν, *ſapientem civitatem*; vel forſan σοφῶν, *ſapientum civitatem*, qualem Plato in libris de Rep. adumbravit. Γάμος δ', ἔφη, nempe adoleſcens, qui ſupra rogat an conjugium petendum a Cynico: nam quidem conjugium petere, liberos alere, magiſtratus gerere, denique merſari civilibus undis, hæc omnia inprimis præceperunt Stoici. Sed hæc Cynico non æque conveniunt; quippe qui non privata, ſed publica curat: ᾧ λαοὶ τ' ἐπιτερέφονται καὶ τόσσα μέμηλεν. At ſi ſapientiſſimis moribus atque inſtitutis gereretur civitas, ſi inter optimos verſaremur, non ut nunc inter fæces Romuli, non opus eſſet Cynico, οὐδ' ἥξει τις ἐπὶ τὸ Κυνίζειν. Verba ſunt Epicteti, Ἂν μοι σοφὴν δῇς πόλιν &c." VPTON. — Vocem πόλιν, quæ utique neceſſaria erat huic loco, nullus quidem e noſtris tribus codicibus agnoſcit; ſed veſtigium tamen ejusdem ſatis clarum ſervavit pc. in quo eſt πάλιν eodem loco, quo Vptoni codex πόλιν dabat. Refertur autem apud Ciceronem Acad. II. 44. in Stoicorum paradoxis effatum hoc, *nec urbes aut civitates eſſe, niſi quæ eſſent ſapientium.* Vnde pro mendoſo σοφὸν, quod in contextu Vptonus reliquerat, haud cunctanter σοφῶν correxi, quod & ipſum deinde in pc. inveni. Cæterum, quo pacto quærens inducatur juvenis noſter, annon conjugium & liberorum procreationem προηγουμένως, i. e. *præcipue*, & *primario* ſpectaturus ſit Cynicus, haud adparet. Quare ſuſpicatus eram, προηγμένως fortaſſe legendum, (cf. Cic. de Fin. III. 15 ſq. ut hoc dicat, *ſi optio detur, ſi ita res ferat, eum hæc prælaturum ſumturumque.* Sed & ſupra III. 7, 25 ſq. eædem res in numero τῶν προηγουμένων, id eſt, *præcipuorum* & *primariorum* vitæ officiorum recenſentur; niſi & ibi τὰ προηγούμενα idem valet, quod προηγμένα, ſicut & hoc cap. vſ. 76. Et ſic ſane, quæ apud Ciceronem l. c. προηγμένα & ἀποπροηγμένα dicuntur,

Ibid. τοῦτο ἔστιν &c. Acute & percommode Gataker. l. c. τί τοῦτο scribendum censuit. Ac potuerat ipse ex τί a præcedente verbo ἐστὶ facile abstorberi.

CAPVT XVIII.

Vers. 2. ὅτι κακῶς ἀπήλλαξας. Perperam ὅτι κακῶς pa. Idem mox deinde in κακῶς cum aliis consentit. Quod ad rem spectat: si quis forte miratur, quid sit quod Epictetus dicat, *neminem mihi nunciare posse, male me sensisse*; mentem philosophi sic accipiat. Potest quidem nunciare mihi aliquis, aliter rem quampiam cecidisse atque ego putaveram; meam igitur opinionem, meam ὑπόληψιν, fuisse falsam. At, si temere ego mihi persuasissem aliquid, mea id fuerit culpa, quod id, quod non perceptum habebam, pro percepto certoque sumserim. Is ergo nancius non nanciat mihi aliquod malum quod extrinsecus mihi acciderit; (nullum enim malum, vere nominatum, accidere homini extrinsecus potest;) sed poterit mihi potius occasio esse veri boni, admonendo me meæ temeritatis & in judicando levitatis, adeoque excitando me ad meliorem visorum meorum & omnino virium mearum usum.

Vers. 3. κηρυκίδιον. κηρυκίδιον pac. Quemadmodum in Enchirid. c. 18. vulgo scriptum legitur. Sed in his Dissert. in alteram formam, κηρυκείδιον, consentire fere solent libri. conf. III. 22, 106. Sic & γραμματείδιον, & λαρκείδιον, & hujusmodi alia, ut notavit Heymius ad Enchir. De re vero, quæ hic agitur, juvabit contulisse ipsum illud Enchiridii caput.

Vers. 3 & 4. ἀσινής, οὐκ ἐπὶ σέ. Ἀλλ' ὁ κηρυξ &c. „Hoc modo legit noster codex: cæteri ἀσινής, οὐκ ἐπὶ σέ. Οὐκοῦν ἀλλ' ὁ κηρυξ. Mutarem hic ordinem verborum: *Nunciatum fuerit nempe patrem velle quid moliri. Contra quem? num contra tuam ipsius voluntatem? Nequaquam. At contra corpusculum, contra possessiunculam. Ergone contra te? salvus evasisti.* Ἀλλ' ἐπὶ τὸ σωμάτιον, ἐπὶ τὸ κτησίδιον. Οὐκοῦν ἐπὶ σέ; ἀσινής." VPTON. — Particulam οὐκοῦν cum Vptoni codice ignorat noster pb. ac sane importuna erat hoc loco. Neque vero caussam ullam video, præcedenti orationi eam particulam inserendi, aut verborum seriem ibi mutandi. Fortasse οὐκοῦν imperite e margine huc translatum est ab aliquo librario, cum ibi notatum esset οὐκ

οὖν, vel ὄνειον, quo significabatur, in alio libro sic fuisse scriptum: ἀνώνης· αὐτὸ οὖν ἐπὶ σέ. vel, quod perinde est, ὄνειαν ἐπὶ σέ. quemadmodum a Meibomio etiam adnotatum video. Cæterum intelligi par est, disputationi huic occasionem dedisse nuncium, quem aliquis ex Epicteti auditoribus acceperat, quo ei significatum erat, patrem ejus iniquam & odiosam litem ei coram judice intentasse.

Vers. 4. Περὶ Σωκράτους δ' οὐκ ἀπεφήναντο οἱ δικασταί; „Xenoph. Ἀπομνημ. in initio; & Plat. in Apologia. Accusationis formula extat apud Laërtium lib. II. 40." VPTON.

Ibid. τὸ δικαῖον ἀποφήνασθαι. δικαίων, pro δικαίου, habet pc. quod utcumque ad τοὺς δικάστας referri possit: at incommodus genitivus casus; & in his verbis non de Socratis judicibus agitur, sed de illo judice, (ὁ κριτὴς, hoc eod. versu, & vs. 7.) apud quem hic homo delatus erat.

Ibid. Τί οὖν ἔτι σοὶ μέλει; Olim ἔτι σοι. Vbi: „Fortassis ἔτι." WOLFIVS. — Eamdem emendationem commendaverat Meibom. Et sic suo e codice edidit Vptonus, cui adstipulatur noster pc. Pariterque ἔτι inter lineas notatur in pb. De re confer II. 13, 18.

Vers. 5. ἢ ἂν μὴ ἐκπλήρωσιν. Sic recte Vptonus suo e codice, consentientibus tribus nostris. Temere ἢ ἂν μὴ, ἢ πλήρωσιν ed. Ven. quod in μή σοι πλήρωσιν mutarunt sequentes editores, Meibomius vero in μὴ σοὶ πλήρ. mutandum censuerat. Veram scripturam conjectura jam præceperat Shaftesburiensis.

Ibid. ἀπώλεσε τὸν πατέρα. „Vide II. 10, 14 sqq." VPTON.

Ibid. Ἄλλο μηδὲν ζήτει τούτου ἕνεκα αὐτὸν ἀπολέσθαι. „Fortassis, ἄλλο μηδὲν οἶον (vel ἄλλου τινὸς) τούτου ἕνεκα αὐτὸν ἀπολέσαι." WOLFIVS. — „*Ne quæras, an ille hanc ob caussam aliud quidquam perdiderit.*" VPTON. — Vptoni interpretationi haud dubie obstat grammatica ratio, quæ post verbum ζητεῖν, ista notione accipiendum, necessario particulam εἰ vel πότερον desiderabat. Sub contextu idem Vptonus Wolfii versionem tenuerat, quæ ad conjecturam, quam in adjecta adnotatione ille declaravit, adcommodata est: *nihil eum aliud, eâ quidem de caussa, perdidisse existimato.* Vbi quod ἀπολέσαι

σαι pro ἀτολέσθαι voluit, (in quo suffragatorem etiam Salmasium habet,) parum abfum ut adsentiar; nisi forte aoristus secundus verbi medii eandem vim habet ac aoristus primus activi; quemadmodum fere (alia quidem, quam quæ hic obtinet, notione) apud Homerum μῆνις οὐλομένη active pro ὀλεθρία accipi solet. Sed verbum ζητεῖν non debuit solicitari; quod cum accusativo & infinitivo constructum, velle, cupere, postulare significat, & idem fere ac θέλειν valet; quemadmodum in illo, Ench. cap. 8. Μὴ ζήτει τὰ γινόμενα γίνεσθαι ὡς θέλεις· ἀλλὰ θέλε (γίνεσθαι) τὰ γινόμενα ὡς γίνεται. Est ergo μὴ ζήτει, noli, ne cupias, ne postula. Quod si, quæ mox sequuntur, cum hisce verbis & cum superioribus conferamus, intelligi videtur, auditorem eum, ad quem hæc disserit Epictetus, iratum patri ob intentatam litem & ob crimen falso sibi objectum, ejusmodi defensionem caussæ suæ esse meditatum, ut, non contentus sese ab objecto crimine purgasse, gravem insuper mulctam voluerit patri a judice infligi. Cujus hominis iram moderari studet Philosophus, eumque docere, quid in ea re officii ratio postulet. Post ἄλλο conjunctionem δὲ interserit codex pc. haud sane incommode; quamquam nec ægre ea caremus. Ipsum ἄλλο h. l. in ἀλλὰ mutatum voluerat Meibom.

Vers. 7. ἀλλὰ κέκλινε τὰ ὦτα μετριώτερον. Cæteri vulgo κέκλεινος. Sed WOLFIVM probavi, monentem: „Malim κέκλινε.“ — Cujus conjecturam firmat noster codex pc. Idque usus postulabat: vide III. 22, 36. IV. 8, 18.

Ibid. Τί οὖν ἔτι φοβῇ, εἰ δικαίως κρίνει. Recte κρίνει codex noster pa. & ita in pb. quoque a prima manu fuerat, mutatum deinde in κρίνῃ, quod vulgo hic expressum erat. In hujusmodi connexione, latini sermonis usus subjunctivum modum postulat, græcorum usus indicativum præfert.

Ibid. εἰ σοὶ καὶ ἀλλοτρίῳ κακῷ. Conf. II. 13, 28.

Vers. 8. κριθήσεται δ', ἢ μὴ κριθήσεται. Ut nos quidem utique notione verbum κρίνειν a κατακρίνειν diserte distinguitur apud Nostrum I. 1, 28 & 30. Sed hic, ubi opponuntur κριθῆναι & μὴ κριθῆναι, manifestum videtur, *condemnandi* notione (quemadmodum passim in Novi Testamenti libris) accipiendum hoc verbum,

bum, quum in repetione posui; respiciturque ad id quod supra dixit, vs. 4. ἀλλ' ὁ πρὸς ἀνταφαίνεται ὅτι ἀσέβημας. Cui non obstat, quod paulo ante (vs. 7.) idem verbum consuetâ notione usurpatur, & paulo post (vs. 9.) ipsum verbum καταφαίνω ponitur.

Vers. 9. Μᾶλλον οὖν καταφανεῖν ἐθέλοις. "Ἄδηλος. „Locus haud dubie corruptus. Respexisse arbitror Epictetum ad ea, quæ Apollodoro festive dixit Socrates, ægre ferenti eum injuste periturum: *Tune*, inquit, *carissime Apollodore, videre me malles juste quam injuste vocari?* Vide Xenoph. in Apolog. [sect. 28.] Forsan itaque legendum: Μᾶλλον οὖν καταφανεῖν ἐθέλοις. "Ἄδηλος, μᾶλλον δὲ ἔβουλον ἀκοῦσαι." VPTON. — Ego in vulgata scriptura, in quam consentiunt libri, nihil desideravi: & quod si quid desideraretur, non eo equidem confugerem, unde Vptonus medicinam quærendam putavit. Bene Wolfius: *ob id ipsum miser est.* Nempe, sicut modo dixerat Epictetus, Αὐτὸς ὄφεται, & paulo ante, Τί γὰρ καὶ τῷ ἀλλοτρίῳ κακῷ, sic satis intelligitur, quænam sit h. l. vis vocabuli ἄδηλος, abrupte positi; nempe, Αὐτὸς ἄδηλος· οὐ σύ.

CAPVT XIX.

TIT. Τίς στάσις ἰδιώτου &c. Στάσις idem fere ac χαρακτήρ, Enchir. c. 48, 1. cf. III. 15, 13.

Vers. 1. Ἡ τρίτη διαφορὰ ἰδιώτου καὶ φιλοσόφου. „Vide supra, III. 5, 4. & confer Ench. cap. 5. in fin. & cap. 48." VPTON. — Prima vocula, Ἡ, desideratur in pc.

Vers. 2. οὐδὲν δύναται κωλῦσαι. οὐδεὶς δυν. pec. male, quia sequitur ἀκροαζόμενον, in quod illi consentiunt.

Vers. 3. Ἂν μὲν οὖν. Particulam μὲν, quam ignorant alii, recepi ex cod. pc.

Ibid. Ἐὰν δ' ὅταν. ἐὰν ὅταν idem pc. minus commode.

Ibid. ἑαυτοὺς αἰτιᾶσθαι. Sic pb. αὐτοὺς editi ante Vpt. & pa. αὐτοὺς ed. Vpt. & pc.

Ibid. ἀμυνόν ὑμῖν φαίνῃς τοὺς θεούς. Articulum τοὺς, quo carent cæteri, opportune dedit pe. Ceterum notandus hic locus, ad illustrandam ellipticam locutionem, Nostro familiarem, de qua dictum ad III. 1, 35. conf. mox cap. 20, 4 & 8. Pro ὑμῖν mendose h. l. ἡμῖν scriptum in pb.

Ibid.

Ibid. ὅτι προσκέψαμεν. Corrupte vulgo omnes editi ſcriptique, ὅτι προέκυψε. Quodſi & antecedentia, & ſequentia contuleris, intelliges haud cunctanter adoptari a nobis debuiſſe WOLFII emendationem, mentis: „Lego προσκέψαμεν."

Verſ. 4. Εἰδὺς ὅτι ἀλλων. „Εἰδὺς, exempli gratia. Deinde nota: *Infantes*; πάλιν, ἐν μὴ (vſ. 5.) *Adoleſcentes*; ἀνδρόδουλος (vſ. 6.) *Adulti*." VPTON. — De εἰδὺς vide ad L. 19, 2.

Ibid. οὐχὶ ἡμῖν. οὐχ ἡμῖν pb.

Verſ. 5. ἐν βαλανείου. „Scilicet ἐνβαλλόμεθα, vel μετὰ τὸ βαλανεῖον." WOLFIVS.

Ibid. τὴν ἀνδρόμιλαν. „Sic noſter codex: alii ἀνδρόμιλιν." VPTON. — In ἀνδρόμιλαν conſentiunt noſtri: cui vocab. recte alterum Vptonus prætulit.

Ibid. ἀλλὰ τοῦ παιδίου ἡμῶν. „Fortaſſis ἀλλ' ἐν τοῦ παιδίου ἡμῶν." WOLF. — „Immo ſic potius: ἀλλὰ τοῦ παιδ." VPTON. — Verſionem ſuam Wolfius ad propoſitam conjecturam adcommodavit: *Homo, nunquid illi te pædagogum præfecimus, & non filiolo noſtro?* Suam conjecturam Vptonus expreſſit: *Homo, nunquid illi te pædagogum præfecimus? non ſane, ſed filiolo noſtro.* Et in græcis poſt. κατεστήσαμεν, ubi olim nunc inciſo diſtinguebatur oratio, *interrogandi ſignum* idem Editor poſuit; in quo ipſo tres noſtros codices conſentientes habet. At ne ſic quidem adjecta particula ἄν opus eſſe videtur, de cujus ellipſi in hujusmodi connexione, cum aliàs paſſim, tum ad Il. 24, 17. diximus. Prorſus vero omnis tolletur difficultas, ſi (quod nunc fecimus) absque interrogatione dictionem hanc accipiamus: *Homo; at non illi, ſed filiolo noſtro pædagogum te præfecimus.* Pro κ. παιδίῳ, παιδαρίῳ, eſt in noſtro pc.

Verſ. 6. ἀνδρόδουλος. Temere ἀνδρόδουλος ed. Vpt. qui error ibidem in Notis repetitur.

Ibid. ὁ ἀγοράμματος. Corrupte vulgo ὁ ἀγραμματικὸς. Perſpecte vero WOLFIVS: „Lego ἀγράμματος." Idque ipſum noſter cod. pc. in contextu habet; quæ ſola legitima forma eſt, in quam conſentiunt omnes Il. 24, 25. Sic & ἀγραμμάτους Il. 9, 10. Mendoſum quidem ἀγραμματικὸς, quod habent h. l. ceteri, in ore etiam pc. notatum eſt. Conf. ad I. 22, 18.

Pronomen adjectum habes III. 12, 11. *καθήσεις ἀδικαίους αὐτὸν σαυτόν. συμπεριφορὰς* cum Vptoni codice recte agnoscit noster pc. reliqui in mendosum *περιφορὰς* consentiunt. Vide quæ ad titulum capitis notavimus. Cæterum locum hunc simul cum Ench. c. 33, 2, in mente habuerat Stobæus, cum Serm. XXXIII. p. 213. ista scriberet, *λοιπὸν ἐκεῖνο ἔχον, τοῦ μὴ καθίσαι εἰς ἰδιώτας ἰδιωτικάς.*

Ibid. τὸν συνασπιβ. Abest artic. a nostro pc.

Ibid. τῷ ἠσβολωμένῳ. Sic nostri pac. neque aliter debebat pb. in quo est *ἠσβολομένῳ*, levi menda. Vulgo *ἠσβολημένῳ* edd. quod ipsum & Vptonus tenens, nihil ad hoc verbum suo e codice adnotavit. Ego vero præferendam alteram verbi formam putavi; cui, præter codicum nostrorum consensum, analogia favet & aliorum scriptorum usus, H. Stephano in Thes. laudatorum. Nam quod idem Stephanus *ἀσβολάω* etiam reperiri ait, nullum testem præter Hesychium citat; apud quem quidem non *ἀσβολᾶν*, ut ait ille, sed *ἀσβολᾶν* legitur, quod perinde ex *ἀσβολωθῆν* & ex *ἀσβολῆθεν* corruptum esse potest; quamquam *ἀσβολᾶθεν* & Varinus Phavorinus scripsit, eumdem Hesychii locum respiciens. Vptonus, in Indice, thema *ἀσβολέω* & *ἀσβολόω* statuit, *fuligine inficio.*

Vers. 4. Τί γὰρ ποιήσεις. Τί ἂν ποιήσῃς pc.

Ibid. ἂν περὶ μονομάχων λαλῇ. Vulgo omnes *λαλῇς*. Monuit autem VPTONVS: „Potius *λαλῇ*, ut infra *σκώπτῃ*, &c. Ita autem Horat. Sat. II. 6, 44.

— — *Thrax est Gallina Syro par.*"

— Cui obsequi non dubitavi: nam ista quidem, *ἂν σκώπτῃ. ἂν γελοιάσῃ. ἂν καυσηθίζηται*, necessario ante se *ἂν λαλῇ* in tertia persona requirunt; nisi, tenendo *σ* literam, *η* adjicias, ut fit *λαλήσῃ*. De re confer Enchir. cap. 33, 2.

Ibid. περὶ ἵππων. „Alludit ad factiones aurigarum, Venetam & Prasinam, de quibus factionibus pleni sunt scriptores istius ævi." VPTON. — *περὶ ἱπποδρομιῶν* dicit in Enchirid. loco cit.

Ibid. ἂν καυσηθίζηται. Satis vulgata nomina, *καυσήθης, καυσήθεια.* Verbum *καυσηθίζομαι* vix usquam occurrit; nisi quod *καυσηθιστέον* afferri ait H. Stephanus pro *deprovocandum est.* Favet autem analogia: sicut enim

enim κακοηθίζομαι est κακόηθης fum, sic κακοηθίζομαι, sum κακοήθης. Ceterum κακοηθίζηται in medio genere opportune dederunt codices noſtri pab. pro activo κακοηθίζῃ, quod h. l. vulgatum erat, quod iſta notione reſpuit analogia. Codex pc. qui in κακοηθίζῃ h. l. cum vulgatis conſentit, paulo ſuperius σκώπτης habet pro σκώπτῃ, in γελοιάζῃ vero nihil mutat.

Verſ. 5. εἶχε Σωκράτης δύναμιν. εἶχε δύναμιν Σωκράτης pc. De re conferre Vptonus juſſit II. 12, 14 ſq.

Ibid. ἐν πάσῃ συμπεριφορᾷ. Sicut paulo ante capite truncaverant hoc vocabulum librarii, ſic hoc loco media parte reſecta συμφορᾷ dabant, quam in mutilam formam cum editis ante Vptonum conſentiunt codices noſtri. Monuerat WOLFIVS: „συμπεριφορᾷ fortaſſe.“ — Et ſic recte edidit Vptonus, neſcio an conſentiente ſuo codice, cujus nullam hic quidem mentionem fecit. Eamdem emendationem Meibomius commendaverat.

Ibid. ἄγειν ἐπὶ τὸ αὑτοῦ. Revocavi αὑτοῦ ex ſuperioribus editis, quibuscum facit noſter pa. Tacite pro ſuo more αὐτοῦ edidit Vptonus, cui hoc quidem loco favent noſtri pbc. Sed a recentioribus maxime librariis, & frequentius etiam a ſolis editoribus, invectum eſſe iſtum morem, ſæpius obſervavimus.

Verſ. 7. σιωπᾶναι. „M. Antonin. V. 3. μὴ σιωπᾶναι. Vbi vide Gatakerum.“ VPTON.

Ibid. τοὺς προτεταγμένους. Intellige λόγους. Ellipſis ſatis familiaris.

Ibid. ἄνω κάτω θρυλλεῖται. ἄνω καὶ κάτω pb. Non male; conf. II. 17, 2. ſed nihil refert.

Verſ. 8. ἐνλειπτον τὸ δόγμα. „Deſunt hæc verba τὸ δόγμα in noſtro codice.“ VPTON. — Ignorat eadem noſter pb. ſed cum vulgatis agnoſcunt ea reliqui duo.

Verſ. 9. πρὸς ἀσφάλειαν. εἰς ἀσφ. pb. quod vulgato propemodum prætulerim.

Ibid. εἴ τινα ἐν τῇ σχολῇ ἐγγράφατε. Si vera eſt hæc ſcriptura, in quam cum vulgatis conſentit noſter pa. & Vptoni codex, (e quo certe nihil in contrarium protulit hic Editor) ſubintelligendum videtur εἰς τὰς ψυχὰς ὑμῶν, *ſi qua animis veſtris* (ut in verſione poſui) *inſcribitis;* nam de ὑπολήψεσι agitur, non de notulis chartulæ inſcriptis. At noſtri pbc. ἐγράφατε habent, id eſt, *ſi qua in commentariolis veſtris adnota-*

admotaviſtis; quod minus commodum videtur. Sed fortaſſe *ἐνεγράφετε* hi debuerant. Ipſum vero *ἐγράφετε* ex conject. commendaverat Salmaſius, ita omnino ſcribendum cenſens.

Verſ. 10. *κρίνας τὰς ὑπολήψεις. τὰς ὑπολήψεις κρίνας* pb. quod minus placet.

Verſ. 11. *τῶν πατρίδων συμβουλεύοντων ἀποχωρεῖν.* „De *peregrinatione Philoſophorum* diximus ſupra ad I. 4, 21. ad quam peregrinationem paſſim alludit Epictetus. Cic. Tuſc. Diſp. IV. 19. *Ultimas terras luſtraſſe Pythagoram, Democritum, Platonem accepimus: ubi enim quid eſſet quod diſci poſſet, eo veniendum judicaverant.* Vide & lib. V. 37. & de Fin. V. 19. Hujus moris meminit Herodotus, *τῆς τολλῆς θεωρίας ἕνεκεν.* Et respexit Lucianus in Somno, p. 6. [in Somnio, cap. 7. p. 10. T. I. ed. Hemſterh.] *Καὶ οὕτως ἄτα ἐπὶ τὴν ἀλλοδαπὴν, τὴν πατρίδα καὶ τοὺς οἰκείους καταλιπών. Οὐδὲ ἐπὶ λόγοις ἐπαινέσουσί σε πάντες. Nec patria tuisque relictis in terras alienas abibis; neque ob orationem laudabunt te omnes. Οὐδὲ ἐπὶ λόγοις ἐπ.* Mancam eſſe ſententiam, non tantum ratio, ſed codicum varietas oſtendit: addenda ſunt, ut videtur, hæc verba, *ἀλλ' ἐπὶ ἔργοις.*" VPTON. — Equidem Hemſterhuſio adſentior, nihil in iſto Luciani loco ad ſententiæ integritatem magnopere deſiderari.

Ibid. *Ἰδὲ ὃ θεῖνε φιλοσοφεῖ.* „Vide Enchirid. cap. 22. in initio." VPTON. Conf. III. 15, 11.

Ibid. *ὁ τοῖος καὶ ὁ τοῖος. ὃ τοιοῦτος καὶ ὁ τοιοῦτος* pb. ex gloſſemate.

Verſ. 12. *Οὕτω καὶ οἱ ἰατροὶ &c.* „Id præcipit faciendum Hippocrates in Epid. lib. VI." SCHEGKIVS.

Verſ. 13. *καὶ ἐναθλεῖτε αὐταῖς.* Copulam *καὶ* ignorant tres noſtri codices, ſine damno ſententiæ. *ἐναθλεῖτε αὐταῖς* vertebant *in eis ſtrenue laborate.* Commodius putavi, *in eis ſtrenue vos exercete*, vel *exercemini*; nam ad *exercitationem* maxime pertinet verbum *ἀθλεῖν.* conf. III. 22, 57. Compoſitum *ἐναθλεῖν* inobſervatum præterierunt Lexicographi; niſi huc ſpectat corruptum illud *ἐναθλόω* apud Heſych. ubi vide Interpretes. *αὐτοὺς*, pro *αὐταῖς*, habet noſter pc.

Verſ. 15. *πῶς χρῶμαι ταῖς φαντασίαις;* „Vide II. 23, 42." VPTON. — Interrogandi ſigna poſt *φαντα-*

φαντασίαις, post φύσιν, & deinceps posui, pro nudis punctis aut incisis, quæ ibi vulgo ponebantur; & post παρατήρησις, ubi alii vel nullam distinctionem vel nudum incisum posuerant, minori puncto distinxi orationem. Commodius enim omnes istæ sententiolæ pro interrogationibus accipiuntur, quam pro obliqua oratione, pendente a nomine παρατήρησις.

Ibid. πῶς ἀποκρίνομαι πρὸς αὐτάς; — „Ita Horat. Sat. II. 7, 85. *Respondere cupidinibus.*" VPTON. — Quid dicat Epictetus *respondere visis*, intelliges ex III. 8, 1 sqq. ἀποκρινεῖσθαι est in pb. parum commode.

Ibid. ἐπιλέγω τοῖς ἀπροαυρ. Malebat Vptonus, πῶς ἐπιλέγω. Sed perbene habet vulgata scriptura.

Vers. 16. εἰ γὰρ μή πω οὕτως ἔχετε. Vulgo edd. omnes εἰ γὰρ μή πως. Vbi WOLFIVS: „Lego μή πω." — Et VPTONVS: „Recte; & sic noster codex." — Quare hoc recepi, quod & e nostris dedit pb. Mox, pro ἔχετε, perperam est ἔχητε in edit. Vpt. casu nescio, an consilio. Veram scripturam equidem e superioribus editis revocavi, cum quibus codices nostri consentiant omnes.

CAPVT XVII.

Vers. 1. κατὰ λόγον. κατὰ τὸν λόγον pb.

Vers. 2. ὅτι κολακεύει. „Cæteri codices, nostro excepto, ὃ κολακεύει." VPTON. — In ὃ consentiunt nostri pab. quod ferri utcumque posset, intelligendo κατ' ὅ. Tertius pc. ᾗ κολακεύει habet, quod ex ᾗ corruptum videri potest. ᾧ pro olim vulgato ὃ suaserat Meibom.

Vers. 3. ἀλλ' ὅπου σὺ κρείττων. Vulgo, consentiente Vptono, edebatur: ἀλλ' ὅπου κρεῖττον, ἐκεῖ σαυτὸν εὑρήσεις πλέον ἔχουσα. Vbi VPTONVS: „Constructio est, inquit: ἀλλ' ὅπου κρεῖττον πλέον ἔχειν, ἐκεῖ σαυτὸν εὑρήσεις πλέον ἔχουσα." — At id quidem sententiæ ac ratiocinationi Epicteti adversatur, quæ ex tota disputatione satis intelligitur. Quodli utique tenenda esset vulgata, equidem sic acciperem: ἀλλ' ὅπου εὑρήσεις σε κρεῖττον ἔχουσα, ἐκεῖ &c. Sed difficultatem solverunt nostri codices, qui in κρεῖττον, pro olim vulgato κρεῖττου, consentiunt omnes. Tum pc. insuper præmittit pronomen σὺ, quod in ceteris absorptum est a terminatione ου vocis præcedentis ἔχου. Sic omnia plana; & liquido procedit

procedit oratio. conf. vſ. 6. Simulque in lectionibus codicis illius pc. hoc tenendum, ſi quid ille bonae frugis offert, non deberi illud librarii ingenio, ſed ex antiquo optimae notae libro eſſe derivatum.

Verſ. 4. *ὅτι Φιλόστοργος εὐτυχεῖ.* „*Philoſtorgum* proprium nomen eſſe puto improbi hominis & fortunati.“ WOLFIVS. — Temere *ἀτυχεῖ*, pro *εὐτυχεῖ*, notatum eſt in ora ed. Baſ. ex parum felici conjectura editoris, cui nempe Schegkius praeiverat, hunc locum ita interpretans: *cuidam ego, cum iniquius ferret, propter inmanitatem erga ſuos, ſuam minus eſſe fecundam fortunam, dixi* &c.

Ibid. *Ἤθελες ἐν σὺ κατὰ Σούρα κωμῳδεῖσθαι.* Ante Vptonum, inde a Baſileenſi edit. *κατὰ Σούρα* vulgatum erat. Hinc: „Forte *κατὰ Σούραν*, *inſtar* ſeu *more Suræ*. Flagitioſum aliquem hominem fuiſſe apparet. Si *κατὰ Σούρα* legeretur, Philoſtorgum Suræ ſcortum fuiſſe, & eo nefario ſcelere ditatum putarem. Et hanc conjecturam in vertendo ſecutus ſum.“ WOLFIVS. — „Noſter codex *κατὰ Σούρα*, uti codex Ven. Salmant. & ms. Par. Editio Baſ. *κατὰ Σούρα*. Eſtne autem hic ille *Palſurius Sura*, de quo Juvenal. Sat. IV. 53. Martial. in Epigramm. Suetonius in Domit. & paſſim alii?“ VPTON. — In *κατὰ* conſentiunt tres Pariſini; *κατὰ* per meram editoris Baſil. negligentiam in contextum irrepſerat.

Verſ. 6. *νόμος οὗτος Φυσικὸς· Τὸν κρείσσονα &c.* „Vide I. 29, 13.“ VPTON.

Verſ. 7. *Ἂν τις σου κινδύνευσεν.* „Repoſui *σοῦ* ex noſtro codice.“ VPTON. — Idem pronomen, quo carent alii, agnoſcit noſter pc.

Ibid. *ἡ γυνή μου. ἡ γυνή μου* pc. perperam.

Ibid. *Ἄλλο τὸν οὐδέν.* Ignorant *οὖν* pab. & nullo incommodo abeſſe poterat.

Verſ. 8. Verba uncis incluſa, quae abſunt vulgo ab editis & ſcriptis omnibus, adjeci ſuadente VPTONO; qui — „Multa, ait, in his Diſſertationibus propter repetitionem ſententiae omiſit librarius, uti in hoc loco. Repone itaque: *Ὁ πατήρ μου οὐδὲν ἄλλο σοι. Τί δοκεῖ τοῦτο; λέγει*, &c.“ — Eadem verba inſeruerat jam Gatak. ad Anton. VIII. 49. De re confer Noſtrum III. 8, 1—5.

Ibid.

Ibid. τοῦτο ἔρχεσθαι &c. Acute & perconmode Gataker. l. c. *τί τοῦτο* scribendum censuit. Ac potuerat hæc ne *τί* a præcedente verbo *ἐστὶ* facile absorberi.

CAPVT XVIII.

Vers. 2. *ὅτι κακῶς ἀπήλαυσε.* Perperam *ὅτι κακῶς πα.* Idem mox deinde in *κακῶς* cum aliis consentit. Quod ad rem spectat: si quis forte miratur, quid sit quod Epictetus dicat, *neminem mihi nuntiare posse, male me sensisse*; mentem philosophi sic accipiat. Potest quidem nunciare mihi aliquis, aliter rem quampiam cecidisse atque ego putaveram; meam igitur opinionem, meam *ὑπόληψιν*, fuisse falsam. At, si temere ego mihi persuasissem aliquid, mea id fuerit culpa, quod id, quod non perceptum habebam, pro percepto certoque sumserim. Is ergo nancius non nanciat mihi aliquod malum quod extrinsecus mihi acciderit; (nullum enim malum, vere nominatum, accidere homini extrinsecus potest;) sed poterit mihi potius occasio esse veri boni, admonendo me meæ temeritatis & in judicando levitatis, adeoque excitando me ad meliorem visorum meorum & omnino virium mentis meæ usum.

Vers. 3. *στρογγύλην. στρογγύλον* pac. quemadmodum in Enchirid. c. 18. vulgo scriptum legitur. Sed in his Dissert. in alteram formam, *στρογγύλον*, consentire fere solent libri. conf. III. 22, 106. Sic & *γραμματείδιον*, & *λαξείδιον*, & hujusmodi alia, ut notavit Heynius ad Enchir. De re vero, quæ hic agitur, juvabit contulisse ipsum illud Enchiridii caput.

Vers. 3 & 4. *ἀσύθης, οὐκ ἐπὶ σέ. Ἀλλ' ὁ κριτὴς &c.* „Hoc modo legit noster codex: cæteri *ἀσύθης, οὐκ ἐπὶ σέ. Οὐκοῦν ἀλλ' ὁ κριτὴς.* Mutarem hic ordinem verborum: *Nuntiatum fuerit nempe patrem nescio quid moliri. Contra quem? num contra tuam ipsius voluntatem? Nequaquam. At contra corpusculum, contra possessiunculam. Ergone contra te? salvus evasisti. Ἀλλ' ἐπὶ τὸ σωμάτιον, ἐπὶ τὸ κτησίδιον. Οὐκοῦν ἐπὶ σέ; ἀσύθης.*" VPTON. — Particulam *οὐκοῦν* cum Vptoni codice ignorat noster pb. ac sane importuna erat hoc loco. Neque vero cauſſam ullam video, præcedenti orationi eam particulam inferendi, aut verborum seriem ibi mutandi. Fortasse *οὐκοῦν* imperite e margine huc translatum est ab aliquo librario, cum ibi notatum esset *οὐκ*

οὖν, vel ὄνασον, quo significaretur, in alio libro sic fuisse scriptum: ἀφέλησε· εὖγε οὖν ἐπὶ σέ. vel, quod perinde est, ὄνασαι ἐπὶ σέ. quemadmodum a Meibomio etiam adnotatum video. Cæterum intelligi par est, disputationi huic occasionem dedisse nuncium, quem aliquis ex Epicteti auditoribus acceperat, quo ei significatum erat, patrem ejus iniquam & odiosam litem ei coram judice intentasse.

Vers. 4. Περὶ Σωκράτους δ' οὐκ ἀπαφήναιτο οἱ διώκοντες; „Xenoph. Ἀπομνημ. in initio; & Plat. in Apologia. Accusationis formula extat apud Laërtium lib. II. 40." VPTON.

Ibid. τὸ διωκῖνον ἀποφήνασθαι. διωκῖνον, pro διωκῖν, habet pc. quod utcumque ad τοὺς διώκοντας referri possit: at incommodus genitivus casus; & in his verbis non de Socratis judicibus agitur, sed de illo judice, (ὁ κριτὴς, hoc eod. versu, & vi. 7.) apud quem hic homo delatus erat.

Ibid. Τί οὖν ἔτι σοὶ μέλει; Olim ἔτι σοι. Vbi: „Fortassis ἔτι." WOLFIVS. — Eamdem emendationem commendaverat Meibom. Et sic suo e codice edidit Vptonus, cui adstipulatur noster pc. Pariterque ἔτι inter lineas notatur in pb. De re confer II. 13, 18.

Vers. 5. ὃ ἂν μὴ ἐκπληρώσῃ. Sic recte Vptonus suo e codice, consentientibus tribus nostris. Temere ὃ ἂν μὴ, ἢ πλήρωσῃ ed. Ven. quod in μὴ οἱ πλ. mutarunt sequentes editores, Meibomius vero in μὴ σοὶ πλ. mutandum censuerat. Veram scripturam conjectura jam præceperat Shaftesburiensis.

Ibid. ἀπώλεσε τὸν πατέρα. „Vide II. 10, 14 sqq." VPTON.

Ibid. Ἄλλο μηδὲν ζήτει τούτου ἕνεκα αὐτὸν ἀπολέσθαι. „Fortassis, ἄλλο μηδὲν οἷον (vel ἧττον) τούτου ἕνεκα αὐτὸν ἀπολέσαι." WOLFIVS. — „Ne quæras, an ille hanc ob causam aliud quidquam perdiderit." VPTON. — Vptoni interpretationi haud dubie obstat grammatica ratio, quæ post verbum ζητεῖν, ista notione accipiendum, necessario particulam εἰ vel πότερον desiderabat. Sub contextu idem Vptonus Wolfii versionem tenuerat, quæ ad conjecturam, quam in adjecta adnotatione ille declaravit, adcommodata est: *nihil eum aliud, ea quidem de causa, perdidisse existimato.* Vbi quod ἀπολέσαι

σαι pro ἀπολέσθαι voluit, (in quo suffragantem etiam Salmasium habet,) parum absum ut adsentiar; nisi forte aoristus secundus verbi medii eandem vim habet ac aoristus primus activi; quemadmodum fere (alia quidem, quam quæ hic obtinet, notione) apud Homerum μῆνις οὐλομένη active pro ὀλέθρια accipi solet. Sed verbum ζητεῖν non debuit solicitari; quod cum accusativo & infinitivo constructum, velle, cupere, postulare significat, & idem fere ac θέλειν valet; quemadmodum in illo, Ench. cap. 8. Μὴ ζήτει τὰ γινόμενα γίνεσθαι ὡς θέλεις· ἀλλὰ θέλε (γίνεσθαι) τὰ γινόμενα ὡς γίνεται. Est ergo μὴ ζήτει, noli, ne cupias, ne postula. Quod si, quæ mox sequuntur, cum hisce verbis & cum superioribus conferamus, intelligi videtur, auditorem eum, ad quem hæc disserit Epictetus, iratum patri ob intentatam litem & ob crimen falso sibi objectum, ejusmodi defensionem caussæ suæ esse meditatum, ut, non contentus sese ab objecto crimine purgasse, gravem insuper maledictam voluerit patri a judice infligi. Cujus hominis iram moderari studet Philosophus, eumque docere, quid in ea re officii ratio postulet. Post ἄλλο conjunctionem δὲ interserit codex pc. haud sane incommode; quamquam nec ægre ea caremus. Ipsum ἄλλο h. l. in ἀλλὰ mutatum voluerat Meibom.

Vers. 7. ἀλλὰ κέκαλυφ τὰ ἴσα κινδυνεύεται. Cæteri vulgo κέκαλῦφος. Sed WOLFIVM probavi, morientem: „Malim κέκαλυφ." — Cujus conjecturam firmat noster codex pc. Idque usus postulabat: vide III. 22, 36. IV. 8, 18.

Ibid. Τί οὖν ἔτι φοβῇ, τί ἀκαίνος κρίνει. Recte κρίνει codex noster pa. & ita in pb. quoque a prima manu fuerat, mutatum deinde in κρίνῃ, quod vulgo hic expressum erat. In hujusmodi connexione, latini sermonis usus subjunctivum modum postulat, græcorum usus indicativum præfert.

Ibid. τί σοὶ καὶ ἀλλοτρίῳ κακῷ. Conf. II. 13, 28.

Vers. 8. κριθῆναι δ', ἢ μὴ κριθῆναι. Vptonus cum Wolfio: *judicium vero de te fieri aut non fieri.* Et hæc quidem utique notione verbum κρίνειν a κατακρίνειν differte distinguitur apud Nostrum I. 1, 28 & 30. Sed hic, ubi opponuntur κριθῆναι & μὴ κριθῆναι, manifestum videtur, *condemnandi* notione (quemadmodum passim in Novi Testamenti libris) accipiendum hoc verbum,

bem, quam in repetiore posui; respiciturque ad id quod supra dixit, vs. 4. ἀλλ' ὁ πρῶτος ἀναφαίνεται ὅτι ἀσέβημας. Cui non obstat, quod paulo ante (vs. 7.) idem verbum consueta notione usurpatur, & paulo post (vs. 9.) ipsum verbum καταφαίνειν ponitur.

Vers. 9. Μᾶλλον σε καταχρυσοῦν ἐδίκασε. Ἄδηλον. „Locus haud dubie corruptus. Respexisse arbitror Epictetum ad ea, quæ Apollodoro festive dixit Socrates, ægre ferenti eum injuste periturum: *Tune*, inquit, *carissime Apollodore, videre me malles juste quam injuste occisi?* Vide Xenoph. in Apolog. [sect. 28.] Forsan itaque legendum: Μᾶλλον σε καταχρυσοῦν ἐδίκασε. Ἄδηλον, μᾶλλον δὲ ἔμοιγε δῆλον." VPTON. — Ego in vulgata scriptura, in quam consentiunt libri, nihil desideravi: & quod si quid desideraretur, non eo equidem confugerem, unde Vptonus medicinam quærendam putavit. Bene Wolfius: *ob id ipsum miser est.* Nempe, sicut modo dixerat Epictetus, Αὐτὸς ὄφεται, & paulo ante, Τί γὰρ καὶ τῷ ἀλλοτρίῳ κακῷ, sic satis intelligitur, quænam sit h. l. vis vocabuli ἄδηλος, abrupte positi; nempe, Αὐτὸς ἄδηλος· οὐ σύ.

CAPVT XIX.

TIT. Τίς, στάσις βιώτου &c. Στάσις idem fere ac χαρακτήρ, Enchir. c. 48, 1. cf. III. 15, 13.

Vers. 1. Ἡ πρώτη διαφορὰ βιώτου καὶ φιλοσόφου. „Vide supra, III. 5, 4. & confer Ench. cap. 5. in fin. & cap. 48." VPTON. — Prima vocula, Ἡ, deficitur in pc.

Vers. 2. οὐδὲν δύνασαι παλαῖσαι. οὐδὲ ἓν. pac. male, quia sequitur ἀπροαίρετον, in quod illi consentiunt.

Vers. 3. Ἂν μὲν οὖν. Particulam μὲν, quam ignorant alii, recepi ex cod. pc.

Ibid. ὅσ' ὅταν. ὃς ὅταν idem pc. minus commode.

Ibid. ἑαυτοὺς αἰτιᾶσθαι. Sic pb. αὐτοὺς editi ante Vpt. & pa. αὐτοὺς ed. Vpt. & pc.

Ibid. ἐμοῦνον ὑμῖν φαίνεσθαι τοὺς θεούς. Articulum τοὺς, quo carent cæteri, opportune dedit pc. Ceterum notandus hic locus, ad illustrandam ellipticam locutionem, Nostro familiarem, de qua dictum ad III. 1, 35. conf. mox cap. 20, 4 & 8. Pro ὑμῖν mendose h. l. ἡμῖν scriptum in pb.

Ibid.

Ibid. ὅτι προσεδέψαμεν. Corrupte vulgo omnes editi scriptique, ὅτι προέμενος. Quodsi & antecedentia, & sequentia contuleris, intelliges haud cunctanter adoptari a nobis debuisse WOLFII emendationem, monentis: „Lego προσεδέψαμεν."

Vers. 4. Εὐδὺς ἐστι ταῖσιν. „Εὐδὺς, exempli gratia. Deinde nota: *Infantes*; πάλιν, ἐν μὲ (vs. 5.) *Adolescentes*; αὐξηθέντας (vs. 6.) *Adulti*." VPTON. — De εὐδὺς vide ad I. 19, 2.

Ibid. οὐχὶ ἡμῖν. οὐχ ἡμῖν pb.

Vers. 5. ἐκ βαλανείου. „Scilicet ἐκβληθέντας, vel μετὰ τὸ βαλανεῖον." WOLFIVS.

Ibid. τὴν ἐπιδυμίαν. „Sic noster codex: alii ἐπιμίαν." VPTON. — In ἐδυμίαν consentiunt nostri: cui vocab. recte alterum Vptonus praetulit.

Ibid. ἀλλὰ τοῦ παιδίου ἡμῶν. „Fortassis ἀλλ' οὐ τοῦ παιδίου ἡμῶν." WOLF. — „Immo sic potius: οὐκ ἀλλὰ τοῦ παιδ." VPTON. — Versionem suam Wolfius ad propositam conjecturam adcommodavit: *Homo, nunquid illi te pædagogum præfecimus, & non filiolo nostro?* Suam conjecturam Vptonus expressit: *Homo, nunquid illi te pædagogum præfecimus? non sane, sed filiolo nostro.* Et in graecis post, κατεστήσαμεν, ubi olim unde inciso distinguebatur oratio, *interrogandi signum* idem Editor posuit; in quo ipso tres nostros codices consentientes habet. At ne sic quidem adjecta particula οὐ opus esse videtur, de cujus ellipsi in hujusmodi connexione, cum aliàs passim, tum ad II. 24, 17. diximus. Prorsus vero omnis tolletur difficultas, si (quod nunc fecimus) absque interrogatione dictionem hanc accipiemus: *Homo; at non illi, sed filiolo nostro pædagogum te præfecimus.* Pro παιδίῳ, παιδαρίῳ, est in nostro pc.

Vers. 6. αὐξηθέντας. Temere αὐξεθέντας ed. Vpt. qui error ibidem in Notis repetitur.

Ibid. ὁ ἀγράμματος. Corrupte vulgo ὁ ἀγραμματικὸς. Perfecte vero WOLFIVS: „Lego ἀγράμματος." Idque ipsum noster cod. pc. in contextu habet; quae sola legitima forma est, in quam consentiunt omnes II. 14, 25. Sic & ἀγραμμάτους II. 9, 10. Mendosum quidem ἀγραμματικὸς, quod habent h. l. ceteri, in aes etiam pc. notatum est. Conf. ad I. 22, 18.

CAPVT XX.

Vers. 2. Οὐδὲν λέγει ἀγαθὸν, τὸ ἡμέραν εἶναι, „An aliquid deest, aut aliud velit ac verba sonant, haud scio. Ego oderit nocte meliorem judico diem, quod ad lucernam incommodius & legō & scribo." WOLFIVS. — „Male accipit." VPTON. — Nempe non de re agitur, sed de Enuncíato. Vulgatissima sunt ista exempla, quibus Dialectici in scholis utebantur, tale de Enunciationibus vel Propositionibus (quas diximus) verba faciebant: *dies est; nox est; bis duo quatuor.*

Vers. 3. ὥστε καὶ περὶ τὸ ψεῦδος αὐτὸ ἀγαθὸν συλλογίσασθαι, τὴν ἐπιστήμην τοῦ ψεύδους εἶναι αὐτό. Vulgo omnes περὶ τὸ ψεῦδος αὐτὸ ἀπάτην συλλογίσασθαι τὴν ἔπιστ. Vbi: „Fortasse ἀπάτην οὖσαν." WOLF. — „Anglice reddidi: *So that concerning Falshood itself, a Deceit might arise of Science being that very Falshood.*" VPTON. — Sub contexta Editor hic Wolfii versionem tenuit; *proinde in ipsius etiam mendacii errore, eam scientiam existere, quâ id esse mendacium intelligatur.* Germanicus interpres ita vertit, tamquam in Graeco esset περὶ τὸ ψεῦδος αὐτὸ καὶ τὴν ἀπάτην συνιστ. τὴν ἔπιστ. *&c.* Quae sive interpretationes sive emendationes si cui faciunt satis, ei equidem non invidebo: mihi ex totius disputationis ratione connexioneque manifestum visum est, vulgatum ἀπάτην ex ἀγαθὸν esse corruptum; quod ipsum, invitis licet libris omnibus, in contextum recipere non dubitavi. Sic liquido prodit ea sententia, quam in versione expressi: *Ita quidem, ut etiam circa ipsum falsum existat bonum aliquod, scilicet cum scimus esse illud falsum.* In codice nostro pc, in quo multa adhuc veteris atque probae scripturae vestigia conservantur, in hac regione verba nonnulla, in quorum numero illud ipsum est de quo modo quaerebamus, per librarii negligentiam praetermissa sunt.

Vers. 4. ὥστε καὶ ἀπὸ νόσου ἔστιν ἀβλαβῶς τὸν Θεὸν σου. Olim τὸν Θεὸν σου. Quae verba sic vertit WOLFIVS: *Licet ergo vel a morbo capere fructum Deo tuo;* monuitque in Notis: „Et in his & in illis quae sequuntur, [vide vs. 8.] *Deus* videtur appellatio *cujusque sanitatis:* ut & Cicero." VPTONVS, postquam τὸν Θεὸν σου correxit, vertitque, *Licet ergo, per Deum, vel a morbo capere fructum;* in Notis sic monuit: „Lege interrogative; haec enim objicit aliquis Epicteto, cum admira-

admonitione: *Licet ne ergo, per Deum, qui e incerto fructum capere?* Jurandi formula per ellipsin, τὸν Θεόν σου. Vide ad III. 1, 35.ª — Et rectissime quidem sic doctus, refragantibus licet libris omnibus, τὸν Θεόν σοι pro mendoso τὸν Θεὸν ἔχου posuit, quemadmodum mox rursus καὶ ἔστιν Θεὸς ἐμοὶ, pro τοὺς Θεοὺς ἐμοὶ, quarum emendationum utramque jam occupaverat Salmasius. Conf. III. 19, 3. Neque vero admodum repugnabo, si quis interrogative verba ista accipiat; quae quidem peraeque positive, ut ajunt, ut ab ipso Epicteto dicta, intelligi posse mihi visa erant.

Ibid. ἀπὸ πηρώσεως, *e mutilatione* vertit Vpt. cum Wolf. *Claudicatem*, ego praetuli, ratus se ipsum ex ipsexisse Epictetum. conf. I, 12, 24. & ibi not.

Vers. 5. Μικρὰ γὰρ ἔοικε ὁ Μενοικεὺς ὀφλεῖν τῷ ἀπείθησαι; „Menoeceus, Thebanus, Creontis filius; de quo sic Apollodorus lib. III. cap. 6. Ἐγένετο δὲ καὶ Κρέοντος ὁ Τερσίλας. οὗτος οὖν Θηβαίοις μαχουμένοις εἶπε, νικήσειν, ἂν Μενοικεὺς ὁ Κρέοντος Ἄρει σφάγιον αὐτὸν ἐνέγκῃ. Τοῦτο ἀκούσας Μενοικεὺς ὁ Κρέοντος ἀνεῖλε πρὸ τῶν πυλῶν ἑαυτόν. Cic. lib. I. Tusc. Quaest. c. 48. *Menoeceus non praetermittitur, qui oraculo edito fortissime est patriae suum sanguinem.* Juvenal. Sat. XIV. vs. 239.

— — — *Amor in te,*
quantus erat patriae Deciorum in pectore; quantus
Hinc Thebas, & Gentia vero, Menoeceus,

Simplicius in Comment. p. 60. [edit. Lugd.] Καὶ ἡδέως ἂν οἱ Μενοικεῖς, καὶ ὅσοι τὸν ὑπὲρ πατρίδος ἀλογοῦσι θάνατον. Forsan pro οἱ Μενοικεῖς legendum οἱ ἀπὸ Μενοικέως vel ὁ Μενοικεύς. Neq; enim hic credo Simplicium pluralem pro singulari usurpare numero, ut Ciceronem, *Brutti* &c. pro *Cicero, Brutus*, &c.

Ibid. τοιαῦτά τις εἶπεν, ὠφελήθαι οἷς ἐκεῖνος ὠφελήθη; „Fortasse legendum, τοιαῦτά τις ἐν ἑαυτῷ ὠφελήθαι, οἷς ἐκεῖνος ἔσχε, ut sint adversativa verba. ἐν ἑαυτῷ, verba Epicteti. WOLFIVS. — Ad eam rationem verborum suam accommodaverat hic interpres, quam & Vptonus tenuit: *Nunquid fructum ejus institutus, fructum ex eo reperit?* In Nostris vero, idem VPTONVS: „Sic (ait) interpretare? *Fieri potest, cum, qui* [talia] *audiit*, (nempe vitam, luctatem, &c. esse bona, mortem, morbum, &c. esse mala) *tales fructus capere, quales ille Menoeceus?*“ — Poterunt forsan etiam vim-

quo interrogatione, ironice quodam modo dicta haec intelligi: *Hoc qui dicit, frustur is modo tali fraude, qualem ille percepit!*

Vers. 6. ἐπιζήσας δὲ, οὐκ ἀτύλλου ταῦτα πάσχα. „οὐκ ἂν ἀτύλλου. Sic lege." VPTON. Seo atque loco & percommode hic staret ἂν particula; at haud necessario eam in tali connexione requiri, pluribus exemplis docui ad Polyb. l. 1. Tom. V. p. 115. Quare eam hic, reclamantibus libris omnibus, intrudere in contextum nolui.

Ibid. τὸν δεῖλον οὐκ ἀναλάμβανε. Sic noster cod. pb. quod verum judicavi. Caeteri omnes οὐκ ἂν ἀνελάμβανε. Praestabat h. l. compositum verbum simplici; quod si vero particula ἂν fuisset opus, supra ad ἀτύλλου commodior ei fuerat locus; sed vide Adnot. praeced.

Ibid. ἀγωνῇ, ἀγωνῇ pab.

Ibid. δοκεῖ σοι. δοκεῖ μοι pc. perperam.

Vers. 7. ἀλλ' ὁ τῷ Ἀδμήτου παιδὶ &c. „Vide II. III. 11. ζήσας autem ex nostro codice habes pro ζήσαι." VPTON. — In ζήσας (pro mendoso ζήσαι vel ζῆσαι, quod ante Vptonum erat editum) consentiunt nostri codices mssti, & sic correxerat etiam Salmas. Articulum τοῦ ad Ἀδμήτου praetermisit pc. non male.

Ibid. ἀγωνῶ. ἀγωνῶ pa.

Vers. 8. Πεπύσεσθε, τοὺς θεοὺς ὑμῶν, τοὺς ὄντως δαιμονίζοντες. Cum τοὺς θεοὺς ὑμῶν & τοὺς ὄντως olim ingeniose notavit WOLFIUS: „τοὺς ὕλας, scil. ὄντας, qui dii inferi constant e materia. Verum hominis Deum mentem vocat, [cf. ad vs. 4.] Deos vero vulgi, corpus & divitias. Sicut & D. Paulus τὴν φιλαργυρίαν, εἰδωλολατρείαν appellat." — „Τοὺς ὕλας. Fortasse τοὺς, ut lib. I. cap. 29. initio. Nam certe hic legendum est πεύσεσθε τοὺς θεοὺς ὑμῶν, non ὑμῶν. Vide Gatak. ad Anton. VII. 17." CORNELIUS HARTESIVS. — „Optime vir nobilis. Vide jurandi formulam ad III. 1, 35. & de loci sensu ad I. 29, 3. τοὺς ὕλας, pro τοὺς ὕλας ex nostro habes codice." VPTON. — In τὰς ὕλας consentiunt nostri libri tres; sed & in mendosum ὑμῶν, quod perspecte correxit Vptonus. cf. supra ad vs. 4.

Vers. 9. Ἀπὸ τούτων. Καὶ ἀπὸ τοῦ λοιδορεῖσθαι; Vulgo absque interrogatione haec efferebantur: Ἀπὸ τούτων. καὶ ἀπὸ λοιδορεῖσθαι. — *Ex omnibus; etiam e*

convicialiorem. Parum interest: sed placuit VPTONVS, in Notis sic scribere jubens, uti edidimus.

Ibid. ὁ προγυμναζόμενος. „De exercitatione athletarum in prosgonibus, & de iis quæ spectant ad eorum progymnasmata & μιλήτας, consule Pet. Fabr. Agon. lib. III. c. XI. ubi hunc Arriani locum laudat. Corrige obiter M. Antonin. VI. 20. πολλὰ παρενθυμώμεθα τῶν οἷον προγυμναζομένων pro προσγυμν." VPTON.

Ibid. καὶ οὗτος ἡμῶν προγυμναστὴς γίνεται. Vulgo καὶ οὗτος scribitur in editionibus omnibus: Wolfius vero in versione καὶ οὗτος expresserat, *etiam hic;* quod in Notis observavit etiam Vptonus, nulla vel adprobationis vel improbationis significatione adjecta. Ego vero id unice verum ratus, jam in exemplo meo οὗτος correxeram, cum in hanc scripturam consentientes tres nostros codices mastos deprehendi. Eamdem & a Gatakero ad Anton. VI. 20. commendatam video.

Vers. 10. Οὔ interrogative Οὐ; scripserat Vptonus, & *Nonne?* verterat. Delendam vero interrogationem monuit in Notis; recte: nempe οὐ ut persæpe aliis ellipticæ ponitur, hac notione, *At vos non ita*, nempe *judicatis* vel *facitis.* cf. vs. 16.

Ibid. τοὺς ὑμῶν καταρτίζων. τοὺς ὑμετέρους male pro solum pa. „τὸ καταρτίζειν athleticum esse verbum, monuit Faber in Agonist. lib. III. c. 10. Vtitur Paulus Apost. in Epist. ad. Corinth. II. cap. ult. vs. 9. & 11." VPTON.

Ibid. Ἄρον (sive Ἆρον scribere malueris, subjecto jota) ὑπὲρ ἀμφοτέρας. Hoc quid sit, fateor, mihi minime liquere. Vertunt vulgo, *tolle utraque manu in altum;* quæ sententia sane in Græcis istis verbis non inest. Quod autem porro sequentia illa, καὶ ὅσον βαρὺ κεφὸς ἐστιν ἐκεῖνος, sic reddunt, *& quanto gravius est pondus,* non tam miror, quam quod a nullo ex omnibus interpretibus notulam ullam adjectam video, qua de integritate græcorum verborum vel dubitatio aliqua significaretur. Consulere quidem VPTONVS Faburum jubet in Agonist. lib. III. c. 7. at. ibi nihil quidquam, quod ad levandas hujus loci difficultates faciat, reperies: id unum, quod huc spectet, monet scriptor ille confusa eruditione horridus, onere ferendo exercitari subinde solitos athletas. Neque Hieron. Mercurialis, (de Re Gymnastica, lib. II. cap. 12.) ad quem Faber ablegat, lucis aliquid hisce tenebris adfudit. Ego in loco desperato

rato nihil mutare fum conatus; tentare emendationem vix audeo. Et illud quidem manifeſtum videtur, niſi in verbis ἕρον ὑπὲρ ἀμφότερας latere extruſum aliquod nomen maſculini generis, pronomen ἐκεῖνος ad ἀλεί πτης eſſe referendum; quam quidem rationem ſequens, illa verba, ὅσον βαρύτερος ἐστιν ἐκεῖνος, cum Germanico interprete ſic reddidi, *quanto eſt ille ſeverior*. Sed quod ſi III. 12, 9. contuleris, fortaſſe haud improbabilis videbitur ſuſpicio, ſuperiora verba in hunc fere modum eſſe refingenda, ἕρον ὑπερον ἀμφοτέραις. Id ſi placet, adjectivum βαρύτερος recte de *gravitate* accipietur, & ad τὸν ὑπερον referetur, nempe ad ingentis molis *piſtillum*, in quo tollendo, geſtando, vibrando exercitabantur athletae. Vtroque genere uſurpatur graecum vocabulum, τὸ ὑπερον, & ὁ ὑπερος.

Ibid. εἰ δέ τις — — γυμνάζει, οὐκ ὠφελεῖται; Sic Vptoni codex & noſter pc. quod praetuli vulgato οὐκ ὠφελοῦμαι; Quod vero delere interrogationem Vptonus juſſit, quam ipſam & iidem & alii libri agnoſcunt, id quidem non neceſſarium putavi.

Verſ. 11. Αὐτῷ — — Αὐτῷ. Sic vett. edd. conſentientibus mſstis; niſi quod poſteriori loco in pb. utroque ſpiritu, cum levi, tum gravi, notata haec vox ſit, altero ex vetere exemplari ducto, altero (nempe gravi) e librarii ingenio; quod ſaepius non in hoc ſolum, ſed & in aliis codicibus factum obſervavimus. Vtrobique Αὐτῷ cum edit. Lond. & partim cum Cant. ſcripſit Vptonus.

Ibid. ἐύγνωμον. εὐγνώμου pb.

Verſ. 12. Τοῦτ' ἔστι τὸ τοῦ Ἑρμοῦ ῥαβδίον. οὐ δόλος, φησὶν, ἄφες, καὶ χρυσοῦν ἔστω. Quamquam non ſum nescius quo ſenſu φησὶν uſurpetur in his Diſſertationibus [vide ad I. 4, 9. I. 17, 25. &c.] tamen hic ego φασὶν, ut ajunt, ut eſt in proverbio. Magna vis *Mercurii virgae aureae* attribuitur. Apud Lucian. Mort. Dial. p. 146. [Dial. 23.] Proteſilaus, virga aurea contactus, in adoleſcentem formoſum convertitur. Dicitur Mercurius apud Homerum [Odyſſ. ε. 87. & ω'. 277.] χρυσόῤῥαπις. VPTON. — Ad rationem a viro docto propoſitam, Cicero de Offic. I. 44. *Quod ſi, ait, omnia nobis, quae ad victum cultumque pertinent, quaſi virgula divina, ut ajunt, ſuppeditarent.* Sed potuit fortaſſe φησὶν ad Deum, qui Midam

dem facultate donavit quicquid contigisset in aurum convertendi, aut ad alium quempiam, cui ex vetusta fama tribuebantur ista verba, referri. Nisi forte & ipsum nomen ἡ παροιμία subintelligi potest.

Ibid. Οὐ ἀλλ' ὃ θέλεις φέρε, &c. „Sic scribe, [Nempe in contextu, Meibomium secutus, Οὐ; sequenti signo interrogandi posuerat, ventrataque *Nonne?* Recte vero jam olim Wolfius: *Non ita.*] Horat. lib. IV. Od. 4.

Duris ut ilex tonsa bipennibus,
per damna, per cædes, ab ipso
ducit opes animumque ferro."

VERNON.

Ibid. τάυτα ταῦτα — — ὠφέλημα ἔσται. Possis ὠφέλιμα suspicari, quod ipsum h. l. habent codices nostri pub. Sed nolim solicitari vulgatum. Familiare & proprium Stoicis illud vocab. ὠφέλημα, *id quod prodest, lucrum, emolumentum.* Vide Cicer. de Fin. III. 10. & 21. Eodem mox, infra vs. 17. utitur Noster.

Vers. 13. Ἵνα σε παιμάσω. „Vide ad I. 6, 37." VERNON. cf. cap. 21, 9.

Ibid. Ἵνα δείξῃ σε ἔργῳ δι' αὐτοῦ, τί ἐστιν ἄνθρωπος &c. „Forte Ἵνα δείξῃ ἔργῳ διὰ τοῦ, τί ἐστιν &c." WOLFIVS. — Si probum est σε, intelligendum erit, *ut te ostendat veluti exemplum, ut tuo exemplo doceat, quid sit homo.* Sed scabrosa utique oratio.

Vers. 14. διατρίψω. „Sic omnes codices quos consului, excepto Basil. qui habet διατρίψω. Legit Salmasius διατρίψω." VRTON. — Ad mendosum διατρίψω, quod operarum errore in editionem Basil. irrepserat, recte notavit WOLFIVS: „διατρίψω lege, a διατρέω." Infelix ista conjectura, διατρίψω, non Salmasii est, sed Meibomii. Opportune in Indice Vrtonus Hesychii glossam citavit: Διατρίψας· λαμπρὸς φανείς.

Ibid. οὐκ εὔχομαι ἀποθανεῖν. *mortem non optabo.* Ferri hoc ita potest, ut in præcedentibus jam significasse intelligatur philosophus, *se mortem non timere*, nunc hoc adjiciat, *se illam nec optare.* Sed prope abfum ut probem lectionem, quæ in ora pb. adnotata est, οὐκ εὔχομαι μὴ ἀποθανεῖν, *non vota Diis faciam ne moriar.*

Vers. 16. Οὐ μὴν i. e. *at tu non ita: sed, cave, ais, ne ægrotes*, &c. conf. ad vs. 10.

Ibid.

Ibid. μὴ λάθῃς τοῦτο φαντασίαν τοῦ τὰ ψεύδη τέρατα εἶναι. „Vide hujus capitis initium.“ UPTON.

Vers. 17. *οὐκ ἀφέλιμα ἔστω.* „Sic codex Bafil. Alii rectius *ἀφέλιμα*.“ UPTON. — *ἀφέλιμα* nusquam ego, nisi in Veneta editione, reperi; id vero minime equidem praetulerim vulgatae scripturae, in quam consentiunt nostri codices. Vide supra ad vs. 12.

Ibid. περὶ ἀναρχίας. „*De vita privati, & magistratu semoti.*“ UPTON. — Nimirum perperam in versione, Wolfium secutus, *de perturbatione status publici* posuerat. Alter usus hujus vocabuli, quo *statum privatum* significat *honoribus carentem*, haud observatus Lexicographis, frequens apud Nostrum. Vide IV. 4, 2 & 23. &c. In eandem sententiam III. 24, 103. sic *πόντος, ἄλμη ἀρχαῖος, νοσοῦσα*.

Vers. 18. *πρὸς τὸ παιδάριον τίλλεται, &c.* Conf. II. 21, 11.

Vers. 19. *Λεσβίῳ.* „*Lesbius*, ex insula Lesbi, servi nomen; vel forsan scurra nescio quis, Epicteto molestus. Sic *Syrus*, *Geta*, nomina servorum ex locis impositis, unde originem duxerunt.“ UPTON. — Possit intelligi homo, conviciis suis & obtrectationibus (cf. vs. 9.) molestus nonnullis ex Epicteti auditoribus; quorum nomine fortasse dicta intelligi debent ista verba; quasi dixisset, *unusquisque vestrum sic secum ipse dicere debebat, Bene sit Lesbio* &c.

CAPUT XXI.

Vers. 1. *Οἱ τὰ θεωρήματα ἀναλαβόντες.* Vulgo omnes, consentientibus libris, *Ὅτι τὰ θεωρήμ.* Sed: — „Lego *Οἱ τὰ*.“ WOLFIUS. — „Recte. In nostro codice deest *τὰ*. Confer autem Enchir. cap. 46, 2.“ UPTON. — Sequioris aevi Scholiastarum, Commentatorum & Compilatorum, hic fere usus est, ut sermonem subinde a particula *Ὅτι* incipiant; significantes partim, *tenendum, observandum hoc esse, quod &c.* partim, *haec scripsisse vel haec verba fecisse auctorem quem prae oculis habebant.* Morem istum ab Arriano in consignandis hisce Epicteti Dissertationibus nusquam aliis observatum videmus; quare lubens pardi doctis viris, *Οἱ* corrigere jubentibus. Obvia ratio est, cur in primis praesertim librorum aut capitum vocibus, quarum priores literas minio pingere solebant, saepius a vero aberraverint librarii.

Articu-

Articulum τὸ cum Vptoni codice ignorat quoque noſter pb.

Ibid. πρῶγμα βλαδαρὸν καὶ ἄβρωτον. Vulgo omnes πρᾶγμα καθαρὸν. Vbi WOLFIVS: „Forteſſis διάθερμον τε.“ VPTONVS vero nil aliud adnotavit, niſi ſic vertiſſe Schegkium: *revera vomitus erit cibus parum adhuc & crudus.* Ego ſtatim, quin corruptum eſſet vocabulum καθαρὸν, minime dubitandum duxi: deinde Heſychii gloſſam conſiderans, Βλαδερά: ἄωρα, μωρὰ, ἀμέλ. id eſt, βλαδερὰ, *immatura, fatua, cruda;* unice convenire huic loco βλαδερὸν, pro mendoſo καθαρὸν, putavi. Literas β & κ ex librariorum errore ſæpe inter ſe permutatas eſſe, monui ad Polyb. I. 37, 9. X. 38, 7. XXI. 11, 1.

Verſ. 3. ἀπ' αὐτῶν ἀναδιδόντων. Conf. I. 9, 18.

Ibid. ὡς οἱ ἀθληταὶ τοὺς ὄμους &c. Conf. I. 4, 13. & ibi notata.

Ibid. καὶ ἔφαγον. „Alludit ad athletarum ἀναγκοφαγίαν. Vide ad III. 15, 3.“ VPTON.

Verſ. 5. σύνοδον. συνοδὸν pc. conf. ad II. 14. 8. Cæteri in vulgatam ſcripturam conſentiunt. Vide ad II. 14, 8. Idem pc. paulo ante, ter ἔυαγμα ſcribit pro ἔυαγμα; quorum neutrum ſpernendum; hoc, indefin. primum medii; illud, indef. 2. activi.

Verſ. 6. ἴν' ἴδωμαν. ἴν' εἴδωμαν pc. Ferri potuiſſet εἰδῶμεν, ut I. 29, 42.

Ibid. Οὐ· ἀλλ' ἀλλ'. Caret οὐ· pc.

Ibid. σχόλια. Heſych. & Suidas: Σχόλια· ὑπομνήματα. καὶ ἑρμηνεῖαι. Addit Suidas: ἢ ὑπομνήματα, καὶ ἑρμηνεῖαι. Quænam hic dicantur *Scholia*, vide mox vſ. 7 ſq.

Ibid. ζήτει τῶν κατεξαράσεως. „Vide III. 13, 23.“ VPTON.

Verſ. 7. τὴν λέξιν ἀναλύσω. ἀναλύσων exſpectabam, quod malle ſe ſignificavit Vpt. in Ind. ad voc. ἀναλύω. Sed in vulgatum conſentiunt libri; & ferendum id videtur, quemadmodum *ſyllogiſmos & ſophismata* ἀναλύειν pariter atque ἀναλύειν dicunt Græci. Vide Sext. Empir. Pyrrh. lib. II. ſect. 229. & 236 ſqq.

Ibid. καθαρώτατα. Sic recte vett. editt. cum mſſtis; quemadmodum & corrigere Vptonus juſſit, poſtquam καθαρώτατα temere irrepſit in poſteriores editiones.

Ibid.

bum, quam in repetione posui; respicitorque ad id quod supra dixit, vs. 4. ἀλλ' ὁ κριτὴς ἀναφαίνεται ὅτι ἀσέβημας. Cui non obstat, quod paulo ante (vs. 7.) idem verbum consueta notione usurpatur, & paulo post (vs. 9.) ipsum verbum καταφρονεῖν ponitur.

Vers. 9. Μᾶλλον οὖν καταφρονεῖν ἐδίκασε. Ἄθλιος. „Locus haud dubie corruptus. Respexisse arbitror Epictetum ad ea, quae Apollodoro festive dixit Socrates, aegre ferenti eum injuste periturum: *Tune*, inquit, *carissime Apollodore, videre me malles juste quam injuste vocari?* Vide Xenoph. in Apolog. [sect. 28.] Forsan itaque legendum: Μᾶλλον οὖν καταφρονεῖν ἐδίκασε. Ἄθλιε, μᾶλλον δὲ ἄβουλον ἄνθρωπε." VPTON. — Ego in vulgata scriptura, in quam consentiunt libri, nihil desideravi: &, quod si quid desideraretur, non eo equidem confugerem, unde Vptonus medicinam quaerendam putavit. Bene Wolfius: *ob id ipsum miser est.* Nempe, sicut modo dixerat Epictetus, Αὐτὸς ἑαυτὸν, & paulo ante, Τί γὰρ καὶ τῷ ἀλλοτρίῳ κακῷ, sic satis intelligitur, quaenam sit h. l. vis vocabuli ἄθλιος, abrupte positi; nempe, Αὐτὸς ἄθλιος· οὐ σύ.

CAPVT XIX.

TIT. Τίς στάσις ἰδιώτου &c. Στάσις idem fere ac χαρακτὴρ, Enchir. c. 48, 1. cf. III. 15, 13.

Vers. 1. Ἡ πρώτη διαφορὰ ἰδιώτου καὶ φιλοσόφου. „Vide supra, III. 5, 4. & confer Ench. cap. 5. in fin. & cap. 48." VPTON. — Prima vocula, Ἡ, desideratur in pc.

Vers. 2. οὐδὲν δύνασαι κωλῦσαι. οὐδεὶς ὄν. pac. male, quia sequitur ἀπροαίρετον, in quod illi consentiunt.

Vers. 3. Ἂν μὲν οὖν. Particulam μὲν, quam ignorant alii, recepi ex cod. pc.

Ibid. ὡσὰν ὅταν. ὡς ὅταν idem pc. minus commode.

Ibid. ἑαυτοὺς αἰτιᾶσθαι. Sic pb. αὐτοὺς editi ante Vpt. & pa. αὐτοὺς ed. Vpt. & pc.

Ibid. ἡμῖν ὑμῖν φαίνεσθε τοὺς θεούς. Articulum τοὺς, quo carent caeteri, opportune dedit pe. Ceterum notandus hic locus, ad illustrandam ellipticam locutionem, Nostro familiarem, de qua dictum ad III. 1, 35. conf. mox cap. 20, 4 & 8. Pro ὑμῖν mendose h. l. ἡμῖν scriptum in pb.

Ibid.

Ibid. ὅτι προσκέψαμεν. Corrupte vulgo omnes editi scriptique, ὅτι προέκρψε. Quodsi & antecedentia, & sequentia contuleris, intelliges haud cunctanter adoptari a nobis debuisse WOLFII emendationem, monentis: „Lego προσκέψαμεν."

Vers. 4. Εἰδὺς ὅτι ἀτέλων. „Εἰδὺς, exempli gratia. Deinde nota: *Infantes*; πάλιν, ἐν μὴ (vs. 5.) *Adolescentes*; ἀνδρόνιας (vs. 6.) *Adulti*." VPTON. — De εἰδὺς vide ad L. 19, 2.

Ibid. οὐχὶ ἡμῖν. οὐχ ἡμῖν pb.

Vers. 5. ἐκ βαλανείου. „Scilicet ἀναλθόντας, vel μετὰ τὸ βαλανεῖον." WOLFIVS.

Ibid. τὴν ἐπιδυμίαν. „Sic noster codex: alii ἀδυμίαν." VPTON. — In ἀδυμίαν consentiunt nostri: cui vocab. recte alterum Vptonus prætulit.

Ibid. ἀλλὰ τοῦ παιδίου ἡμῶν. „Fortassis ἀλλ' οὐ τοῦ παιδίου ἡμῶν." WOLF. — „Immo sic potius: οὐκ ἀλλὰ τοῦ παιδ." VPTON. — Versionem suam Wolfius ad propositam conjecturam adcommodavit: *Homo, nunquid illi te pædagogum præfecimus, & non filiolo nostro?* Suam conjecturam Vptonus expressit: *Homo, nunquid illi te pædagogum præfecimus? non sane, sed filiolo nostro.* Et in græcis post κατεστήσαμεν, ubi olim unde inciso distinguebatur oratio, *interrogandi signum* idem Editor posuit; in quo ipso tres nostros codices consentientes habet. At ne sic quidem adjecta particula οὐ opus esse videtur, de cujus ellipsi in hujusmodi connexione, cum aliàs passim, tum ad Il. 24, 17. diximus. Prorsus vero omnis tolletur difficultas, si (quod nunc fecimus) absque interrogatione dictionem hanc accipiemus: *Homo; at non illi, sed filiolo nostro pædagogum te præfecimus.* Pro παιδίῳ, παιδαρίῳ est in nostro pc.

Vers. 6. αὐξανόντας. Temere ἀυξανόντας ed. Vpt. qui error ibidem in Notis repetitur.

Ibid. ὁ ἀγεράμανος. Corrupte vulgo ὁ ἀγεραμανικὸς. Perspecte vero WOLFIVS: „Lego ἀγεράμανος." Idque ipsum noster cod. pc. in contextu habet; quæ sola legitima forma est, in quam consentiunt omnes Il. 24, 25. Sic & ἀγεραμάνους Il. 9, 10. Mendosum quidem ἀγεραμανικὸς, quod habent h. l. ceteri, in eum etiam pc. notatum est. Conf. ad I. 22, 18.

gatissima notione *aut*. Continuatur ironica oratio, versu superiori cœpta; ad quam indicandam ironiam, interrogandi signum in fine versus posui.

Ibid. *καὶ πάλιν.* Temere *καὶ πάλιν* ed. Bas. Corrigendum monuit Wolfius, & in veram scripturam consentiunt ceteri libri omnes.

Vers. 10. *ὁ κόσμος μία πόλις.* „Vide ad II. 5, 26." VPTON.

Ibid. *περίοδόν τινα αἴνει.* „Vide ad II. 1, 18." IDEM.

Ibid. *παραχώρησιν ἄλλων ἄλλοις.* Temere *ἄλλον* pro *ἄλλων* ed. Bas. quem errorem licet corrigere jusserit Wolfius, tenuere tamen editores Gen. & Col. ubi rursus corrigendum monuit Salmas.

Ibid. *τὰ μὲν μένειν.* Quod *μὲν* pro *μὴν* scribitur in ed. Vpt. id operarum errore factum.

Vers. 11. *πάντα δὲ φίλων μοναὶ, πρῶτον μὲν θεῶν.* „Vide ad III. 13, 15." VPTON.

Vers. 12. *χρεῶν τινων ἀπαιτουσῶν.* Vulgo *ἀπαιτουσῶν* cum pac. quod ferri utcunque potuerat. Sed quoniam *ἀπαιτουσῶν* in suo cod. legi ait Vptonus, cum quo facit noster pb. haud cunctanter id a nobis recipi debuit.

Ibid. *θέας ἄνεσιν.* „Vide ad II. 14, 23." VPTON.

Vers. 13. *Πολλῶν δ' ἀνθρώπων &c.* „Homer. Od. α. 3. Mox *Ἀνθρώπων ὕβριν.* Hom. Od. ρ. 487." VPTON.

Ibid. *ἀφορῶντα.* *ἀφορῶντα* pc.

Vers. 14. *παραχώρησις.* Sic libri omnes. *παραχώρησιν* sola ed. Bas. operarum errore. Mox deinde, pro *ἀπέλιπεν*, temere *ἀπέλιπον* habet sola ed. Gen.

Ibid. *οὐ στένειν, οὐδὲ πεθεῖν.* „Supra vs. 6. de corvis, *μὴ στένουσι, μηδὲ πεθοῦσι.*" VPTON.

Vers. 16. *μέχρι λόγου.* Vide Not. ad tit. cap. 19. lib. II. *μέχρι λαλιᾶς ἀπιτολαίου* ait Stobæus Ecl. Eth. p. 180. extr. ed. Canteri

Ibid. *αὐτοῦ πατέρα.* *αὐτοῦ* sua auctoritate edidit Vpt. Sic tamen habet etiam pb.

Vers. 17. *ἀπέχειν σαὶ πάντα.* „Eodem sensu *ἀπέχειν* ac apud Matthæum cap. 6. *ἀπέχουσι τὸν μισθόν.*" VPTON. — Laudavit hunc Epicteti locum Raphelius ad Epist. ad Philipp. 4, 18. Confer Nostrum, III. 2, 13.

Vers.

Verſ. 18. *ἐπετόνθει πρὸς τὴν γυναῖκα. affectus erat uxoris deſiderio. πάσχειν πρός τι* idem quod *προσπάσχειν τινί*, quod vide in Indice.

Ibid. ἔλαιον ἐπὶ πέτρας καθεζόμενος. „Vide Homer. Od. ε. 408.“ VPTON. — *ἐπὶ πέτρας* ſcripſi cum pbc. *ἐπὶ πέτραις* edd. cum pa.

Ibid. Σὺ δ' Ὀμήρῳ πάντα προσέχεις. Olim *οὐδ' Ὀμήρῳ* edebatur. Vbi: „Fortaſſe *προσέχοις*, ut ſit *ἀποτρεπτικόν*.“ WOLFIVS. Et: „forſan *προσέξεις*.“ MEIBOM. — Vptonus vero ſuo e codice *Σὺ δ' Ὀμήρῳ* correxit, cui adſentitur noſter pc. Eamdemque lect. in ora habet pb.

Verſ. 20. *Ἀλλ' Ὀδυσσεύς.* Perperam *ἀλλ' ὁ Ζεὺς* pb.

Ibid. ἔλαε. Sic h. l. omnes, excepto pa. qui *ἔλαυε* habet, in quod conſentiebant omnes vſ. 18.

Ibid. οὐκ εἰδὼς. ὁ οὐκ εἰδὼς edd. Delevi articulum, ſuadente ratione, & ſic volentibus tribus noſtris codicibus.

Ibid. Verbum *ἐπιλελησμένος* perperam deeſt codd. noſtris pab.

Ibid. ὅτι Φθαρτά. ὅτι τὰ Φθαρτὰ τὰ γεν. pc. male.

Verſ. 21. *Τὸ οὖν τῶν μὴ δυνατῶν ἀφίεσθαι.* Perperam *ἀφίεσθαι* pc. Sed recte idem *Τὸ οὖν*, pro *Τί οὖν*, quod vulgo cum pab. hic legebatur, ubi alii poſt *ἀφίεσθαι* interrogandi ſignum ponebant, Vptonus vero poſt *Τί οὖν*; in quo ei præiverat Salmaſius, qui & *ἠλίθιον*, quod mox habent omnes, in *ἠλιθίου* mutandum cenſuerat, ut conveniret cum *ξένου*, quod ſequitur.

Ibid. ξένου, θεομαχοῦντος. Olim *θεομαχοῦντες* edebatur. Sed: „Lego *ξένου θεομαχοῦντος* (*ὡς μόνον οἶδε τε*) *τοῖς δόγμασι*.“ WOLFIVS. — „Noſter codex & Ms. Par. *θεομαχοῦντος* clare exhibent. Sed ſic potius lege, *ξένου τε θεομαχοῦντος*.“ VPTON. — In *θεομαχοῦντες* conſentiunt tres Pariſienſes codices; idque ante Vptonum in contextum jam receperant editores Cant. & anonymus Lond. Nihil vero opus eſt inſerta *τε* particula: ſed poſt *ξένου* reponendum fuit comma, quod habebant ſuperiores editores, omiſeratque Vptonus. Majorem vim habet aſyndeton: intellexiſſe etiam videtur SALMASIVS, qui, poſtquam *ξένου καὶ θεομαχοῦντος* ſcribere juſſiſſet, adjecit: „ſed hoc *καὶ* omitti poteſt.“ — *ξένος* opponitur *τοῖς πολίταις*, quos dixit vſ. 19. *Cupere ea quæ fieri non poſſunt, hominis eſt, qui hoſpes eſt in hoc mundo; immo vero hominis, qui Deo bellum infert.*

que interrogatione, ironice quodam modo dicta hanc intelligi: *Hoc qui dicit, frustra in modo tali fraxa, qualem ille percipit!*

Vers. 6. ἐπιζήσας δὲ, οὐκ ἀπώλλυε τοῦτο τοῦ ζῆν. „οὐκ ἂν ἀπώλλυε. Sic lege.“ VPTON. Seo atque loco & percommode hic staret ἂν particula; at haud necessario eam in tali connexione requiri, pluribus exemplis docui ad Polyb. I. 1. Tom. V. p. 115. Quare eam hic, refragantibus libris omnibus, intrudere in contextum nolui.

Ibid. τὸν θεὸν οὐκ ἀναλάμβανε. Sic noster cod. pb. quod verum judicavi. Cæteri omnes οὐκ ἂν ἀναλάμβανε. Præstabat h. l. compositum verbum simplici; quod si vero particula ἂν fuisset opus, supra ad ἀπώλλυε commodior ei fuerat locus; sed vide Adnot. præced.

Ibid. ἀγωνίᾳ. ἀγωνῇ pab.

Ibid. δοκεῖ σοι. δοκεῖ μοι pc. perperam.

Vers. 7. ἀλλ' ὁ τῷ Ἀδμήτου παρὼν &c. „Vide II. 11. 1. ζῆσας autem ex nostro codice habes pro ζήσας.“ VPTON. — In ζῆσας (pro mendoso ζήσας vel ζῆσαι, quod ante Vptonum erat editum) consentiunt nostri codices mscti; & sic correxerat etiam Salmas. Articulum τοῦ ad Ἀδμήτου præterniisit pc. non male.

Ibid. ἀγωνῶν. ἀγωνᾶν pa.

Vers. 8. Πειράσθε, τοὺς θεοὺς ὑμῶν, τοὺς ὕλας δαιμονίζοντες. Cum τοὺς θεοὺς ὑμῶν & τοὺς ὕλας olim interpretatur, notavit WOLFIUS: „τοὺς ὕλας, scil. ὄντας, qui dii ligni constant e materia.“ Verum hominis Deum metum vocat [cf. ad vs. 4.] Deos vero vulgi, corpus & divitias. Sicut & D. Paulus τὴν φιλαργυρίαν, εἰδωλολατρείαν appellat.“ — „Τοὺς ὕλας. Fortasse γὰρ, ut lib. I. cap. 20. initio. Nam certe hic legendum est πειράσθε τοὺς θεοὺς ὑμῶν, non ὑμῶν. Vide Gatak. ad Anton. VII. 17.“ GOMES SHARTESBVR. — „Optime vir nobilis. Vide juranti formulam ad III. 1, 35. & de loci sensu ad I. 29, 3. τὰς ὕλας, pro τοὺς ὕλας ex nostro habes codice.“ VPTON. — In τὰς ὕλας consentiunt nostri libri tres; sed & in mendosum ὑμῶν, quod perspecte correxit Vptonus. cf. supra ad vs. 4.

Vers. 9. Ἀπὸ τούτων. Καὶ ἀπὸ τοῦ λοιδορεῖσθε; Vulgo absque interrogatione hæc efferebantur: Ἀπὸ τούτων. καὶ ἀπὸ λοιδορεῖσθε. — *Ex omnibus; etiam e convi-*

convicialiorum. Parum interest: sed placuit VPTONVS, in Notis sic scribere jubens, uti edidimus.

Ibid. ὁ προγυμναζόμενος. „De exercitatione athletarum in prosagonibus, & de iis quæ spectant ad eorum progymnasmata & μελέτας, consule Pet. Fabr. Agon. lib. III. c. XI. ubi hunc Arriani locum laudat. Corrige obiter M. Antonin. VI. 20. πολλὰ παρενθυμώμεθα τῶν οὐκ προγυμναζομένων pro προσγυμν." VPTON.

Ibid. καὶ οὗτος ἡμῶν προγυμναστὴς γίνεται. Vulgo καὶ οὗτος scribitur in editionibus omnibus: Wolfius vero in versione καὶ οὗτος expresserat, *etiam hic;* quod in Notis observavit etiam Vptonus, nulla vel adprobationis vel improbationis significatione adjecta. Ego vero id unice verum ratus, jam in exemplo meo οὗτος correxeram, cum in hanc scripturam consentientes tres nostros codices mastos deprehendi. Eamdem & a Gatakero ad Anton. VI. 20. commendatam video.

Vers. 10. Οὐ interrogative Οὔ; scripserat Vptonus, & *Nonne?* verterat. Delendam vero interrogationem monuit in Notis; recte: nempe οὐ ut persæpe aliàs elliptice ponitur, hac notione, *At vos non ita*, nempe *judicatis* vel *facitis.* cf. vs. 16.

Ibid. τοὺς ὤμους καταρτίζων. τοὺς ὤμους μετὰ soluta pa. „τὸ καταρτίζειν athleticum esse verbum, monuit Faber in Agonist. lib. III. c. 10. Vtitur Paulus Apost. in Epist. ad. Corinth. II. cap. ult. vs. 9. & 11.° VPTON.

Ibid. Ἄρον (sive ἄρον scribere malueris, subjecto jota) ὑπὲρ ἀμφοτέρας. Hoc quid sit, fateor, mihi minime liquere. Vertunt vulgo, *tolle utraque manu in altum;* quæ sententia sane in Græcis istis verbis non inest. Quod autem porro sequentia illa, καὶ ὅσον βαρύτερός ἐστιν ἐκεῖνος, sic reddunt, *& quanto gravius est pondus,* non tam miror, quam quod a nullo ex omnibus interpretibus notulam ullam adjectam video, qua de integritate græcorum verborum vel dubitatio aliqua significaretur. Consulere quidem VPTONVS Fabrum jubet in Agonist. lib. III. c. 7. at ibi nihil quidquam, quod ad levandas hujus loci difficultates faciat, reperies: id unum, quod huc spectet, monet scriptor ille confusa eruditione horridus, onere ferendo exercitari subinde solitos athletas. Neque Hieron. Mercurialis, (de Re Gymnastica, lib. II. cap. 12.) ad quem Faber ablegat, lucis aliquid hisce tenebris adfudit. Ego in loco desperato

rato nihil mutare sum conatus; tentare emendationem vix audeo. Et illud quidem manifestum videtur, nisi in verbis ἕρον ὑπὲρ ἀμφότερας lateat extrusum aliquod nomen masculini generis, pronomen ἐκεῖνος ad ὁ ἀλείπτης esse referendum; quam quidem rationem sequens, illa verba, ὅσον βαρύτερός ἐστιν ἐκεῖνος, cum Germanico interprete sic reddidi, *quanto est ille severior*. Sed quod si III. 12, 9. conferas, fortasse haud improbabilis videbitur suspicio, superiora verba in hunc fere modum esse refingenda, ἕρον ὕτερον ἀμφοτέρας. Id si placet, adjectivum βαρύτερος recte de *gravitate* accipietur, & ad τὸν ὕτερον referetur, hempe ad ingentis molis *pistillum*, in quo tollendo, gestando, vibrando exercitabantur athletae. Vtroque genere usurpatur graecum vocabulum, τὸ ὕτερον, & ὁ ὕτερος.

Ibid. εἰ δέ τις — — γυμνάζει, οὐκ ὠφελεῖ με; Sic Vptoni codex & noster pc. quod praetuli vulgato οὐκ ὠφελοῦμαι; Quod vero delere interrogationem Vptonus jussit, quam ipsam & lidem & alii libri agnoscunt, id quidem non necessarium putavi.

Vers. 11. Αὐτῷ — — Αὐξῷ. Sic vett. edd. consentientibus msstis; nisi quod posteriori loco in pb. utroque spiritu, cum levi, tum gravi, notata haec vox sit, altero ex vetere exemplari ducto, altero (nempe gravi) e librarii ingenio; quod saepius non in hoc solum, sed & in aliis codicibus factum observavimus. Vtrobique Αὐτῷ cum edit. Lond. & partim cum Cant. scripsit Vptonus.

Ibid. εὐγνωμον. εὐγνώμον pb.

Vers. 12. Τοῦτ' ἔστι τὸ τοῦ Ἑρμοῦ ῥαβδίον. ἐν θέλαις, φησὶν, ἄφαι, καὶ χρυσοῦν ἔστω. Quamquam non sum nescius, quo sensu φησὶν usurpatur in his Dissertationibus [vide ad I. 4, 9. I. 17, 25. &c.] tamen hic loco φασὶν, *ut ajunt*, *ut est in proverbio*. Magna vis *Mercurii virgae aureae* attribuitur. Apud Lucian. Mort. Dial. p. 146. [Dial. 23.] Protesilaus, virga aurea contactus, in adolescentem formosum convertitur. Dicitur Mercurius apud Homerum [Odyss. ι. 87. & ν. 277.] χρυσόῤῥαπις. VPTON. — Ad rationem a viro docto propositam, Cicero de Offic. I. 44. *Quod si*, ait, *omnia nobis, quae ad dignitatem cultumque pertinent, quasi virgula divina, ut ajunt, suppeditarent*. Sed notanda fortasse φησὶν. ad Deum, qui Midam

dam facultate donavit quidquid contigisset in aprum convertendi, aut ad alium quempiam, cui ex vetusta fama tribuebantur ista verba, referri. Nisi forte & ipsum nomen ἡ παροιμία subintelligi potest.

Ibid. Οὔ· ἀλλ' ὃ θέλεις φέρε, &c. „Sic scribe. [Nempe in contextu, Meibomium secutus, Οὔ; sequenti signo interrogandi posuerat, verteratque *Nonne?* Recte vero jam olim Wolfius: *Non ita.*] Horat. lib. IV. Od. 4.

Duris ut ilex tonsa bipennibus,
per damna, per cædes, ab ipso
ducit opes animumque ferro."

VPTON.

Ibid. πάντα ταῦτα — — ὠφέλημα ἔσται. Possis ὠφέλιμα suspicari, quod ipsum h. l. habent codices nostri pab. Sed nolim solicitari vulgatum. Familiare & proprium Stoicis illud vocab. ὠφέλημα, *id quod prodest, lucrum, emolumentum.* Vide Cicer. de Fin. III. 10. & 21. Eodem mox, infra vs. 17. utitur Noster.

Vers. 13. ἵνα σε παύσῃ. „Vide ad I. 6, 37." VPTON. cf. cap. 21, 9.

Ibid. ἵνα δείξῃ σε ἔργῳ δι' αὐτοῦ, τί ἐστιν ἄνθρωπος &c. „Forte ἵνα δείξῃ ἔργῳ διὰ τοῦ, τί ἐστιν &c." WOLFIVS. — Si probum est σε, intelligendum erit, *ut te ostendat veluti exemplum, ut tuo exemplo doceat, quid sit homo.* Sed scabrosa utique oratio.

Vers. 14. διατρέψω. „Sic omnes codices quos consului, excepto Basil. qui habet διατρίψω. Legit Salmasius διατρίψω." VPTON. — Ad mendosum διατρέψω, quod operarum errore in editionem Basil. irrepserat, recte notavit WOLFIVS: „διατρέψω lege, a διατρέπω." Infelix illa conjectura, διατρίψω, non Salmasii est, sed Meibomii. Opportune in Indice Vptonus Hesychii glossam citavit: Διατρίψας· λαμπρὸς φανείς.

Ibid. οὐκ οὖν ἔγωγε ἀποθανεῖν. *mortem non optabo.* Ferri hoc ita potest, ut in præcedentibus jam significasse intelligatur philosophus, *se mortem non timere*, nunc hoc adjiciat, *se illam nec optare.* Sed prope abfum ut probem lectionem, quæ in ora pb. adnotata est, οὐκ εὔχομαι μὴ ἀποθανεῖν, *non opto Dii faciam ne moriar.*

Vers. 16. Οὐκοῦν ἐμοὶ ἐ. p. οὐ τοιοῦτον ἐστιν· *sed, cave, ais, ne ægrotes*, &c. conf. ad vs. 10.

Ibid.

Ibid. μὴ λάβῃς τοῦτο φαντασίαν τοῦ τὰ πρῶτα τούτου ἄλλου. „Vide hujus capitis initium.“ UPTON.

Vers. 17. εἰκὸς ὠφέλιμα ἔστω. „Sic codex Bafil. Alii rectius ὠφέλιμα.“ UPTON. — ὠφέλιμα nusquam ego, nisi in Veneta editione, reperi; id vero minime equidem praetulerim vulgatae scripturae, in quam consentiunt nostri codices. Vide supra ad vs. 12.

Ibid. περὶ ἀναρχίας. „*De vita privati, & magistratu semoti.*“ UPTON. — Nimirum perperam in versione, Wolfium secutus, *de perturbatione status publici* posuerat. Alter usus hujus vocabuli, quo *statum privatum* significat *honoribus carentem*, haud observatus Lexicographis, frequens apud Nostrum. Vide IV. 4, 2 & 23. &c. In eandem sententiam III. 24, 103. sit πόρρω, ἄλλης ἀρχῆς, νοσοῦντα.

Vers. 18. πρὸς τὸ πανδήμου πλῆθος, &c. Conf. II. 41, 11.

Vers. 19. Λεσβίῳ. „*Lesbius*, ex insula Lesbi, servi nomen; vel forsan scurra nescio quis, Epicteto molestus. Sic *Syrus*, *Geta*, nomina servorum ex locis imposita, unde originem duxerunt.“ UPTON. — Possit intelligi homo, conviciis suis & obtrectationibus (cf. vs. 9.) molestus nonnullis ex Epicteti auditoribus; quorum nomine fortasse dicta intelligi debent ista verba; quasi dixisset, *unusquisque vestrum sic secum ipse dicere debebat, Bene sit Lesbio* &c.

CAPUT XXI.

Vers. 1. Οἱ τὰ θεωρήματα ἀναλαβόντες. Vulgo omnes, consentientibus libris, Ὅτι τὰ θεωρήμ. Sed: — „Lego Οἱ τὰ.“ WOLFIUS. — „Recte. In nostro codice deest τὰ. Confer autem Enchir. cap. 46, 2.“ UPTON. — Sequioris aevi Scholiastarum, Commentatorum & Compilatorum, hic fere usus est, ut sermonem subinde a particula Ὅτι incipiant; significantes partim, *tenendum, observandum hoc esse, quod &c.* partim, *haec scripsisse vel haec verba fecisse auctorem quem prae oculis habebant.* Morem istum ab Arriano in consignandis hisce Epicteti Dissertationibus nusquam aliás observatum videmus; quare lubens parti doctis viris, Οἱ corrigere jubentibus. Obvia ratio est, cur in primis praesertim librorum aut capitum vocibus, quarum priores literas minio pingere solebant, saepius a vero aberraverint librarii.

Articu-

Articulum τὰ cum Vptoni codice ignorat quoque noſter pb.

Ibid. πρᾶγμα βλαδαρὸν καὶ ἄβρωτον. Vulgo omnes πρᾶγμα καθαρὸν. Vbi WOLFIVS: „Fortaſſis ἀκάθαρτον.“ — VPTONVS vero nil aliud adnotavit, niſi ſic vertiſſe Schegkium: *revera vomitus erit cibus purus adhuc & crudus*. Ego ſtatim, quin corruptum eſſet vocabulum καθαρὸν, minime dubitandum duxi: deinde Heſychii gloſſam conſiderans, Βλαδαρά· ἄωρα, μωρὰ, ἀμὰ, id eſt, βλαδαρὰ, *immatura, fatua, cruda;* unice convenire huic loco βλαδαρὸν, pro mendoſo καθαρὸν, putavi. Literas β & κ ex librariorum errore ſæpe inter ſe permutatas eſſe, monui ad Polyb. I. 57, 9. X. 38, 7. XXI. 11, 1.

Verſ. 3. ἀπ' αὐτῶν ἀναδιδόντων. Conf. I. 9, 18.

Ibid. ὡς οἱ ἀθληταὶ τοὺς ὄμφακας *&c.* Conf. I. 4, 13. & ibi notata.

Ibid. καὶ ἔφαγον. „Alludit ad athletarum ἀναγκοφαγίαν. Vide ad III. 15, 3.“ VPTON.

Verſ. 5. σύνοδον. συνοδὸν pc. conf. ad II. 14, 8. Cæteri in vulgatam ſcripturam conſentiunt. Vide ad II. 14, 8. Idem pc. paulo ante, ter ἔναγκα ſcribit pro ἔναγκας; quorum neutrum ſpernendum; hoc, indefin. primum medii; illud, indef. 2. activi.

Verſ. 6. ἢ' ἤθομαν. ἢ' εἴθομαν pc. Ferri potuiſſet εἰθῶμεν, ut I. 29, 42.

Ibid. Οὔ· ἀλλ' ἐλθ. Caret οὔ· pc.

Ibid. σχόλια. Heſych. & Suidas: Σχόλια· παραλογήματα. Addit Suidas: ἢ ὑπομνήματα, καὶ ἑρμηνεῖαι. Quænam hic dicantur *Scholia*, vide mox vſ. 7 ſq.

Ibid. ζήτει τῶν κατεξαράσεις. „Vide III. 13, 23.“ VPTON.

Verſ. 7. τὴν λέξιν διαλύσω. ἀναλύσω exſpectabam, quod malle ſe ſignificavit Vpt. in Ind. ad voc. ἀναλύω. Sed in vulgatum conſentiunt libri; & ferendum id videtur, quemadmodum *ſyllogiſmos & ſophismata* διαλύειν pariter atque ἀναλύειν dicunt Græci. Vide Sext. Empir. Pyrrh. lib. II. ſect. 229. & 236 ſqq.

Ibid. καθαρώτατα. Sic recte vett. editt. cum msstis; quemadmodum & corrigere Vptonus juſſit, poſtquam καθαρώτατα temere irrepſit in poſte riores editions.

Ibid.

Ibid. Ἀνδρώνου καὶ Ἀρχιππίδου. Φορᾶν. „Φορὰν suspecta lectio καὶ ἀπροσδιόνυσος, ut mihi videtur. Nec tamen occurrit quicquam melius. Φόρον aut ὑποφορὰν non placet.“ WOLFIUS. — „Φορὰ est vis, impetus. Apud Aeschinem, Φορᾶ ῥητόρων. Et Plutarch. Φορὰ τῶν σοφιστῶν. Nihil itaque mutare velim.“ VPTON. — Adsentior Vptono, Φορὰν h. l. dici vim, impetum, vehementiam, acrimoniam ingenii, quam in disputando prodebant duo illi viri, quos principes Dialecticorum Cicero adpellat, Acad. II. 47. de quibus porro consulendi auctores, quos Fabricius laudavit in Bibl. Gr. lib. III. c. 15. Sed quae exempla pro eodem significatu hujus vocabuli Vptonus ex Aeschine & Plutarcho adtulit, nil ea huc faciunt; nam ibi quidem Φορὰν uberem proventum, multitudinem significat. Propius huc spectabat alius locus, quem ex Plutarchi Themistocle citavit idem H. Stephanus, qui superiora duo loca Vptono suppeditavit; ubi haud longe ab initio ait, ἦν δὲ παῖς ὢν, ὁμολογεῖτο Φορᾶς μαστὸς εἶναι. Cognata quadam notione, nonnihil tamen diversa, idem vocab. apud Polybium passim usurpatur.

Vers. 8. ἀπολίπωσιν οἱ υἱοὶ τὰς πατρίδας. „Vide ad I. 4, 21.“ VPTON.

Ibid. τοὺς γονεῖς τοὺς αὐτῶν. Temere αὑτῶν ed. Lond. anon. & Vpt.

Ibid. λέξειδιά σου ἐξηγουμένου. Temere λέξει διά σου ed. Gen. quod in λέξεις διά σου mutarunt Col. Cant. Lond. Veram scripturam denique e vett. editt. restituit Vpton. De re conf. II. 21, 11. not.

Vers. 9. ἀφέλιον — — ἀφ' οὗ ὁρμώμενος. Eadem ratione verbo ὁρμᾶσθαι usus est Xenoph. Cyrop. I. 6. 17. πλεῖστα τὰ ἐυθύμια ἐν στρατιᾷ, καὶ ἀπ' ἐλαχίστων ἐρμώμενα.

Ibid. καὶ κοσμεῖσθαι ὑπ' αὐτῶν. „Vide ad I. 6, 37.“ VPTON. Conf. III. 20, 13.

Vers. 11. σχολὴν ἔχει. „*Scholas habet.* Vide Not. ad IV. 11, 35. & Indicem in Σχολή.“ VPTON. *in Addend.*

Vers. 12. Οὔ· ἀλλ' ἀπὸ λιμένος μὲν οὐδεὶς ἀπῆρται, μὴ θύσας &c. „Corrupte habent omnes codices [etiam nostri tres] ἀπαλλαττόμενος, pro ἀπὸ λιμένος. Recte Wolfius in versione: *Nemo e portu solvit, nisi* &c.

[Cujus

[Cujus emendationem merito in Graecum contextum adoptavit Vptonus.] Est autem ἀνάγεσθαι, *oram solvere* κατάγεσθαι, *appellere*, *portum subire*. Act. Apost. 27, 2. Ἐπιβάντες δὲ πλοίῳ ἀδραμυττηνῷ, — — ἀνήχθημεν, τῇ δὲ ἑτέρᾳ κατήχθημεν εἰς Σιδῶνα. Cæterum alludit Epictetus ad sacra ista, quæ pro felici maris trajectu persolvebantur; διαβατήρια seu ἡγεμονόσυνα [an ἡγεμόσυνα voluit?] vocabant. Justinus lib. II. [lib. XI. 5.] *Priusquam ullis navis littora excederet, hostias cædit.* Virgil. Aeneid. III. 115.

Placemus ventos, & Cnossia regna petamus.

Et mox:

Sic fatus, meritos aris mactavit honores,
taurum Neptuno, taurum tibi, pulcher Apollo:
nigram Hiemi pecudem, Zephyris felicibus albam.

Vide & Aeneid. V. 772 sq. * VPTON. — Post οὐ· rursus interrogationem abjeci, quam ibi notaverat Vptonus. conf. ad III. 20, 10 & 16.

Ibid. οὐδὲ σπείρουσιν ἄλλως οἱ ἄνθρωποι, εἰ μὴ τὴν Δήμητραν ἐπικαλεσάμενοι. „Antequam ararent, sacra Cereri faciebant, diem festum agitantes. Nomen Προηρόσια, ex re, huic festo datum. Hesychius: Προηρόσια· τὰ πρὸ τοῦ ἀρότου [ἀρότου] θύματα. Virgil. Georg. I. 338.

Inprimis venerare Deos, atque annua magnæ
sacra refer Cereri, lætis operatus in herbis.

Pythag. in Aur. Carm.

— — — Ἀλλ' ἔρχευ τὰ' ἔργα,
Θεοῖσιν ἐπευξάμενος τελέσαι. * — —

VPTON.

Vers. 13. τὰ μυστήρια ἐξορχῇ. „Suidas, in Ἐξωρχησάμην. τὰ μυστήρια ἐξωρχήσατο, ἀντὶ τοῦ, ἐξεμυστήρισεν, ἐκκυστα ἐποίησεν. *Mysteria enunciavit*, vel, *detexit*, *divulgavit*. Hesychius: Ἐξορχήσομαι· χλευάζω, ὑβρίζω. Lege, χλευάσω, ὑβρίσω. De etymologia vocis Lucianus agit in tractatu περὶ Ὀρχήσεως. Ubi ait, τελετὴν ἀρχαίαν οὐδεμίαν ἐστὶν εὑρεῖν ἄνευ ὀρχήσεως. Et mox: τοὺς ἐξαγορεύοντας τὰ μυστήρια, ἐξορχεῖσθαι λέγουσιν οἱ πολλοί. Itaque ἐξορχεῖσθαι est *extra numerum moveri*: ἐξορχεῖσθαι τὰ μυστήρια, *arcanas saltationes in sacris ritibus usitatas divulgare*: vel, *sacra mysteria enuntiare & prodere*. * VPTON.

Ibid.

Ibid. Οἰκημά ἐστι καὶ ἐν Ἐλευσῖνι. „Eleusis est oppidum Atticæ, ubi Eleusinia in honorem Cereris agebantur: magnum in hanc rem ibi templum. Strabo lib. IX. [p. 395. ed. Casaub.] Εἶτα Ἐλευσὶν πόλις, ἐν ᾗ τὸ τῆς Δήμητρος ἱερὸν τῆς Ἐλευσινίας, καὶ ὁ μυστικὸς, σηκὸς, ἐν τετραστύλοις Ἵππιος, ὄχλον θεάτρου δέξασθαι δυνάμενον. In sacris Eleusiniis, Rex (uti dicebatur) mysteria procurabat, cui quatuor alii adjungebantur: in his erant, *Hierophanta*, sic dictus a sacris ordinandis; *Præco*, qui profanos abstinere jubebat, proclamans, *Procul, o procul este profani*; *Daduchus*, qui facem ferebat. [a] VPTON.

Ibid. κἀγὼ ἐφοβούμην. Sic recte ed. Ven. Bas. & Vpt. cum mss^tis. Temere κἀγὼ ἐφοβοῦμος ed. Gen. Col. Cant. & Lond. anon.

Ibid. Αἱ Φοναὶ αἱ αὐταὶ. τὰ γινόμενα τί διαφέρει ταῦτα ἐκείνων; Sic distinguere orationem jussit Vptonus in Notis, præeunte Salmasio; cum in contextu prave editiones omnes sic distinxissent, *αἱ Φοναὶ αἱ αὐταὶ*, pravam superiorum editionum distinctionem secutus: *αἱ Φοναὶ τὰ γινόμενα. τί διαφέρει ταῦτα ἐκείνων*, Et scripti quidem codices nostri pariter post *γινόμενα* interpungunt orationem; perincommode utique, nisi ante *τὰ γινόμενα* suppleas *ταὐτὰ*, ut sit: *αἱ Φοναὶ αἱ αὐταὶ. ταὐτὰ τὰ γινόμενα.* Sed simplicior est Salmasii Vptonique ratio, quam lubens amplexus sum.

Vers. 14. Ἀσεβέστατε ἄνθρωπε, &c. Corrupta hæc judicavit VPTONVS. „Donec, inquit, meliores se obtulerint codices, quid si hoc modo legas? Ἀσεβέστατε ἄνθρωπε, οὐδὲν διαφέρει; καὶ παρὰ τόπον τινὰ ταῦτα ὠφελεῖ, καὶ παρὰ καιρόν; καὶ μὴ μετὰ θυσίας δὲ, καὶ — — — παλαιοὺς; *Homo impiissime, nihilne differunt? hæccine alicui profunt alieno tempore, alieno in loco? & non adhibito sacrificio, adhibitis precibus, castitate, animoque sic affecto, quod ad sacra sit accessurus, vetustasque cæremonias?*" — Mihi proba visa erant omnia, prout consentientibus libris vulgata sunt. Illud unum incommodum, quod eadem præpositio παρὰ, atque etiam integræ dictiones, παρὰ τόπον & παρὰ καιρὸν, intra paucos versus (conf. vs. 16.) duobus non modo diversis significatibus, sed pæne etiam prorsus contrariis, usurpantur. Sed talia quidem apud optimos quosque & facundissimos scriptores passim observare licet:

licet: quo magis in hoc genere extemporariæ disputationis id ferendum, ubi præsertim viva vox & actio loquentis ambiguitatem non modo minuere, sed etiam plane tollere poterat. Simillimum fere huic exemplum vide III. 12, 13. si modo ibi vera scriptura. Hoc loco, pro καὶ παρὰ τόπον ταῦτα, Vptonus, invitis reliquis omnibus editionibus & scriptis nostris codicibus, καὶ παρὰ τὸν τόπον ταῦτα edidit; nescio suo-ne e codice, an e conjectura, an casu; nec enim in Notis rationem reddidit illius novationis.

Vers. 15. οὕτως εἰς φαντασίαν ἐρχόμεθα, ὅτι. „Anglice: *By these means we come to have an Idea, that* &c." VPTON. — Nil variant libri: sed vide, ne legendum sit ὅταν εἰς φαντασίαν ἐρχώμεθα.

Ibid. ἐπὶ παιδεία καὶ ἐπανορθώσει τοῦ βίου κατεσκεύη πάντα ταῦτα. „Hoc secundum ipsum Chrysippum. Vide Etymol. in Τελετή. Dicta est autem *Initiatio* ista τελετή, quippe *ad vitæ perfectionem* ducere videbatur: isque finis & scopus habitus est mysteriorum, ut initiatorum animæ ad illum statum perductæ, in quo erant priusquam in corpora descenderent, jam vita defunctæ cum diis essent habitaturæ; interea miseri isti homunciones, qui non initiabantur, ii demum in cœno atque luto degerent." VPTON. — Lubet Chrysippi verba, ab Etymologo relata, huc transscribere: Χρύσιππός φησι, τοὺς περὶ τῶν θείων λόγους εἰκότως καλεῖσθαι Τελετάς· χρῆναι γὰρ τούτους τελευταίους καὶ ἐπὶ πᾶσι διδάσκεσθαι, τῆς ψυχῆς ἐχούσης ἅρμα, καὶ κεκρατημένης, καὶ πρὸς τοὺς ἀμυήτους σιωπᾶν δυναμένης. μέγα γὰρ εἶναι τὸ ἄβλον, ὥστε θεῶν ἀκοῦσαί τε ὀρθῶς, (τὰ ὀρθὰ lege) καὶ ἐγκρατεῖς γενέσθαι αὐτῶν.

Vers. 16. ἄνευ ἀγνείας. Ante Vptonum ἄνευ ὑγιείας edebatur. Vbi: „Fortassis ἄνευ ἀγνείας, etsi mox sequitur οὐχ ἥγνευκας." WOLFIVS. — „Noster codex, ἄνευ ἁγνείας." Recte. Respexit ad *castimoniam* illam, qua se ad sacras res obeundas præparabant, a vino & venere, usuque carnis, & aliis interdictis se abstinentes. Vide Græv. ad Hesiod. Ἔργ. καὶ Ἡμ. 733. Cic. de Leg. lib. II. [c. 8.] *Ad divos adeunto caste.* Inscriptio cujus meminit Porphyr. p. 66. [de Abstin. lib. II. sect. 19.]

Ἁγνὸν χρὴ ναοῖο θυώδεος ἐντὸς ἰόντα
ἐμφάμεν. Ἁγνεία δ' ἐστὶ, φρονεῖν ὅσια.

Illam casse oportet, qui eadem thure redolentem introit, apparere. Castimonia vero est, sobrio esse & pio animo. VPTON. — In mendosum ὑγείας consentiunt nostri codices; sed in ora pc. notatur, γρ. ἁγνείας.

Ibid. στρόφιον. *Strophium.* *Zonam sacerdotalem* interpretatur Vptonus in Indice: at intelligi par est h. l. τὸ καὶ τὴν κεφαλὴν στρόφιον, *capitis redimiculum, fasciam, cervicem;* quam in partem frequentius vocab. illud usurpatur. Vide exempla apud Suidam in h. v. & alia a Toupio collecta in Emend. in Suid. Parte III. Adde Lexica Latina in *Strophium.* Corona sive insula redimitum tempora Sacerdotum ad sacra facienda accessisse, satis notum est. Quare & apud ipsum Suidam, Στρόφιον ὃ ἱερεῖς φοροῦσι, non, ut vulgo fecerunt, *Zonam quam sacerdotes ferunt* debuit verti, sed *insula, fascia sacerdotalis.*

Ibid. οὐχ ἥγνευκας. οὐχ ἡγνεύκεις pc.

Ibid. ἰαμβεῖ εἶσιν αἱ φωναὶ αὗται καθ' αὑτάς. Perperam αὗται καθ' αὑτ. ed. Ven. & Bas. & Gen. ubi recte Wolf. & Salmas. αὗται corrigendum monuerunt, quod & ed. Salmant. in ora notavit, & posteriores editores in contextum receperunt. Et sic cum Vptoni codice habent nostri tres. Vide vero, ne post verbum λέγεις, quod praecedit, interpungenda sit oratio, & interrogative accipienda sint ista, Ἰαμβεῖ εἶσιν &c. hac sententia: *Tu solas voces, quas didicisti, proloqueris. Sacrae igitur sunt voces ipsae per se?* Id est: *Quasi vero ipsae voces, solae per se, sacrae essent.*

Vers. 17. Ἄλλον δεῖ τρόπον. Placuit haec verborum series, quam ex cod. nostro pb. adoptavi. Vulgo Ἄλλον τρόπον δεῖ.

Vers. 18. καὶ σῶμα τεὸν. Conf. IV. 11, 19 sqq. III. 22, 86 sqq.

Ibid. συμβουλεύειν. Teme-ra pa. συμβασιλεύειν.

Vers. 19. ὡς Σωκράτει συνεβούλευε τὴν ἐλεγκτικὴν χάριν ἔχειν. „Vide quid de se Socrates dicit apud Platonem in Apol. ubi memorat Apollinis oraculum, eum sapientissimum hominum judicantis. Vide quoque ultima verba Xenoph. in Ἀπομν. Item quae Nicias dicit in Plat. Lachete p. 187. edit. Steph. de Socratis more ἐλεγκτικῷ, quo res omnes propositas ad amussim examinabat. Ipse Socrates in Gorgia, se unum ex eorum numero profitebatur

tebatur, qui libenter redarguerentur, pariterque arguerent: τῶν ἡδέως ἐλεγχθέντων, ἡδέως τε ἐλεγξάντων. Vide Julian. Orat. VI. p. 358. & Plutarch. in Platon. Quæst. " VPTON.

Ibid. Διογένει τὴν βασιλείαν. Vide III. 22, 57. & ibi not.

Vers. 21. Ἰδοὺ ἐκεῖνος ταῦτα· πολλύρια κἀγὼ ἔχω. Sic omnes vulgo verba ista distinguunt; nisi quod post ταῦτα comma ponunt editi, ubi minus punctum habent codices nostri. Varie quidem ac varie tentari commodior distinctio poterat. Ἰδοὺ ἐκεῖνος ταῦτα· πολλύρια (scil. ἔχει. vel ἔχω.) κἀγὼ ἔχω. Aut Ἰδοὺ ἐκεῖνος· ταῦτα πολλύρια κἀγὼ ἔχω. VPTONVS: „Forsan transpositis, inquit, vocibus legendum: Ἰδοὺ ἐκεῖνος πολλύρια, ταῦτα κἀγὼ ἔχω." SALMASIVS adnotaverat: „Ἰδοὺ ἐκεῖνος ταῦτα, vel, Ἰδοὺ ἐκεῖνος, ταῦτα πολλύρια, &c." Ego in vulgata ratione, cum doctiorem non haberem, adquiescendum putavi.

Vers. 22. Τί οὖν παίζειν ἐν τοῖς μαθήμασι; *Quid ergo maximis in rebus ludum facis?* Vptonus cum Wolfio, *aleam jacis?* Sic vs. 24. παίζειν, *ludere*, illi, *aleam jacere*. Conf. II. 9, 17. not.

Vers. 23. οὐ προσέχειν, &c. „Respicit ad Tres in Philosophia locos." VPTON. De quibus ad III. 2. fcit.

CAPVT XXII.

TIT: Περὶ Κυνισμοῦ. „Cynici æque ac Stoici, id quod Honestum, solum expetendum duxerunt, in bonis numerantes." Laërt. VI. 104. Ἀρέσκει δ' αὐτοῖς (Κυνικοῖς) καὶ τέλος εἶναι τὸ κατ' ἀρετὴν ζῆν, — ὁμοίως τοῖς Στωϊκοῖς· ἐπεὶ καὶ κοινωνία τις ταῖς δυσὶ ταύταις αἱρέσεσίν ἐστιν. Ὥστε καὶ τὸν Κυνισμὸν εὐθυτόμον εἶναι πρὸς ἀρετὴν ὁδόν. Item in vita Zenonis, sect. 121. Κυνικήν τε αὐτὸν (τὸν σοφὸν) εἶναι· ἔφη γὰρ τὸν Κυνισμὸν εὐθυτόμον εἶναι πρὸς ἀρετὴν ὁδόν. Cato apud Cic. de Fin. III. 20. *Cynicorum autem rationem atque vitam illi cadere in Sapientem dicunt, si quis ejusmodi forte cujus incideret, ut id faciendum sit; alii nullo modo.* Hinc germani Cynici a Stoicis laudantur, quales Antisthenes, Diogenes, Demetrius. Nam si quid erat discriminis, in vestitu & vivendi more fuit. Hinc Juvenal. XIII. 121.

Et qui nec Cynicos, nec Stoica dogmata curat,
a Cynicis tunica distantia."

VPTON. — Quidquid sit quod de Cynicorum ratione alii, sive merito, sive immerito, judicaverint; memorabilis utique & notatu dignissima lectoribus omnibus videbitur Epicteti disputatio *de Cynismo*, quam hoc loco Arrianus nobis conservavit.

Vers. 1. Σκεψόμεθα, *considerabimus.* Vulgo Σκεψώμεθα, *consideremus.* Praetuli autem futurum tempus, quod dederunt codd. nostri pbc. quod aptius visum est ad id quod mox sequitur, (*Vers.* 2.) Τοσοῦτον δ' ἔχω σε νῦν εἰπεῖν. Vbi particulam νῦν ignorabant quidem veteres editiones; adjecit autem Vptonus, e suo codice, ut puto, (quamquam de eo in Notis monere oblitus est) cum quo consentit noster pb.

Vers. 2. ὁ δίκαι Θεοῦ. πρὸ ὀλίγου ed. Gen. operarum errore, in ed. Col. propagato; quem corrigendum monuit Salmas.

Vers. 3. Λέγει αὐτὸς ἑαυτῷ. *sibi ipse dicit.* „Pro ἑαυτῷ lego Αὐτῷ, i. e. *domino.* Nam Αὐτὸς est κύριος, & *Ipse* apud Latinos, *Dominus*: monui supra ad I. 19, 21. Verte itaque: *Neque in domum bene constitutam ingressus aliquis*, domino *dicit*, *Me oportet esse dispensatorem.*" VPTON. — Equidem in vulgata adquiescendum puto. Agitur de servo, qui sibi ipse munus dispensatoris sumit, quod ei a domino mandatum non est. Caeterum ordinem verborum leviter mutavi, praeeunte nostro cod. pb. Caeteri vulgo αὐτὸς ἑαυτῷ λέγει. Mox vero, pro ἀστροφεῖς, mendose in eodem cod. pb. στροφεῖς scribitur absque praepositione.

Ibid. Ἐλιώσας ἔτεμεν. „*Tractum secabat*, vel *secuit*. Suspecta lectio; nisi forte τέμνειν pro *cadere locis* capitur." WOLFIVS. — „Quid si pro ἔτεμεν, si vox displiceat, ἔτριμα?" VPTON. Post ἐλιώσας haud dubie verbo usus est, gravius aliquid sonante quam ἔτριμα. Quidni vero, quemadmodum latine non modo secari aut alio instrumento secante, sed & loris aut flagro *caedere* dicimus, eadem ratione Graeci τέμνειν de eo dicere potuerint qui *flagris caedit*? Certe, quod nec a Lexicographis adnotatus est iste usus, nec alia ejusdem usus exempla nobis in promtu sunt, non satis caussae esse videtur, cur illud verbum h. l. solicitemus.

Vers. 4. ἐν τῇ μεγάλῃ πόλει ταύτῃ. „Vide ad II. 5, 26." VPTON. — ἐν τῇ μεγάλῃ ταύτῃ πόλει scribitur in pc.

Vers.

Vers. 5. *καὶ αὖτω διακλίνει διακλίνει* vulgo edebatur, consentientibus libris. Sed: „Fortasse *διακόνει*." WOLF. — „Recte: nam de Cynici *administratione* loquitur." VPTON. — Quorum rationem unice probandam adoptandamque putavi. conf. vs. 69. & III. 26, 28. Nam vulgatum *διακλίνει* nullo modo ferendum visum erat. Paulo ante, pro *ἑνιαυτὸν*, in sola ed. Baf. est *ἑνιαυτοῦ*, operarum incuria; pro *ὥρας* vero est *ὥραν* in cod. pc. Mox, ante *ἀπὸ τῶν μεγίστων*, particulam *καὶ* infertam habet pb.

Vers. 6. *τὸ σαυτοῦ. τὰ σαυτοῦ* pc. minus commode, nam *τὸ σαυτοῦ πράσσε* nil aliud hic intelligi debet, nisi *fuga salutem pete.*

Ibid. *Σὺ ταῦρος εἶ.* „Vide ad I. 2, 30." VPTON.

Vers. 7. *ἔφη Ἀγαμ.* & mox *ἔφη Ἀχιλλ.* Sic recte ed. Vpt. cum nostris codd. pbc. Olim *ἔφησι* edd. cum pa.

Vers. 8. *ἐν πλείοσι μάρτυσι.* Postremum vocab. quod cum veteribus editionibus ignorant scripti nostri omnes, e suo codice adjecit Vptonus. Vereor, ne e scholio. Sane percommode carere poteramus ista accessione. Sicut nude *ἐν πᾶσι* dicunt Græci, *coram omnibus, omnium in oculis*; sic *ἐν πλείοσι*, fuerit *coram pluribus, in plurium hominum præsentia.*

Vers. 9. *Καὶ σὺ βούλευσαι.* Sic recte suo e codice edidit Vpton. Cæteri omnes corrupte, *Καὶ συμβουλεῦσαι.*

Vers. 10. *περιερχόμενος αἰτεῖν ἔρχομαι* [*καὶ*] *τοὺς ἀπαντῶντας λοιδορεῖν.* Particulam *καὶ* ignorant edd. & mssti omnes. Perspecte vero VPTONVS adnotavit: „Legendum, *περιερχόμενος αἰτεῖν ἔρχομαι τοὺς ἀπαντῶντας λοιδορῶν, circumiens mendicare incipiam, obvios conviciis incessens;* vel *περιερχ. αἰτεῖν ἔρχομαι, καὶ τοὺς ἀπαντ. λοιδορεῖν.* Sic infra vs. 50. *τοῖς ἀπαντῶσι λοιδορεῖσθαι ἀκαίρως.* Eadem de re Julian. Orat. VII. p. 394. de Cynica Secta: *Καὶ εἴ μὲν ἐκ τούτων τις ἀξιοῖ τὸν κυνισμὸν, ἡποῖός τις ἐστὶν, ἡμῖν ἐπιδεῖξαι, βλασφημῶν τοὺς Θεοὺς, ὑλακτῶν πρὸς ἅπαντας.* Vbi omnino lege *ἀπαντῶντας* pro *ἅπαντας.* Hanc enim lectionem sensus postulat, & hic Arriani locus confirmat." — Sic ille. Ego particulam *καὶ* in contextum inserui; sed, quoniam non satis certum est, ita scripsisse Arrianum, uncis eam inclusi. Sic verbum *αἰτεῖν*, absolute positum, ut alias *ἐπαυτεῖν*,

Tertullianus in Apol. c. 33. *Hominem se esse etiam triumphans in illo sublimissimo curru admonetur. Suggeritur enim a tergo, Respice post te, Hominem memento te etiam.* Milites quoque facetias suas & dicteria in duces, ad arcendam invidiam, jactabant. Vide Suetonium in vita Cæsaris cap. 49. Ad quem morem respexit Martialis, I. 5.

Consuevere jocos vestri quoque ferre triumphi;
materiam dictis nec pudet esse ducem."

VPTON.

Vers. 86. ἐν δὲ χειμῶνος ἐπιποθῇς, μωρὸς εἶ. „Hinc M. Antonin. XI. 33. Σῦκον χειμῶνος ζητεῖν, μανιώδους. τοιοῦτος ὁ παιδίον ζητῶν, ὅτε οὐκέτι δίδοται.

Vers. 87. τότε ποθῇς. ποτὲ ποθῇς pb.

Vers. 88. ἐν αὐτοῖς οἷς χαίρεις τοῖ, τὰς ἐναντίας &c. „Forsan ἐν αὐτοῖς οἷς τισι χαίρεις, *in iis quibus gaudeas.*" VPTON. — Operarum puto errore in ed. Cant. comma post χαίρεις, non post τοῖ, positum est, quod temere servarunt anon. Lond. & Vpt. ἐν αὐτοῖς, intellige τοῖς κακοῖς. Quæ ellipsis nominis in plurali numero paulo quidem rarior, nec vere sine exemplo. Sic ἐν οἷς pro ἐν ᾧ in Platonis Epistolis legi notavit H. Steph. & idem ipsum habes apud Herodian. V. 1, 4. Unde fortasse defendi poterat illud apud Polyb. I. 13. 4. ἐν οἷς ἐγένετο. Quamquam enim ibi continuo adjicitur κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν, non est tamen ab illius scriptoris stylo prorsus alienus ejusmodi pleonasmus.

Ibid. σαυτῷ πρόβαλλε. Perperam πρόσβαλε editi omnes. Recte vero WOLFIVS: „Fortasse πρόβαλλε." — Idque ipsum dedit noster pc. Conf. II. 21, 19. not. & Enchir. c. 4. & cap. 33, 12.

Ibid. μεταξὺ καταφιλοῦν]α τὸ παιδίον &c. τὸ παιδάριον pc. „Ad hunc locum plane respexit M. Anton. XI. 34. Καταφιλοῦν]α τὸ παιδίον, ἔλεγεν ὁ Ἐπίκτητος, ἔνδον ἐπιφθέγγεσθαι, Ἄθριον ἴσως ἀποθανῇ. Ἀλλὰ δύσφημά ἐστι ταῦτα. Οὐδὲν δύσφημον, ἔφη, φυσικοῦ τινος ἔργου σημαν]ικόν· ἢ καὶ τὸ στάχυας θερισθῆναι δύσφημον. Sic Marci locum ex Epicteto emendo." VPTON. — Nihil mutatu opus videtur in vulgata apud Marcum scriptura; nisi quod in fine, post δύσφημον, haud incommode fortasse interrogandi signum posueris; hac sententia: *aut, hoc ne etiam mali ominis est, demeti spicas?*

Vers.

Verſ. 89. *δύσφημά ἐστι ταῦτα.* „Religio quædam erat antiquis, male ominatis parcere verbis.“ VPTON.

Ibid. *τὰ κακοῦ τινος.* *τὰ τοῦ κακοῦ τινος* pc. minus commode.

Verſ. 90. *ἀγέννεια.* *ἀγένεια* pa.

Verſ. 91. *Λέγε δύσφημον εἶναι καὶ τὸ θαμυθῆναι τοὺς στάχυας.* „Vide ſupra, II. 6, 11.“ VPTON.

Ibid. *ἀσταφίδας ἐκ τῆς σταφυλῆς.* *ἀσταφίδα* in ſing. voluerat Salmaſ.

Verſ. 92. *εἰς ἕτερα μεταβολαί.* *μεταβολὰς* ed. Ven. temere & invitis noſtris mſstis. Correxit ed. Baſ.

Verſ. 93. *τοῦτ' ἔστιν ἀτοθημία, καὶ μεταβολὴ μικρά.* *καὶ* delendum ſuſpicatus eſt Vpton. Fortaſſe transponendum: *τοῦτ' ἔστιν καὶ ἀτοθημία, μεταβολὴ μικρά. Hoc etiam peregrinatio eſt; exigua quædam mutatio.*

Ibid. *οὐκ ἐκ τοῦ νῦν ὄντος εἰς τὸ μὴ ὄν, ἀλλ' εἰς τὸ νῦν μὴ ὄν.* „Et hunc locum laudat M. Anton. XI. 35. *Ὀμφαξ, σταφυλὴ, σταφὶς, πάντα μεταβολαὶ, οὐκ εἰς τὸ μὴ ὄν, ἀλλ' εἰς τὸ νῦν μὴ ὄν.*“ VPTON.

Verſ. 94. *Οὐκέτι οὖν ἔσομαι; Οὐκ ἔσῃ· ἀλλ' ἄλλο τι, οὗ νῦν ὁ κόσμος χρείαν ἔχει.* Hæc eſt conſtans codicum omnium & editionum, quæ Vptonianam præceſſerunt, lectio; quam his verbis latinis recte Schegkius expreſſit: *Amplius non ero? Non eris quidem, ſed aliud quid eris, iſtud nimirum quo nunc indiget mundus.* Quæ ſententia convenit cum eo quod modo dixerat, *mortem eſſe mutationem ejus quod nunc eſt, non in id quod non eſt, ſed in id quod nunc non eſt.* Quam eamdem ſententiam uberius paulo expoſuit lib. III. c. 13, 15. ubi ſtatuit, in morte totum hominem in ea elementa, unde natus ortusque eſt, reſolvi; corpus in terram & aquam abire; animum, utpote aëreæ igneæque naturæ, aëri ignique rurſus miſceri. Confer quæ ibi adnotavimus: adde IV. 7, 15. Vnum eſt quod in verbis h. l. turbare nos aliquatenus poſſit; nempe, quod ait, *οὗ νῦν ὁ κόσμος χρείαν ἔχει.* Sed facile intelligitur, hoc *νῦν* jam dici de eo ipſo tempore de quo nunc agitur, ſcil. poſt mortem; ut *οὗ νῦν ὁ κόσμος χρείαν ἔχει*, idem valeat ac *οὗ τότε ὁ κόσμος χρείαν ἔχει.* Quæ ratio ſi non placet, in promtu eſt alia, quæ, ut expeditior, ſic & certior fortaſſe videbitur: ſcilicet. ut *νῦν* conſueta maxime notione accipiatur, ſed ut *ἄλλο τι οὗ*

& ibi Küsterum. Salmasius quid spectarit, non video, cum distinctione succurrendum huic loco putaret, scilicet interserto post verbum ἐμπέσῃ commate.

Vers. 18. ἀντιδαρρεῖν οὖν τ' ἔτι. ἔτι ex ed. Ven. & Bas. restitui, quibus adsentiuntur codd. pab. Sic vero etiam debuerat pc. qui in contextu quidem mendose οὖν τ' ἔστι habet, sed saepe vera lectio ἔτι adnotatur. Nihil frequentius apud Nostrum isto usu particulae ἔτι, (vide ad II. 17, 26. & conf. infra vs. 40.) nec opus est adjecto verbo ἐστί. Casu vero, nescio, an male sedulo consilio οὖν τ' ἔστι h. l. scripsit etiam editor Genev. quod repetiit Col. tum in οὖν τ' ἔστιν mutavit Cant. quia sequitur ἐξ vocula, a vocali incipiens. Inde οὖν τ' ἐστὶν Lond. anon. correcto accentu; rursus vero οὖν τ' ἔστιν Vpt. Quodsi in οὖν τ' ἐστὶν consentirent libri, minime equidem id improbarem, sed tunc ἔτι ἀντιδαρρεῖν legendum suspicaturus eram, pro ἀντιδαρρεῖν, quod verbum absque exemplo citatur in Lexicis, apud Suidam vero non nisi hoc modo adfertur, Ἐντιδαρρῶ, δοτικῇ. id est, ἀντιδαρρῶ cum dativo casu construitur.

Vers. 19. καὶ τὴν ἔνστασιν ταύτην. Caret καὶ pc. Suspicatus equidem eram κατὰ τὴν ἔνστ. ταύτην. Heynius ad Ench. c. 23. intelligit καὶ τὴν ἔνστ. ταύτην δεῖ ἔχειν. Sed duriusculum videtur, verbum ἔχειν per ellipsin subintelligi: quin potius e praecedentibus verbis intelligi par est, καὶ τὴν ἔνστασιν ταύτην δεῖ καθαρὰν ποιῆσαι. Intelligendum autem illud institutum, de quo supra dixit vs. 13. Nam ad illud Πρῶτον, a quo versus 13. incipit, refertur Πρῶτον οὖν hoc vs. 19.

Vers. 20. ἐμοὶ ὅλη ἐστὶν ἡ ἐμὴ διάνοια. „Conf. I. 15, 2. III. 3, 1. IV. 8, 10 sqq.“ VPTON.

Ibid. χρῆσις. Perperam κρίσις pa. Quae duo vocabula & aliàs subinde permutantur a librariis.

Vers. 21. Θάνατος; Interrogandi signum h. l. omnes editiones habent; scripti nostri libri ne ullam quidem distinctionem, quae nec desiderabatur magnopere. Sufficere, puto, nudum comma saltem poterat, aut minus punctum quod vocant Grammatici. Confer vero proxime sequentem Adnot.

Vers. 22. Φεῦγε; „Repone Φυγή; interrogative, uti supra Θάνατος;“ VPTON. — In morata (quam dicunt) oratione ferendum illum imperativum putavi, in quem consentiunt libri omnes. *Fuge!* Nempe, *sic dicit*

cit mihi aliquis; aut *ſic interdum ſubit animum ut mihi ipſe dicam; at mox me recolligo, & reſpondeo,* &c.

Ibid. ὅπου δ' ἂν ἀπέλθω, ἐκεῖ ὁ ἥλιος, ἐκεῖ ἡ σελήνη. „Vide Muſonium apud Stobæum p. 234. [in Serm. XXXVIII. de Exſilio.] Shakeſpear noſtras, in Trag. Cymb. Act. III.

P. *Then not in Britain muſt you' bide.* I. *Where then?*
Hath Britain all the ſun that ſhines? Day, night, are they not but in Britain? Prythee, think, there's living out of Britain?"

VPTON.

Verſ. 23. ἄγγελος ἀπὸ τοῦ Διὸς ἀπέσταλται πρὸς τοὺς ἀνθρώπους. Vulgo omnes, conſentientibus libris, excepto uno e noſtris poſt ἀπέσταλται particulam καὶ inſerunt; quam nos, ut importunam & ab hoc loco alienam, ejecimus præeunte cod. pb. qui illam ignorat. Quod ſi ea ab Arriani manu eſt, oportet intercidiſſe aliquod nomen; v. c. καὶ κήρυξ πρὸς ἀνθρ. quod ipſum nomen infra vſ. 69. cum duobus illis, ἄγγελος & κατάσκοπος conjunctum habes. Mox cum pab. poſt ἀνθρώπους comma poſuimus, deleto illo quod poſt κακῶν vulgo ponebatur.

Verſ. 24. ὁ Διογένης ἀπαχθεὶς &c. „Vide ad I. 24, 6." VPTON.

Ibid. κατάσκοπος εἶναι. „Ante hanc vocem videtur deeſſe ἄφαστος." MEIBOM. (Nam *Meibomii* eſt iſta Adnotatio, non *Salmaſii*, cui Vptonus eam tribuit.) — „Supra, εἰδέναι δεῖ, ὅτι ἄγγελος — — ἀπέσταλται. Sic forſan hoc in loco καὶ, ὡς ὁ Διογ. — — κατάσκοπός ἐστι, vel κατάσκοπον εἶναι δεῖ. *Scire oportet, ſe nuncium eſſe a Jove,* — — *& exploratorem, uti Diogenes* &c. Vel, *Et oportet eum eſſe exploratorem, uti Diogenes.*" VPTON. — Variæ utique tentari poſſunt rationes medendi luxatæ orationi: ſed quoniam nulla earum certi aliquid habere videbatur, nihil auſus ſum novare, niſi quod poſt ἐνθυμοῦνται pro majori punctо, quo ibi vulgo diſtinguebatur oratio, minus punctum poſui: quo facto, fortaſſe nihil amplius deſiderabitur, & ſic cohærebit oratio: εἰδέναι δεῖ, ὅτι ἄγγελος ἀπὸ τοῦ Διὸς ἀπέσταλται — — καὶ — — κατάσκοπος εἶναι.

Ibid. τῷ γὰρ ὄνῃ. τῷ ὄνῃ γὰρ pb.

Vers. 25, παραταραχθέντα. Mendose quidem παράτα χθέντα pa, sed idem in ora, γρ. παραχθέντα, quod verum videtur. Sane suspectum videri debet compositum verbum, quod vulgo hic legitur.

Vers. 26. ἀνατεινάμενον, *elata voce*. Vptonus cum Wolfio, *elata manu*. Commodius vero idem Vpt. in Indice, *elata & magnifica voce*; provocans ad illum verbi ἀνατείνεσθαι usum, Hesychio & Suida observatum, quo *minari, superbas minas intentare* significat; quem usum apud Polybium passim observavimus. Fortasse etiam satis fuerat, *erigere sese*, aut *erectio capite*, quemadmodum ἀνατείνειν τὸν τράχηλον dicit Il. 16, 41. Il. 17, 29. aut *elato animo*, quemadmodum apud Suidam est ἀνατείνειν τὴν ψυχήν. Cf. Hesr. Stephan. Thes. in h. v. col. 1285. extr. Sed placet Vptoni interpretatio.

Ibid. λέγειν τὸ τοῦ Σωκράτους· Ὦ ἄνθρωποι, ποῖ φέρεσθε; „Memmit de hac Socratica exclamatione Dio Chrysost. Orat. XIII. p. 223. Ἐκεῖνος γὰρ ἐπὶ τῶν πλείονας ἀνθρώπους ἐν τῷ αὐτῷ, σχετλιάζων καὶ ἐπιτιμῶν ἐβόα πάνυ· ἀνόσιός τε καὶ ἀνυποστάλως· Ποῖ φέρεσθε, ὦ ἄνθρωποι, καὶ ἀγνοεῖτε, μόνον τῶν δεόντων πράττοντας. Crates apud Plutarch. de Liberis educandis p. 4. dicit, *se, si fieri posset, altissimo urbis loco consciso, proclamaturum*: Ὦ ἄνθρωποι, ποῖ φέρεσθε, εἰ τινος χρημάτων μὲν (supple, καὶ) κτήσεως πέρι πᾶσαν ποιεῖσθε σπουδὴν, τῶν δὲ υἱέων, οἷς ταῦτα (potius ταὐτὰ) μοχθεῖτε καταλείψετε, μικρὰ φρονίζετε; *O homines, quo tenditis, qui quidem in opibus & possessionibus totum impenditis studium; filiorum vero, quibus eadem relicturi estis, parvum habetis curam?* " VPTON. — Opportuna haec a viro docto adnotata. Emendationes vero ad Plutarchum propositas a nemine magnopere desideratum iri puto. Particulam Ὦ ante ἄνθρωποι ignorat noster cod. pb. Corrupte ἄνθρωποι pc. qui ὦ ἄνθρωποι debuerat. Sed ἀνθρωποι pa, in quo latet ὦ ἄνθρωποι.

Ibid. τὸ εὔρουν καὶ τὸ εὐδαιμονικόν. Vulgo omnes, consentientibus libris, καὶ τὸ ἡγεμονικόν. Sed unice probandum SHAFTESBVRIENSEM duxi, monentem: „Forte εὐδαιμονεῖν, vel potius τὸ εὐδαιμονικόν, ut infra." — Certe qui vs. 39. cum eis, quae hoc loco proxime sequuntur, contulerit, de veritate hujus emendationis non dubitabit.

Vers.

Verſ. 27. Ἐν σώματι, οὐκ ἔστιν. &c. „Poſſet legi, Ἐν σώματι οὐκ ἔστιν. Et mox, Ἐν κτήσει οὐκ ἔστιν. Et paulo poſt, Ἐν ἀρχῇ οὐκ ἔστιν. — — Ἐν βαναύσοις οὐκ ἔστιν. Lector in hisce & locis ſimilibus candide ſuo fruatur judicio.“ VPTON. — Vtique hæc talia ſenſui cujusque lectoris ſunt permittenda. Veteres editiones & ſcripti libri poſt Ἐν σώματι, partim comma ponunt, partim etiam interrogandi ſignum; poſt κτήσει, poſt ἀρχῇ &c. nullam adhibent diſtinctionem. Quæ ratio haud displicet.

Ibid. ἴδετε Μύρωνα, ἴδετε Ὀφέλλιον. „Ofellus, cum locupletiſſimus eſſet, & moderatam vitam ageret, ſubito proſcriptus, ferebat ſe non admodum ſentire fortunæ mutationem, propter priſtinam parſimoniam cui aſſueviſſet. De quo ſic Horatius in Sermonibus, lib. II. Sat. 2.

Quæ virtus, & quanta, boni, ſit, vivere parvo
nos nunc hic ſermo eſt, ſed quem præcepit Ofellus.“

SCHEGKIVS. — „Certe Schegkius parum ad rem attentus, quæ ſupra ſunt, ſcripſit. Nam *Myro* iſte & *Ophellius* videntur eſſe ex Gladiatorum numero, magno quidem & robuſto corpore, ſed homunciones nullius pretii.“ VPTON. — Recte interpres Britannus. Neque enim magis huc ſpectat celebris ille veteris Græciæ ſtatuarius Myro, quam Ofellus Schegkio memoratus.

Ibid. ἴδετε Κροῖσον. „*Croeſus*, Lydorum rex ditiſſimus;

— — — Quem vox juſſit facunda Solonis
reſpicere ad longæ juſſit ſpatia ultima vitæ.“

VPTON.

Verſ. 30. πομφόλυξ ὢν Σαρδαναπάλου. ὢν tacite correxit editor Cantabr. & tenuere Lond. & Vpton. Recte. Sic vero noſtri codd. pbc. ἦν pa. ἂν editiones vett.

Ibid. ἐαγχόνησεν. Sic ſcripſi cum tribus noſtris codd. Vulgo ἐαγχόνησαν. Conf. IV. 10, 29.

Ibid. ἐκεῖνος τί ποιεῖ; Mutata verborum ſerie, τί ποιεῖ ἐκεῖνος; pb.

Ibid. Πολλὰς ἐν κεφαλῇς, & mox Πλάζομαι ὧδε, &c. „Iliad. K'. vſ. 15. & vſ. 91 ſqq.“ VPTON.

Verſ. 31. Ἀλλὰ πολύχρυσος εἶ καὶ πολύχαλκος. „Homerus Agamemnonem Iliad. H'. 180. & Λ'. 46. nominat

βασιλῆα

βασιλῆα πολυχρύσου Μυκήνης. Sophocles, perpetuus Homeri imitator, in Electra vſ. 9. Μυκήνας τὰς πολυχρύσους. Vnde Horat. lib. I. Od. 7. *ditem Mycenas.* Quin & Hector apud Hom. Iliad. Σ'. 289. vocat Trojam, πολύχρυσον, πολύχαλκον." VPTON.

Ibid. Ἐκεῖνο, ὅ τι ποτὲ, ἠμέληται σου καὶ κατέφθαρται, ᾧ ὀρεγόμεθα. *Illa tui pars, quæcumque ſit, neglecta & corrupta eſt, qua adpetimus.* Wolfius in verſione, quam & Vptonus tenuit, pro σου poſt ἠμέληται, σοι expreſſit, & verba ὅ τι ποτὲ prorſus prætermiſit: *Illud tibi neglectum & corruptum eſt, quo adpetimus.* Ego, ſi σοι obtuliſſent libri, lubens acceperim; ſed non neceſſariam putavi eam emendationem. Quæſiverat paulo ante Epictetus, τί τῶν σῶν ἔχεις καλῶς; Ad eam quæſtionem nunc reſpondet: ἐκεῖνο — — σοῦ (id eſt, ἐκεῖνο τὸ σὸν, vel ἐκεῖνα τῶν σῶν) ἠμέληται &c. *illud tuum, illa rerum tuarum, illa tui pars, neglecta eſt* &c. Interſerit autem verba ὅ τι ποτὲ, id eſt, *quidquid illud ſit, quæcumque illa ſint;* nempe auditoribus cogitandum relinquit, quid illud ſit, (quandoquidem nec corpus eſt, nec poſſeſſiones externæ) & quo nomine adpelletur. Eadem verba, ὅ τι ποτὲ, diſtinctionis cauſſa inter duo commata poſui, quæ commata aberant in edd. & msstis. Cæterum nil variant libri; niſi quod, pro ὅ τι ποτὲ, ſic fere ſcribunt ἅ, τί ποτε, quod perinde eſt; & quod καὶ ἔφθαρται habet cod. pb. pro καὶ κατέφθαρται.

Verſ. 32. καὶ τἀλλότριον. Sic recte Vpt. e ſuo cod. & Pariſ. ut ait, id eſt e noſtro pa. cui adſentitur pb. Olim καὶ τὸ ἀλλοτρ. edebatur; & ſic eſt in pc.

Verſ. 33. Ταλαίπωρον ἡγεμονικὸν. „Inclusive; nec ſine indignatione; hoc modo: Οἱ γὰρ Ἕλληνες κινδυνεύουσι· (ταλαίπωρον ἡγεμονικὸν, καὶ μόνον ἀτιμώλητον καὶ ἀθεράπευτον!) μέλλουσιν ἀποθνήσκειν." VPTON. — Ego, ſi quid in diſtinctione mutandum, malim mox poſt ἀναφθέγξας interrogationem vel exclamationem indicari; ut per mimeſin & ironiam repetita iſta Agamemnonis verba intelligantur: *Itane morientur, a Trojanis interfecti?* vel, *Nempe morientur, a Trojanis interfecti! Quaſi vero* &c.

Ibid. ἀτιμώλητον καὶ ἀθεράπευτον. Inverſo ordine pa. ἀθεραπ. καὶ ἀτιμωλ.

Ibid. Μή τοι ἄλλο τι. „Sic noſter codex. Alii μή τι ἄλλο τι." VPTON. — Cum olim vulgatis conſentiunt noſtri.

Verſ.

Vers. 34. Σοὶ δὲ — — ἡ θύρα κέκλειται; „Vide ad I. 9, 20.“ VPTON.

Ibid. Τί οὖν πενθεῖς; Οὐᾶ· βασιλεύ· καὶ τὸ τοῦ Διὸς σκῆπτρον ἔχων. *Quid ergo luges? Vah! (vel, Papæ!) rex! & Jovis sceptrum gerens!* Expressi scripturam distinctionemque, quam præibat editio Ven. cum qua consentiunt mssti, nisi quod οὐᾶ· cum gravi accentu scribunt pac. & οὐά· cum acuto, codex pb. qui tamen ipsi rursus omnes, III. 23, 24 & 32. in οὐᾶ, cum circumflexo, fere consentiunt. Est autem οὐᾶ, vel οὐά· exclamatio admirantis & adplaudentis, *vah! euge!* (conf. not. ad III. 23, 24.) qua nunc per ironiam utitur Epictetus, ut latine commode *papæ!* vertere possis: *Papæ, præclarus rex!* In aliam sententiam interpretatus Schegkius erat: *Quid exclamas væ? Rex cum sis, & Jovis sceptrum manu teneas, luges?* In eamdemque fere sententiam, sua auctoritate, editor Basileensis Græca quoque concinnavit, sic scribens atque distinguens: Τί οὖν πενθεῖς οὐαὶ, βασιλεύς, καὶ τὸ τοῦ διὸς σκῆπτρον ἔχων; quam rationem posteriores editores tenuerunt, nisi quod in hunc modum distinxit Colonienſis & sequentes, Τί οὖν πενθεῖτ, οὐαὶ βασιλεύς, καὶ — — ἔχων, præeunte scilicet Wolfio, qui sic vertit: *Quid ergo luges? Væ rex, qui Jovis sceptrum geris?* Eamdem rationem cum in Græcis, tum in versione tenens Vptonus, nihil de librorum varietate monuit. Moverat tamen ipse WOLFIVS dubitationem, ad verba οὐαὶ βασιλεύς hæc notans: „Fortasse ὦ βασιλεῦ. Nisi τὸ οὐαὶ μεμπτικῶς usurpetur.“ — Sed οὐαὶ, ut dixi, nulla prorsus veterum librorum auctoritate nititur.

Ibid. τὸ τοῦ Διὸς σκῆπτρον ἔχων. „Vide Homer. Iliad. B'. 101 sqq.“ VPTON.

Ibid. ἀτυχὴς βασιλεὺς οὐ γίνεται. „Nam, secundum Stoicorum dogma, solus Sapiens est Rex. Vide quid hac de re dicit Cato apud Ciceronem in tertio de Finibus in fine.“ VPTON.

Vers. 37. Οὐκοῦν κέρδος· μέγα, ἀπαρηθῆναι μαχίμου γυναικαρίου. Post γυναικαρίου interrogandi signum posuit editor Basileensis, quod tenuere posteriores; & agnoscit etiam noster pc. Sic vero initio phraseos oportebat Οὔκουν, penacute, vel duabus vocibus Οὐκ οὖν, *Nonne igitur*. Quoniam vero in Οὐκοῦν consentiunt omnes, nudum punctum reposui cum ed. Ven. & pb.

Ibid.

Ibid. Τίνων ὄντων; Φρονίμων ὄντων, ἢ ἀφρόνων; Ad Τίνων ὄντων monuit VPTONVS: „Dele ὄντων. Mox Φρονίμων ὄντων. Inde error; bis enim per incuriam scripsisse ὄντων videtur librarius. Καταφρονηθῶμεν οὖν ὑπὸ τῶν Τρώων; Τίνων; Φρονίμων ὄντων, ἢ ἀφρόνων. *Itane contemnemur a Trojanis? Quibusnam? prudentibus, an imprudentibus?* Nec aliter II. 20, 27. Τίνων; τῶν οὐκ ὄντων.". — At ibi quidem (II. 20, 27.) alia ratio est. Hoc loco, si ὄντων post Φρονίμων abesset, non magnopere desideraretur. Post Τίνων suo loco stat, neque abesse citra incommodum potest; sic enim fert usus graeci sermonis. Neque vero ullum incommodum inesse equidem video in ejusdem participii repetitione.

Ibid. τί ὑμῖν μέλει; Intellige καταφρονηθῆναι ὑπ' ἀφρονίμων. Perperam μέλλει vett. edd. & pc. Persaepe in confundendis istis verbis peccarunt librarii.

Vers. 38. κύριε ἄγγελε καὶ κατάσκοπε. „Quomodo ἄγγελος, vide supra vs. 23. Κατάσκοπος vs. 24 sq." VPTON. — Quaestio ista intelligi debet Cynico proposita ab his, qui illum verba facientem audiunt: (conf. vs. 26.) quos, ni fallor, induxit Epictetus compellatione ista κύριε ἄγγελλε καὶ κατάσκοπε dicentes non serio & honoris causa, sed per ironiam & irridendi causa: *dic, nobis, tu praestare domine, qui Dei nuncium te esse praedicas.* Sic nempe obiter admonet juvenem eum, ad quem haec disputat, non turbari debere philosophum risu & cavillatione hominum. Olim edd. omnes vocabula κύριε & ἄγγελε interposito commate separabant; ubi SALMASIVS notavit: „κύριε ἄγγελε. Sic κύριε ἀδελφὲ, *domine frater*, & similia." — Cui obsecutus Vptonus, distinctionem delevit; quam & ignoravit nostri codd. pabc.

Vers. 39. μέγα δ' αὐτὸ φυσικῶς οὐ φαντάζεσθε; Corrupte vett. edd. cum scriptis omnibus, κατὰ δ' αὐτό. Perspecte vero „Legendum μέγα" adnotavit WOLFIVS; suffragante Shaftesburiensi, qui monuit, eodem modo mox vs. 41. legi, τῶς δὲ μέγα ἡ ἀξιόλογον. Et primus hoc in contextum merito recepit editor Cantab. Quae emendatio cum praeteriisset Salmasium, φυσικῶς in φυσικὸν mutandum ille censuit, parum id quidem feliciter. Φυσικῶς idem valet ac φύσει, quo mox utitur vs. 41 sq.

Vers.

Vers. 40 *sq.* Ναὶ δοῦλον. Πῶς οὖν ἔτι ἔστ. Sic commode primus edidit Vptonus, monitus a Salmasio, quibus adsentitur noster pc. In eamdem vero sententiam Wolfius jam interpretatus erat hunc locum: *Recte jam servit.* Paulo etiam commodius fuisset, interposito incisso: Ναὶ, δοῦλον. *Recte sane; servit.* Olim sic distinguebant orationem: καὶ δοῦλον τῶς οὖν ἔτι. Et sic noster pa. Sed pb. inverso nonnihil verborum ordine: καὶ δοῦλος οὖν τῶς ἔτι. Tum majore etiam incommodo ed. Bas. & sequentes omnes ante Vptonum post ἀνεμπόδιστον εἶναι interrogandi signum interseruerunt, quod recte ignorat ed. Ven. cum msstis. Pravæ distinctionis rationem quum non expediret Meibomius, ad sequentia verba, τί δύνασαι τῶν τοῦ σώματος, adnotaverat: „Quid si legamus τὸ τοῦ σώματος, id est τὸ σῶμα, περιφραστικῶς.“

Vers. 42. συγκατατίθεσθαι τῷ ψευδεῖ φαινομένῳ; Perperam pa. συγκ. τῷ ψευδ. φαινομ. ἀληθεῖ; oculis aberrans ad sequentia verba, quæ tamen ipsa recte dein repetit. Mutata verborum serie, τῷ ψευδ. φαιν. συγκατατ. pb: συγκατατ. τῷ φαιν. pc. & caret ψευδεῖ.

Vers. 43. Ἐνταῦθ' οὖν. Cum olim ἔνθα δ' οὖν edidissent, pro quo posteriores editores ἐνταῦθ' οὖν posuerunt, obsecutus Salmasio sum, monenti, ἐνταῦθ' οὖν scribendum, ut usus ferebat.

Ibid. προτίθεσθαι. προστίθεσθαι pc. male; nam idem valet προστίθεσθαι ac συγκατατίθεσθαι, quod vers. præc. jam habuimus.

Ibid. μὴ λάβων φαντασίαν λυσιτελοῦς, ἢ μὴ καθῆκοντος; „Negatio redundare videtur.“ WOLF. — „Vel forsan supplendum ἢ μὴ λαβὼν φανθ. καθήκοντος;“ VPTON. — Vtique e superioribus intelligenda ista verba: quod ut paulo planius indicaretur, *comma* posui post λυσιτελοῦς, quod vulgo negligebatur. τὸ λυσιτελὲς refertur ad τὸ ὁρμᾶσθαι ἢ ἐκκλίνειν: τὸ καθῆκον ad τὸ ὁρμᾶν ἢ ἀφορμᾶν. Conf. Adn. ad I. 18, 2.

Ibid. Ἔχετε οὖν καὶ ἐν τούτοις ἀκόλυτον. Omnino legendum videtur καὶ ἐν τούτοις τι ἀκωλ. vel καὶ ἐν τούτοις ἀκώλυτόν τι, quemadmodum vs. præc. dixit ἔστι τι ἐν ὑμῖν ἐλεύθερον. Sed hic quidem pronomen illud libri omnes ignorant.

Vers. 44. ἀκωλύτως. ἀκωλυτέως pc.

Vers

Vers. 45. *αὐχμῶντα, ἄδουλον.* Vulgo hîc omnes δοῦλον. Omnino vero parendum VPTONO fuit, monenti: „Legendum *ἄδουλον*, *sine servis*, uti mox (vs. 47.) *αὐτάρκειαν, ἄδουλος.* Litera *α* absorpta fuit in *ἄδουλον* ab ultima litera in voce præcedente.“ — Posteriori loco in *ἄδουλος* libri omnes consentiunt.

Vers. 46. *ἀπέστειλεν ὑμῖν ὁ Θεὸς.* Cum *ἡμῖν* vulgo legeretur, monuit VPTONVS: „Potius *ὑμῖν*.“ — Idque ipsum jam Wolfius in versione expresserat; quod & in Græco recipere non dubitavi, oblatum etiam a nostro cod. pc.

Vers. 47. *Ἴδετέ με, ὅτι ἄπολις εἰμι, ἄοικος.* „Plane respexit ad Diogenis dictum, cujus meminit Laertius in ejus Vita, VI. 38. *Εἰώθει δὲ λέγειν, τὰς τραγικὰς ἀρὰς αὐτῷ συνηντημένας· εἶναι γοῦν*

Ἄπολις, ἄοικος, πατρίδος ἐστερημένος,
πτωχός, πλανήτης, βίον ἔχων τοὐφ' ἡμέραν.

Sic locus iste legendus; uti & apud Aelian. Var. Hist. lib. III. c. 29. & apud Julian. Orat. VI. p. 365. Eædem tragicæ imprecationes apud Senecam in Medea, vs. 19.

Mihi pejus aliquod, quod precer sponso, malum?
Vivat; per urbes erret ignotas, egens,
exul, pavens, invisus, incerti laris.

Sic ibi distinguo & lego.“ VPTON. — Inverso verborum ordine, *ὅτι ἄοικός εἰμι, ἄπολις*, pc.

Ibid. οὐ πραιτωρίδιον. nullum prætoriolum. „Fortasse legendum *οὐ κιλίδιον*.“ WOLFIVS. — „Quid si *οὐ χιτωνάριον*? Nam Cynici erant *ἀχίτωνες*. Sequitur quoque mox *ἐν τριβωνάριον*.“ VPTON. — Nil mutant libri. Si vera vulgata, intelligi poterit *nulla prætoriana cohors*, id est, *nullum fatellitium*; vel potius, *nullum tentorium*, *nulla domuncula*; quia sequitur *ἀλλὰ γῇ μόνον καὶ οὐρανός*. In eam sententiam vocabulum illud hic interpretatus est Du Cange, in Mediæ Græcitatis Glossario. Potuerat fortasse etiam *cubiculum* verti. Vide Perizonium, de Prætorio, laudatum Ernesto ad Sueton. Aug. c. 72.

Vers. 48. *οὐκ εἰμὶ ἄλυπος;* Una vocula auctiora hæc habet noster cod. pb. *ἀλλ' οὐκ εἰμὶ ἄλυπος;*

Ibid. τοῦ ἀναπαύσεώς του. Particula *του* operarum incuria h. l. omissa erat in ed. Genev. Colon. & seqq. Revo-

Revocari eam jussit Vptonus in Notis; recte: nam agnoscunt scripti libri omnes cum ed. Ven. & Bas.

Vers. 49. *ὁρᾶν οἵεται. οἵεται ὁρᾶν* pa.

Vers. 50. *Οὐ· ἀλλὰ πηρίδιον. &c. Non; sed* &c. Id est: at non ita *vulgus facit eorum, qui Cynicos hodie se profitentur; sed sufficit eis* &c.

Ibid. ἀποθησαυρίσαι. „Nempe *ἀργύριον ἐν ταῖς γνάθοις.* Sed hæc aliàs explicabimus.“ SALMASIVS. — Vbi quave ratione istam dictionem Salmasius in eam, quam dicit, partem explicaverit, nec liquet mihi, neque nunc inquirere vacat. Mihi visa erat difficultas nonnulla existere ex eo, quod post *γνάθοι μεγάλαι* vulgo nonnisi nudo *incisu* distinxerunt orationem; quo factum erat, ut verbum *ἀποθησαυρίσαι* simul cum *κατεφαγεῖν* ad superiora referendum videretur. Paulo fortiori distinctione interposita, planiorem reddere volui orationem. Contra, post *ἀποθησαυρίσαι*, pro *superiori punctio*, quod ibi cum Lond. anonymo Vptonus posuerat, nudum *comma* restitui. In verbis autem proxime sequentibus gravior etiam error fuit tollendus; nam pro *ἢ τοῖς ἀπαντῆσαι*, (in quod consentiunt scripti libri cum vett. edd.) temere Vptonus *ἢ τοι ἀπαντ.* scripserat, eumdem editorem Lond. secutus, qui non inspectis veteribus editionibus, sic corrigendum putaverat errorem exempli Cantabrigiensis, in quo pro *ἢ τοῖς* per operarum incuriam *ἢ τοῖ* erat expressum.

Ibid. καλὸν τὸν ὦμον δεικνύειν. „Humerum nudum & exertum ostendebant Cynici. Inde Diogenes apud Lucian. in Vitar. Auct. p. 374. [c. 7. Tom. I. ed. Hemst. p. 547.] *ἐξωμίας* dictus: inde quoque Demetrius Cynicus a Seneca Epist. 62. *seminudus.*“ VPTON. — Conf. Fabric. ad Sext. Emp. p. 39. & quos ille laudat auctores.

Vers. 51. *Ὀλύμπια μέλλεις ἀπογράφεσθαι.* „*Τὸ ἀπογράφεσθαι Ὀλύμπια*, ad *relationem agonistarum nominis in album* pertinere censet Petrus Faber in Agonist. lib. III. c. 16. Sic Aristides in Hymno ad Jovem: *Δεῖ δὲ, ὥσπερ τῶν ἀθλητῶν τοὺς ἀπογράψαντας ἅπαντας, μὴ ἀνακωρεῖν. Debemus ad instar athletarum, qui nomen dederunt, non retrogradi.*“ VPTON. — Conf. Polyb. XL. 6, 7 sq.

Ibid. οὐχί τινά ποτε ἀγῶνα ψυχρὸν καὶ παλαίτερον. ψυχρὸν, frigidum, i. e. leve, languidum, ubi non opus sit magnis viribus, magno robore nervisque. conf.

Not. ad III. 15, 7. & ad IV. 3, 2. Quod porro hic vulgo legitur, ταλαίπωρον, ferendum videri poterat, velut per contemtum dictum, *miserum*. Sed tota connexio clamare videtur, ut ἀταλαίπωρον legamus, id est, *quod labore & molestia careat, quod sine multo labore & molestia suscipi possit*. Vide ad IV. 1, 108. IV. 1, 140. IV. 4, 4. τινά τοτε, *aliquod* verterunt interpretes; at id non satis: oportebat, *aliquod quodcumque* vel *qualecumque*.

Vers. 52. δαίρεσθαι δεῖ — — — πολλὴν ἐξήν κατασιεῖν. „Vide ad III. 15, 4.“ VPTON. — In cod. pa. super δαιρ. scripta litera s, δέρεσθαι indicat. conf. III. 10, 7. Mox vero vs. 14 sq. in δαιρ. consentiunt omnes.

Ibid. τὸν εἰτῆ ἐξελθόντα. MEIBOMIVS: „Quid si εἰσελθόντα?“ — Quod, vide, ne verum sit: *qui temere ingressus fuerit*, nempe *in stadium*. Videtur ἐξελθόντα temere repetitum e superiori ἐξελθεῖν.

Vers. 54. λίαν τοῦτο κομψὸν. Vulgo τοῦτο λίαν κομψὸν. Placuit iste verborum ordo, quem dedit pc. qui rotundior visus est, & usui Epicteti convenientior. Placet etiam quod mox idem pc. habet, δαίρεσθαι αὐτὸν δεῖ, pro vulgata δαίρεσθαι δεῖ αὐτὸν.

Vers. 55. Ἀγωμεν. Ἄγομεν pc. non male, eadem notione.

Vers. 56. Κυνικῷ δὲ Καίσαρ τί ἐστιν; In pc. est, Κυνικῷ δὲ καὶ Καίσαρι τί ἐστιν; quod percommodum foret, nisi sequerentur nominativi, ἀνδύπατος, ἄλλος, &c.

Vers. 57. Ἡρακλῆς. „*Herculis* meminit; quippe is, secundum Cynicos, sectae fuit auctor. Vide Julian. Orat. VI. p. 351. Diog. Laërt. VI. 2. atque ibi Menagium.“ VPTON.

Ibid. ἀόκνως ἐπετέλει πάντα τὰ πρασσόμενα. πραττόμενα pc. MEIBOMIVS vero προστασσόμενα scribi voluerat, praeunte Wolfio in versione. Specioſe sane. Similiter tamen & III. 10, 13. ποιεῖν τὰ πρασσόμενα, *facere facienda*. At hoc quidem loco utique τὰ ὑπὸ τοῦ Εὐρυσθέως προστασσόμενα vel προστατόμενα intelliguntur. Habes autem & πράττοντα & προστάττοντα permutata inter se a librariis apud Simplic. in Enchir. c. 75. p. 324. ed. Lugd. Bat. & πράττειν pro πυραστάτειν dabant libri apud Polyb. XI. 1, 2.

Ibid.

Ibid. ἄξιος φορεῖν τὸ σκῆπτρον τοῦ Διογένους. „De se Diogenes, in Epistola ad Anaxilaum: Πυθαγόρας ἑαυτὸν ἔλεγεν Εὔφορβον γεγενῆσθαι τὸν Πάνθου· ἐγὼ δὲ νέον ἑμαυτὸν ἐπέγνων Ἀγαμέμνονα. σκῆπτρον γὰρ ἐμοῦ ἐστι τὸ βάκτρον, καὶ χλαμὺς ὁ διπλοῦς τρίβων. Julian. Orat. VI. p. 340. Ἀλλ' ἡμεῖς οἱ τὸ σκῆπτρον ἐκεῖθεν παραλαβόντες, ὑπὸ μείζονος σοφίας ἴαμεν ὅτι κάλλιον ὁ θάνατος. Apulejus in Apol. *Diogenes quidem Cynicus cum Alexandro Magno de veritate regni certabundus, baculo, sceptri vice, gloriabatur.*" VPTON.

Vers. 58. τί λέγει ἐκεῖνος, πυρέσσων, πρὸς τοὺς παρόντας. „Hunc locum illustrant quæ de Diogene scribit Hieronymus lib. II. adversus Jovianum: „*Virtutem ejus & continentiam mors quoque indicat. Nam cum ad agonem Olympiæ, qui magna frequentia Græciæ celebrabatur, jam senex pergeret, febri in itinere dicitur apprehensus, accubuisse in crepidine viæ, volentibusque eum amicis aut in jumentum aut in vehiculum tollere, non acquievit; sed transiens ad arboris umbram, locutus est: Abite quæso, & spectatum pergite; hæc me nox aut victorem probabit aut victum. Si febrim vicero, ad Agonem veniam: si me vicerit, ad inferna descendam. Ibique per noctem, elisso gutture, non tam mori se ait, quam febrem morte excludere.*" VPTON.

Vers. 59. Ταχύ γ' ἂν ὁ τοιοῦτος ἐνεκάλεσε τῷ Θεῷ. Perinde est, sive interrogative hoc enunciatum intelligas: *talisne homo facile Deum incusaverit? talisne sane homo fortasse Deum incusaverit? putasne, talem virum incusaturum Deum?* sive absque interrogatione, sed cum ironiæ significatione pronunciatum: *nempe talis sane vir Deum incusaverit! talis vir nimirum Deum incusaverit!* Sic II. 16, 18. ταχύ γ' ἂν ὁ τοιοῦτος ὑπομείνας &c. Pariter apud Demosth. adv. Mid. T. I. ed. Reisk. p. 581 extr. ταχύ γ' ἂν χαρίσαιντο; & adv. Aristog. ibid. p. 798. ταχύ γ' ἂν φρονήσειέ τι τοῦ παρ' ἐνὸς λέγου! In cod. pc. hoc loco est ταχὺ δ' ἄν, quod non probo. Sed mox articulum τῷ ad καταστρομφότι, quo carent cæteri omnes, recte dedit idem pc. ex quo eum recepi.

Ibid. ὃς γε ἐνεκαλλωπίζετο. Perperam hoc verbum activa notione accepit Vptonus, & ad Deum retulit. ἐγκαλλωπίζεσθαί τινι non est *ornare aliquem*, sed *ornari aliqua re, sibique in ea placere.* Conf. Ind. in καλλωπίζομαι.

ζομαι. In Græco quidem activum *ἐναλλάττειν* hic habet noster pc. quod in verbo simplici ferri posset, in composito non posse videtur. Pro *ὅς γε* hic *ὃς καὶ* exspectabam; sed nil variant libri.

Ibid. ὅτι κατηγορεῖ; „Fortasse *ὅτι κατορθοῖ* legendum.“ WOLFIVS. — Idque ipsum cum Wolfio in versione expressit Vpt. *quod rem bene gerit?* Sed in Notis idem VPTONVS: „Potius *ἐπὶ τίνι κατηγορεῖ;* vel *κατηγορήσει; qua de caussa reprehendet? eone quod &c.*“ — Nil juvant codices. Ego, cum nec propositae a viris doctis emendationes satis placerent, nec melius aliquid occurreret, videndum putavi, ne teneri possit vulgatum, eadem fere notione cum sequenti *ἐπιδεικνύει*, ut constructio verborum haec intelligatur, *ὅτι κατηγορεῖ τὴν ὑστεροῦσαν ἑαυτοῦ, καὶ λαμπροτέραν ἐπιδείκνυται αὐτῆς.* Sic vero pro interrogandi signo post *κατηγορεῖ* commodius fuerit nudum incisum ponere.

Vers. 60. *τὴν εὐδαιμονίαν τὴν ἑαυτοῦ. τὴν αὐτοῦ* vett. edd. non male; sed cum *τὴν ἑαυτοῦ* darent pac. nolui spernere. *τὴν αὑτοῦ* temere anon. Lond. & Vpt. sic vero nunc & noster cod. pb.

Ibid. συγκριτὸν. Si ad *εὐδαιμονίαν* referas, ut vulgo faciunt, utique *συγκριτὴν* legendum. Quare si vera vulgata scriptura, debebit *συγκριτὸν* ad *τὸν μέγαν βασιλέα* referri. Quod si retracto accentu *σύγκριτον* scriberetur, posset generis communis esse hoc adjectivum nomen, & ad *εὐδαιμονίαν* referri. *συγκριτικὸν* temere scribit pc. Cæteri nil mutant.

Vers. 62. *Ποῦ δὲ φίλον μοι δώσεις Κυνικόν;* „Lege cum Meibomio *Κυνικοῦ*; *Vbinam mihi amicum Cynici dabis?*“ VPTON. Sic utique commodius videri poterat. Sic mox vs. 64. *Φίλος ἐστὶν αὐτοῦ.*

Vers. 63. *κοινωνὸν αὐτὸν εἶναι δεῖ.* Sic edidi ex pc. Carent *αὐτὸν* pab. *κοινωνὸν εἶναι δεῖ αὐτὸν* edd.

Vers. 64. *χαίρειν ἂν αὐτῷ λέγῃ.* „*χαῖρε ἂν &c.* Ita legendum.“ SALMASIVS. — *ἂν χαίρειν αὐτῷ λέγῃ* pc. Equidem in vulgata adquiescendum putavi.

Ibid. Φίλος ἐστὶν αὐτοῦ, καὶνοῦς αὐτὸν ἄξιον ἡγήσεται. „Videntur hæc per interrogationem negari, & ad Diogenem pertinere.“ WOLFIVS. — Nempe olim post *ἐστὶν αὐτοῦ* quidem indicabatur interrogatio, non item post *ἡγήσεται*. Recte vero posteriores editores interrogandi

gandi signum a priori loco ad posteriorem transtulerunt. Cæterum minus recte totum hunc versum acceperat Wolfius.

Vers. 65. ὥστε ἄν σοι δοκῇ, καὶ ἐνθυμήθητι τοιοῦτον. „Fortassis, ὥστε ἄν σοι δοκῇ ἐνθυμηθῆναί τι τοιοῦτον, κατρίαν &c. *Proinde si tibi videatur tale aliquid fingere, fimetum* &c.“ VPTON. — Sane haud satis planus locus, in quo tamen nihil mutare ausim. Ad verbum sonat, ut in versione posui: *Proinde, si tibi videtur, tale etiam cogita.* Quod ita accipi poterit: *Proinde, si tibi placet*, nempe τὸ κυνίζειν, (cf. vs. 67 & 107.) *si decrevisti amplecti Cynicorum institutum; tale etiam illud cogita*, (conf. vs. 9 & 11 sq.) *in animum induc, hoc etiam ad illud pertinere, ut, morbo quum fueris correptus, fimetum potius quæras* &c. Verba καὶ ἐνθυμήθητι τοιοῦτον Vptonus cum Wolfio, omissa καὶ particula, vertit *tale quiddam cogita*; quod græce foret ἐνθυμ. τοιοῦτόν τι. Nunc quoniam abest τι pronomen, intelligi debebit τὸ πρᾶγμα, nempe τὸ κυνίζειν. Cogitaveram olim, τοιοῦτον fortasse in masc. gen. esse accipiendum, hac notione, *cogita, finge etiam tibi talem*, scil. *amicum*. At hoc posito, nulla prorsus ratione cohærebunt quæ sequuntur; & statuendum fuerit, post τοιοῦτον defectam esse orationem. Cæterum ad illa verba, ἄν σοι δοκῇ, ne opus quidem fuerit, τὸ κυνίζειν aut aliquid simile intelligere; sed ad nihil aliud, nisi ad ipsum imperativum ἐνθυμήθητι, fuerint illa referenda. Sic eamdem formulam ἄν σοι δοκῇ, *si tibi videtur*, citra ullum respectum ad id quod præcessit, familiari sermone usurpatam habes infra vs. 83. tum II. 15, 7. IV. 1, 15.

Ibid. ἐν ᾗ πυρέξεις. Cum mendose τῦρ ἕξεις vulgo scriberent omnes, id est, *in quo fimeto ignem sis habiturus*; monuerat WOLFIVS: „Legendum ὑφὰν, ἐν ᾗ πυρέξῃς, *ubi febricites.*“ — Et VPTONVS: „Recte πυρέξῃς, nam paulo supra de Diogene febre laborante loquebatur.“ — Et nunc sane de *ægroto* agitur; (cf. vs. 62.) & *febris* nunc, pro quovis morbo, exempli causa commemoratur. Nec vero subjunctivo πυρέξῃς opus est; indicativum modum, quem prodit vulgata scriptura, commodissime in hac connexione fert græci sermonis usus.

Vers. 66. Τί οὖν σοι καὶ ἐπιχειρεῖν πράγματι τηλικούτῳ; „Fortasse, τί οὖν σὺ καὶ ἐπιχειρεῖς, vel ἐπιχείρεις.“

χαίρεις." WOLFIVS. — „Potius subintelligo μέλει, [vel ἔμελε] & verte *nae etiam. Quid ergo tibi curae est etiam aggredi tantam rem?*" VPTON. — Possis etiam προσῆκε supplere. Vide Bosii Ellipſ. Graec. in verbo Διαφέρει.

Verſ. 67. Γάμος δ', ἔφη, — — — Ἂν μοι σοφῶν, ἔφη, δῇς πόλιν, &c. — „Haec male accipi ab interpretibus haud mirum: nam in editis omnibus libris deeſt πόλιν, quam vocem reſtitui, noſtro adjutus codice. Deinde pro σοφὸν [nam & ſic edd. omnes] legendum σοφὴν, *ſapientem civitatem;* vel forſan σοφῶν, *ſapientum civitatem*, qualem Plato in libris de Rep. adumbravit. Γάμος δ', ἔφη, nempe adoleſcens, qui ſupra rogat an conjugium petendum a Cynico: nam quidem conjugium petere, liberos alere, magiſtratus gerere, denique merſari civilibus undis, haec omnia inprimis praeceperunt Stoici. Sed haec Cynico non aeque conveniunt; quippe qui non privata, ſed publica curat: ᾧ λαοὶ τ' ἐπιτετράφαται καὶ τόσσα μέμηλεν. At ſi ſapientiſſimis moribus atque inſtitutis gereretur civitas, ſi inter optimos verſaremur, non ut nunc inter faeces Romuli, non opus eſſet Cynico, οὐδ' ἥξει τις ἐπὶ τὸ Κυνίδιον. Verba ſunt Epicteti, Ἂν μοι σοφὴν δῇς πόλιν &c." VPTON. — Vocem πόλιν, quae utique neceſſaria erat huic loco, nullus quidem e noſtris tribus codicibus agnoſcit; ſed veſtigium tamen ejusdem ſatis clarum ſervavit pc. in quo eſt πᾶλιν eodem loco, quo Vptoni codex πόλιν dabat. Refertur autem apud Ciceronem Acad. II. 44. in Stoicorum paradoxis effatum hoc, *nec urbes aut civitates eſſe, niſi quae eſſent ſapientium.* Vnde pro mendoſo σοφὸν, quod in contextu Vptonus reliquerat, haud cunctanter σοφῶν correxi, quod & ipſum deinde in pc. inveni. Caeterum, quo pacto quaerens inducatur juvenis noſter, annon conjugium & liberorum procreationem προηγουμένως, i. e. *praecipue*, & *primario* ſpectaturus ſit Cynicus, haud adparet. Quare ſuſpicatus eram, προηγμένως fortaſſe legendum, (cf. Cic. de Fin. III. 15 ſq. ut hoc dicat, *ſi optio detur, ſi ita res ferat, eum haec praelaturum ſumturumque.* Sed & ſupra III. 7, 25 ſq. eaedem res in numero τῶν προηγουμένων, id eſt, *praecipuorum* & *primariorum* vitae officiorum recenſentur; niſi & ibi τὰ προηγούμενα idem valet, quod προηγμένα, ſicut & hoc cap. vſ. 76. Et ſic ſane, quae apud Ciceronem l. c. προηγμένα & ἀποπροηγμένα dicuntur,

tur, eadem apud A. Gellium XII. 5. *προηγούμενα* & *ἀποπροηγούμενα* (si modo vera ibi ea scriptura est) dicta videmus.

Vers. 69. *ὡς ἐν παρατάξει. tamquam in acie*; vel, ut Vptonus præeunte Salmasio vertit, *tamquam in procinctu.* „Quasi dixisset: Qualis autem nunc rerum humanarum status, ubi pax nulla diuturna, nulla sapiens & vere philosophica civitas, sed omnia turbantur, vexantur, & quasi in bellico certamine inter se miscentur, &c.“ VPTON.

Ibid. εἶναι δεῖ. Caret *δεῖ* pc. Moxque idem temere *διανοίᾳ*, pro *διανοίᾳ.* Tum pro *σχέσεων* perperam idem pc. *σχέσιν* habet sicut ed. Ven. & Bas. *σχέσεσιν* correxerunt posteriores editores; & sic dant pab.

Ibid. Pro *προσδεδεμένον*, corrupte *προσδεχομ.* pb.

Ibid. ἄγγελον καὶ κατάσκοπον. „Vide supra vs. 23.“ VPTON.

Vers. 70. *Ὅρα γὰρ ὅτι δεῖ αὐτὸν ἀποδεικνύναι τινὰ τῷ πενθερῷ, χρὴ ἀποδιδόναι τοῖς ἄλλοις συγγενέσι &c.* Sic in contextu orationem distinxit Vptonus, ut ad Wolfii versionem adcommodaret, quam & ipse tenuit, & nos tenuimus, non quod certissimam rationem duceremus, sed quod certior non suppeteret. Sic nempe *ἀποδεικνύναι* eadem notione atque *ἀποδιδόναι* accipitur: qua fere ratione *ἀποδείξασθαι μεγάλα ἔργα*, & *ἀποδείξασθαι εὐεργεσίας εἰς τινά*, & similia, dicunt Græci. In Notis vero idem VPTONVS ait: „Sic distingue: *Ὅρα γὰρ ὅτι δεῖ ἀποδεικνύναι, τινὰ τῷ πενθερῷ χρὴ ἀποδιδόναι, τοῖς ἄλλοις &c.*“ — Quod quo pacto intellexerit vir doctus, equidem non dicam. Videtur scribere voluisse, *ὅτι δεῖ αὐτὸν ἀποδεικνύναι, τίνα τῷ πενθερῷ χρὴ ἀποδ.* quemadmodum superiores dabant editt. consentientibus msstis. Quæ ratio, si quid video, ferri nullo potest: nec enim jam agitur de eis quæ *docere* alios debeat Cynicus, (id vero sonabit in ista connexione verbum *ἀποδεικνύναι*) sed de officiis quæ ipse *præstare* aliis debeat; quod vero Schegkius sic interpretatus est, *oportet eum cogitare quæ socero sint danda*, istius quidem usus verbi *ἀποδεικνύειν* frustra quæretur exemplum. Ante *τοῖς ἄλλοις* copulam *καὶ* inserit noster pc.

Ibid. εἰς νοσοκομίας ἐκκλείεται. „Subaudi *ἀπὸ τοῦ κυνίζειν.*“ VPTON. — Recte. Simul vero intellige *συγκλείεται*

τοῦ εἰς τοῦτο. Nempe *ἐκλελοιπέναι ἀπὸ τοῦ παίζειν*, & *συγκλείεται εἰς τοῦτο τὸ χωρίον.* Perperam *ἐκλύεται* pc.

Vers. 71. *κοκκύμιον.* „*Cucuma*; vas æreum balnearium; [nempe calefaciundæ aquæ.] Petronius c. 135. *Cucumam ingentem foco appositi.* Martial. lib. X. 68. [79.]

— — *Cucumam fecit Otacilius.*

Vnde Græci sequioris ætatis *κουκούμιον.* Vide Du Fresne Gloss. [Med. Latinit.] ubi locus citatur ex Mirac. S. Georg. Mart. n. 27. *καὶ ἀναλαβὼν τὸ τοῦ θερμοῦ ἀγγεῖον, ὅπερ ἀλιδὰς ἡ ἐπιχώριος διάλεκτος Κουκούμιον καλεῖ.*" VPTON.

Ibid. ἢ δ' αὐτὸ λούσῃ εἰς σκάφην. Perperam *ἢ δ' αὐτῇ* pc. *εἰς σκάφην, in labro* vertunt; ut *εἰς* pro *ἐν* positum sit, quod insolentius quidem, nec vero exemplis caret; quorum tamen nonnulla, quæ adferri solent, haud satis certa sunt; veluti illud quod ex Polyb. II. 52, 7. ad Evang. Marc. II. 1. citavit Raphelius. Consule, si lubet, quæ ad illum Polybii locum notavimus, & ibi corrige typographi erratum, qui sub ipsum initium Adnotationis *ὃν εἰς* Θεσ. posuit, cum *ὃς* debuisset. Hoc vero loco in verbis illis supra scriptis, *ἵνα αὐτὸ λούσῃ εἰς σκάφην*, nescio quid turbatum utique mihi videtur.

Ibid. ἐρίδια &c. „Supple *δεῖ ἔχειν.* Deinde scribe inclusive, *γίνεται γὰρ πλείω σκευάρια. Vxori etiam post partum* præbere oportet *lanam, oleum, lectulum, poculum; (sic augentur vascula:)* habere quoque oportet *alias occupationes, alias distractiones.*" VPTON. — Ita etiam ad verba, *τὴν ἄλλην ἀσχολίαν &c.* e superioribus *δεῖ ἔχειν* intelligendum putavit hic Interpres. Equidem suspicatus eram, ante *τὴν ἄλλην ἀσχ.* intercidisse verbum *δῶ, omitto*, aut aliud simile; quod & Wolfius in animo habuisse videtur, cum verba ista latine sic redderet, *Quid de reliquis occupationibus dicam?*

Vers. 72. *ὁ βασιλεύς.* „Vide supra vs. 19. & vs. 57. Mox *ὡς λαοὶ &c.* ex Hom. Il. B'. 25." VPTON.

Ibid. τέσσα recte dant posteriores edd. cum pc. Olim *τέσα* cum pab. Sic rursus infra vs. 92.

Ibid. τοὺς παιδοτριβημένους. τοὺς παιδοποιουμένους pc. sive id ex eo, quod vulgatum est, corruptum, sive ex *παιδοποιουμένους.*

Ibid. τῇ αὐτοῦ γυναικὶ. Temere *αὐτοῦ* ed. Lond. anon. & Vpt.

Vers.

Verſ. 73. *σὺ ἀνάτεινον.* „Fortaſſe *ἀσίτησον*, ut II. 14, 21. & hoc videtur legiſſe interpres.“ COMES SHAFTESBVR. — „Vertit Schegkius & ipſe medicus, *tu intende laboribus nervos.* Wolfius, *tu cibis abstine.* Vide ad II. 17, 9.“ VPTON.

Verſ. 74. *ἄγε, πρὸς γραμματιστὴν ἀποστεῖλαι, πινακίδια ἔχοντα, γραφεῖα, τιλλάρια;* — „Editio Salmant. *ἄγε*, & in marg. *ἄγειν*. Si quid mutandum, ex ſuo loco videtur eſſe motum *τὸ ἄγε*. Paulo ſupra itaque locatum velim. Deinde *τιλλάρια* non recte ſe habet: nam vel legendum *τιτλάρια*: (eſt, ut inquit Suidas, *Τιτλάριον, δέλτος, σχεδάριον, πινακίδιον, titularium, pugillares, tabella:*) vel potius *πτιλάρια*, a *πτίλον, penna.* Sic itaque totum locum refinge: *Ἄγε, οὐ δεῖ αὐτὸν πορίσαι ἱματίδια τοῖς παιδίοις, πρὸς γραμματιστὴν ἀποστεῖλαι, πινακίδια ἔχοντα, γραφεῖα, πτιλάρια; Age; non oportet parare pueris tunicolas, ad ludimagistrum mittere cum tabellis, stylo, pennis?* Horat. lib. I. Sat. 6. vſ. 71.

Nolvit in Flavi ludum me mittere; magni
quo pueri magnis e centurionibus orti,
læva ſuspenſi loculos tabulamque lacerto,
ibant octonis referentes Idibus æra.“

VPTON. — Pro *τιλλάρια* hoc loco legendum *τιτλάρια* cenſuerat Du Freſne in Gloſſar. ad hoc voc. In re haud ſatis certa, & in virorum doctorum diſſenſu, eo magis dubitavi mutare quidquam, quoniam apud Heſychium invenire præſidium vulgata ſcriptura videri poterat, ubi habes *Τιλλά· πτερά.* quod ipſum quidem mendoſum judicant alii, at teneri poſſe H. Stephanus cenſuit, dictum *παρὰ τὸ τίλλεσθαι.* Quod *πτιλάρια* Vptonus maluit, in eo præeuntem habuit Salmaſium; quo de vocabulo obſervandum tamen, *πτίλον* non tam de *penna*, quam de *molliori pluma*, uſurpari. Idem Salmaſius *καλαμάρια* etiam conjectaverat. Cæterum notandum eſt, in codd. noſtris pab. omitti vocabulum *γραφεῖα*, in pc. vero prætermitti *τιλλάρια*, ut ſuſpicio oboriri poſſit, eſſe alterum ex alterius interpretatione huc invectum. Pollux puero in ſcholam itanti adeſſe debere ait *γραφεῖον, παραγραφίδα, καλαμίδα, πυξίον.* lib. X. cap. 14. ſect. 59.

Verſ. 76. *ἀλλὰ Κράτης ἔγημε.* „*Crates* Thebanus, philoſophus Cynicus, diſcipulus Diogenis, maritus Hipparchiæ. Epictetus vocat Hipparchiam, *alterum Cratetem.*

Et de ea Laërtius lib. VI. 96. ἦρα τοῦ Κράτητος καὶ τῶν λόγων καὶ τοῦ βίου. & mox: πάνυ ἦν Κράτης αὐτῇ. Menander apud Laërt. VI. 93.

Συμπεριπατήσας γὰρ τρίβων' ἔχουσ' ἐμοί,
ὥσπερ Κράτητι τῷ Κυνικῷ ποθ' ἡ γυνή."

VPTON.

Ibid. καὶ γυναῖκα τίθης ἄλλον Κράτητα. Sic Vpt. Ante eum τιθεὶς edd. consentientibus nostris msstis. Hinc: „Forsan τίθης, sicut λέγεις. Cratetis & Hipparchiae conjugium satis notum est." WOLFIVS. — „Noster codex τίθης. Sed quid si τιθεῖς, a verbo inusitato τιθέω." VPTON. — Sic sane habes & συνήθεις III. 23, 23. & in imperat. συνήθει Ench. c. 34. pro συνήθες, quo ibidem paulo ante utitur. τίθης vero Salmasius etiam olim correxerat.

Ibid. περὶ τῶν κοινῶν γάμων καὶ ἀπεριστάστων ζητοῦμεν. „Lego ἀπεριστάτων. Nam τὸ ἀπερίστατον est, *quod nihil peculiare habeat, quod in nulla difficultate versetur;* & opponitur τῷ, περίστασίν μοι λέγεις. Vide III. 14, 7. Lege itaque, Ἡμεῖς δὲ περὶ τῶν κοινῶν γάμων καὶ ἀπεριστάτων ζητοῦμεν. *Nos vero quærimus de communibus conjugiis, & de iis quæ nihil peculiare in se habeant, nullisque circumdentur difficultatibus.*" VPTON. — Specie non caret ista emendatio: neque vero ausus sum, in re non satis certa, mutare vulgatam, quæ & librorum consensu probatur, & interpretationem fortasse haud absurdam admittit. Fuerit igitur ἀπερίστατος γάμος, quod *individuum* cum Wolfio idem Vptonus interpretatus est, *conjugium cujus officiis vacare homo potest, non distractus, non avocatus ab alio & graviore genere officiorum.* Et respici videtur id quod vs. 69. dictum est. *Cynicum totum debere* ἀπερίσπαστον εἶναι πρὸς τὴν διακονίαν τοῦ θεοῦ. Nempe graviore illo officio, quo eminentiori quadam ratione διάκονος τοῦ θεοῦ est Cynicus, totus Dei ministerio deditus, & ἄγγελος, κατάσκοπος & κήρυξ τῶν θεῶν, evocatur & distrahitur (περισπᾶται) a vulgaribus officiis mariti & patrisfamiliâs. Sed fuerint fortasse, qui in eamdem quam dixi sententiam, pro ἀπεριστάστων, rectius cum Salmasio περισπαστῶν legendum censeant; ut vulgaria conjugia γάμους περισπαστοὺς Epictetus dixerit, id est *multas distractiones habentia*, quod philosophum eum, qui doctorem humani generis & Dei nuncium

nuncium ad homines se esse profitetur, multis modis impediant, quo minus muneris eminentis partes, quod ei a Deo mandatum est, pro dignitate explere possit.

Ibid. οὐχ εὑρήσομεν ἐν ταύτῃ τῇ καταστάσει προηγεῖσθαι τῷ Κυνικῷ τὸ πρᾶγμα. *In hoc rerum statu*, vel *in hoc ejus statu*, (ubi semper velut in procinctu est, vs. 69.) *non sane præcipuo quodam loco eligendum Cynico erit matrimonium.* De verbo προηγούμενον confer dicta ad vs. 67. Ignorant autem h. l. omnes & edd. & scripti libri ἐν præpositionem; quam, monente in Notis VPTONO, adjeci, absorptam scilicet a terminatione verbi præcedentis εὑρήσομεν.

Vers. 77. τὸν Θεόν σοι. Rursus sic Vptonus correxit, cum ante eum, consentientibus msstis, τὸν Θεόν σου ederetur. Vbi: „Verba τὸν Θεόν σου, videntur esse Epicteti. Discipulus putat conjugium pertinere ad consociationem civilem, cui Stoici cum primis multum tribuunt. Respondet Epictetus: *Per Deum tuum.* Cur vero *tuum?* Quia Dei nuntium & præconem facit Cynicum." WOLFIVS. — „Τὸν Θεόν σοι: usitata jurandi formula, de qua supra monui. Sed Wolfium latuit." VPTON. Vide Not. ad III. 1, 35.

Ibid. κακόρυγχα παιδία. Sic codd. nostri omnes cum ed. Ven. Temere κακόρυγκα ed. Bas. & seqq. Hinc: „Fortasse κακόρυγχα, *puellos mali rostri.* Ob ploratum, opinor, sic infantes appellat: aut, si ad adultam ætatem refertur suo tempore secuturam, de loquacitate imperitorum & maledicorum hominum est intelligendum." WOLFIVS. — „Vertit Schegkius, *pituitosos liberos*; Wolfius, *malæ frugis liberos.* Si vox non sit corrupta, videtur ex Scena petita. Editio Bas. κακόρυγκα. Ed. Ven. & Salmant. κακόρυγχα." VPTON. — Quod suo e codice nil adfert Vptonus, indicio est, consensisse illum cum ed. Ven. cum qua collatus erat. ῥύγχος proprie *porci rostrum* est; itaque per contemtum *grunnientes* dicit *parvulos.*

Vers. 78. Ἐπαμινώνδου τοῦ ἀτέκνου ἀποθανόντος. „Epaminondas Thebanus, de quo Cornelius Nepos in ejus vita." VPTON.

Ibid. ἢ Δαναὸς, ἢ Αἴολος. Aeolus apud Homer. Odyss. K'. 5 sq. sex filios habuit, sexque filias. Quinquaginta Danaidum pervulgata fama. *Æoli* nomen h. l. penacute Αἴολος scribebant edd. omnes, consentientibus

bus mastis; contra usum, de quo Grammatici monent, ἄναξ adpellativum nomen esse, Αἴολος proprium. Cui tamen praecepto diserte refragatus est Grammaticus ille ab Henr. Stephano citatus in Thes. Ling. Graec. T. I. col. 178. contendens, tam proprium nomen, quam adpellativum, ταμιοξυνόους recte scribi. Quare tenori nunc hanc scripturam potuerat, nisi supra (L. 1, 16.) in τραπεζοξύνους scripturam Αἴολος non solum editi libri consensissent, sed & duo nostri codices pbc. At ibi pariter Αἴολον habet pa.

Vers. 79. στρατηγία μὲν ἢ σύνταγμά τινος ἀνατάξεως τίνος ἢ τακτικῆς. Wolfius: *itaque imperium aut alia quaedam ratio aliquem a conjugio* &c. Qui quid spectarint ista interpretatione vocabuli σύνταγμα, equidem non dicam. Miror Vptonum presso pede hic Wolfium secutum, nulla notula adjecta. Schegkius: *qui imperatoris munere fungitur, aut qui ordines ducit*; quod germanico quidem interpreti video placuisse, sed nihil huc pertinebat; id enim si dicere voluisset Epictetus, ταξιαρχία dixisset. Sicut στρατηγία ad Equminondam refertur, sic σύνταγμα ad Homerum, quod idem valet ac σύνταξις, *scriptio, liber, opus literarium, ingenii monumentum.* Hesychius: Σύνταγμα· σύγγραμμα.

Ibid. ἀνατάξεως. Corrupte olim ἀταξίας edebatur, & sic nostri pab. Perspecte vero WOLFIVS monuerat: „ἀνατάξεως; cum interrogatione legendum." — Eodem modo Salmasius. Idque in contextum primus recepit editor Cantabr., cui suffragatur Vptoni codex & noster pc.

Vers. 80. πρὸς τραπεζῆας πυλωροὺς. Vptono parui. Vulgo omnes πρὸς τραπέζης πυλωροὺς. Vbi: „Videtur hemistychium esse ex poëta aliquo. Fortasse τραπεζοξύνους πυλωροὺς, *atrienses mensarios*, hoc est δεσποτολόχους, qui mensas instructas sic observant, ut janitores ostium." WOLFIVS. — „Plane legendum πρὸς τραπεζῆας πυλωροὺς, *ad mensarios forium custodes.* Respexit enim, nec sine elegantia, ad Hom. Iliad. χ'. 69. de Canibus,

οὓς τρέφον ἐν μεγάροισι, τραπεζῆας πυλωρούς.

quos (canes) *nutrivi in aedibus, mensarios forium custodes.* Hesychius: Τραπεζῆας, παρὰ τῇ τραπέζῃ τρεφομένους. Sic lege; non τραπεζίας." VPTON. — Pro πυλωροὺς, est πυλωρεὺς in pb. Caeterum pro πρὸς τραπ.

τραπ. πυλ. malim εἰς, quemadmodum modo εἰς τοὺς νῦν dixerat.

Ibid. ἦ, εἰ ἄρα, ὅτι &c. Sic recte dedit noster pc. εἰ ἄρα, ut sæpe aliàs, elliptice; nempe h. l. εἰ ἄρα μεμοῦνται, *si modo, si forte.* Perperam vulgo edd. & cæteri nostri mssti, ἢ εἰ ὅτι ἄρα.

Ibid. πόρδωνες. „παρὰ τὴν πορδήν, ἃ πέρδει." WOLFIVS. — „πόρδωνες, *crepitum ventris edentes*, a πορδή, de Cynicis, qui, nulla cujusquam habita ratione, crepitum ventris edere nulli dubitant." VPTON. *in Ind.*

Vers. 81. Ἐπεὶ οὐκ ἂν ἡμᾶς ἐκίνει ταῦτα. „Videtur esse ironia." WOLFIVS. — Nullam hic ironiam equidem video. *Si rectam Cynismi notionem*, ait, *mente informatam haberemus; non moveret, non turbaret nos hoc, neque miraremur, quod audimus, Cynicum nec uxorem ducturum, nec liberos procreaturum.* Pro ἐκίνει, temere & invitis nostris mssts ἐκίνη erat in ed. Ven. & Bas.

Ibid. πάντας ἀνθρώπους πεποιήται. Vpt. cum Wolf. vertit, *omnes homines adoptavit.* Rectius putavi, *omnium hominum parens est;* nec enim alia notione hic accipiendum hoc verbum quam paulo ante & vs. 72. & 68. & aliàs; nisi quod ibi proprie sumitur, hic metaphorice, eadem fere metaphora qua Paulus Apostolus usus est, ad Galatas scribens, cap. 4, 18. τεκνία μου, οὓς πάλιν ὠδίνω, ἄχρις οὗ μορφωθῇ Χριστὸς ἐν ὑμῖν.

Ibid. τοὺς ἄνδρας υἱοὺς ἔχει. ἔχει ex ed. Ven. & Salmant. restituit Vptonus, consentientibus mssts. Temere ἔχειν ed. Bas. & seqq.

Vers. 83. πυθοῦ μου. Nescio WOLFIVS quid spectarit, πύθου μου scribere jubens. Sic tamen & a Salmasio adnotatum video, contra Grammaticorum legem. In πυθοῦ μου & hic & mox vs. 85. consentiunt edd. & mssti; nisi quod vs. 85. in sola ed. Bas. operarum errore prorsus omissus est accentus.

Ibid. Σαννίων. „Vocativum esse puto. Sannio, leno Terentianus, satis notus est, qui fortasse idem fuit ἐν τοῖς συναποθνήσκουσι Διφίλου. Convicium est, ut aliàs ἀνδράποδον, & paulo post μωρέ." WOLFIVS. — „Σαννίων, id est μωρέ. A sannus, Σαννίων, *Sannio.*" SALMASIVS.

Ibid. μείζονα πολιτείαν ζητεῖς, ἧς πολιτεύσει. Bene Wolfius, *num majorem rempublicam quæris eâ, quam* adminis-

administrat. Veteres editiones ἧς πολιτεύσεται dabant cum pab. quemadmodum paulo ante εἰ πολιτεύσεται in fut. recte legitur. Sed hic quidem ἧς πολιτεύεται in præs. scribendum monuit Salmasius; idque ipsum, Salmasii monitum ignorans, in contextum primus recepit editor Cantabr. præeunte nempe Wolfio in versione. Et habet h. l. recte ἧς πολιτεύεται noster codex pc. sed in eodem codice paulo ante etiam εἰ πολιτεύεται in præs. tempore perperam scribitur.

Vers. 84. εἰ ἐν Ἀθηναίοις παρελθὼν &c. Suspicatus eram ἢ pro εἰ, *aut dicet-ne? aut putas-ne eum dicturum?* Si tenendum εἰ, intelligendum erit e superioribus πυθοῦ μου. Mox, post ἢ πόρων, posui interrogandi signum, quod in fine versus post ἐλευθερίας posuerat Vptonus cum anon. Lond. minus commode. Interrogationem non indicaverant superiores edd.

Ibid. περὶ προσόδων ἢ πόρων; „Extat Xenophontis libellus, qui inscribitur: Πόροι, ἢ περὶ προσόδων. *Rationes reditum, sive, de proventibus.*“ VPTON.

Vers. 85. τηλικαύτην πολιτείαν πολιτευσαμένου ἀνθρώπου. — „πολιτευσαμένου. Sic noster codex; alii πολιτευομένου.“ VPTON. — In posteriorem hanc scripturam cum editis consentiunt nostri codices; quam ego, si mei res arbitrii fuisset, non eram loco moturus. Neque enim satis video, quænam hic sit vis primi aoristi, quam nec ipse Vptonus in versione expressit; & præsens tempus vs. 89. etiam habemus, ἧς πολιτεύεται. Quod si suo loco hic stat πολιτευσαμένου, intelligendum erit, *cum tantæ reip. sese adjunxerit, sese dederit.* Cæterum mutato paulisper verborum ordine scribit pb. τηλικαύτην πολιτευομένου ἀνθρώπου πολιτείαν.

Ibid. πυθοῦ μου. In edit. Bas. temere omissus est accentus; sed in πυθοῦ μοῦ ceteri consentiunt libri, ut supra vs. 83.

Ibid. μικρὰ, πολλὰν. Scribæ codicis pc. quid acciderit nescio, qui μίλιαν πολλὰν habet, omissa voce μικρά. Post μείζονα intellige ἄρξει, aut ἄρξῃ in subjunctivo.

Vers. 86. λεπτὸς. Sic recte suo e cod. edidit Vptonus, cui suffragatur noster pc. Ceteri & vulgo editi, λεπρός.

Vers. 87. δίκα τῶν θαυμαζομένων ὑπ' αὐτῶν εἶναι καλόν: Sic Vptonus edidit, præeunte (ut ipse notavit) editione Salmant. Cæteræ editiones cum mastis, δίκαι

δίκα τῶν θαυμ. εἶναι ὑπ' αὐτῶν καλόν. Vbi perperam transpositum esse verbum εἶναι, & post ὑπ' αὐτῶν rejiciendum, Wolfius etiam & Salmasius adnotaverant.

Vers. 88. στίλβων γὰρ περιήρχετο. „Confer infra IV. 11, 21 sq. Sic autem Laërt. in vita Diog. sect. 81. τὸν δὴ Φιλόσοφον Ἀθηνόδωρός φησιν, ἐν ὀγδόῃ Περιπάτων, ἀεὶ στιλπνὸν φαίνεσθαι διὰ τὸ ἀλείφεσθαι." VPTON.

Ibid. καὶ καθ' αὑτὸ τὸ σῶμα ἐπέστρεφε τοὺς πολλούς. Ante Vptonum ὑπέστρεφε edebatur. Vbi: „Lego κατ' αὐτὸ τὸ σῶμα ἐπέστρεφε τοὺς πολλούς." WOLFIVS. — „Rectè. Noster autem codex ἐπέστρεφε." VPTON. — In ἐπέστρεφε, quod unice verum est, consentiunt tres nostri codices. Iidem vero cum eodem Vptoni codice in vulgatum καθ' αὑτὸ consentiunt, quod hactenus ferri potest, ut τὸ σῶμα intelligatur esse nominativus casus; ut constructio hæc sit, καὶ τὸ σῶμα (αὐτοῦ) καθ' αὑτὸ (id est, καθ' ἑαυτὸ) ἐπέστρεφε τοὺς πολλούς. Quod si ἐπέστρεφε ad Diogenem referas, utique κατ' αὐτὸ τὸ σῶμα corrigendum fuerit, quemadmodum Wolfius monuit. ἐπέστρεφε Salmasius etiam correxerat.

Vers. 90. χάριν προσεῖναι πολλὴν. χάριν πολλὴν προσεῖναι pc. πολλὴν deest pb.

Ibid. μύξα, *mucus*, *stupida arrogantia*. Vide ad II. 21, 10.

Vers. 91. Καὶ πῶς; ἔφη· σὲ Θεοῖς ἐχθρὸν νομίζων. Olim minus commode, καὶ πῶς, ἔφη, σε Θεοῖς ἐχθρὸν νομίζω; Sed: „Lego νομίζων, pro ἐπειδὴ νομίζω." WOLFIVS. — „Noster quoque codex νομίζων. Cæterum hoc Diogenis dictum memorat Laërtius VI. 42. Λυσίου τοῦ Φαρμακοπώλου πυθομένου εἰ Θεοὺς νομίζει; Πῶς δὲ, εἶπεν, οὐ νομίζω, ὅπου καὶ σὲ Θεοῖς ἐχθρὸν ὑπολαμβάνω; *Lysia pharmacopola scisciante, an Deos esse crederet? Quomodo, inquit, non credo, [credam.] qui te diis inimicum puto?* Idem dictum in vita Aristippi, II. 102. Nec absimile illud apud Aristoph. in Equit. vs. 32.

Δ. Ἐτεὸν ἡγεῖ γὰρ Θεούς;
Ν. Ἔγωγε. Δ. Ποίῳ χρώμενος τεκμηρίῳ;
Ν. Ὅτιὴ θεοῖσιν' ἐχθρὸς εἰμ' οὐκ εἰκότως."

VPTON. — Νομίζων recte in contextum recipit Vpt. cui adsentitur noster cod. pc.

Vers

Vers. 92. Οὐ χρὴ παννύχιον. „Homer. Iliad. Β. 24.“ VPTON.

Ibid. ἕωντος. ἐν ὕπνοις pb.

Ibid. ᾧ λαοὶ τ' &c. Nempe haec verba patiter ad se pertinere significabat. Conf. supra vs. 72.

Vers. 93. καθηράτερον. Perperam & invitis nostris mssis καθαρώτερον dant vett. edd.

Ibid. κυβευτὴν. „κυβευτὴς, *aleator*; metaph. *qui fortunae se committit*, sumpta metaphora ab aleatoribus qui aleae fortunam experturi, dicunt ἀναρρίπτειν κύβους vide Suid. & Gatak. ad M. Anton. I. 8.“ VPTON in *Notis*. — Haud incommode Wolfius *scurram* h. l. interpretatus erat, quod & Vpt. in versione tenuit, nec ego mutavi; nempe κυβευτὴν dicit hominem, qui *in rebus maximi momenti ludum facit*, & adfectatur atque ementita severitate *hominibus illudit*. cf. II. 9, 17. coll. vs. 19. II. 19, 28. not. III. 21, 24. Caeterum, sicut h. l. jungitur κυβευτὴς & ῥαψῳδὸς, sic apud Suidam κυβεία exponitur πανουργία.

Ibid. ἐνεχόμενος. Sic recte pb. cum edd. ἐνιχόμενος pa. ἐνίεχ. pc.

Vers. 94. τὰ ὅπλα &c. Olim sic edebatur: τὰ ὅπλα παρείχετο ἐπιτιμᾶν τισι καὶ δύνασθαι καὶ κολακεύειν τοὺς ἁμαρτάνοντας, καὶ αὐτοῖς οὖσι κακῶς τῷ Κυνικῷ ἀντὶ τῶν ὅπλων &c. Neque quidquam in his mutant nostri mssti. Sed: „Sententia postulat, (sic notavit WOLFIVS) παρέχει τὸ ἐπιτιμᾶν καὶ δύνασθαι καὶ κολάζειν τοὺς ἁμαρτ. — — τῷ κυνικῷ δὲ ἀντὶ τῶν ὅπλων &c.“ — Et κολάζειν (quod etiam in ora ed. Salmant. adnotatum erat, & a Salmasio commendatum) pro κολακεύειν, suo e codice in contextum recepit Vptonus; pariterque τῷ δὲ Κυνικῷ, pro τῷ κυνικῷ. Ego praeterea vulgatum παρείχετο utique in duo verba, παρεῖχε τό, partiendum cum Wolfio putavi. Et commodius quidem videri poterat, cum eodem Wolfio παρέχει in praes. temp. scribere; sed minima mutatione contenti esse debuimus; & praeteritum tempus pertinebit ad reges illos & tyrannos, quorum sive apud Homerum, sive apud alios fit mentio.

Vers. 95. Ὅταν τόδε. „Caeteri omnes, nostro codice excepto, in secunda persona τόδε.“ VPTON. — In olim vulgatum τόδε nostri consentiunt libri.

Ibid.

Ibid. Ἀγοῦ. Sic codd. noſtri, cum edd. omnibus, excepta Vptoniana, in qua temere Ἄγου expreſſum. Vide Adnot. ad II. 23, 42.

Ibid. δί μ' ὦ Ζεῦ. Sic Vptonus reſtituit, ut habent omnes II. 23, 42. & alibi. Hoc loco δί με Ζεῦ edebatur, cum pa. Sed δί μ' ὦ Ζεῦ pb. δί μα ὦ Ζεῦ pc.

Ibid. σύ γ' ἦ. σύ γε ἦ pb.

Ibid. Εἰ ταύτῃ ἔſc. Vide Enchir. cap. extr.

Verſ. 96. Verbum ταμβαυάζεσθαι poſt τὰ τέκνα male locat pb.

Verſ. 98. ἀπεστιμᾶς ἄλλους. ἄλλους pc.

Verſ. 99. ὁ ταῦρος αἴ. „Vide ad I. 2, 30.“ VPTON.

Ibid. καταβαλλόμενον. Sic, pro vulgato καταβάλλομενος omnino corrigendum monuit Salmaſius. Id ipſum recte & dedit noſter pb. quo minus dubitavi adoptare.

Verſ. 100. ἔχειν δεῖ. Perperam ἔχειν δεῖν pc.

Verſ. 101. τὸ χαῖρον ἀνάγκη γινέσθαι. Mendoſe γενέσθαι ed. Ven. & Baſ. ubi γενήσεσθαι alii γενέσθαι. Id legendum monuit Wolf. Et γενέσθαι correctum in ed. Gen. Col. & ſqq. Sic vero & codex Vpt. & noſtri tres. De re conf. I. 19, 13 ſqq.

Verſ. 102. Οὐδέποτ' οὖν αἰς ταῦτα καταβαίνω τὸ ὀχύρωμα. „Conf. Enchir. cap. 19. & ſupra III. 6, 5.“ VPTON.

Verſ. 103. ἢ' ἄτης. Perperam ἢ' ἄτη pab.

Verſ. 104. ἀπιβολὴ ἀτελής; Fortaſſe ἢ ἀπιβ. quemadmodum mox τακτικωτερος, ἢ Φθόνος. Facile abſorberi potuit particula ἢ a poſtrema litera vocis præced. πεπτωκέναι.

Ibid. ἢ προσοχὴ ἢ πολλὴ, ἢ πολλὴ προσοχὴ pc. quod nihilo deterius.

Ibid. σύνεσις. σύνεσις pc. minus commode.

Verſ. 105. ῥέγχεσι. Sic pc. ῥέγκει, editi cum pab. Sed in pb. pariter ῥέγκει inter lineas. Conf. ſupra vſ. 30. & IV. 10, 29.

Ibid. λογισμὸς προσμένουσι οὐ γίνεται. „Laudat hunc locum M. Antonin. lib. XI. ſect. 36. Vide autem I. 18, 12.“ VPTON.

Verſ. 106. στρατιῶται. Sic ſcripſi, στρατιῶται pab. In pc. haec vox cum aliis nonnullis temere praetermiſſa. Vulgo

στρατιῶν edd., ne sic quidem male; sed constantiam voci tenere. Vide I. 1, 10. III. 18, 3. not. &c. Mox cap. 23, 32. in στρατείων omnes consentiunt.

Ibid. Ναὶ καὶ ἀρχῶν καὶ τιμῶν. Vulgo interrogandi signum post τιμῶν ponebant. Vbi quaesivit VPTONVS: „An post τιμῶν, reponendum Ναί. An interpungendum: καὶ στρατείων δὲ; Ναί, καὶ ἀρχῶν καὶ τιμῶν. *Recusam? Sane, ut etiam magistratus & honores.*" — Posteriorem praetuli rationem; quam & Wolfius in versione secutus erat.

Ibid. Ἔστι τὰ τοιαῦτα. „Vide II. 1, 15." VPTON.

Vers. 107. τὸν θεόν σοι, ὑπέρθου. *Per Deum, differ.* In σοι hic recte consentiunt omnes, quod frequenter alias in σου corruptum vidimus. conf. III. 1, 35. not. Parum feliciter Wolfius verba ista, τὸν θεόν σοι ὑπέρθου, interpretatus erat, *Deum tibi praesidem statuito; Deum tibi superpone*; i. e. submitte te Deo.

Vers. 108. Ἕκτωρ λέγει τῇ Ἀνδρομάχῃ. „Homer. Iliad. Z. 490." VPTON.

CAPVT XXIII.

TIT. Πρὸς τοὺς ἀναγινωσκομένους καὶ διαλεγομένους ἐπιδεικτικῶς. Sophistarum, Rhetorum, Scholasticorum, atque id genus hominum morem in hoc capite magna cum festivitate tangit Epictetus, qui ab orationibus meras pompae inservientibus laudem captabant. Pleni sunt veterum libri de hac recitandi consuetudine, quae consuetudo tam in soluta quam in vincta oratione obtinuit, praesertim Epicteti temporibus, uti videre est apud Plinium, Juvenalem, Martialem, & Scriptorem illum de Causis corruptae eloquentiae. Has *Sophistarum recitationes*, Ἐπιδείξεις & Ἀκροάσεις ἐπιδεικτικὰς vocabant: de quibus monet Epictetus in Enchir. cap. 33, 11." VPTON.

Vers. 1. Τίς εἶναι θέλεις. „Confer Enchir. cap. 33. in initio. Cic. de Off. I. 32. *In primis autem constituendum est, quis nos, & qualis esse velimus, & in quo genere vitae: quae deliberatio est omnium difficillima.*" VPTON.

Ibid. σὺν τῷ ὑμᾶς τοιοῦτον. τοιοῦτον correxerat Salmas. praeter necessitatem: intellige τοῦτο, ex τοῦτον quod modo praecessit.

Vers. 4. Μὴ ὡς πρόβατον, &c. „Vide II. 9, 2 sqq. II. 10, 2.“ VPTON.

Ibid. εἰ καὶ ἀνιεμὴς. „Lego ἀνιεὶς, ut referatur ad πρόβατον.“ WOLF. — „Editio Salmanti pro εἰ καὶ, in marg. habet εἶναι.“ VPTON. — Neutra vero mutatione opus.

Ibid. ἢ βλακτικὸς. „Fortasse βλακτικῶς.“ WOLF. — Ad ἢ βλακτικὸς e superioribus intellige negationem. De re vero consule loca paulo ante citata.

Vers. 6. ἂν εὕρῃς ὅτι ἀναφέρεις. Haec est constans codicum nostrorum scriptura, neque aliud quid ex Vptoni codice enotatum video. Dixerat modo, σκόπει πρῶτον μὴ ἐπὶ αὐτὸ τοιεῖν. Est autem ἐπὶ τοιεῖν idem ac ἐπὶ μηδὲν ἀναφέρειν. Nunc igitur ait; εἶτ' ἂν εὕρῃς ὅτι ἀναφέρεις scil. αὐτὸ ἐπί τι. Cum in ed. Ven. & Bas. sic esset expressum, ἂν εὕρῃς ὅ, τι ἀναφέρεις, monuit WOLFIVS: „Lego ἀΦ' ὅ, τι.“ Idque ipsum, Wolfii auctoritate, in contextum recepit editor Cantabr. & tenuere Lond. anon. & Vpton. εἰς ὅ τι ἀναφέρεις scriptum volnerat Salmasius.

Vers. 7. Ὠφελῆσαι θέλεις, &c. „Hic est sensus: *Si interrogas, prodesse velit, an laudatis; statim audias dicentem.*“ SALMASIVS.

Ibid. οὐδὲ γὰρ τῷ κυνηγῷ. Sic recte noster pb. Caeteri οὐδὲν γὰρ, quemadmodum vulgo edebatur.

Vers. 8. ὠφελῆσαι καὶ ἄλλους. Ignorant pbc. particulam καὶ, quae nullo sane incommodo abesse poterat.

Ibid. σκυτικὴν edidit Vpton e suo cod. & ed. Salmant, adsentientibus tribus nostris codd. Corrupte σύστικὴν ed. Ven. Inde σκυτοτικὴν ed. Bas. & seqq. Subit hic animum Polybii locus, VIII. 5, 2. ubi σκυτικὴ στοὰ, de quo multum ibi in varias partes disputavimus, plane fortasse, prout nomen indicabat, *porticus coriaria* intelligi debebat, id est, *porticus coriariorum, porticus ubi sunt tabernae coriariorum.* Nam σκυτικὴν στοὰν, non Σκυθικὴν, scribitur apud Heronem, in cujus uno libello conservatum est ad nostram aetatem illud Polybii fragmentum.

Vers. 9. Τίς ἐπαγγελία ὀρέξεως; &c. *Quaenam est professio appetitionis? quid ea se velle profitetur?* Conf. Enchir. cap. 2.

Ibid. ἀνηλίσους recte ed. Col. & seqq. cum codd. pbc. Perperam ἀγηλίσους vett. edd. cum pa.

Vers. 10. ψυχρότερόν σοι τῶν ἀκροατῶν συνηλίσθη. Dativum σοι recepi ex nostro pc. Vulgo cæteri omnes σου.

Vers. 11. Τί σοι ἔδοξα; Θαυμαστὸς, &c. „Inducit Epictetus (idque festive) Sophistam atque unum ex auditoribus sermones inter se cædentes.“ VPTON. — Exspectabam Τίς σοι δό. Sed nil mutant libri; ac poterat etiam ferri vulgatum. vide ad III. 14, 2. & ad II. 24, 19.

Ibid. τὴν ἐμὴν σοι σωτηρίαν. „Sapple ἐτίμησα. Per [meam] salutem tibi juro. Eadem ellipsis ac in τὸν Θεόν σου, notissima juranti formula in his Dissertationibus. Vide ad III. 1, 35.“ VPTON.

Ibid. Ὅτου διέγραψε τὸν Ἡσίονα καὶ τὰς Νύμφας. „Maxime in descriptionibus sese ostendebant Sophistæ; idque agebant, ut florens, pictum & expolitum esset orationis genus, uti videas nunc apud Maximum Tyrium & Dionem. Vide II. 19, 10. & infra hoc cap. vl. 35.“ IDEM.

Vers. 12. Ἴσως μοι λέγεις, ἐν ὀφθῇ — — κινεστρόφῳ. „Fortasse, ὅτι ἐν ὀφθῇ.“ WOLF. — Particulam ὅτι ignorant libri; & abesse potest. Sic post verbum δοκεῖς eadem non male omittitur, IV. 4, 21. Conf. IV. 1, 73 not.

Vers. 13. τὸν συγκλητικὸν *senatoris filium* verti; non *senatorem*, ut Vptonus cum Wolfio. Agitur enim de juvene scholam frequentante: & est omnino συγκλητικὸς *senatorius*, *ad senatorium ordinem pertinens.*

Vers. 14. περιῶντας. περίεντας pb. sed & idem in ora περιιόντας.

Vers. 15. τί δοκεῖς ἄλλο. δοκεῖς ex ed. Ven. & Salmant. restituit Vpton, quemadmodum legendum Wolfius monuerat; neque aliud codices habent. Temere δοκεῖ ed. Bas. & seqq. De corrigendo errore monuerat Salmas.

Ibid. Οὗτός τινά μοῦ φησι. τινά τοῦτό μου pc.

Vers. 16. Abest in pc. σου post διαλεγ. rursusque post ἀναγνώσου. De τοσούτῳ χρόνῳ conf. Adnot. ad II. 22, 31.

Vers. 17. Δίωνος πολὺ κάλλιον. „Hic est ille *Dio Prusæus*, ab urbe Prusa Bithyniæ, ob eloquentiam *Chryso-*

Chryſoſtomus appellatas: cujus ſcripta quam plurima nunc extant. " VPTON.

Verſ. 18. *Ὅλον ἄλλο ἐστί.* „*Totum aliud eſt*; ad verbum. *C'eſt toute autre choſe.* Alia res eſt." SALMAS. — Angl. *Tis quite another thing.*" VPTON. Nempe longe aliud eſt, laudare aliquem ut oratorem, aliud ut philoſophum. Toto genere iſta differunt.

Ibid. ἀτάραχός ἐστιν. „Sic noſter codex: alii *οὗτος ἀτάραχός ἐστιν.*" VPTON. — Nempe ſic vulgo ante Vptonum legebant diſtinguebantque, *ὁ ἄνθρωπος ἀθῴων ἐστίν; οὗτος πιστὸς ἐστιν; οὗτος ἀτάραχός ἐστιν*; Et ſic noſtri codd. pac. Vptonus vero, præeunte ipſius codice, prius *οὗτος* cum *ἀθῴων ἐστὶν* conjunxit, alterum delevit; cui in utraque re noſter ſuffragatur pb.

Ibid. οὗτος ὁ πιστὸς τί ἐστί; „*Ti*, Angl. *Wherein. κατὰ τί.*" VPTON. — Immo recte Wolfius: *fidus iſte quis eſt?* Proprie, *quid eſt?* Nempe, *quid tu dicis hominem fidelem?* Sic vſ. 23. *τί λέγεις τὸ ἐναντίωμα*; Non incommode Schegkius vertit: *Quid eſt, aliquem eſſe fidelem?*

Verſ. 19. *Πόθεν αὐτό*; Suſpicari poſſis *πόθεν αὐτῷ*, ut perſæpe aliàs. *Unde ille tot habuiſſet auditores?* Sed nil novandum. conf. vſ. 14. & IV. 1, 152.

Ibid. καὶ κομψῶς διαθήναι. καὶ etenim vertunt, commode; ut ſignificanter & cum emphaſi poſitum ſit pro *καὶ γάρ.*

Ibid. Τὸ *καλὸν &c.* „Proverbialis locutio: *Pulcrum vel lapidem movere poſſit.*" VPTON.

Verſ. 20. *Ἴδοι φαμὶ φιλοσόφου, &c.* Adparet, ironice & per deriſionem hæc dici.

Ibid. Πολλάκις διήκουσα &c. „Verba Xenophontis, in principio Memorabilium." COMES SHAFTESBVR. — „Sic ii qui in verborum conſtructione curioſiores verſantur, inquirunt: anne ſcribendum *τίνι λόγῳ*, vel *τίνα λόγον.* Vide quid de Platone dicit Dionyſius Halic. de Structura orationis, p. 242, 244. edit. Lond. [cap. 25. Tom. V. ed. Reisk. p. 208 ſq.] & Quinctil. Inſtit. lib. VIII. c. 6. [ſ. 64.]" VPTON. — Perperam editiones omnes ante Vptonum, conſentientibus noſtris mss., verba iſta *πολλάκις διήκουσα* cum ſuperioribus *καὶ Ἰσοκράτους* conjunxerant: eodemque modo Wolfius in verſione. De Xenophontis ſtylo ſic judicavit Dionyſius

Hal. de Struct. Orat. f. de Compos. Verborum, c. 10. *ἡ τοῦ Ξενοφῶντος λέξις ἡδύτης μὲν εὐφωνίας, ὡς ἔνι μάλιστα, οὐ μὴν πρέπει γε, ἐφ' ὅσον ἔδει. Xenophontis dictio quam maximam quidem jucunditatem habet; non tamen eam, quam oportebat, pulcritudinem.* T. V. p. 53. ed. Reisk.

Ibid. τῶν δ' ἀνδρῶν τελειότερον. „ἴσως, αὐτελειότερον, noſter codex.“ VPTON. — Niſi commode ferri poſſet vulgatum, ſuſpicari liceret, *λειότερον* ſcripſiſſe Arrianum, i. e. *lenius, mollius.* Sic *ἡ λειότης τῶν φθόγγων* eſt *lenitas pronunciationis* apud Dionyſ. Halic. in Iudic. de Iſocrate, c. 2. Tom. V. p. 538. ed. Reisk. Et *τὰ λεῖα ὀνόματα*, i. e. *molliter ſonantia vocabula*, apud Rhetores opponuntur *τοῖς τραχέσι*, ut monuit H. Steph. in Theſ. ad voc. *λεῖος*.

Verſ. 21. *Ὡς εἴ γε ἀναγινώσκετε.* Pro *ὡς* Meibomius *ὥστε* vel *οἵ* legendum cenſuerat. Nil opus. Poteſt *ὡς* idem ac *ὥστε* valere; poteſt etiam, ut frequenter apud optimos ſcriptores, *nam, quippe, quoniam*, verti. Sic mox hoc eodem verſu, *Ὡς ἐγὼ οἶδα τοιοῦτος. ἀναγινώσκετε* vero ex edit. Ven. reſtitui, cui adſentiuntur tres noſtri codices. Temere *ἀναγινώσκεται* in editionem Baſ. irrepſit, quod tenuere ſequentes editores.

Ibid. Ἐμὲ δ' Ἄννυτος &c. „Ex Critone Platonis. Vide Enchir. cap. 53.“ VPTON.

Ibid. εἷς μηδενὶ προσέχειν. Olim cum *μηδὲν προσέχειν* ederetur, monuerat Wolfius atque Salmaſius, *μηδενὶ* legendum, quod adoptavit VPTONVS, hæc adnotans: „Verba ſunt apud Platonem in Critone: *Ὡς ἐγὼ οὐ μόνον νῦν, ἀλλ' ἀεί, τοιοῦτος, οἷος τῶν ἐμῶν μηδενὶ ἄλλῳ πείθεσθαι ἢ τῷ λόγῳ, ὃς ἂν μοι λογιζομένῳ βέλτιστος φαίνηται.*“ — Platonis verba in Critone habes cap. 6. p. 131. ed. Forſt. In mendoſum *μηδὲν* apud noſtrum conſentiunt libri omnes. Articulum *τῷ*, ante *λόγῳ*, prætermiſit pc. In Enchir. c. 51, 3. recte ſcribitur *μηδενὶ ἄλλῳ προσέχειν ἢ τῷ λόγῳ.*

Verſ. 22. *τίς ἤκουσε Σωκράτους περὶ λόγους &c.* „Vide ad III. 5, 17. & infra IV. 8, 22. Et Enchir. cap. 46. Simplicius Comment. in Enchir. c. 69. de Socrate: *Τοσοῦτον ἀφελεῖσθαι τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς τὸ ἀτιμαστικὸν, ὥστε, τινῶν ἀνοήτων αὐτοῦ μὲν καταφρονούντων, δι' αὐτοῦ δὲ βουλομένων ἄλλοις συνεῖναι πρὸς παίδευσιν, ἐπέχειν αὐτοὺς καὶ συνατένειν σοφισταῖς. ὥσπερ Ἱππο-*

κράτη

πράττη τὸν Ἀπολλοδώρου, βαδίζοντα κατὰ τὴν Πρατιναν ρα συνίσα. καὶ ἐν Ολυμπίᾳ δὲ ὁ αὐτὸς ἑαυτὸς scribo cum ms. absque ὁ] λέγει, ὅτι πολλοὺς μὲν ἤδη ἐξέπληξε Προδίκου, πολλοὺς δὲ ἄλλους σοφιστὰς ἐν ταῖς ἀκροάσεσι ἀνδρὰς σι." VPTON. — Verba paulo aliter ordinat pc. τὸν ἡμῶν ποτὲ Σωκράτους.

Ibid. συστασθῆναι. Commodius hoc, quam quod apud Simplicium loco modo citato legitur, συστῆναι. Corrupte vero h. l. συγκαταθῆναι pc.

Vers. 23. Οὐ ἀλλὰ προπέμπων. Vptonus οὐ; ediderat, cum interrogandi signo, & *Nonne?* interpretatus erat. Monuit vero in Notis, ironice hæc esse dicta, delendamque interrogationem. Neque eam superiores editiones agnoscunt, nec scripti libri.

Ibid. ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ Κοδράτου. „Nomen habes Numidii *Quadrati* apud Plinium in Epist. XI. lib. VI. & alibi. An hic ille est, quem memorat Epictetus nescio. Certe Quadratus erat ex numero divitum illorum, qui ad recitationes & ἀκροάσεις ἐπιδεκτικὰς ædes suas commodabant. Hunc ad morem alludit Plin. lib. VIII. epist. 12. *Domum suam recitantibus præbet.* Et Juvenal. Sat. VII. 40.

— — — *Si dulcedine famæ*
fuccensus recites, Maculonius commodat ædes.

Et Martial. lib. IV. Epig. 6.

In Stellæ recitat domo libellos."

VPTON.

Ibid. ὅτι πομψῶς συνθεῖεν τὰ ἐνθυμήματα. „συνθεῖεν a συνθέω, vox insolentior, uti & mox." VPTON. — Conf. Not. ad III. 22, 76. Vertit Vptonus cum Wolfio, *quam belle orationem componas;* præferendum ego putavi, *quam belle verba construas.* De verborum structura solicite præcepta discipulis suis dabant rhetores, atque volumina etiam scripta complebant: cujusmodi hodieque habemus Dionysii Halic. opus, περὶ Συνθέσεως ὀνομάτων inscriptum; quem Rufulum alii, *de Collocatione Verborum*, interpretati sunt; alii, *de Constructione Verborum*, alii *de Structura Orationis.* Conf. vs. 26.

Vers. 24. Τί λέγεις τὸ ἐναλυσιτον; Temere olim τὸ ἐναλυσιτον. Vbi WOLFIVS: ἐναλυσιτον lege." — „Recte ἐναλυσιτον habet noster codex & editio Salmant. Vitur enim Epictetus μιμητικῶς. *Me laudato? Quid dicis,*

me laudato? *hoc mea fatis eſt, dic potius Vah! praeclare!*" VPTON. — In *τὸ ἐπαινεῖσθαι*, quod recte recepit Vptonus, conſentiebant noſtri pro. In pb. verba nonnulla in hac regione deſiderantur.

Ibid. Οὐᾶ — οὐᾶ, Θαυμαστῶς. „Variae fuerunt faventium inter audiendum acclamationes. Supra III. 23, 11. ἀναφθοῦς, atque hic οὐὰ, *vah*, Θαυμαστῶς. Οὐὰ plane latinum eſt *Vah*, quod frequens occurrit apud Comicos. Dio Caſſius de Nerone lib. LXIII. Πάνυ δὲ τῶν ἀνδρῶν, καὶ μάλιστα τῶν βουλευτῶν ὅτι μάλιστα συμβοώντων, Ὀλυμπιονίκα, οὐά! Πυθιονίκα, οὐά! *Viris omnibus & ſenatoribus inprimis acclamantibus, Vah! in Olympicis victor! Vah, in Pythicis victor!* Sic locus iſte legendus atque interpretandus, monente etiam Salmaſio in Hiſt. Aug. p. 345. Alias laudantium admirantiumque voces memorat Cic. lib. III. de Orat. [c. 26.] *bene, praeclare, belle, feſtive, non poteſt melius.* Martial. lib. II. Epig. 27.

Efficiès, graviter, cito, nequiter, ange, beato.

Horat. in lib. de Arte Poët. vſ. 428.

— Clamabit enim, Pulchre, bene, recte."

VPTON. — In Adnot. hac Οὐὰ cum gravi accentu ſcripſit Vpton, ſecus ac in contextu, ubi Οὐᾶ cum edd. & mſtis. Οὐᾶ cum circumfl. apud Dionem etiam ſcripſit Reimarus, T. II. p. 1041. ubi vide quae adnotavit Editor. Conſer infra vſ. 32. & III. 22, 34.

Ibid. εἰ δ' ἔστιν ἔπαινος ἀναθὸν, ὅ τι ποτὲ λέγουσιν οἱ φιλόσοφοι τῇ τοῦ ἀγαθοῦ κατηγορίᾳ. Sic ed. Baſ. & ſqq. Vbi: „ἐν τῇ lego." notavit WOLFIVS. — MEIBOMIVS vero: „Quid ſi legamus ἡ τοῦ ἀγαθοῦ κατηγορία, nominandi caſu." — Editio vero Ven. cum Salmaſ., conſentientibus mſtis, ſic habet: ὅ, τί ποτε ſ. εἰ δ' ἔστιν ὅ τί ποτε λέγουσιν οἱ φιλόσοφοι τῶν τοῦ ἀγαθοῦ κατηγορίᾳ. Hinc VPTONVS: „Quid ſi legamus, τῶν ἐν τῇ τἀγαθοῦ κατηγορίᾳ. *Si laus eſt eorum aliquid quod philoſophi in claſſe Boni ponunt.* Vide Diog. Laërt. in vita Zenonis lib. VII. 94. atque ibi Menagium." — Poſſis etiam τῶν, quod eſt in libris, ex τὸ ἐν corruptum ſuſpicari ut ſit: εἰ δ' ἔστιν — — οἱ φιλόσοφοι, τὸ ἐν τῇ τἀγαθοῦ κατηγορίᾳ. *Si laus eſt illud, quod philoſophi dicunt, quod boni denominatione comprehenditur;* &c. Nempe laudem vere nominatam in bonis ponunt philoſophi; & nihil eſſe laude dignum docent,

docent, quod non sit bonum. cf. II. 11, 22. Apud Laërtium vero, aut apud Menagium, eo loco, ad quem Vptonus provocavit, nihil invenias, quod ad illustrandum hunc locum faciat. Vulgatam scripturam sic interpretatus est Schegkius: *Quod si laus est id nimirum, quod philosophi Boni vocabulo exprimunt.* Wolfius: *si laus illud est, quod philosophi in classe boni recensent.*

Ibid. τί σε ἔχω ἐπαινέσαι; „*Quid te laudare possum?* Lego sine interrogatione. Est enim hypothetica oratio. Etsi dubito, an pro ἕκαστος sit legendum λόγος: ac neutram lectionem satis probo.“ WOLFIVS. — „Male Wolfius. [Qui etiam sic in versione scripsit, absque interrogatione: *habeo in quo te laudem.*] Bonum trifariam dividitur. Vide quæ ex Sexto Empir. citat Menagius ad Laërt. VII. 94. & consule Lipsium in lib. II. Dissert. 22. Manud. ad Stoicam Philosophiam. Inquit Epictetus: *Si laus cadit sub aliquam classem bonorum; quo modo te laudare possum? nam si quod bonum est, idem & utile; quæ tua utilitas?*“ VPTON. — Neuter horum interpretum mihi videtur Philosophi sententiam rationemque recte adsecutus. Vide Adnot. proxime præcedentem.

Vers. 25. Οὐδὲ γὰρ ἂν πρέποι &c. „Verba Socratis in Platonis Apol. p. 17. edit. Steph.“ VPTON. — πρέπει, non πρέποι, habet noster pc.

Vers. 26. ἐκλέξαι ὀνομάτια καὶ ταῦτα συνθεῖναι. „Extat Dionysii liber περὶ Συνθέσεως ὀνομάτων, *de compositione verborum, de structura orationis.* Quin & promittit se scripturum περὶ Ἐκλογῆς τῶν ὀνομάτων, *de verborum delectu.*“ VPTON. — Conf. ad vs. 23.

Vers. 27. Οὐχὶ δ', ὡς ὁ ἥλιος ἄγει αὐτὸς ἐφ' ἑαυτὸν, ἡ ἡ τροφὴ, οὕτω δὲ καὶ οὗτος ἄγει (scil. ἐφ' ἑαυτὸν) τοὺς ὠφεληθησομένους. Vulgo Οὐχὶ ὡς ὁ ἥλιος edd. absque δ', tum ἡ τροφὴ absque articulo edebatur, sed ἡ τροφὴ absque ἡ ed. Vpt. Vbi post οὐχὶ interposito puncto distinguendam orationem censuerat Gatak. ad Anton. V. 9.: VPTONVS vero hanc adnotavit: „Edit. Salmant. οὐχὶ δ'. Recte. Mox pro ἡ τροφὴ lego τὴν τροφήν, atque ita reponendum arbitror: Οὐχὶ δ' ὡς ὁ ἥλιος ἄγει αὐτὸς ἐφ' ἑαυτὸν τὴν τροφήν, οὕτω κ. τ. λ. *Nonne vero, ut ipse sol ducit ad sese nutrimentum, sic & ipse &c.* Nam flammæ solis nutriuntur ex vaporibus, quos ad sese vi sua ex terra & planetis ducit.“ — Sic ille. At sol (e veterum opinione) attrahit ad se va-

poreſ, ut eos conſumat, & eis nutriatur: auditores vero a philoſopho non conſumi debent, ſed ab illo nutriri fructumque percipere. Particulam δὲ poſt οὐχὶ non ſola editio Salmant. agnoſcit, ſed etiam Ven. & ſcripti libri omnes; quare eam reſtitui. Nec obſtat quod deinde ſequitur οὕτω δὲ, pro quo, ſi opus eſſet, ſuſpicari poſſes οὕτω δὴ ſcribendum; ſed ejusmodi repetitione illius particulae nihil frequentius. Vide I. 14, 10. II. 16, 4. In ſequentibus verbis non erat, quur haereret Vptonus. Commode vero pro ἡ τροφὴ, quod cum codd. noſtris pac. dabant editi omnes ante Vptonum, ἢ ἡ τροφὴ dedit codex pb. quod lubens amplexus ſum. Structura verborum hoc modo intelligenda: ὡς ὁ ἥλιος ἄγει αὐτὸς ἐφ' ἑαυτὸν τοὺς ἀνθρώπους, vel τοὺς ὠφελησθησομένους, ἢ ὡς ἡ τροφὴ αὐτὴ ἐφ' ἑαυτὴν ἄγει τοὺς ὠφελησθησομένους. De τροφῇ, quatenus αὐτὴ ἐφ' ἑαυτὴν ἄγει, conf. II. 24, 16.

Ibid. Καὶ τοι νῦν &c. „Inclusive ſcribe: (καὶ τοι νῦν — — παρακαλοῦντος.)“ VPTON.

Ibid. οἱ ἰατροὶ. Articulum non agnoſcunt pac.

Verſ. 28. ὅτι σοὶ καλῶς ἐστι. Sic ed. Baſil. ex editoris emendatione, atque id tenuere ſequentes editores: recte. conf. IV. 4, 2. IV. 6, 21. Corrupte ὅτι οἱ ed. Ven. cum pa: ὅτι οἱ καλῶς ἐστι pc. Sed ὅτι καλῶς ἔχειε pb. percommode id quidem; ſed emendationem ſapit ex ingenio docti librarii natam.

Verſ. 29. Εἴωθε λέγειν ὁ Ῥοῦφος· Εἰ σύγχαιρε &c. „Vide A. Gellium lib. V. c. 1.“ COM. SHAFTESBVR. — „*Muſonium philoſophum ſolitum dicere accepimus: Cum philoſophus, inquit, hortatur, monet, ſuadet, objurgat, aliudve quid diſciplinarum diſſerit; tum qui audiunt, ſi de ſummo & ſoluto pectore obvias vulgatasque laudes effutiunt, ſi clamitant etiam, — — tum ſcias, & qui dicit, & qui audiunt, fruſtra eſſe: neque illic philoſophum loqui, ſed tibicinem canere. &c.* Haec A. Gellius. Et Seneca in Epiſt. 52. *Quid enim turpius philoſophia captante clamores? Nunquid ager laudat medicum ſecantem? Tacete, favete, & praebete vos curationi.*“. VPTON.

Verſ. 30. ἰατρεῖόν ἐστιν. Abeſt ἐστὶν a codd. noſtris pab.

Ibid. ὁ δὲ σύριγξιν ἔχων. Carent h. l. ἔχων pbc.

Verſ.

Verſ. 31. *νομίσεται.* „Schegk. *ſententiolas*; Wolf. *noemata*. Vide Quinctil. lib. VIII. cap. 5. [ſect. 12.] Dionyſ. Halic. de Iſocr. & Lyſ.“ VPTON. — Dionyſ. T. V. edit. Reisk. p. 556. Adde eumdem de Demoſthenis vi dicendi, cap. 9. Tom. VI. p. 977.

Ibid. *ἐπιφωνημάτια.* Vide Quinctil. VIII. 5, 11. & XI. 1, 52.

Ibid. *ὁ δὲ τὴν σύρριξα.* Verba hæc, temere omiſſa in edit. Cant. Lond. & Vpt. reſtituere juſſit Vpton in Notis; & agnoſcunt cum vett. edd. ſcripti libri omnes.

Verſ. 32. *τούτου ἕνεκα ἀποδημήσουσιν &c.* „Vide ad I. 4, 21. III. 16, 11. VPTON.

Ibid. *τοὺς γονεῖς τοὺς αὐτῶν ἀπολείψουσι.* „*ἀπολιποῦσι* legendum, ut monuit Salmaſius.“ VPTON. — Commodum id ſane foret; poterat vero & *ἀπολείψουσι* ſuſpicari, quod inter lineas notatura habet noſter codex pb. ſed id ipſum fortaſſe nonniſi ex librarii conjectura. Equidem ferri vulgatum poſſe putavi, quamquam præceſſit *ἀποδημήσουσι* in fut. temp.

Ibid. *ιτηαλίων.* *ιτηαλίων* pc.

Ibid. *ἵνα σοι Οὐᾶ φῶσιν.* Olim mendoſe *φασὶν* edd. cum pac. „Sed *φῶσιν* legendum monuit Wolf. idque receptum in edit. Cantab. & ſeqq. quibus adſentitur noſter cod. pb. & editio Salmant. De particula Οὐᾶ vide ſupra vſ. 24. Οὐὰ cum gravi h. l. ſcribit ſalus noſter pc.

Verſ. 33. *Τίς οὖν πώποτε τέταρτον εἶπε μετὰ τούτων, τὸν ἐπιδεικτικόν;* „*Quis unquam poſt hæc* (nempe genus dicendi *προτρεπτικὸν, ἐλεγκτικὸν, διδασκαλικὸν*) *quartum genus adjunxit, Oſtentatorium?* quales nempe *ἐπιδείξεις, ſophiſticæ recitationes, & orationes ad oſtentationem comparatæ.* Paulo ſupra adverſarius, *Τί οὖν; οὐκ ἔστιν ὁ προτρ.* Cui Epictetus, *Τίς γὰρ ἀπὸ λέγει; Quis negat?* &c. *Quis igitur unquam poſt hæc genera dicendi, quartum genus adjunxit, ἐπιδεικτικόν?*“ VPTON. — *μετὰ τούτων*, non eſt *poſt hæc*, ſed *cum his, præter hæc.* Sophiſtæ in iis ſermonibus, quibus præ ſe ferebant, *ad virtutem ſe velle cohortari auditores*, nihil minus curæ cordique habebant, quam utilitatem fructumque auditorum: ad oſtentationem & ad captandam ingenii & eloquentiæ laudem omnia erant comparata. Quare frigidum adplauſum ciebant ejuſmodi orationes, nullum in animis auditorum ſtimulum ejuſmodi

modi relinquebant, qualem Ruſi ſermones, de quibus vſ. 29. & qualem Epicteti, de quibus Arrianus in Epiſtola dedicatoria ad L. Gellium dixit. conf. mox vſ. 37.

Verſ. 35. *παρακληθῆναι τοὺς ἀκουσομένους.* „Nota morem eorum qui recitaturi erant. Amicos, & notos, atque etiam ignotos advocabant: & id maxime agebant, ut quam plurimos ad diem prædictam convocarent auditores. Auctor de Cauſſis corruptæ Eloq. *Tamen hic exitus eſt, ut cum toto anno, per omnes dies, magna noſtrum parte unum librum extudit & elucubravit, rogare ultro & ambire cogatur, ut ſint qui dignentur audire; & ne id quidem gratis: nam & domum mutuatur, & auditorium extruit, & ſubſellia conducit, & libellos diſpergit.* Formulam invitationis habes ſupra, vſ. 23. *ἔρχουσίν μου σήμερον διαλεγομένου.* & paulo poſt, vſ. 28. *παρακαλῶ σε ἐλθόντα ἀκοῦσαι.*“ VPTON.

Ibid. ἐν κομψῷ στολίῳ. „Recitaturi elegantiæ ſtudebant; uti obſervabat Caſaubonus ad Perſ. Sat. I, 15. qui hujus moris meminit, — *pexusque, togaque recenti.*“ VPTON.

Ibid. ἀναβάντα ἐπὶ τοὔλπινον. Nil mutant libri. — Fortaſſe *τοὔλπινον.*“ WOLFIVS. — „Caſaubonus ad Perſ. Sat. I. 17. *Sede leges celſa.* Sedebant [ait] qui recitabant *ſede celſa.* Arrianus, *ἀναβάντα ἐπὶ τοὔλπινον. Pulvinum* appellat *cathedram cui impoſitum pulvinum.* Apud Senecam Conſolatione ad Marciam, *aſcendere pulvinum*, de eo dicitur qui ſella vehitur aut lectica. Sed *τοὔλπινον* apud Græcos alibi non memini legere: legi *τοὔλβινον*, quam vocem Arriano ſuſpicabar reſtituendam; nec male conveniat indignanti ex hiſtrionica arte translata dictio; ejus enim eſt propria. Gloſſarium: *Pulpitum, ἀναλόγιον, σκίλπασμα, ἐκθέσιον.* Juvenalis:

Haud tamen invideas vati quem pulpita paſcunt.

Sed nihil affirmamus. [Hæc Caſaubonus.] Nihil muto. *Pulvinus*, *τοὔλβινος*, ſic *thronus* iſte recitatorum vocabatur, ubi *pulvini* poſiti erant. Eodem modo Seneca Conſol. c. 16. *Juvenibus noſtris* pulvinum *aſcendentibus*, i. e. lecticam, in qua pulvinus. Erotianus in Lexico Hippocratis: *σκίλπιον ἑτοιμοφάλαινον, διφρήτιον τροχηλοφάλαινον, ὅτου καὶ τοὔλβινον.*“ VPTON. — Erotiani locum Vptono indicaverat Du Freſne in Gloſſar.

Ibid. Πῶς Ἀχιλλεὺς ἀπέθανε. „Argumenta præcipue ex Homero tractabant Sophiſtæ. Vide etiam II. 19, 10.

10. ubi de Helena, de Priamo, de Insula Calypsûs." VPTON.

Ibid. τοὺς θεοὺς ὑμῶν. „Fortasse ὑμῶν." WOLF. — „Male. τοὺς θεοὺς ὑμῶν, scil. ἐπόμνυμι. De hac jurandi formula sæpius monui. Vide ad III. 1, 35." VPTON. — Hoc loco in veram scripturam consentiunt libri.

Vers. 36. οὐδὲν ἂν προτερεττικώτερον, ἢ ὅταν &c. Mendose olim ἢ ὅταν, consentientibus nostris mastis. Vbi WOLFIVS: „Lego ἤ ἢ ὅταν. Est autem *elpuvela*." — ἢ pro ἤ recte edidit Londinensis anonymus, idque tenuit Vptonus, quamquam peccarunt operæ ejus, ἢ cum subscripto jota ponentes. Mox, pro ἐμφαίνῃ, perperam ἐμφαίνει ed. Gen. qui error inde in Col. Cant. & Lond. anon. propagatus est.

Vers. 37. ἀναγωνιστικός σου. Sic ed. Col. & seqq. cum nostris mastis. ἀναγγν. ed. Ven. Bas. Gen.

Ibid. περὶ αὐτοῦ ἠγωνίασεν. αὐτοῦ cum nostris libris scripsi, cum αὐτοῦ vulgo esset editum. Sic & mox ibidem εἰς αὐτὸν ex iisdem codd. adoptavi, pro vulgato εἰς αὐτόν. In pb. quidem uterque h. l. notatur spiritus, lenis & asper.

Vers. 38. τὰ περὶ τὸν Ξέρξην· — — τὴν ἐπὶ Πύλαις μάχην. „Hic erat Rhetorum campus; hæ erant celebres ἐπιδείξεων materiæ, in quibus Sophistæ versabantur. Cic. de Off. lib. I. [c. 18.] *Quæ magno animo & fortiter excellenterque gesta sunt, ea nescio quomodo pleniore ore laudamus. Hinc Rhetorum campus, de Marathone, Salamine, Platæis, &c.* VPTON.

CAPVT XXIV.

Vers. 1. Τὸ ἄλλου παρὰ φύσιν, σοὶ κακὸν μὴ γένοιτο. „*Quod est contra alterius naturam, tibi malum ne esto.* Hinc, ut obiter moneam, patet, cur Stoici sapientem misereri negarent. Misericordia est dolor ob aliena mala; talia autem mala οὐκ ἐφ' ἡμῖν: nihil ergo ad nos. Vide ad I. 18, 3." VPTON. Ad τὸ ἄλλου adnotaverat MEIBOMIVS: ἄλλῳ. Sequitur enim σοι. Posset etiam sic legi: τὰ ἄλλου παρὰ φύσιν κακὸν, σοὶ κακὸν μὴ γεν. vel saltem prius κακὸν subintelligendum." — Equidem τὸ ἄλλου παρὰ φύσιν intellexi, *quod alius contra naturam sive facit sive patitur.* Wollius & Vpt. in versione, *quod alterius naturæ repugnat.*

Vers.

Vers. 2. *δεῖ παρ' αὐτὸν ἀτυχεῖ.* Pro *ἀτυχῇ*, quod erat editum, *ἀτυχεῖ* post Wolfium scribere jussit Vpton. cum suo cod. & ed. Salmant. Sic vero & nostri codices omnes. Pro *αὐτὸν*, praeter rem *αὐτὸν* scripsit Vpt. cum anon. Lond. Vtrumque quidem spiritum notatum habet cod. pb. Cæteri lenem servant.

Vers. 3. *καὶ ἀναγκαστὰ καὶ ἀφαίρετα. καὶ ἀφαιρ. καὶ ἀναγκ.* pbc.

Ibid. *ὥσπερ ἦν ἄξιον.* „Abest ab omnibus, nostro excepto codice, verbum *ἦν*." VPTON. — Opportune id verbum dedit Vptoni codex, quod nostri pariter cum olim editis ignorant.

Vers. 4. *ἐπελογίζετο.* Temere *ἐπιλογίζετο* ed. Cant. qui error in editionem Lond. anon. & in Vptonianam est propagatus.

Ibid. *ὅτι θνητὸς εἶ.* „Respicere videtur ad nobile illud philosophi dictum, qui, filii morte audita, dixit, Sciebam me mortalem genuisse. Vide ad vs. 94." VPTON.

Ibid. *τῆς αὐτοῦ μωρίας.* *αὐτοῦ* anon. Lond. & Vpt. cum nostro pb.

Vers. 5. *Σὺ δ' ἀνίτινι τίνος, ἐπὶ τί πλῇς σεαυτόν; „Σὺ δ' ἀνίτινες· ἐπὶ τί πλάεις σεαυτόν;* Ita mihi legendum videtur." SALMASIVS. — „*Ἀνίτινες*, recte puto. Vide Indicem in voce." VPTON. — Quid spectans Salmasius *ἀνίτινες* maluerit, quave specie Vptono sese adprobaverit ista conjectura, equidem fateor me non pervidere. In Vptoni Indice nihil, quod ad hunc locum pertineat, reperitur. Neque vero, quaenam vis sit verborum *ἀνίτι τίνος*, satis mihi planum est, nisi intelligatur *Σὺ δ' ἀνίτι τίνος τίνεις δίκας*; Quod si ita est, probo alteram Salmasii conjecturam, *ἐπὶ* in *ἐπεὶ* mutandum, atque adeo in hunc modum scribendum distinguendumque: *Σὺ δ' ἀνίτι τίνος; ἐπεὶ τί πλῇς σεαυτόν; Tu vero pro quonam delicto das poenas? Etenim quid te deploras?* Verbum *πλῇς maceras* vertit Vptonus cum Wolfio; nempe a *πλάω*, *frango*, derivantes, unde habemus *καταπλᾶσθαι*, *animo frangi*, infra vs. 48. Sed *πλᾷν ἑαυτὸν*, *frangere se*, pro *macerare se*, vix usquam reperiri puto; nec hoc quidem loco commodum id visum est. Probavi Schegkium, *defles te ipsum* vertentem; quod & Salmasius voluit. Sic paulo post ait, *καὶ νῦν πλαίων ἐκάθευτο.* cf. vs. 8. Neque vero idcirco ne-

cesse

cesse videtur, ut cum eodem Salmasio κλάεις vel κλαίεις corrigamus. Sicut enim κλαίω vel κλάω pro κλαίω apud nostrum frequentatum observavimus, ad II. 16, 28. sic nihil impedire videtur, quo minus & nunc κλάς pro κλαίεις politum accipiamus. Iam quod si ἐπὶ τί κλάς commode dictum foret, pro *quamobrem te ipsum defles*, posset utcumque etiam ἀντὶ τίνος ad idem verbum κλάς referri; quamquam frigida & prorsus otiosa videri deberet illa repetitio ἀντὶ τίνος, ἐπὶ τί. At ἐπὶ τίνι oportebat, non ἐπὶ τί. Quare, ut dixi, Salmasio adsentior, ἐπὶ τί ex ἐπεὶ τί esse corruptum.

Vers. 6. τούτου γὰρ ἄξιος εἶ. „τούτου lectio est nostri codicis: alii dant τοῦτο.“ UPTON. — In τούτου consentit noster pc.

Ibid. ἥπτασθαι. Operarum [errore est ἥπταισθαι in ed. Bas.

Ibid. νεοσσούς. Hanc scripturam ex nostris pabc. adoptavi. Vulgo h. l. νεοσσιάς edd. secus ac I. 28, 16 sqq.

Ibid. μὴ στένουσι. μὴ στένουσι δὲ pc. Ferri potuisset μηδὲ στένουσι, sed haec hoc necessarium.

Vers. 7. ἡμῖν οὖν ὁ λόγος. Articulum, quem ignorant vulgo omnes, ex nostra pb. recepi. Idem autem codex non οὖν, sed δὲ habet; ne id quidem male, immo vero percommode etiam, modo majorem distinctionem post αὐτὰ minori mutemus, ut continuo sermone jungantur ista, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ ἄλογα εἶναι πάσχει αὐτὰ ἡμῖν δὲ ὁ λόγος ἐπὶ ἀτυχίᾳ &c. quae ironice intelligi debebunt, hoc modo: *At nempe illis hoc accidit quoniam ratione carent; nobis vero, ut miseri essemus, data ratio a Diis est!* Ad πάσχει αὐτὰ, notavit UPTONUS: „Fortasse ταῦτα, *haec eis accidunt.*“ — At aegre equidem caream nominativo αὐτὰ, referendo ad nomen ζῶα, quod intelligi debet; quo etiam refertur verbum πάσχει in singulari numero, e graeci sermonis usu. Suspicatus equidem eram, sic fortasse scripsisse Arrianum, πάσχει τοῦτ' αὐτὰ, intercidisse autem vocem τοῦτ' incuria aut temeritate librarii alicujus, qui illam hoc ipso, quod sequeretur vox αὐτὰ, otiosam putaret. Sed & absque incommodo subintelligi pronomen τοῦτο potest.

Vers. 8. Ἢ πάντας ἔστωσαν ἀθάνατοι. „Fortasse ἤ, βεβαιωτικῶς. Quia non sequitur ἤ, διαζευκτικόν.“ WOLF. — Immo bene habet particula ἤ, neque vero illa disjunctive accipienda, neque βεβαιωτικῶς, sed vulgatissima

gatissima notione *aut*. Continuatur ironica oratio, versu superiori coepta; ad quam indicandam ironiam, interrogandi signum in fine versus posui.

Ibid. , *καὶ πάλιν*. Temere *καὶ πόλιν* ed. Bas. Corrigendum monuit Wolfius, & in veram scripturam consentiunt ceteri libri omnes.

Vers. 10. *ὁ κόσμος μία πόλις*. „Vide ad II. 5, 26." VPTON.

Ibid. *περίοδόν τινα εἶναι*. „Vide ad II. 1, 18." IDEM.

Ibid. *παραχώρησιν ἄλλων ἄλλοις*. Temere *ἄλλων* pro *ἀλλῶν* ed. Bas. quem errorem licet corrigere jusserit Wolfius, temere tamen editores Gen. & Col. ubi rursus corrigendum monuit Salmas.

Ibid. *τὰ μὲν, μένειν*. Quod *μὲν* pro *μὴν* scribitur in ed. Vpt. id operarum errore factum.

Vers. 11. *πάντα δὲ φίλων μεστὰ, πρῶτον μὲν θεῶν*. „Vide ad III. 13, 15." VPTON.

Vers. 12. *χρεῶν τινων ἀπεγγυσῶν*. Vulgo *ἀπεγγυῶν* cum pac. quod ferri utcunque potuerat. Sed quoniam *ἀπεγγυσῶν* in suo cod. legi ait Vptonus, cum quo facit noster pb. haud cunctanter id a nobis recipi debuit.

Ibid. *θέας ἕνεκα*. „Vide ad II. 14, 23." VPTON.

Vers. 13. *Πολλῶν δ' ἀνθρώπων &c.* „Homer. *Od.* α. 3. Mox *Ἀνθρώπων ὄψιν*. Hom. *Od.* ρ. 487." VPTON.

Ibid. *ἐφορῶν]α. ἐφορῶν]α* pc.

Vers. 14. *παραχωρήσαντος*. Sic libri omnes. *παραχωρήσαντος* sola ed. Bas. operarum errore. Mox deinde, pro *ἀπέλιπεν*, temere *ἀπέλιπον* habet sola ed. Gen.

Ibid. *οὐ στένων, οὐδὲ τρομῶν*. „Supra vs. 6. de corvis, *μὴ στένουσι, μηδὲ τρομοῦσι*." VPTON.

Vers. 16. *μέχρι λόγου*. Vide Not. ad tit. cap. 19. lib. II. *μέχρι λαλιᾶς ἀπαιδεύτου* ait Stobæus Ecl. Eth. p. 180. extr. ed. Canteri

Ibid. *αὐτοῦ πατέρα*. *αὐτοῦ* sua auctoritate edidit Vpt. Sic tamen habet etiam pb.

Vers. 17. *ἀπέχειν δεῖ πάντα*. „Eodem sensu *ἀπέχειν* ac apud Matthæum cap. 6. *ἀπέχουσι τὸν μισθόν*." VPTON. — Laudavit hunc Epicteti locum Raphelius ad Epist. ad Philipp. 4, 18. Confer Nostrum, III. 2, 13.

Vers.

Verſ. 18. *ἐκτετόνθει πρὸς τὴν γυναῖκα. affectus erat uxoris deſiderio. πάσχειν πρός τι* idem quod *προσπάσχειν τινί*, quod vide in Indice.

Ibid. ἔκλαιεν ἐπὶ πέτρας καθεζόμενος. „Vide Homer. Od. ι. 408.“ VPTON. — *ἐπὶ πέτρας* ſcripſi cum pbc. *ἐπὶ πέτραις* edd. cum pa.

Ibid. Σὺ δ' Ὀμήρῳ πάντα προσέχεις. Olim *οὐδ' Ὀμήρῳ* edebatur. Vbi: „Fortaſſe *προσέχοις*, ut ſit *ἀποτρεπτικόν*.“ WOLFIVS. Et: „forſan *προσέξεις*.“ MEIBOM. — Vptonus vero ſuo e codice *Σὺ δ' Ὀμήρῳ* correxit, cui adſentitur noſter pc. Eamdemque lect. in ora habet pb.

Verſ. 20. *Ἀλλ' Ὀδυσσεύς.* Perperam *ἀλλ' ὁ Ζεύς* pb.

Ibid. ἔκλαε. Sic h. l. omnes, excepto pa. qui *ἔκλαιε* habet, in quod conſentiebant omnes vſ. 18.

Ibid. οὐκ εἰδώς. ὁ οὐκ εἰδὼς edd. Delevi articulum, ſuadente ratione, & ſic volentibus tribus noſtris codicibus.

Ibid. Verbum *ἐπιλελησμένος* perperam deeſt codd. noſtris pab.

Ibid. ὅτι Φθαρτὰ. ὅτι τὰ Φθαρτὰ τὰ γεν. pc. male.

Verſ. 21. *Τὸ οὖν τῶν μὴ δυνατῶν ἐφίεσθαι.* Perperam *ἀφίεσθαι* pc. Sed recte idem *Τὸ οὖν*, pro *Τί οὖν*, quod vulgo cum pab. hic legebatur, ubi alii poſt *ἐφίεσθαι* interrogandi ſignum ponebant, Vptonus vero poſt *Τί οὖν*; in quo ei præiverat Salmaſius, qui & *ἧλιθιον*, quod mox habent omnes, in *ἠλίθιον* mutandum cenſuerat, ut conveniret cum *ξένου*, quod ſequitur.

Ibid. ξένου, θεομαχοῦντος. Olim *θεομαχοῦντες* edebatur. Sed: „Lego *ξένου θεομαχοῦντος (ὡς μόνον οἷόν τε) τοῖς δόγμασι*.“ WOLFIVS. — „Noſter codex & Ms. Par. *θεομαχοῦντος* clare exhibent. Sed ſic potius lege, *ξένου τε θεομαχοῦντος*.“ VPTON. — In *θεομαχοῦντες* conſentiunt tres Pariſienſes codices; idque ante Vptonum in contextum jam receperant editores Cant. & anonymus Lond. Nihil vero opus eſt inſerta *τε* particula: ſed poſt *ξένου* reponendum fuit comma, quod habebant ſuperiores editores, omiſeratque Vptonus. Majorem vim habet aſyndeton: intellexiſſe etiam videtur SALMASIVS, qui, poſtquam *ξένου καὶ θεομαχοῦντος* ſcribere juſſiſſet, adjecit: „ſed hoc *καὶ* omitti poteſt.“ — *ξένος* opponitur *τοῖς πολίταις*, quos dixit vſ. 19. *Cupere ea quæ fieri non poſſunt, hominis eſt, qui hoſpes eſt in hoc mundo; immo vero hominis, qui Deo bellum infert.*

Vers. 22. οὐ τοῦτό φημι, ὅτι οὐκ ἐπιμελητέον &c. „Vide quid περὶ τοῦ συμπεριφέρεσθαι tradit in Enchir. c. 16.“ VPTON.

Vers. 24. ἀνθιστάξομαι αὐτῷ πρὸς τὰ ὅλα. Verbum ἀνθιστάσεσθαι vel cum dativo casu construitur, vel cum πρὸς seq. accus. ἀνθιστάσεσθαι τινὶ vel πρός τινα, *opponere se alicui*. Conf. Lexic. Polyb. in Ἀνθίστασιν. Quare, cum h. l. habeamus ἀνθιστάξομαι πρὸς τὰ ὅλα, alienum utique videtur αὐτῷ. Itaque vide, ne αὐτὸς scripserit Arrianus. ἀνθιστ. αὐτὸς πρὸς τὰ ὅλα, *ego, ego unus, opponam me universo*. Est enim αὐτὸς idem ac ἐγὼ αὐτός, *ego unus, ego solus*; quod cum ignorarent librarii, αὐτὸς in αὐτῷ detorserunt.

Ibid. παῖδες παίδων ἐπίστευσαν. „Non aliter Hom. Iliad. Δ'. 161.

— — Σύν τε μεγάλῳ ἀπέτισαν,
σὺν ὀφρύσι νεφαλῇσι, γυναιξί τε, καὶ τεκέεσσιν.

Παῖδες παίδων autem Homerica est locutio. Iliad. Υ. 303.

Καὶ παῖδες παίδων, τοί κεν μετόπισθε γένωνται.

Vnde Virgilius:

Et nati natorum, & qui nascentur ab illis.“ VPTON. — Simillime Polyb. IV. 35, 15. οὐ παῖδες παίδων, ἀλλ' αὐτοὶ πρῶτοι.

Ibid. ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐγὼ, μεθ' ἡμέραν τὰ καὶ νυκτός. „Sic noster codex. Cæteri minus recte, ἀλλὰ αὐτὰς ἐγὼ μεθ' ἡμέραν νυκτός. Sed potius mutato ordine verborum legerem: Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐγὼ μεθ' ἡμέραν τε παρασκόμενος, καὶ νυκτὸς δὲ τῶν ἐνυπνίων ἐπιπῶν, πρὸς κ. τ. λ.“ VPTON. — Codici Vptoni suffragatur noster pb.

Ibid. ἀπαγγελίαν. ἐπαγγελίαν idem pb. minus recte.

Ibid. ἐξ ἐπιστολῶν ἀλλοτρίων ἠρτημένην ἔχων τὴν ἐμαυτοῦ εὐπάθειαν. εὐπαθείαν vulgo edd. omnes. Vbi: „Si recte scriptum est, significat *obedientiam*. Sed malim εὐπάθειαν, *res secundas, felicitatem*.“ WOLFIVS. — „Εὐπαθείαν opponitur τῇ ἀπαθείᾳ in superiori pagina.“ VPTON. — Immo vero vocab. illud ἀπαθείας, quod paulo ante eadem in sectione legitur, cum librarii animo adhuc inhæreret, induxit dormitantem, ut simile vocabulum hic repeteret, quod non erat hujus loci. εὐπάθειαν, quod maluerat Wolfius, habet noster

ſter codex pc. Et eſt quidem hoc vocabulum a Stoæ uſu minime alienum, ut docet Laërt. VII. 115 ſq. & ex eo Suidas. Conf. Davis. ad Cic. Tuſc. IV. 6 extr. Nec tamen usquam alibi apud Epictetum occurrit, nec huc pertinere videtur. Requiritur vocabulum, quod ſit oppoſitum τῇ ταραχῇ, τῷ τρέμειν, τῷ προσπάσχειν; quod idem fere valeat ac ἀταραξία, ἀφοβία, εὐστάθεια, & ſimilia. Atque tale eſt ἀπάθεια, (i. e. *perturbationum vacuitas;*) quod vocabulum conſtanter cum iſtis conjungere ſolet Epictetus, ut III. 15, 12. III. 26, 13. IV. 6, 34. IV. 10, 22. Ench. cap. 12. & cap. 29, 6. Et quidem in Ench. c. 12. pariter, ut hoc loco, ἀπάθεια, in quod recte ibi conſentiunt plerique codices, in aliis nonnullis codicibus in εὐπάθεια eſt corruptum. Sic & in his Diſſert. I. 4, 3. Quæ corruptela eo minus mira nobis accidet, ſi meminerimus, quam ſimile literæ α ſit compendium illud ſcripturæ, quo diphthongus αυ efferri in mſstis frequenter ſolet. Prorſus vero, ut hoc loco, ſic IV. 3, 7. εὐπαθεία rurſus pro ἀπάθεια ſcripſerunt omnes.

Verſ. 25. δυστυχίας. Perperam & invitis noſtris codicibus εὐτυχείαν habent edd. vett.

Verſ. 26. ἀτυχεῖν. εὐτυχεῖν pb. inter lineas; male.

Ibid. Οὕτως ἀσφαλῶς &c. „Ironice. Sed potius erotematice.“ VPTON. — Nempe per ironiam ſic interrogat.

Verſ. 27. ἅμα δὲ μηδενὸς. Recte particulam δὲ, quam ignorabant ſuperiores editiones, inſerui Vptonus; neſcio ſuo-ne e codice, nihil enim monuit in Notis. Noſtri quidem tres codices eamdem agnoſcunt.

Verſ. 29. τοιοῦτοι οἱ συνόντες, ψύχη, θάλπη &c. Perperam τοιοῦτον vett. edd. cum pab. τοιοῦτοι corrigere juſſit Wolf. quod primus recepit editor Cant. idque ipſum habet noſter pc. apud quem tamen pariter τοιοῦτον primum fuiſſe ſcriptum videtur. Poſt συνόντες puncto diſtinxerunt orationem ed. Cant. Lond. & Vpt. præeunte Wolfio, cujus verſionem etiam Vptonus tenuit, ſic ſonantem: *Talis enim mundi natura eſt, tales amici tui.* Ego, reſtituta e priſcis editionibus minori diſtinctione, hæc cum ſequentibus jungenda putavi.

Ibid. τροφαὶ ἀσύμμετροι. Vpt. cum Wolf. *victus ratio minus apta.* Neſcio vero, an ſit *immodicus cibus.*

Verſ. 30. *πρὸς πάντα ταῦτα. πρὸς τοῦτα πάντα* pc.

Ibid. ὀυοῖν. Sic ed. Vpt. cum pc. Superiores edd. *δυοῖν* cum pab.

Verſ. 31. *οὐκ οἶσθ', ὅτι στρατεία τὸ χρῆμα ἐστί;* Incommode & invitis libris omnibus, *ὅ, τι* pro *ὅτι* ſcripſit VPTONVS. Eodem vero pertinet, quod in Addendis ad Notas idem Interpres commentatus eſt in hunc locum: „Fortaſſis, *οὐκ οἶσθα οἷον χρῆμα ἡ στρατεία ἐστι; neſcis qualis res ſit militia?*“ — At & violentior iſta mutatio eſt, nec ea ſententia huic loco apta. *τὸ χρῆμα* latiſſime patens vocabulum eſt, & ex vulgaris ſermonis uſu haud incommode hic poſitum. Intelligitur autem *vita cujusque*, ut plane ait vſ. 34.

Verſ. 32. *ὅταν τί σοι προσταχθῇ. πρασταχθῇ* pc. minus recte, quamquam per ſe ferri potuerat.

Ibid. ἂν σε πάντες μίμησωνται. Sic tacite correxit Vpt. ſuffragantibus noſtris msstis. *μίμησονται* prius erat editum.

Verſ. 33. *καὶ ταύτην προσλιπάρει.* „Lego *καὶ ταύτῃ προσλιπάρει.*“ WOLFIVS. — At ſimplex certe verbum *λιπαρεῖν* eadem notione cum accuſ. caſu conſtructum habes apud Polyb. XXXII. 25, 7. Habet quidem hoc loco *ταύτῃ* noſter codex pb. ſed primum *ταύτην* (ni fallor) ibidem erat ſcriptum, dein eraſa poſtrema litera.

Ibid. ὡς σκεῦος ἄχρηστον. „Vide II. 4, 4. & III. 26, 25.“ VPTON.

Verſ. 34. *στρατεία τίς ἐστιν ὁ βίος ἀνώστου.* „Job: *Militia eſt vita hominis ſuper terram.*“ Schegkius. — „M. Anton. II. 17. Ὁ δὲ *βίος*, *πόλεμος*. Seneca Epiſt. 51. *Nobis quoque militandum eſt; & quidem generi militiæ, quo nunquam quies, nunquam otium detur.*“ VPTON.

Ibid. τηρεῖν σε δεῖ τὸ τοῦ στρατιώτου, καὶ πρὸς νεῦμα τοῦ στρατηγοῦ πράσσειν ἕκαστα. Sic corrigendum monuerunt Wolfius & Vptonus. Mendoſe edebatur *τὸ τοῦ στρατιώτου πρόσνευμα, καὶ τοῦ στρατηγοῦ &c.* quam in vitioſam ſcripturam conſentiunt fere codices. In pc. quidem inſuper magis corrupte *καὶ τοῦ στρατηγεῖν* legitur. Sed in pb. poſtquam ſtatim eodem modo, quo olim edebatur, ſcriptum fuiſſet, eraſa deinde eſt particula *καὶ*, & *πρὸς νεῦμα* duabus vocibus ſcriptum, & comma poſt *στρατιώτου* repoſitum. Neque vero

vero ego, si quis delendam καὶ particulam censeat, repugnem: percommode enim ἀσυνδέτως hæc ponentur, τηρεῖν σε δεῖ τὰ τοῦ στρατιώτου, πρὸς νεῦμα τοῦ στρατηγοῦ πράσσειν ἕκαστα. Salmasius, contentus πρὸς νεῦμα divisis vocibus scribere, & comma post στρατιώτου reponere, καὶ suo loco servari posse putaverat, πρὸς νεῦμα καὶ τοῦ στρατηγοῦ πράσσειν ἕκαστα. Quod mihi ferendum non videbatur. Sane si καὶ teneas, aut sic scribendum erit ut edidimus, aut καὶ τοῦ στρατηγοῦ πρὸς νεῦμα πράσσειν ἕκαστα.

Ibid. 35. κατὰ τὴν τοῦ ἤθους ὑπεροχήν. Articulum τοῦ, quem ignorabant superiores editiones, recte adjecit Vptonus, cui suffragantur nostri codices pbc.

Vers. 36. τέταξαι ἐν πολλῇ ἡγεμονίᾳ. *In ampla constitutus es imperio.* Vptonus cum Salmasio, *in magna præfectura.* Wolfius: *magnus tibi principatus attributus est.*

Ibid. ἀλλ' ἀεὶ βουλευτής. „Haud aliter Horat. lib. IV. Ode 9.

Consulque non unius anni;
sed quoties bonus atque fidus
judex honestum prætulit utili."

VPTON. — Equidem videndum puto, satis-ne emendata sit vulgata lectio. Nihil vero variant libri nostri.

Vers. 38. Ἐπικουρείων καὶ κυναλδῶν. „Diogenes Laërt. in vita Epicuri, X. 6. Ἐπίκτητός τε κυναιδολόγον αὐτὸν καλεῖ, καὶ τὰ μάλιστα λοιδορεῖ. Consule ibi Menagium." VPTON.

Ibid. τοὺς λόγους — — Σωκράτους. „Horat. lib. III. Ode 21.

Non ille quanquam Socraticis *madet*
sermonibus." IDEM.

Ibid. τοὺς Ζήνωνος. Sic edd. omnes; idque magis placet, quam quod dant codices nostri tres τοῦ Ζήνωνος. Nisi τοὺς τοῦ Ζήνωνος malis.

Ibid. οὐκ ἀποῤῥίψεις. οὐκ ἀποῤῥίψῃς pe. minus commode.

Ibid. οἷς κοσμῇ. οἷς κοσμεῖς σεαυτὸν pa.

Vers. 39. Ἢ τί ἄλλο. De particula ἢ in hujusmodi connexione, vide not. ad I. 6, 11.

Ibid. καὶ ἀναναγκάστως. Sic recte pab. quemadmodum monente Wolfio jam pridem correctum eſt, cum καὶ ἀναγκάστως olim eſſet editum. Idem vero interpres intercidiſſe verbum ἀνασῆναι ſuſpicatus eſt, ad ἀναναγκάστως adjiciendum; quod in verſione etiam his verbis expreſſit, *& ſurgere cum libitum eſt.*

Ibid. χασμᾶσθαι recte ed. Vpt. ut jam olim monuerant Wolf. & Salmaſ. Neque aliud habent noſtri mssti. Corrupte χαμᾶσθαι edd. omnes ante Vpt.

Ibid. καὶ ἐλίγα περιπατήσαντες λούσασθαι, εἶτα φαγεῖν. „Ad morem: primo corporis exercitatio, deinde lavatio, poſtea prandium. Vide Horat. lib. I. Sat. VI. 125 ſqq. ut a Bentleio emendantur." VPTON.

Ibid. τί ἄν τις λέγοι; Sic jam olim conjeceram, & ſic tres noſtri dederunt libri, pro vulgato τί ἄν τις λέγει; Simul vero diſtinctionem orationis in præcedentibus verbis mutavi, præeuntibus fere eisdem noſtris libris. Olim poſt κοιμηθῆναι interpungebatur oratio, poſt ἀλλὰ vero nonniſi leviter incidebatur.

Verſ. 40. ταῦτα αὐτά· μή τι ἕτερα; „ταῦτα αὐτὰ μήτε ἕτερα. Lego hæc ſine interrogatione, ut Epictetus adverſarii loco ſibi ipſe reſpondeat. Quamquam & interrogatio locum habet." WOLFIVS. — „Recte Wolfius. Male codices, ταῦτα αὐτά. μή τι ἕτερα;" VPTON. — In græco exemplo a ſuperioribus edd. non diſceſſit Vptonus; neque aliter mssti. In verſione Wolfium tenuit: *Hæc eadem. Non alia? At* μή τι ἕτερα; ſi quid video, verti debuit: *An alia?* quæ interrogatio nempe idem valet ac ſi absque interrogatione, *non alia*, dixiſſet. Quare nil opus erat emendatione a Wolfio propoſita.

Verſ. 41. οἱ μὲν τῆς Ῥωμαίων πολιτείας κατεψευδόμενοι. „Qui falſo Romanam civitatem ſibi vindicabant, ſecuri percuti jubebantur. Suetonius in vita Claud. c. 25. *Peregrinæ conditionis homines vetuit uſurpare Romana nomina, duntaxat gentilia. Civitatem Romanam uſurpantes in campo Eſquilino ſecuri percuſſit.*" VPTON.

Verſ. 42. ἦ τοῦτό γε οὐ δυνατὸν, — — — ἁμαρτανόντων. „Fortaſſis, ἦ τοῦτό γε οὐ δυνατόν; Οὔ· ἀλλὰ νόμος θεῖος &c. ſine interrogatione." VPTON. — Si initio orationis teneamus ἦ, cum gravi accentu, quemadmodum habent edd. & mssti, nihil eſt quod in ſequenti-

quentibus mutemus, & recte interrogandi signum post ἀμαρτανόντων posuerunt editores qui Wolfium sunt secuti. Suspicari quis poterat, ἢ cum circumfl. scribendum, ut esset *profecto, certe.* Sed nihil necesse. Notio *certe, sane,* jam in particula γε inest, & tota dictio hanc vim habet: *Aut fatebimur-ne tandem, fieri illud non posse, sed divinam esse, sitmunque hanc legem &c.?*

Ibid. ἀλλ' ὁ νόμος. Ex nostro pc. adoptandum hoc putavi. Cæteri quidem omnes ἀλλὰ νόμος, absque articulo.

Ibid. ἀναπρασσόμενος. ἀναπραττόμ. pc.

Vers. 43. ὁ ἀγαθῶν. Deest artic. pc.

Vers. 44. Θέλεις μὲ τὸν δεῖνα θαρραλέον &c. Videtur is, cum quo præ ceteris hunc sermonem instituit Epictetus, in mandatis habuisse a suis, ut potentem aliquem Nicopoli virum, (fortasse Epiri procuratorem, qui ibi residebat, III. 4, 1.) coleret, ejusque domum frequentaret, & nescio quod beneficium ab eo peteret; quæ res huic homini, qui paulo liberius antea Athenis vixerat, non placebat. conf. vs. 45 sqq. & 54.

Ibid. ἐπὶ θύρας αὐτοῦ προσέσθαι. „Malim ἐπὶ θύρας: etsi dativo sæpe pro accusativo utuntur Græci, cum motum ad locum significant, κατ' ἀνάκτησιν ἢ ἀναλλαγὴν τῶν πρωτέρων." WOLF. — Nil mutandum. Sic rursus vs. 49. habes ἐπὶ θύρας ἐλθεῖν. Conf. infra, IV. 7, 19. Pariter apud Simplic. in Comm. ad Enchir. cap. 32. p. 158. ed. Lugd. pro vulgato Φοιτᾶν ἐπὶ θύρας, codex noster Argent. & Paris. ἐπὶ θύραις habent. Nihil h. l. variant libri; nisi quod temere θήραις expressum est in ed. Bas.

Ibid. εἰ τοῦτο αἱρεῖ λόγος. Olim ἐρεῖ λόγος, consentientibus fere manuscriptis, nisi quod in pb. αἱρεῖ inter lineas scriptum. Sic vero corrigendum jam pridem monuerat Wolfius; cui morem non gessisse Vptonum, merito mireris. Vide ad I. 29, 28. & ad II. 2, 20. Adde infra vs. 58.

Vers. 45. Μηδὲ τὸν πλούσιον. Intellige, θαύμαζε, vel θαύμασον. Et mox rursus, Μηδὲ τὸν πλούσιον. scil. καλάκαυσον.

Vers. 46. Ἵνα πράξῃς τὸ σαυτῷ πρέπον. „Lego ἄλλ' ἵνα πράξῃς καὶ τὸ σαυτῷ." WOLF. — „Ita quoque clare exhibet

exhibet noster codex: Ἐγὼ δὲ σοὶ λέγω, ὅτι ὡς τευξόμενος ἀπέρχου· οὐχὶ δὲ μόνον, ἀλλ' ἵνα πράξῃς τὸ σαυτῷ πρέπον. *Ego vero tibi dico, Abi tanquam adepturus: neque id solum, sed ut facias quod te decet.* Nota interim ὅτι ἀπέρχου, de qua constructione monui ad I. 2, 18. & ad I. 7, 6.ª VPTON. — In eamdem fere sententiam Wolfius hunc locum converterat: *Num vero ego te abire jubeo, tanquam voti tantum compotem futurum, non etiam eo animo ut dignitatem tuam tueare?* Quam versionem Vptonus sub contextu tenuit: bene vero & prudenter idem fecit, quod illam ἀλλὰ particulam in græcum contextum non recepit; quam suspicor non ex vetere msto libro ductam, sed ex Wolfii Notis in ora illius exempli editionis Venetæ, quem *suum codicem* Vptonus adpellare solet, fuisse notatam. Certe non modo ignorant eam nostri libri omnes, sed & ipsa ratio respuere videtur. Tota enim sermonis connexio ostendit, ita intelligenda græca verba, ut nos interpretati sumus: & sententiæ ei, quam in his verbis interpretes illi quæsivere, universa ratio philosophiæ Epictetæ repugnat. Adire juvenem fores viri divitis, de quo agitur, jubet Philosophus, *non eo animo, ut spem certam habeat, se id quod ab eo petit impetraturum; aut ut male secum agi putet, si non sit impetraturus; sed unice hoc consilio, hac mente, ut suo fungatur officio;* cui nempe fecerit satis, si id fecerit quod in ipsius situm fuerit potestate.

Vers. 48. ἀφῖξαι circumflexo accentu scripsi cum pab. Cæteri vulgo ἀφίξαι.

Ibid. Verba οὕτω κἀνίσαῦθα ad superiora retuli, a quibus vulgo, interposito post ἀπέρχῃ majori puncto, distinguebantur, & ad sequentia sic trahebantur: Οὕτω κἀνίσαῦθα, τοῦ ἐπὶ θύρας ἐλθεῖν. Sed id quidem haud multum refert: eadem fere manet sententia.

Ibid. ἐβουλεῦ γάρ εἰσι. Temere φησι pro εἰσι scriptum in pc.

Vers. 49. ἐπὶ θύρας ἐλθεῖν. Sic editi omnes, consentientibus nostris pab. & Vptoni codice. ἐπὶ θύρᾳ solus pc. Conf. ad vs. 44.

Vers. 50. Ἀλλὰ δόξεις. Recte hoc ex ed. Ven. reposuit Vpt. & sic noster pa. Perperam δόξῃς reliquæ editiones, & codd. pbc. quod corrigendum monuit Salmas.

Ibid.

Ibid. οὐδὲν ποιεῖ τοῦ δόξαι ἕνεκα. Conf. ad IV. 1, 155.

Verſ. 51. Τὸ γράψαι. Intellige e ſuperioribus, ὡς χρή.

Ibid. Σὺ δὲ ζητεῖς ἔπαθλον ἀνδρὶ ἀγαθῷ μεῖζον, τοῦ καλὰ καὶ δίκαια πράττειν; „Seneca de Vita Beata. c. 9. *Interrogas quid petam ex virtute? Ipſam: nihil enim eſt melius; ipſa pretium ſui eſt.* Conf. M. Antonin. IX. 42. in fine, ubi ſic lege: Τί γὰρ πλέον θέλεις, εὖ ποιήσας ἄνθρωπον; οὐκ ἀρκεῖ σοι, κατὰ φύσιν τὴν σὴν ἔτι ἔπραξας; τούτου μισθὸν ζητεῖς; *Quid enim vis amplius, qui homini benefeceris? nonne tibi ſatis eſt, te feciſſe ſecundum naturam tuam? hujuſce facti mercedem quæris?*“ VPTON.

Verſ. 53. εἰς τὴν πόλιν ταύτην. „Vide ad II. 5, 26.“ VPTON.

Ibid. τῶν ἀνδρὸς ἔργων. Corrupte τῶν ἀνδρόεργον ed. Ven. τῶν ἀνδροέργων ed. Baſ. & noſtri mſti. Recte vero WOLFIVS: „Lego διαιρέτως, ἀνδρὸς ἔργων.“ — Id. que recepere poſteriores editores.

Ibid. τίνθας ἐπιπαθεῖς. „ἔτι ποθεῖς. Ita ſcribendum.“ SALMASIVS. — „Confer II. 16, 28 & 39.“ VPTON. — Percommodum utique foret ἔτι ποθεῖς, quo mox utitur vſ. 96. præſertim cum hic præcedat ἤδη, ad quod referatur ἔτι. Sed & vulgatum ferendum, in quod conſentiunt libri. Idem valet ἐπιποθεῖν ac ποθεῖν. cf. infra, vſ. 87.

Ibid. ἀποθηλύνει. ἀποθηλήνει ed. Ven. & Baſ. corrupte & invitis noſtris mſtis.

Verſ. 54. ἑώρακας. „Sic noſter codex: alii ἑώρας.“ VPTON. — Cum Vptoni codice conſentit noſter pb. Et præſtat h. l. perfectum præteritum imperfecto.

Ibid. εἰς οἶκον αὐτοῦ Φοιτῶν; Ad præcedentia hæc referunt ſcripti libri & edd. omnes: unus Vptonus, interrogandi ſigno poſt ἑώρακας poſito, ad ſequentia traxit, hoc modo: Εἰς οἶκον αὐτοῦ Φοιτῶν, ὃν ἐβουλόμην. *Domum ipſum viſens, quem volui.* Nempe ſic præceperat Salmaſius; minus commode, ut mihi videtur. In eamdem vero ſententiam idem VPTONVS, in *Addendis ad Notas*, Anglicam ſuam interpretationem citavit, ſic ſonantem: *Did you viſit no one at Athens? Yes, whom I pleaſed, going to his houſe.* Quod autem ibidem ait, αὐτοῦ hic intelligendum *domini*; id quidem prorſus, ſi quid video, ab hoc loco alienum erat.

Ibid. καὶ ἐνθάδε τοῦτον. „Quisnam hic? nempe dives ille, de quo quæstio a vſ. 44. *τί οὖν; θέλεις μα τὸν δεῖνα θεραπεύειν;*“ VPTON. — Confer notata ad vſ. 44.

Ibid. τοῦτον θέλα ὁρᾶν, καὶ ὃν βούλει ἄψει. Differunt nonnihil *βούλομαι* & *θέλω*. Sic I. 12, 13. *βούλομαι γράφειν ὡς θέλω τὸ Δίωνος ὄνομα.*

Verſ. 55. *ἐπὶ θύρας στῆναι.* Corrupte *θήρας* edd. vett. cum noſtris mastis. *εἶναι* vero pro *στῆναι* habet pb.

Verſ. 57. *ἀγεννῶς. ἀγεννῶς* pac.

Ibid. στένε. στέναζε pc.

Verſ. 58. *αἰρεῖ ὁ λόγος.* Rurſus corrupte *ἐρεῖ* mss. & edd. omnes: quod cum h. l. in contextu corrigere oblitus eſſet VPTONVS, monuit in Notis: „Lege *αἰρεῖ*, ut ſupra, vſ. 44. Vide ad I. 29, 28.“

Verſ. 59. *διὰ τὴν φιλοστοργίαν ταύτην, ἣν τινα ποτὲ καλεῖς φιλοστ.* Ante Vptonum corrupte edebatur, *διὰ τὴν φιλοστοργίαν ταῦτα, τὴν τινα ποτὲ καὶ καλεῖς φιλοστ.* Vbi: „Videtur legendum *ταῦτ' ἀποβαλεῖς, τὴν τίνα &c.*“ WOLFIVS. — „Optime noſter codex, uti excudendum curavimus.“ VPTONVS. — Conjecturam ſuam Wolfius in verſione ſic expreſſerat: *Sin pietatis titulo iſta objecueris; quam tandem pietatem dicis?* Vptoni codici ſuffragatur noſter pb. Sic vero etiam ex conject. correxerat Salmaſius; niſi quod vulgatum *καὶ* tenuit ante *καλεῖς*, ne id quidem male. Cum vett. edd. convenit pa. Ad verum, quod cum Vptono ex prædictis codicibus expreſſimus, propius accedit pc. in quo ſic ſcriptum *διὰ τὴν φιλοστ. ταύτην, τὴν ἣν τινά ποτε καὶ καλεῖς &c.*

Verſ. 60. *φιλεῖν τινα ὡς θνητόν.* „Vide Enchir. cap. 3.“ VPTON.

Ibid. Ἡ Σωκράτης οὐκ ἐφίλει τοὺς παῖδας τοὺς ἑαυτοῦ; ἀλλ' ὡς ἐλεύθερος, *&c.* Quemadmodum ante particulam ἀλλ' poſt præmiſſam interrogationem ſæpe vidimus intelligendam οὔ· negantem particulam; ſic pro ratione ſententiæ, quæ ineſt interrogationi, intelligi debet adfirmandi particula *ναί*. Veluti h. l. *ναί· ἀλλ'* &c. *Vtique; ſed ut homo liber.* Vel ἐφίλει· ἀλλ', *&c. Amavit; ſed ut homo liber.* Ad illa verba, Σωκράτης οὐκ ἐφίλει τοὺς παῖδας τοὺς ἑαυτοῦ; hæc notavit VPTONVS: „Vide Xenoph. p. 741. edit. Leuncl. Et Plat. in Apol. in fin. Τεττάρα μέν τοι αὐτῶν δέομαι· τοὺς υἱούς μου, ἐπειδὰν

ἐπειδὰν ἡβήσωσι, τιμωρήσασθε, ὦ ἄνδρες, ταυτὰ ταῦτα λυπεῖν[ας] (omnino lege λυποῦν[ας] cum ms. Oxon.) ἅπερ ἐγὼ ὑμᾶς ἐλύπουν, &c.“

Verſ. 61. οὐδ' ὑποτιμώμενος. Ante Vpt. mendoſe ὑποτιμούμενος edebatur, ubi WOLFIVS: „ὑποτιμώμενος lege. Nota eſt in Græcis oratoribus verſato conſuetudo Athenienſium judiciorum. Sed de hoc loco Ciceronem conſule lib. I. de Oratore.“ — VPTONVS: „Noſter codex & ms. Par. ὑποτιμώμενος. [Immo ſic tres Pariſini.] Recte. Xenoph. in Apol. ſect. 23. Πρῶτον γὰρ κελευόμενος ὑποτιμᾶσθαι, οὐτ' αὐτὸν ὑπετιμήσατο, οὔτε τοὺς Φίλους εἴασεν· ἀλλὰ καὶ ἔλεγεν ὅτι τὸ ὑποτιμᾶσθαι ὁμολογοῦν[ος] εἴη ἀδικεῖν. Plato in Apol. f. 17. Εἰ οὖν δεῖ με κατὰ τὸ δίκαιον τῆς ἀξίας τιμᾶσθαι, τούτου τιμῶμαι, τῆς ἐν Πρυτανείῳ σιτήσεως. Cicero de Orat. lib. I. [c. 54.] *Interrogatus Socrates, quam quaſi æſtimationem commeruiſſe ſe maxime confiteretur, reſpondit, ſeſe meruiſſe ut ampliſſimis honoribus & præmiis decoraretur, & ut ei victus quotidianus in Prytaneo præberetur.*“

Ibid. βουλεύων, ἢ στρατευόμενος. „Vide ad IV. 1, 164. & 160.“ VPTON.

Verſ. 62. πάσης προφάσεως πρὸς τὸ ἀγεννεῖς εἶναι ἀπορεῖμεν. Cum ἀπορεῖμεν vulgo ederetur, perſpecte Wolfius & Salmaſius monuerunt, εὐπορεῖμεν eſſe legendum; quem nemo ante nos editor ſecutus eſt, niſi quod dubitanter eis adſentitur VPTONVS, in Indice (ſub verbo ἀπορέω) hæc notans ad hunc locum: „Lege οὐκ ἀπορεῖμεν, vel εὐπορεῖμεν, vel ſaltem ἀρτιγματικῶς.“ — Ego vero haud cunctanter εὐπορεῖμεν in contextu jam repoſueram, cum id ipſum in noſtro pb. reperi. Iſta confuſione litera α cum diphthongo αυ nil frequentius, in initio præſertim vocum. Vide ſupra ad vſ. 24. hujus cap. rurſusque ad vſ. 25. Pro ἀγεννεῖς, eſt ἀγενεῖς in pa.

Verſ. 64. τοσούτους πόνους καὶ παλαιστρίας τοῦ σώματος. „Narrat Laërt. in vita Diog. ſect. 23. eum *ferventibus arenis ſeſe æſtate volutaſſe, & in hyeme media ſtatuas nive conſperſas amplexum eſſe.* ſect. 24. *nudis pedibus nivem calcaſſe.*“ — In ed. Baſ. per typothetæ oſcitantiam vox κοινοῦ, quæ paulo ante ſuo loco ſtabat, ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ, repetita eſt poſt vocabulum παλαιστρίας, ut ſit κοινοῦ τοῦ σώματος, quam vocem omnes editores usque ad Vptonum in contextu tenuerunt; quam-

quamquam abundare eam, nec in ed. Ven. legi, monuerat Wolfius. Vptonus, eam delens, notavit neque in ed. Salmant. eam reperiri. Denique ſcripti libri omnes abſurdum illud adſumentum ignorant.

Verſ. 65. Ἀλλ' ἐφίλει πῶς; οἷς τοῦ Διὸς δώσουσι ἔδει. Sic verba diſtinxi cum noſtro pb. Ante Ἀλλ' intellige Ναί· vel Ἐφίλει, ut dixi ad vſ. 60. Itaque Ἀλλ' ἐφίλει πῶς; idem valet, ac ſi dixiſſet: Ναί· ἐφίλει· ἀλλὰ πῶς;

Ibid. κηδόμενος. κεκδόμενος ed. Ven. & Baſ. corrupte, & invitis noſtris libris.

Verſ. 66. πᾶσα γῆ πατρὶς ἦν ἐκείνῳ.

„*Omne ſolum forti patria eſt, ut piſcibus aequor, ut volucri vacuo quidquid in orbe patet.*

Ovid. Faſt. lib. I. ex Euripide:

Ἅπας μὲν ἀὴρ αἰετῷ πεφύκασιν·
ἅπασα δὲ χθὼν ἀνδρὶ γενναίῳ πατρίς.

Diogenes apud Laërt. lib. VI. ſect. 63. Ἐρωτηθεὶς, τίνων εἴη· Κοσμοπολίτης, ἔφη. Lucianus in Vitar. Auct. Ὦ βέλτιστε, ποδαπός; Παντοδαπός· τοῦ κόσμου πολίτην ὁρᾷς. Vide autem ad I. 9, 1. „ VPTON.

Ibid. ἐκείνῳ [μόνῳ·] ἐκείνῳ μόνῳ habent edd. omnes, cum codice Vptoni, ut videtur, & noſtris pab. Perſpecte vero WOLFIVS: „Quid ad ſententiam faciat μόνῳ, non video; cum & Socrates & alii ſe κοσμοπολίτας profeſſi fuerint. Fortaſſe legendum μόνῃ δ' ἐξαίρετος οὐδεμία.“ — Poteram delere importunam vocem cum noſtro pc. qui eam ignorat: ſed conſultius duxi, uncis includere, ut de qua dubitare liceat. Socrates quidem, quamquam *mundanum* ſe dicere conſueverat, Attica tamen numquam, nili militiæ cauſſa, exceſſerat.

Ibid. ἀλοὺς. „Vide infra ad IV. 1, 115.“ VPTON.

Ibid. εἰς Περβαιβοὺς δ' ἂν ἀπελθὼν. ἂν caret pb. ἀπελθὼν pro ἀπελθ. eſt in pc. Περῤῥαιβοὺς recte anon. Lond. & Vpt. cum pc. Cæteri vulgo Περαιβ.

Verſ. 67. ὅτι, Ἐξ οὗ μ' Ἀνυσθένης ἠλευθέρωσεν. „Vide IV. 1, 114.“ VPTON. Particula ὅτι abeſt pb. minus recte.

Verſ. 68. καὶ τὰ οὐκ ἐμά. „Articulum τὰ inſerui auctoritate noſtri codicis.“ VPTON. — Nempe alii, καὶ οὐκ ἐμά. Et ſic noſtri pab. Sed pc. καὶ οὐ τὰ ἐμά. Nec male.

Verſ.

Vers. 69. ἀνανάγκαστον. ἀναπόκριστον pc.

Vers. 71. ἡδονὴ κρείττων ἐστὶν. Mendose vulgo κρεῖττόν ἐστι edd. cum pa. Veram scripturam κρείττων dedere pbc.

Ibid. τὸ σωμάτιον ὅλον προσπτύσας τινὶ ἀπελθεῖν. „τὸ τινὶ redundare videtur." WOLFIVS. — „Pro προσπτύσας quid si legas προσρίψας, uti I. 24, 13. quem locum omnino confer. Δύναται δ', ὅταν αὐτῷ δόξῃ, τὸ σωμάτιον ὅλον προσρίψας, ἀπελθεῖν. *Qui* & *possit, cum visum fuerit, toto corpusculo abjecto, abire.* ἀπελθεῖν, *abire*, scil. *e vita.* Sic Horat. Epist. lib. II. 2, 215. *Tempus abire tibi.* Vide ad I. 9, 20. Sed προσπτύσας fortasse retineatur; nam προσπτύειν est *conspuere*, & metaph. *contemptim rejicere.*" VPTON. — Consulto usus videtur verbo προσπτύσας, Anaxarchi factum respiciens, cujus meminere Diog. Laërt. IX. 59. Valer. Max. III. 3. Plin. Hist. Nat. VII. 23.

Vers. 73. πῶς ἂν δοκεῖς τοὺς πειρατὰς ἐκολάκευεν. Recte δοκεῖς dedit pb. ut corrigere jussit Salmasius. Perperam vulgo δοκῇς.

Ibid. τὸν Πειραιᾶ τὸν παλὸν, καὶ τὰ μακρὰ τείχη, καὶ τὴν ἀκρόπολιν. „*Piræus* [Piræeus] portus maxime apud Athenienses celebris, distabat ab urbe intervallo quadraginta stadiorum; atque urbi jungebatur muro, qui ex re dicebatur *Murus longus*, Μακρὸς τεῖχος, seu pedrali numero Μακρὰ τείχη. Ἀκρόπολις, arx erat Athenienſium, Minervæ sacra, quæ hodie dicitur esse superstes." VPTON.

Vers. 74. Τίς ὢν ἴδῃς; Sic recte ed. Vpt. Olim, Τίς ὤν; εἰ δ' ἧς (Ven. vero εἰ δ' ἦς) ἀνδράποδον &c. Perspecte vero WOLFIVS: „Videtur legendum τίς ἂν ἴδῃς, vel εἰδῇς, ab εἰδέω." — VPTONVS: „Noster codex τίς ἂν ἴδῃς. Recte: supra ἵν' ἴδῃ. sic hoc loco mimice, τίς ὢν ἴδῃς." — τίς ὤν; εἰ δ' εἶς ἀνδραπ. pa. τίς ὤν; εἰ δ' ἧς pc. Sed τίς ὢν ἴδῃς pb. ut Vptoni codex; idque ipsum Wolfius jam in versione his verbis expresserat, *quomodo videres?* Sed propemodum nimis abrupta oratio. Equidem interpretatus sum, tamquam in Græco esset, Σὺ δ' ἐὰν ἴδῃς, τίς ὢν ἴδῃς;

Vers. 75. τὸ ἀνεῖναί σε. „Quid si τὸ ἀνιέναι, *demittere.*" VPTON. Videtur *dimittere* scribere voluisse. Cæterum parum interest inter ἀνεῖναι & ἀνιέναι. Illud aoristus; hoc præsens. Wolfii interpretatio est, *indulgentius*

tius habere; minime illa absurda: quam in partem post Budæum H. Stephanus etiam monuit usurpari hoc verbum de domino, qui servo *licentiam* aliquam *concedit*, & *servitutis vincula relaxat*. Possit vero etiam intelligi *relaxare animum*, ut idem fere valeat ac sequens εὐφραίνειν, & paulo magis proprie oppositum sit τῷ τεταμένῳ.

Vers. 76. τοῖον αὐτῷ καρτιστῆρα δίδως; „καρτιστῆρα, *vindicem, liberatorem, assertorem.*" SALMASIVS. — Vide infra ad IV. 1, 113. " VPTON.

Ibid. ἢ οὐδ' ὅλως ἀντιβλέπεις; „Dicunt Latini *tollere oculos contra*, eodem sensu. Lucret. I. 69.

Primus Graius homo mortalis tollere contra
est oculos ausus, primusque obsistere contra.

Seneca Epist. 71. *Alius jam in tantum profecit, ut contra fortunam audeat attollere oculos.* Vide I. 26, 35." VPTON. — ἀνυψοφθαλμεῖν hoc dicere consuevit Polybius.

Vers. 77. μέλλεις ἡμῶν καταχλαίειν. „Fortasse ἡμῖν." VPTON. — Immo vero, καταχλαίειν τινός, veluti χλαίειν κατά τινος, *adversus aliquem plorare*, i. e. *auribus alicujus opplorare*. conf. I. 23, 4. II. 17, 26.

Vers. 78. Ἐπὶ τούτῳ ἀτενόμησας; „Ἐπὶ τούτῳ habes ex nostro codice, cum alii dant ἐπὶ τοῦτο." VPTON. — Ferri hoc potuerat, in quod cum superioribus edd. consentiunt nostri codices; sed lubens illud tenui, quod paulo melius.

Ibid. καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν. Deest καὶ pc. non male.

Ibid. ἀνανέλθῃς. ἀνέλθῃς pb.

Vers. 79. αὐσταθείας. αὐσταθμίας pc. in contextu. Sed idem in ora γρ. αὐσταθείας. Mox pro ἀταραξίαι idem pc. αὐταξίας habet; male.

Vers. 80. μετατίκτουσας. Vide ad I. 7, 1. καὶ ante μετατικτ. deest pc.

Vers. 81. Οὐκ ἀρνήσῃ &c. „*Non vis negare te scire quæ didicisti, ne reapse* &c. Ita vertendum." SALMASIVS. — „Lege interrogative, *Nonne negabis* &c." VPTON. Nempe in contextu hic editor post ἔχρηστα nudum punctum posuerat, pro interrogandi signo, quod recte adposuerant superiores editores & Wolfius.

Ibid. διαβάλῃς. διαβάλλῃς pc.

Ibid. Χρύσιππος, ἵν' αὐτοῦ τοὺς τόνους &c. „Recte τόνους. Nam Chrysippus, ut scribit Laërt. VII. 180. τονικώτατος παρ' ἐνίοις γέγονεν, ὡς ἔξλον ἐκ τῶν συγγραμμα-

γραμμάτων αὐτοῦ. Valerius Max. lib. VIII. c. 7. *Cujus* (Chrysippi) *studium in tradendis ingenii sui monumentis tantum operæ laborisque sustinuit, ut ad ea quæ scripsit, penitus cognoscenda, longa vita sit opus.* Vide ad l. 4, 6. " VPTON.

Ibid. αἴτια τοῦ λυπεῖσθαι. Articulum τοῦ, temere omissum in edit. Bas. & seqq. restituit Vpton ex ed. Ven. & Salm. consentientibus msstis.

Vers. 82. περιβάλλῃ. περιβάλῃ pc. non male.

Vers. 84. ὅταν τινὶ προσπάσχῃς, ὡς οὐδενὶ τῶν ἀναφαιρέτων, ἀλλά τινι τοιούτῳ γένει, Ad ὡς οὐδενὶ, intellige cum Wolfio πρόσπασχε vel ἵνα προσπάσχῃς. In sequentibus autem verbis perperam vulgo (inde ab ed. Bas.) sic distinguebatur oratio: ὡς οὐδενὶ τῶν ἀναφαιρέτων. ἀλλὰ τίνι; τοιούτῳ γένει &c. Restituimus veram distinguendi rationem ex ed. Ven. & msstis, quam eamdem & Wolfius in versione secutus erat.

Ibid. οἷόν ἐστι χύτρα. Conf. Enchir. c. 3.

Ibid. μεμνημένος μὴ ταραχθῇς. Ante Vpt. edebatur μεμνημ. μὴν μὴ ταραχθῇς. Vbi μὴν ex τί ἦν corruptum suspicatus erat Wolf. in μὲν mutandum censuerat Meibom. Delevit autem μὴν Vptonus auctoritate sui codicis, cui adstipulantur nostri pbc.

Vers. 85. ἐπιδῷς. ἐπίδοις pc. commode, nisi sequeretur ἐάσῃς. Sed vel sic ferri imperativus possit. Cæterum notandus rarior usus hujus verbi, ἐπιδιδόναι τὴν φαντασίαν, *licentiam dare phantasiæ;* si modo vera scriptura. Vsitatior locutio foret, ἐπιδῷς σεαυτὸν τῇ φαντασίᾳ, vel ἐπιδιδόναι ἐάσῃς τὴν φαντασίαν.

Ibid. εἰς ἅπαν. Variant libri h. l. & vs. sq. alii duabus vocibus scribentes, alii junctim εἰσάπαν. Nihil refert.

Ibid. ἐφόσον αὐτὴ θέλει. Perperam & invitis nostris libris αὐτῇ dabant edd. vett. ἐφόσον vulgo una voce efferebatur, consentientibus nostris msstis; quod in duas voces dirimere placuit.

Ibid. οἱ τοῖς θριαμβεύουσιν ἑφεστῶτες ὄπισθεν &c. „Triumphali curru, ut mos erat, una cum imperatore vehebatur servus, ne victor *sibi placeret;* ut ait Juvenal. Sat. X. 41.

— — — — *Et sibi consul*
ne placeat, curru servus portatur eodem.

Tertullia-

Tertullianus in Apol. c. 33. *Hominem se esse etiam triumphans in illo sublimissimo curru admonetur. Suggeritur enim a tergo, Respice post te, Hominem memento te etiam.* Milites quoque facetias suas & dicteria in duces, ad arcendam invidiam, jactabant. Vide Suetonium in vita Cæsaris cap. 49. Ad quem morem respexit Martialis, I. 5.

Consuevere jocos vestri quoque ferre triumphi;
materiam dictis nec pudet esse ducem."

VPTON.

Vers. 86. ἐν δὲ χειμῶνος ἐπιποθῇς, μωρὸς εἶ. „Hinc M. Antonin. XI. 33. Σῦκον χειμῶνος ζητεῖν, μανερόν. τοιοῦτος ὁ παιδίον ζητῶν, ὅτε οὐκέτι δίδοται.

Vers. 87. τότε ποθῇς. ποτὲ ποθῇς pb.

Vers. 88. ἐν αὐτοῖς οἷς χαίρεις τινὶ, τὰς ἐναντίας &c. „Forsan ἐν αὐτοῖς οἷς τισι χαίρεις, *in iis quibus gaudeas.*" VPTON. — Operarum puto errore in ed. Cant. comma post χαίρεις, non post τινὶ, positum est, quod temere servarunt anon. Lond. & Vpt. ἐν αὐτοῖς, intelligo σοῖς κακοῖς. Quae ellipsis nominis in plurali numero paulo quidem rarior, nec vere sine exemplo. Sic ἐν οἷς pro ἐν ᾧ in Platonis Epistolis legi notavit H. Steph. & idem ipsum habes apud Herodian. V. 1, 4. Vnde fortasse defendi poterat illud apud Polyb. I. 13. 4 ἐν οἷς ἐγένετο. Quamquam enim ibi continuo adjicitur κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν, non est tamen ab illius scriptoris stylo prorsus alienus ejusmodi pleonasmus.

Ibid. σαυτῷ πρόβαλλε. Perperam πρόσβαλε editi omnes. Recte vero WOLFIVS: „Fortasse πρίβαλλε." — Idque ipsum dedit noster pc. Conf. II. 21, 19. not. & Enchir. c. 4. & cap. 33, 12.

Ibid. μεταξὺ καταφιλοῦντα τὸ παιδίον &c. τὸ παιδάριον pc. „Ad hunc locum plane respexit M. Anton. XI. 34. Καταφιλοῦντα τὸ παιδίον, ἔλεγεν ὁ Ἐπίκτητος, ἔνδον ἐπιφθέγγεσθαι, Αὔριον ἴσως ἀποθανῇ. Ἀλλὰ δύσφημά ἐστι ταῦτα. Οὐδὲν δύσφημον, ἔφη, φυσικοῦ τινος ἔργου σημαντικόν· ἢ καὶ τὸ στάχυας θερισθῆναι δύσφημον. Sic Marci locum ex Epicteto emendo." VPTON. — Nihil mutatu opus videtur in vulgata apud Marcum scriptura; nisi quod in fine, post δύσφημον, haud incommode fortasse interrogandi signum posueris; hac sententia: *aut, hoc ne etiam mali ominis est, demetti spicas?*

Vers.

Verſ. 89. *δύσφημά ἐστι ταῦτα.* „Religio quædam erat antiquis, male ominatis parcere verbis.“ VPTON.

Ibid. τὰ κακοῦ τινος. τὰ τοῦ κακοῦ τινος pc. minus commode.

Verſ. 90. *ἀγέννεια. ἀγένεια* pa.

Verſ. 91. *Λέγε δύσφημον εἶναι καὶ τὸ θαρσεθῆναι τοὺς στάχυας.* „Vide ſupra, II. 6, 11.“ VPTON.

Ibid. ἀσταφίδας ἐκ τῆς σταφυλῆς. ἀσταφίδα in ſing. voluerat Salmaſ.

Verſ. 92. *εἰς ἕτερα μεταβολαί. μεταβολὰς* ed. Ven. temere & invitis noſtris mſstis. Correxit ed. Baſ.

Verſ. 93. *τοῦτ' ἔστιν ἀτοθημία, καὶ μεταβολὴ μικρά.* *καὶ* delendum ſuſpicatus eſt Vpton. Fortaſſe transponendum: *τοῦτ' ἔστιν καὶ ἀτοθημία, μεταβολὴ μικρά. Hoc etiam peregrinatio eſt; exigua quædam mutatio.*

Ibid. οὐκ ἐκ τοῦ νῦν ὄντος εἰς τὸ μὴ ὄν, ἀλλ' εἰς τὸ νῦν μὴ ὄν. „Et hunc locum laudat M. Anton. XI. 35. Ὀμφαξ, σταφυλή, σταφίς, πάντα μεταβολαί, οὐκ εἰς τὸ μὴ ὄν, ἀλλ' εἰς τὸ νῦν μὴ ὄν.“ VPTON.

Verſ. 94. *Οὐκέτι οὖν ἔσομαι; Οὐκ ἔσῃ· ἀλλ' ἄλλο τι, οὗ νῦν ὁ κόσμος χρείαν ἔχει.* Hæc eſt conſtans codicum omnium & editionum, quæ Vptonianam præceſſerunt, lectio; quam his verbis latinis recte Schegkius expreſſit: *Amplius non ero? Non eris quidem, ſed aliud quid eris, iſtud nimirum quo nunc indiget mundus.* Quæ ſententia convenit cum eo quod modo dixerat, *mortem eſſe mutationem ejus quod nunc eſt, non in id quod non eſt, ſed in id quod nunc non eſt.* Quam eamdem ſententiam uberius paulo expoſuit lib. III. c. 13, 15. ubi ſtatuit, in morte totum hominem in ea elementa, unde natus ortusque eſt, reſolvi; corpus in terram & aquam abire; animum, utpote aëreæ igneæque naturæ, aëri ignique rurſus miſceri. Confer quæ ibi adnotavimus: adde IV. 7, 15. Vnum eſt quod in verbis h. l. turbare nos aliquatenus poſſit; nempe, quod ait, *οὗ νῦν ὁ κόσμος χρείαν ἔχει.* Sed facile intelligitur, hoc *νῦν* jam dici de eo ipſo tempore de quo nunc agitur, ſcil. poſt mortem; ut *οὗ νῦν ὁ κόσμος χρείαν ἔχει*, idem valeat ac *οὗ τότε ὁ κόσμος χρείαν ἔξει.* Quæ ratio ſi non placet, in promtu eſt alia, quæ, ut expeditior, ſic & certior fortaſſe videbitur: ſcilicet. ut *νῦν* conſueta maxime notione accipiatur, ſed ut *ἄλλο τι οὗ*

τι οὖ dictum intelligatur pro ἄλλο τι τούτου, οὗ νῦν δεῖ. *diverſum aliquid ab eo quo nunc opus habet mundus.* Sic enim ἄλλος cum genitivo valet *diverſus ab illo*; cujus uſus exempla paſſim obſervaſſe mihi videor, ſed nunc non aliud occurrit, niſi illud apud Ariſtot. Magn. Moral. lib. I. cap. 34. T. II. p. 165. ed. Duval. ἄλλο τοῦ προκειμένου, (vel, quod alii libri habent, τοῦ προκειμένου) *aliud quam de quo nunc agimus, diverſum ab hoc.* Quod vero ait, *quo nunc opus habet mundus*, id quale ſit intelligi videtur ex eodem, quem paulo ante citavimus, loco, collato cum M. Antonin. IV. 14 & 21. Scilicet, quemadmodum, quo nova identidem corpora hominum exiſtere poſſint, opus eſt ut in ſua elementa reſolvantur ea quæ adhuc ſuerunt: ſic, ex horum philoſophorum ratione, ut novæ ſubinde animæ in vitam poſſint induci, opus eſt ut eæ, quæ adhuc in mundi theatro verſatæ ſunt, cedant his, & in magnum illum ſpiritum & in cœleſtem ignem, e quo decerpuntur delibanturque animæ hominum, rurſus infundantur eique miſceantur. Hujusmodi vero ſententiam quum in tali philoſopho, qualem ſe aliàs Epictetus noſter oſtendit, minime ferendam putaret VPTONVS, ſua auctoritate hic Editor verba ſupra ſcripta, particula οὐκ ſuo loco mota, & alio translata, in hunc modum mutavit: Οὐκέτι οὖν ἔσομαι; Ἔσῃ· ἀλλ' ἄλλο τι, οὗ νῦν ὁ κόσμος χρείαν οὐκ ἔχει. Quæ ſic vertit: *Non amplius igitur ero? Eris, ſed aliud quiddam, quo nunc mundus non indiget.* Ad eaque verba hæc adnotavit: „*Sic ſane reponendum etiam ſine codicum auctoritate cenſeo: nam ſenſus proſus poſtulat.* Alii libri ſic habent: οὐκ ἔσῃ, &c. ubi plane particula οὐκ ex loco ſuo deturbatur. Cæterum ſupra ſæpe monui de vocalis incuriâ librariorum transpoſitis. Nunc videamus Horatii locum, lib. II. Ode 19.

Te vidit inſons Cerberus aureo
cornu decorum, lenitor atterens
caudam; ET *recedentis trilingui*
ore pedes tetigitque crura.

Quanto melius hoc modo?

Te vidit inſons Cerberus aureo
cornu decorum; ET *leniter atterens*
caudam, recedentis trilingui
ore pedes tetigitque crura."

Sic

Sic Vptonus; cui in legendo interpretandoque hoc loco ex parte quadam præiverat Wolfius, locum hunc sic convertens: *Ergo esse desinam? Non desines: sed aliud quiddam eris, quo nunc mundus indiget.* Neque debeo dissimulare, ante Wolfium jam eadem fere ratione legendum hunc locum censuisse doctum librarium, qui codicem nostrum ph. conscripsit. Is enim, cum in contextu quidem ab aliorum librorum scriptura non discessisset, inter lineas deinde post verba οὐκ ἔσῃ, οὐδὲν scripsit, quasi sic dixisset Epictetus, οὐκ ἔσῃ οὐδέν. *Non eris nihil.* Iftam vero vocem οὐδέν, non ex antiquo exemplari duxisse hunc librarium, haud temere pronunciare posse mihi videor, sed eo consilio adjecisse, ut mitigaretur aliquatenus id, quod durum habere videbatur Epicteti sententia. Suspicari vero etiam licet, vocem illam οὐδὲν non ab ipso librario, sed ab alio fortasse viro docto, qui hoc codice usus est, esse adjectam. Idem vero librarius, nescio quo casu, verba proxime præcedentia, οὐκέτι οὖν ἔσομαι, prorsus prætermisit.

Vers. 95. τίς τ' ἐστι. τίς τέ ἐστι pa. τίς ἔστι pc.

Ibid. τὴν αὐτοῦ χώραν ἐκπληρώσῃ. αὐτοῦ temere & contra librorum fidem ed. Lond. anon. & Vpt. Pro ἐκπληρώσῃ vero dat ἐκπληρώσει pc. quod non deterius, ac fortasse verius. De phrasi, τὴν χώραν ἐκπληροῦν, conferre jubet Vptonus II. 4, 5. & IV. 1, 109.

Ibid. εὐτάκτως καὶ εὐτειθῶς τῷ Θεῷ. „Translatio est a re militari. Xenoph. Cyr. Inst. lib. I. εὐτακτοτέρους καὶ εὐπειθεστέρους ποιεῖ.“ VPTON.

Vers. 96. γενναῖος. γναῖος ed. Vpt. operarum errore.

Vers. 97. Καλῶς σοι γένοιτο. „Vide III. 20, 19.“ VPTON. —: Formula familiaris, quæ & ironice accipitur, ut I. 35, 30. & absque ironia. Sententia est, *gratias tibi habeo, amo te, laudo te.*

Vers. 99. στρατιώτην ἢ στρατηγόν. „Nostro codice excepto & nasto Par. habent omnes στρατιώτην. στρατηγόν.“ VPTON. — Nempe temere in superioribus edith omissa erat particula ἤ, quam scripti nostri libri omnes agnoscunt.

Ibid. ἐγκαρίσῃς. Perperam ἐγκαρίσῃς pa.

Ibid. μυριάκις ἀποθανοῦμαι. „Verba Socratis apud Platonem in Apol. p. 28 sq. edit. Steph.“ VPTON.

Vers. 101. οὐ σοὶ ἀπειθῶν ἥκω. Vulgo omnes ἀπελθών, edd. & mstti. Sed WOLFIVM probavi, monentem:

nentem: „Fortaſſis ἀπελθών.“ — Cui ſuffragatus eſt VPTONVS in Notis. „Recte: (inquit.) ſic ſupra, νῦν σοὶ παρόμενος ἀπέρχομαι.“ — Vide vſ. 97. & conf. vſ. 95. Neque enim græce dici puto ἀπελθεῖν τινι de ſervo qui a domino profugit, aut de milite ſigna deſerente.

Ibid. σημαίνοντος τὸ ἀναπλητικόν. „Vide ad I. 29, 29.“ VPTON.

Verſ. 102. αὐ ζητήσω ἄλλον ᾧ ἐν ᾧ εἰμι. Ad ἄλλον intelligendum adparet τόπον. Sed haud ſatis ſcio, ſatisne ſit intelligere, an adjici debuerit. Equidem ægre iſto nomine careo; præſertim cum mox aliud ſequatur nomen diſerte expreſſum, ἢ ἄλλους ἀνθρώπους. Idem vocab. τόπος paſſim apud Polybium prætermiſſum a librariis nonnullis obſervavimus, ubi probatiſſimi & vetuſtiſſimi codices id agnoſcebant, veluti II. 17, 8. III. 50, 3. ſed & alibi apud eumdem nullus codex, quoad nos quidem compertum habemus, illud, ubi deſiderari videbatur, agnoſcit: ſic III. 110, 2. & XVIII. 7, 3. ubi vide quæ adnotavimus.

Verſ. 103. αὐτὸν πρὸς αὑτόν. Sic nunc edd. omnes cum pb. Poteras vero & πρὸς αὐτὸν ſcribere cum pa. Vtrumque ſpiritum habet pc.

Ibid. μή τι ἔχῃς μου. Perperam ἔχῃς pbc. Intellige: *Sic quisque ex amico ſuo quærere debet.*

Ibid. καὶ πάλιν ἄλλῳ ἐλθεῖν καὶ ἄλλῳ. „Fortaſſe προσελθεῖν.“ WOLFIVS. — Quod ſi hoc dicere voluit Epictetus, *alium atque alium accedere debet*; oportebat utique, puto, προσελθεῖν vel συνελθεῖν, nec enim ſimplex verbum ἔρχεσθαί τινι græce ita uſurpari videtur. Sed vide ne ſub iſtis verbis aliud quid lateat: vix enim credo, hoc præcipere voluiſſe philoſophum noſtrum, *ab alio homine ad alium eſſe diſcurrendum*; etenim, *cum omnibus deliberare*, in vitio ponit, cum alibi, tum III. 26, 20. Nihil juvat quod pc. habet καὶ πάλιν ἄλλως ἐλθεῖν καὶ ἄλλῳ, niſi in illo ἄλλως ἐλθεῖν latet ipſum ἄλλῳ συνελθεῖν. Polybio frequentata phraſis, συνελθεῖν τινι εἰς λόγον. Suſpicatus vero equidem eram ἄλλῳ ἐπελθεῖν καὶ ἄλλῳ, vel potius ἄλλο ἐπελθεῖν καὶ ἄλλο, quod idem valeret ac ἐπιόντα & διελθεῖν, *alia atque alia* (quæ ad hoc argumentum ſpectant) *percurrere, percenſere, animo repetere*; ſcilicet, ut mox ait, *mori nos poſſe, peregrinari, patria ejici, in vincula conjici*, & ſimilia. cf. IV. 1, 128. Sed nihil definio.

Verſ.

Vers. 104. *πρῶτον ἐπιχειρῆσαι σὲ.* „Notanda est divisio. 1. *ὅτι οὐκ ἀπροσδόκητον.* 2. *εἶτα ἂν ἐπιστρέψῃ.* 3. *εἶτα τὸ κυριώτατον.* 4. *εἰ δ' ὅτι σὺ.* 5. *ἐν αὐτοῖς τῶν ἄλλων.*" VPTON.

Ibid. ὅτι οὐκ ἀπροσδόκητον. „Aeneas apud Virgil.

— — — *Non ulla laborum,*
O virgo, nova mihi facies inopinave surgit.
Omnia præcepi, atque animo mecum ante peregi.

Vide Cicer. Tusc. Disp. lib. III. c. 13 sq. & lib. IV. c. 17." VPTON.

Ibid. Ἦδεν ὄντως γεγεννηκώς. „Seneca de Consol. ad Polyb. cap. 30. *Quanto ille justior, qui quintâ filii morte, dignam magno viro vocem emisit? Ego cum genui, tum moriturum sciri.* Vide Cicer. Tusc. Disp. III. 13. Diogen. Laërt. in vita Anaxag. sect. 13. & in vita Xenoph. s. 55." VPTON.

Vers. 105. *εἰς φυλακὴν ἀποστατος ἦν.* Vide, ne ἀποστατὸς sit legendum. Sane ἀπάγειν εἰς φυλακὴν dicunt græci, *ducere in vincula*, non ἀποστάσιον.

Vers. 106. *ἂν ἐπιστραφῇς πρὸς ἑαυτόν.* Præstat hoc, quod dedit noster cod. pb. ad quem accedit pa. in quo corrupte quidem *ἐπιστρέφῃ* scribitur. Vulgo *ἐπιστρέψῃ* edd. quod habet noster pc. & ferri poterat, in aor. I. med. sed usitatius in hoc verbo passivum aut etiam activum. Vertit autem Vpt. cum Wolf. *si ad te ipsum conversus fueris*; quod nolim damnare: placuit tamen, *si circa te circumspexeris. Ad se ipsum* vel *ad se ipsum se convertere*, est *ἐπιστρέφεσθαι* (vel *ἐπιστρέφειν*) *ἐφ' ἑαυτόν.*

Vers. 107. *ἡ πόλις.* „Vide ad II. 5, 26." VPTON.

Ibid. Δὸς οὖν αὐτό· δεῖ γάρ με ἀεὶ τῷ νόμῳ πείθεσθαι. Quænam fit h. l. vis illorum verborum, *δὸς οὖν αὐτὸ*, *da igitur illud*, haud satis equidem video. An *αὐτῷ* legendum? quod in pb. statim scriptum fuerat, ac deinde in *αὐτὸ* mutatum; nisi, vice versa, *αὐτὸ* primum fuit, (nec enim admodum discernere potui) idque in *αὐτῷ* dein mutatum. Sed nec hoc facit satis: manet enim ea difficultas, quod ad quæstionem præcedentem, *τίς δ' αὐτὸ ἐπιτέτραφεν; quis illud immisit?* parum commode refertur hoc, *δὸς οὖν αὐτὸ*, *da igitur*, vel *concede illud*; quod bene haberet, si præcessisset quæstio, *τίς δ' αὐτὸ ἀπῄτησεν; quis illud a te repetiit?*

Verſ. 108. *τοῦτο γὰρ οὐκ ἐπὶ τοῦ.* „Vide Arriani fragmentum apud A. Gellium, lib. XIX. c. 1.“ VPTON.

Ibid. *ἀναμάχου τῷ λόγῳ.* „*ἀνταμάχου.*“ REIZIVS. — „Schegkius, *ratione eam* (phantaſiam) *expugna.* Wolfius, *rationi pugnam redintegra.* Sed pro *ἀναμάχου* magis placet *ἀνταμάχου*, *oppugna viſum ratione.*“ VPTON. — At *ἀνταμάχου τῷ λόγῳ* ſonaret *repugna rationi*; quemadmodum *ἀνθίστασθαι τῇ φαντασίᾳ* III. 2, 8. eſt *repugnare viſis.* Nec vero ſolicitandum videtur vulgatum: eſt enim *ἀναμάχεσθαι* non ſolum *inſtaurare pugnam*, ſed & (adjecto aut etiam ſubintellecto vocabulo *ἥτ/α*) *reparare cladem acceptam.*

Ibid. *μηδὲ προάγειν ἐπὶ τὰ ἔξης.* „Vide II. 18, 25.“ VPTON.

Verſ. 109. *ὅσας διαχύσεις.* Corrupte *ἀχθάσεις* ed. Ven. & Baſ. quod corrigendum monuit Wolf. & correxerunt poſteriores editores. Et verum habent ed. Salm. atque codices noſtri cum cod. Vpt. Familiare Stoicis vocabulum *διάχυσις*, pro *voluptate*, *oblectatione*, *lætitia.*

Ibid. *ἀλλ' ἐκεῖ τέτασο, ὅπως δεῖ τὸν ἐν Γυάρῳ διάγοντα, ἐν Γυάρῳ ἐρρωμένως διάγειν.* Wolfius ita hæc convertetat: *ſed illic ita attentus atque affectus eſto, ut eum decet qui in Gyaris vivit. Gyaris fortiter vivendum eſt.* Quam verſionem Vptonus non modo retinuit, ſed ad eam etiam in Græco diſtinctionem orationis adcommodavit, poſt *διάγοντα* punctum ponens, & ab *Ἐν Γυάρῳ ἐρρωμένως* novam ſententiam incipiens. In Notis vero jungere hæc cum præcedentibus, ut erant juncta in ſuperioribus edit. & mastis, juſſit, hac adjecta verſione: *Sed illic animum intende, quomodo oporteat in Gyaris viventem, in Gyaris fortiter vivere.* Qua in verſione verbum *διάγειν*, quod in fine eſt, a verbo *δεῖ* pendere facit interpres; quaſi hæc eſſet conſtructio, *ἐκεῖ τέτασο, ὅπως δεῖ — — ἐρρωμένως διάγειν.* Mihi vero naturalis ordo orationis hic eſſe videbatur, *ἐκεῖ τέτασο, ἐρρωμένως διάγειν ἐν Γυάρῳ, ὅπως δεῖ τὸν ἐν Γυάρῳ διάγοντα*, nempe *διάγειν*, vel *τετάσθαι*. Et adverbium quidem *ἐκεῖ* dupliciter intelligi poteſt: ſive ut *ibi* ſignificet, nempe *in Gyaris*; ſive ut pro *ἐκεῖσε* ſit poſitum, quemadmodum vſ. 113. *ἐκεῖ πέμπει, to mittit.* III. 26, 5. *οὐ θέλεις ἐκεῖ βλέπειν.* Quæ poſterior ratio hic locum obtinere videtur, ut *ἐκεῖ τέτασο* valeat *to fis intentus*, atque idem ſonet ac *ἐπὶ τοῦτο*

vel

vel πρὸς τοῦτο τέτασο, nempe τὸ ἐμπεπλεγμένως διάγειν. Cæterum parum ad rem facit, quod τέτασό σοι hoc loco pc. habet, pro nudo τέτασο, quod rectius dant alii omnes.

Ibid. κἂν. Perperam οὐκ ἂν pc.

Ibid. περὶ μόνης τῆς ἐμῆς μελέτης. Sic jam correxeram, cum eodem modo scriptum in pc. inveni. Vulgo alii μονῆς, incommode atque frigide.

Vers. 110. διαχύσεως. Perperam διασχύσεως ed. Ven. Conf. vs. 108.

Ibid. ἐκείνην ἀνθέξασθαι. „Vide II. 18, 25. III. 16, 13." VPTON.

Vers. 111. αὐτὸν αὑτῷ. Sic Lond. anon. & Vpt. cum nostro pb. αὐτῷ edd. vett. Vterque spiritus notatus in pac.

Ibid. Νῦν δ' ἂν οἱ ἄλλοι. „Repositi ἃ ex postro codice, ipso sensu postulante." VPTON. — Scilicet nude vulgo νῦν ἂν legebatur. In ἃ ἂν consentit noster pb.

Ibid. συμπλέκεσθαι καὶ παραδοξολογεῖν δοκεῖσι. συμπλέκεσθαι καὶ παραδοξολογοῦσι pc. & in ora ejusdem cod. γρ. παραδοξολογεῖν δοκοῦσι.

Vers. 112. προάγειν μὲ μάρτυρα. „Vide I. 29, 47. IV. 8, 32." VPTON. προαγεῖν ἀνθρώποις μάρτυρα pb. & caret μὲ.

Ibid. τῶν ἀπροαιρέτων. Suspicatus eram τῶν προαιρέτων καὶ ἀπροαιρέτων. Sed facent libri.

Vers. 113. εἰς Γύαρα πέμπει, ἀποστέλλει pc.

Ibid. ὃς γε οὐδὲ τῶν μικροτάτων τινὸς ἀμελεῖ. „Vide I. 12, 2. II. 14, 11. III. 26, 28." VPTON.

Ibid. μάρτυρα πρὸς τοὺς ἄλλους χρώμενος. μάρτυρα edd. vett. cum pa. μάρτυρι ex conject. correxit editor Cantab. idque tenuere sequentes; recte, & sic dant nostri codd. pbc. cf. vs. præc.

Vers. 115. τοῦ ἐπιβρωνύσιος. „Nam per se notum esse oportet, alienæ non indigum opis. Vide ad I. 18, 20." VPTON. ἐπιβρωνύσιος circumflexo accentu scribit noster pc.

Vers. 116. Φυγεῖν. In cod. pb. inter lineas notatur γρ. Φυγεῖν.

Ibid. πρὸς ἄλωσιν. „Hæc verba, πρὸς ἄλωσιν, in contextum recepi auctoritate nostri codicis." VPTON. — Adjumentum istud, quo carere poterimus, ignorant nostri libri cum superioribus editis.

Vers. 117. *Καισαριανοῦ.* „Vide ad I. 19, 19.“ VPTON. *Ibid.* *ἡ ὀρδινατίων ὄψεταί σε.* „Ὀρδινατίων, vox latina. Sueton. in Neronis vita c. 40. *Spoponderunt tamen quidam destituto ei* Ordinationem *Orientis.*“ VPTON. — At apud Sueton. alii codices *dominationem* habent, quod placuit Casaubono, & in contextum receptum est ab Ernesto. Sin ibi vel maxime *Ordinationem* cum Gronovio tuearis, nihil tamen ea vox magnopere ad illustrandum hunc Epicteti locum, aut ad vindicandam scripturae integritatem conferre videtur. Non enim absolute ibi vocab. *ordinatio* ponitur, sed *ordinatio orientis* eodem modo dicitur, quo *ordinare provinciam* dicimus. Ducangius in Glossar. Graec. in voc. Ὀρδινατίων, postquam hunc Arriani locum citavit, alia duo ex Mauritio adjicit, Strat. I. 5. & XII. 9. ubi idem occurrit vocabulum; sed id ibi *centuriationem* militum & *distributionem per ordines*, i. e. per manipulos, significat, quod nihil huc facit. „Forte ὀρδιναρίων“ — adnotavit Meibomius; quo sensu, nescio. Equidem ὀρδινάριος suspicatus eram; quo de vocab. vide quae collegit idem Du Cange. Possit fortasse etiam ὀρδινατίων, *ordinatio*, esse *nominatio ad officia quaedam antica.* Sed nihil definire ausim. Nihil juvant libri. *δήξεταί σε, mordebit te*, i. e. invidiam tuam excitabit.

Ibid. *ἢ εἰ ἐπιθύοντες ἐν τῷ Καπιτωλίῳ ἐπὶ τοῖς ἐντιλίοις.* „Si ἐντιλίοις recte scriptum est, pro *auspiciis* poni videtur. Ego hanc vocem antehac nunquam legi, vel usquam reperire potui. Quid vero, si ἐπὶ τοῖς ὀφρυλίοις, *propter officia.* Sic enim Graeci recentiores nomina Romana scribere solent. Extat libellus in Fuggerana Bibliotheca, cui titulus est, Ὀφρίκια τοῦ παλατίου.“ WOLFIVS. — „*Propter officia.* Sic ἐπὶ τοῖς ἐντιλίοις vel ὀφρυλίοις reddendum. Inde *Officiorum Principes*, apud Jul. Capitolin. in Marco c. 8. *Et Verum quidem Marcus Caesarem usque prosecutus,* — — — *additis* officiorum *omnium Principibus.* Singula officia Palatina suos principes habebant. Deferebant autem Imperatores officia, missis traditione codicillis, uti Arrianus supra, III. 7, 30. Καὶ δὴ καὶ κοδικίλλιον ἔγραψε. Nisi tamen scribendum ἐπὶ τοῖς Ὀφικίοις. Carol. du Fresne Gloss. Ὀφίκιον, *Officium.* Constantinus in libello περὶ Θεμάτων· Ὀφίκιον βασιλικὸν λέγεται, ὅπερ σημαίνει τῶν Ἑλλήνων φωνῇ τοὺς προτεταγμένους ἔμπροσθεν τοῦ βασιλέως ἐπὶ τάξεως καὶ τιμῇ. Officium, *Romana* vox, *Graece*

Græce significat anteambulones Imperatoris, ordinis ac honoris ergo. Corippus lib. I.

— — *Itur in arcem*
obsequio *comitante patrum.*

Capitolinus p. 57. *Qui cum de castris ad* Obsequium *principis convenissent.* Vbi Casaubonus: Satellitium principis vocabant *obsequium*; quam vocem Græci quoque suam fecerunt: sic accipe τὰ ὀψίκια apud Arrianum. VPTON. — At non propter *obsequia* quis sacra facit; sed propter *officium* sibi delegatum; quo pertinet quod IV. 4, 46 sq. ait: *quod si quotidie in virtutis via proficere intelligis, τόσῳ μείζων αἰτῆ θυσίας ἢ ὑπατείας ἢ ἐπαρχίας.* Quare præferanda videtur hæc interpretatio: &, sermonem esse de *muneribus* vel *honoribus* quibusdam, intelligitur ex eo quod his opponitur, τὴν τηλικαύτην ἀρχὴν παρὰ τοῦ Διὸς αἰτῆ φρόνησιν. Poterat vero varie atque varie detorqueri latinum illud vocabulum a Græcis, ac deinde rursus a librariis. Libri vero nostri nihil mutant.

CAPVT XXV.

Vers. 1. τίνων δ' οὖ· καὶ πῶς ἐφ' οἷς μὲν &c. Sic utique distinguenda fuit oratio, quo modo etiam in pb. factum video. Perperam & importune vulgo, τίνων δ' οὐ, καὶ πῶς· ἐφ' οἷς μὲν &c. Pro τίνων μὲν ἐκφύσησας; habet τίνος pc. sed idem mox deinde in τίνων consentit. De re, ad illud πῶς ἐφ' οἷς μὲν αὐφρανῇ &c. conf. Enchir. c. 34.

Vers. 2. καὶ πλήγας λαμπτέον. Vide ad III. 15, 4. VPTON.

Vers. 3. Οὐ γὰρ ὑπὲρ πλήγης καὶ παγκρατίου &c. Ad hunc locum credo respexisse M. Anton. lib. XI. f. 38. Οὐ περὶ τοῦ τυχόντος οὖν, ἔφη, ἐστὶν ὁ ἀγών, ἀλλὰ περὶ τοῦ μαίνεσθαι ἢ μή. *Non est itaque de re vulgari, inquit* Epictetus, *certamen; sed de eo, utrum insaniamus, nec ne.* Conf. II. 18, 21. VPTON.

Ibid. ὀλίγου εἶναι. Temere ὀλίγα εἶναι ed. Gen. & Col.

Ibid. ὑπὲρ αὐτῆς εὐτυχίας. Nil variant libri; sed debebant, puto, ὑπὲρ αὐτῆς τῆς εὐτυχίας.

Vers. 4. Τί οὖν; *Quid igitur?* Idem valet ac Latinorum *Quidquod.*

Ibid. *ἀναιρήσεται.* „Vide M. Anton. VI. 29. Theocrit. Idyll. 23. de Amyco a Polluce victo, *τείνας ἀναιρῶν.*“ VPTON.

Ibid. *οὐδὲ δεῖ παρατείνειν τετραετίαν ἄλλην.* „Singulis quadriennii Olympia celebrabantur; uti ex hoc Arriani loco patet. Vide Joseph. Scal. de Emend. Temp. lib. I. p. 43. Et Pet. Fabr. Agoniſt. lib. III. c. 23.“ VPTON. — Vide Spicileg. noſtrum Reliquiarum ex Polyb. lib. VI. Tom. V. p. 31. Et Polyb. IX. 1, 1.

Ibid. *ὅμοιος εἶ.* Sic recte mſſti, ut correctum in poſterioribus editionibus. Perperam *ὅμοιοι εἶ* ed. Ven. puncto interpoſito, *ὅμοιος εἰ* ed. Baſ.

Verſ. 5. *ὑπὸ θεὸς τοῦ αὐτοῦ*, id eſt, *ὑπὸ θεὸν τοῦ ποιεῖν τὸ αὐτό.*

Ibid. *εἰς καλὸς ἀθλητής.* *καλὸς* ſcripti libri, & omnes ante nos editi. Sed *κακὸς* legendum jam olim monuerunt Wolf. & Meibom. Et: „Recte *κακὸς*, (inquit VPTONVS) niſi *καλὸς* ironice accipiendum.“ — Ego vero, ironiae non eſſe hic locum exiſtimans, haud cunctanter *κακὸς* recipiendum putavi. Nimis ſaepe iſta vocabula temere inter ſe permutata ſunt a librariis, quam ut dubitare editor debeat, vel abſque librorum auctoritate verum reponere. Vide ad I. 22, 7. I. 27, 7. III. 14, 1. IV. 1, 28.

Ibid. *νικήσας τὴν περίοδον.* Temere *νικήσας* ed. Ven. & Baſ. quod corrigendum monuit Wolf. & in verum conſentiunt noſtri libri. conf. IV. 4, 30. — „Περίοδον νικᾶν quid ſit, docet Feſtus. *In Gymnicis certaminibus* Perihodon vicisſe *dicitur, qui Pythia, Iſthmia, Nemea, Olympia vicit, a circuitu illorum ſpectaculorum.* Hinc Athleta ille, qui quatuor certaminum orbem implevit, & *περίοδον* fecit, appellabatur Περιοδονίκης, [Περιοδονίκης,] vel Περιοδοντής. Vide Gruteri Inſcript. p. CCCXIII. Vtitur hac loquendi forma Athenaeus [lib. X. p. 415.] de Herodoro Megarenſi: *δὶς νίκησε δὲ τὴν περίοδον δεκάκις, decies omnia certamina obivit, & victor evaſit.*“ VPTON. — De eodem Herodoro Pollux, IV. 89. Ἐπταπλάσια περιόδους ἀνείλετο στεφανιτῶν ἀγώνων. De Theagene Thaſio Plutarch. in Polit. Praecept. Οὐ μόνον περίοδον νενικηκὼς, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς ἀγῶνας, οὐ παγκρατίῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ πυγμῇ καὶ δολίχῳ.

Ibid. *ὅμοιος τοῖς ἀποφυγοῦσιν ὄρτυξιν.* „Similis effugientibus coturnicibus. Ortygos ſeu coturnicis hanc naturam

turam ſcribunt eſſe, ut, dum ſe in ſpeculo a venatore objecto ſpectare gaſtit, ſuique imaginem appetit, in pretenſa incidat retia, capiaturque. Quod ſi effugiat, & non decipiatur hac imagine, extra periculum eſſe. Idem nobis, oblatis phantaſiis, faciendum, ut ad ſe mens converſa, peccati occaſionem & laqueum effugiat. Hiſtoriam hujus animalis reperies apud Athenæum lib. IX. Deipnoſoph." SCHEGKIVS. — Vptonus, hanc Schegkii obſervationem adferens, nihil adnotationis adjecit. At eam ſane nihil quidquam ad rem pertinere, quæ hic agitur, ſatis adparet. Immo vero ad illud coturnicum ludicrum atque certamen reſpici videtur, cujus Pollux meminit lib. IX. ſect. 109. quo in certamine quæ coturnix patiens ferebat digito hominis percuti, & pennas nonnullas ſibi e capite evelli, ea victrix habebatur; quæ vero id non pateretur, atque aufugeret, ea victa cenſebatur. Quemadmodum igitur coturnix, eo modo victa, læta eſt ſe evaſiſſe, ac veluti ſibi gratulans diſcurrit; ſic facit homo levis, quem nunc Epictetus deſcribit, qui, cum tentationibus ſuccubuit, non ſolum innoxiam eam cladem reputat, ſed etiam ea lætatur & ſubinde gloriatur.

Verſ. 6. ἡττήθην. Sic primus recte edidit Cantabrigienſis, ut habent noſtri mssti. Temere ἡττήθημεν edd. vett.

Verſ. 8. τὴν ἕξιν, τὴν ἕρεξιν codex Vpt. & noſter pc. Minus recte. conf. II. 18, 5.

Ibid. τὰ οἰκεῖα ἔργα. Temere, & invitis noſtris mssti, οἰκία ed. Ven. & Baſ. quod corrigendum recte monuerat Wolfius.

Verſ. 10 & 11. πότε γὰρ αἰσθόμενος φεύγεν τὰ κακῶς ἐνεργήσας. *Quando enim adſueviſti fugere male facta?* Nempe, ſi tu adſueviſſes fugere atque horrere male facta, moerore te adfectum ſentires tum, cum tibi accidit ut ſuccumbas: nunc, quoniam id non adſueviſti, jucunda magis tibi, quam moleſta, eſt peccatorum memoria. *Itaque* (ſic pergit Philoſophus vſ. 11.) *dolores tentationum utiles ſunt, ſive valentibus nobis, ſive nolentibus.* Id eſt: Quoniam, ſicut tu, ſic plerique homines, a veri boni ſenſu atque amore ita deſciverant, ut ne doleant quidem cum peccaſſe ſe intelligunt, utile eſt & benigno fit conſilio, ut alios ſubinde hominibus dolores infligat Deus, quibus doloribus a peccatis

peccatis eos retinere retrahereque ſtudet. Hos dolores Epictetus (ſi modo vera ſcriptura eſt, in qua quidem nil variant libri) vocat τοὺς πόνους τῶν πειρατηρίων, parum aliàs uſitato vocabulo; quod, videndum, ſitne e medicorum ſchola petitum, denotetque proprie *experimenta*, *tentamina*, quibus ægrum ſanare ſtudet medicus; nam, ſicut medicus, ſanandi ægroti conſilio, uſtiones, ſectiones, aliaque moleſta adhibet remedia, ſic Deus hominem, rerum externarum illecebris captum, & ad prava ruentem, non modo earumdem rerum quibus delectatur fruſtratione, ſed & variis caſtigationibus corporisque doloribus ad ſanam mentem reducere ſtudet, ut ait Simplicius in Enchir. c. 13. p. 86 ſqq. Quidquid ſit, quod iſto nomine maxime deſignatum voluit Epictetus, ſive quod in transcribendis verbis ejus turbarunt librarii; ea fere, quam dixi, ſententia ineſſe viſa eſt huic loco, quem partim aliter tractarunt interpretes, partim leviter tetigerunt. Pro εἰθίσθης, quod *vſ.* 10. poſui, ἠθίσθης ante Vpt. editum erat, & ſic habet noſter codex pc. Id autem ex εἰθίσθης corruptum eſſe, facile adparebat. Sed ἠθίσθην eſt in pa. & εἰθίσθην in pb. quod ipſum & Vptoni codex dabat, & in contextum recepit Vptonus, & in verſione ſic expreſſit, *quando unquam aſſueri male facta averſari?* Tum ad verba τῶν πειρατηρίων *verſ.* 11. notaverat SHAFTESBVRIENSIS; „Forte τῶν ἀπαρτημάτων.“ — VPTONVS vero: „Verba iſta, [*verſ.* 10.] Ἀλλ' οὐχ ὅμοιον — — ad ἐναργῶσαι, ſunt verba adverſarii, affirmantis ſe conſtantem eſſe in vitiis. Ecquis adeo ibi dolor, ecquæ poena? Agnoſcit Epictetus, Quanto conſtantiorem in vitiis, tanto levius miſerum eſſe; eaque de cauſſa οἱ πόνοι (inquit) τῶν πειρατηρίων (cave mutes πειρατηρίων) ὠφέλιμοι.“ — Quosnam intellexerit τοὺς πόνους τῶν πειρατηρίων, non declaravit vir doctus. Suſpicari licebat, ſic dici fortaſſe *labores & moleſtias, quibus vires hominum veluti tentat & experitur Deus, eosque probat & exercet;* quo de genere idem Simplicius ibid. p. 89 ſqq. non minus præclare diſputavit. Sic videri poſſit ex Athletica Græcorum ductum vocabulum, τὰ πειρατήρια. Sed in hanc partem ſi accipias, alia quædam connexio, quam quæ ſupra a nobis explicata eſt, horum verborum cum proximo præcedentibus fuerit quærenda.

CAPVT

CAPVT XXVI.

Vers. 1. ἀγεννέστερος. Sic scripsi cum nostris pbc. quam scripturam aliâs & in hoc vocab. & in cognato ἀγέννεια sequi consueverunt editores. Vulgo h. l. ἀγενέστ. cum pa.

Ibid. πεποιθότες. „Sic noster cod. & editio Salmant. Male cod. Ven. & Bas. πεπονθότες.“ VPTON. — πεποιθότες nostri omnes, idque jam Wolfius expresserat, *quibus agris freti.* In græcum context. primus recepit editor Cantab.

Ibid. ἢ καὶ διὰ θαλάττης. Tenui scripturam, quam suo e codice VPTONVS edidit; quamquam idem editor in Notis monuerit: „Sed potius scribe, διὰ γῆς ἢ διὰ θαλ.“ — ἢ καὶ θαλάττης dabant superiores edd. cum nostro pa. Nude ἢ θαλάττης pbc.

Ibid. διατρέφεσθαι. Temere ab hoc aberrarunt Vptoni operæ, διατρέφεσθαι ponentes; quod ne ex διατρέψασθαι corruptum suspiceris. De errore monuit ipse editor in Notis.

Vers. 2. μή σοι λίπῃ. λείπῃ pc.

Vers. 3. τοῦτο οὖν οὐ πολλάκις αὐτὸν εἶπες πρὸς τοὺς ἄλλους. „Sic noster codex. Alii hoc modo: τοῦτον μὲν οὐ πολλάκις δ' αὐτὸς εἶπες πρὸς τοὺς ἑτέρους; Est autem τοῦτο Meibomii lectio, atque ita Wolfius in versione.“ VPTON. — In τοῦτον cum superioribus edd. consentiunt nostri codices: quod si ab Arriani manu est, oportet in sequentibus verbis nonnihil intercidisse. Particulam δ', ut Vptoni codex, sic ignorat noster pb. In ἄλλους consentiunt nostri omnes.

Ibid. πολλὰ δ' ἀνέγνως. E superioribus repete animo negantem particulam.

Ibid. πρός γε τὸ ἀποθανεῖν. Caret γε pb. πρός τε habet pa. quod ex πρός γε corruptum; quam particulam cum editis agnoscit pc. atque, ut videtur, Vptoni etiam codex.

Vers. 4. μή τι καὶ Exspectaveram μή τι γάρ. Sed nil mutant libri.

Ibid. ἀλλαχοῦ που. Caret που pb.

Vers. 6. ἐσχατόγηρων. ἐσχατόγηρον pa.

Ibid. ἐγὼ ἥκουσι τοῦ. Sic scripsi cum pbc. Vulgo ἐγ. ἥκ. τῷ edd. minus commode, quamquam ferri ut cumque poterat: sed fortasse hoc ex conjectura est pu-

mi editoris, in cujus exemplari fortasse corrupte τὸ scriptum erat, ut in nostro pa. Conf. ad II. 17, 40.

Vers. 7. * οὐ γράφειν; „Verbum δύνασαι aut omissum, aut subintelligendum.“ WOLFIVS. — „Forsan addendum δύνασαι, & mox ἀλλὰ αἰσχρὸν &c. respondet auditor.“ MEIBOMIVS. — *Asteriscum* equidem, qui lacunam indicaret, adjeci. Fortasse propius etiam ad veterem scripturam fuissem accessurus, si ita edidissem: οὐ * δύνασαι; οὐ γράφειν; Nempe, ante οὐ γράφειν suspicor tria ad minimum verba excidisse, quorum medium infinitivus erat, sicut γράφειν, παιδαγωγεῖν, φυλάττειν; primam autem phrasin a festinante librario, ob similitudinem verborum δύνασθαι (in quod exit præcedens oratio) & δύνασαι, esse prætermissam. Supple, οὐ ἐπιχειρεῖς τι δύνασαι; aut aliquid simile. conf. vs. 23. & vs. 25.

Ibid. Τὸ νῦν. Una voce, τανῦν, pb. commode.

Vers. 8. οὐ σὺ αἴτιος. οὐ συ δὲ αἴτιος pc.

Ibid. ὁ ἄλλος ἀκήντητός σοι. Perperam ὁ ἄλλος pab. In ἄλλος cum editis recte consentit pc. „ἄλλος, *fortuito.*“ VPTON. — In versione, *temere*, posuerat idem editor cum Wolfio. Proprie vero est *alia ex caussa*, ut I. 8, 12 & 14. quod h. l. idem valet ac *extrinsecus, citra tuam culpam.* Schegkius, *alia ratione;* haud ita male. Conf. not. ad l. 8, 12. & consule Indicem.

Ibid. ἄλλους δὲ κληρονόμους ἀπόλιπον. Ante hæc verba, vide, ne exciderint ista, ἢ πλούσιον μὲν.

Ibid. οὐκ ἐπαρκοῦσιν οὐδὲν, σοὶ ταῦτα αἰσχρά ἐστι. Olim sic hæc edebantur: οὐκ ἐπαρκῶσιν, οὐδὲν σοι ταῦτα αἰσχρά ἐστι. consentientibus quoad distinctionem quidem orationis nostris mss.tis. Vbi MEIBOMIVS: (nam Meibomii ea adnotatio est, quam Salmasio auctori Vptonus tribuit.) „Videtur hic abundare τὸ οὐδὲν, ut fit σοὶ ταῦτα αἰσχρά ἐστι, id est, *Φαίνεται αἰσχρά.*“ — Perspecte vero COMES SHAFTESBVR. monuit, οὐδὲν ad superiora referendum, & totam phrasin interrogative accipiendam. Et recte interrogandi signum post αἰσχρά ἐστι posuit Vptonus; comma vero ante οὐδὲν reliquit, quod ego post hanc vocem rejeci, ut οὐδὲν cum superioribus jungeretur. Pari modo duplicem negationem pro simplici habes III. 24, 64. οὐκ ἐφίλει οὐδένα. Recte porro idem Vptonus, pro ἐπαρκῶσιν, suo e codice ἐπαρκοῦσιν recepit, cui adsentiuntur nostri pbc.

Vers.

Vers. 9. *ὅτι τὸ αἰσχρὸν ψεκτόν, τὸ δὲ ψεκτὸν ἄξιόν ἐστι τοῦ ψέγεσθαι.* Sic ed. Ven. & Bas. consentientibus tribus nostris codicibus. Tria verba *τὸ δὲ ψεκτὸν* temere omissa sunt in ed. Gen. Col. Cant. & Lond. anon. Quare SALMASIVS, cum editione Genev. uteretur, neque aliam consuleret, quatuor etiam sequentia verba, *ἄξιόν ἐστι τοῦ ψέγεσθαι*, delenda censuit. „Hæc enim ex glossa sunt, inquit; scil. *ψεκτὸν* est *ἄξιον τοῦ ψέγεσθαι.*" — Vptonus, tria verba, in superioribus editionibus omissa, restituens, proxime ante illa verbum *ἐστὶ* suo e codice inseruit, hoc modo *ὅτι τὸ αἰσχρὸν ψεκτόν ἐστι, τὸ δὲ ψεκτὸν &c.* Quo verbo equidem hoc loco melius carere nos posse putavi cum nostris mssts.

Ibid. τίνα ἐπὶ τῷ &c. Suspicari licebat, *τίνα δ' ἐπὶ* vel *τίνα οὖν ἐπί*. Sed conjunctionem ignorant libri.

Vers. 10. *τὰ μὴ διδόμενα. διδομένα* pb. sed id a recentiori manu; olim sic fuerat, *διδομένα.*

Vers. 12. *μὴ πλέψῃ.* Temere *μὴ πλέψῃ* sola ed. Gen.

Vers. 13. *ἐνδέματι μόνῳ. μόνον* pbc. minime male; in pc. vero superne indicatur altera scriptura *μόνῳ.*

Ibid. ἔχρηστα ἐπιδείξας τοῖς ἀναλαμβάνουσιν. „Vide III. 24. 81." VPTON. — *τοῖς λαμβάν.* pc. perperam.

Ibid. ἐθεράπευσας. Temere *ἐθεράπευσα* ed. Gen. & Col.

Ibid. τινὰ τῶν φαντασιῶν διεβασάνισας. „Vide II. 19. 6." VPTON.

Ibid. τί μοι τὸ λοιπόν ἐστι; Suspicari *λεῖπον* possis, ut IV. 6, 14. & II. 19, 30. ubi vide not. Sed commode ferri vulgatum potest, *quid mihi superest*, scil. *faciendum.* Sic III. 2, 16. *τί μοι λοιπόν;* ubi tamen hoc interest, quod ibi absque articulo ponitur *λοιπὸν*, hoc loco cum articulo.

Vers. 14. *περὶ τὸν τελευταῖον κατεγνωκὼς τόπον.* „De tribus in Philosophia locis, vide supra cap. 2. hujus libri." VPTON.

Ibid. ἴν' ἀμεταπτώτως σχῇς τίνα; Interpungunt vulgo orationem post *σχῇς* edd. & nonnulli nostri. Parum interest, sed paulo commodius fore mihi visum erat, si tollerem distinctionem.

Ibid. ἀγάνειαν. ἀγάνειαν hoc loco pbc.

Vers.

Vers. 15. Οὐκ ἔδει προσκτήσασθαι πρῶτον ἐκ τοῦ λόγου. „Aut τοῦτ' ἔδει, aut οὐκ ἔδει τοῦτο προσκτήσασθαι." WOLFIVS. — „Forte τί." COM. SHAFTESBVR. — „Quid si igitur, οὐκ ἔδει τί προσκτήσασθαι ἐκ τοῦ λόγου, εἶτα τούτῳ περιποιεῖν τὴν ἀσφάλειαν; *Non oportebat aliquid ex ratione comparare, deinde huic acquirere securitatem?*" VPTON. — Nil opus esse putavi adjecto pronomine τι; quod satis fuerit mente intellexisse. Vide similimae ellipseos exempla a Gronovio collecta ad Polyb. I. 42, 9.

Ibid. εἶτα τούτῳ περιποιεῖν τὴν ἀσφάλειαν. *Deinde huic parandae erat firmitas.* Refertur τούτῳ ad pronomen τί, subintelligendum in superioribus verbis. Pro τούτῳ est τούτου in pb.

Ibid. τίνα πώποτ' εἶδας θριγκὸν περισκοποῦντα &c. „Anglice: *Whom didst thou ever behold building round Battlements, without placing them upon some Wall?* Noster codex pro πώποτ' habet ποτ'. Lege, τίνα ποτ' εἶδας &c." VPTON. — Etiam noster pb. τίνα ποτ' praefert. Nec tamen idcirco ablegandam vulgatam putavi. De vocab. θρίγκος Henr. Stephanum consule in Thesauro. Rem quod adtinet; eadem similitudine utens Plato, docet, postremam disciplinarum dialecticam addisci debere. de Repub. lib. VII. p. 134. ed. Cantab.

Ibid. τοῖς δὲ θυραωροῖς. Particulam δὲ, quam ignorabant superiores editiones, tacite adjecit Vptonus, ab ipsius codice puto oblatam; eamdem quidem habet noster pc.

Vers. 16. μελετᾷς ἀποδεικνύειν δύνασθαι· τίνα; μελετᾷς μὴ ἀποσαλεύεσθαι διὰ σοφισμάτων· ἀπὸ τίνων; Sic distingui commodissime orationem putavi, praeeuntibus fere nostris mastis, nisi quod illi δύνασθαί τινα jungunt, in quo & editionem Ven. consentientem habent; neque id incommodum foret, si interrogative scripsissent, δύνασθαι τίνα; Contra Vptonus, fere cum superioribus editionibus, μελετᾷς ἀποδεικνύειν δύνασθαι; Τίνα μελετᾷς; Μὴ ἀποσαλεύεσθαι &c. Longius abierat SALMASIVS, ita legere distinguereque jubens: ἀλλὰ σὺ μελετᾷς μελετᾷς; ἀποδεικνύειν· δύνασαι τίνα μελετᾷς; μὴ ἀποσαλεύεσθαι &c. Illud μὴ ἀποσαλεύεσθαι Vptonus cum Wolfio, *ne impliceris*, verterat, cum debuerint *ne dimoveaeris*; quo dein refertur illud ἀπὸ τίνων; id est, *quinam sunt illi, a quibus tu ne dimoveaeris, das operam?*

Vers.

Verſ. 17. Poſt *μέδιμνον* Vptonus punctum pro commate, poſt *σιτοῦν* vero, pro nudo puncto quod poſuerat, ſignum interrogandi reponere juſſit in Notis. Recte: & ſic jam fecerant primi editores. Cæterum confer I. 16, 6 ſq.

Verſ. 18. *προσθίσθαι τῇ διοικήσει τῶν ὅλων.* Perperam *προσθῆσθαι* edd. omnes. Sed: „Legit Gatakerus ad M. Anton. lib. XII. ſ. 28. *προσθίσθαι*, Wolfio in verſione præeunte. Eſt autem *προσθίσθαι*, *aſtipulari*, *aſſentiri*. Hoc eſt quod dicit Seneca, *aſſentiri Deo*. Idem de Vita beata, cap. 3. *Interim, quod inter omnes Stoicos convenit, rerum naturæ aſſentior.*“ VPTONVS. — Vel invitis libris recipi illud debuerat; dedit autem noſter cod. pb.

Verſ. 20. *βεβουλεῦσθαι.* „Noſter codex *βουλεύσασθαι.*“ VPTON. — Sic & noſter pb.

Verſ. 22. *ἐνδοιάμενος.* Perperam *ἐνδοιαμ.* pb.

Ibid. *ἡ ἀλείπτης ἐπιστὰς &c.* Vide Senec. Ep. 56. ſub initium.

Ibid. *δὸς πλευρόν.* Sic vett. edd. cum mastis; quod præter rem in *δὸς πλευρὰν* mutarunt poſteriores editores.

Verſ. 23. *ἀπαί τοι τὸν τῶν ὑγιαινόντων μάλα τῶς οἱ δοῦλοι ζῶσι.* Vulgo comma poſt *μάλα* ponebant cum pb. quod ſuſtuli cum pac. ut planius pateret conſtructio grammatica orationis, quæ talis eſt, *ἀπαί τοι μάλα τῶς οἱ δοῦλοι ζῶσι τὸν τῶν ὑγιαινόντων βίον.* Haud incommode vero, & ſignificanter etiam, poſt *ὑγιαινόντων* interſeri comma poterat cum pac. quo indicaretur, ſic accipienda iſta verba, ut in ſubjecta lectione interpretatus ſum, ſcilicet: *nam recte valentium vitam ſi quæris, vide quomodo eam* (nempe vitam hominum recte valentium) *agant ſervi, quomodo operarii*, &c.

Ibid. *μετὰ γυναικὸς καὶ παίδων.* „Vide Xenoph. Memor. lib. II. c. 2.“ VPTON.

Ibid. Κλεάνθης, *ἅμα σχολάζων καὶ ἀντλῶν.* „Diogenes Laërt. in vita Cleanthis, lib. VII. 168. *Καὶ νύκτωρ μὲν ἐν τοῖς κήποις ἤντλει, μεθ' ἡμέραν δὲ ἐν τοῖς λόγοις ἐγυμνάζετο· ὅθεν καὶ Φρεάντλης ἐκαλεῖτο.* *Ac noctu quidem in hortis hauriebat aquas, interdiu autem operam ſtudiis liberalibus dabat; unde & Φρεάντλης, hoc eſt, exhaurius puteos, appellabatur.* Conſule ibi Menagium.“ VPTON.

Vers. 25. ἀνωφελῆ σαυτὸν. Corrupte ἀνωφελήσαντα ed. Yen. & Bas. Corrigere jussit Wolf. cui obsecuti sunt posteriores editores. Et verum habent codices nostri cum Vptoni codice.

Ibid. ἐτιμελήθησαν. Temere ἐτιμελήθησαι sola ed. Gen.

Ibid. σὲ δ' οὐδείς, ἀλλὰ πᾶς ζημίων. Versionem horum verborum postquam sub contextu cum Wolfio praeterierat VPTONVS, adjecit in Notis: „*Te vero nemo tollit, sed damnum potius ducet.*“ — Debebat, *te vero nemo laedit, sed damnum potius ducet.*

Vers. 26. οὐδὲ κυνὸς — — οὐδ' ἀλεκτρυόνος. Nempe qui custodum & vigilum officio fungantur.

Vers. 27. μὴ λίπωσιν. μὴ λείπωσιν pc. sic & pa. sed in hoc prius λίπωσιν fuerat.

Ibid. στρατιώτῃ μὲν ἀγαθῷ μὴ λείπει — — τῷ δ' ἀγαθῷ λείψει. „στρατιώτῃ μὲν οὐ λείπει — — τῷ δ' ἀγαθῷ λείψει; sic lege, & dele prius illud ἀγαθῷ, nam sententiae officit. Bis per incuriam eandem vocem scripsisse videtur librarius.“ VPTON. — Possis etiam, tenendo στρατιώτῃ μὲν ἀγαθῷ, deinde τῷ δ' ἀνδρὶ λείψει scribere, subintelligendo ibi ἀγαθῷ e superiori phrasi, aut etiam τῷ δ' ἀνδρὶ ἀγαθῷ, ut est vers. seq.

Vers. 28. ὁ Θεὸς ἀμαλεῖ τὴν αὐτοῦ ἐπιτηδευμάτων. αὐτοῦ pb. Et ἐπιτευγμάτων olim edd. cum pa. Vbi: „Fortassis ἐπιταγμάτων.“ WOLFIVS. Sed: „Noster codex habet ἐπιτηδευμάτων, atque ita in contextum recepi.“ VPTON. — Eodem modo nostri codd. pbc.

Ibid. ἀνδρὶ ἀγαθῷ οὐδὲν ἔστι κακόν. „Verba Socratis in Platonis Apologia. sect. 23.“ VPTON.

Vers. 29. τὸ ἀναλήπτωτόν μοι συμφυγεῖν. „Vide ad I. 29, 29.“ VPTON.

Ibid. ὑμνῶν. Perperam ὑμῶν ed. Gen. quod & in Col. propagatum.

Vers. 30. ὑμνεῖν τὸν Θεὸν. „Conf. I. 16, 15 sqq.“ VPTON.

Ibid. καὶ πρὸς ἕνα. Particulam καὶ restitui, quae in ed. Vpt. h. l. omissa erat operarum errore.

Vers. 31. ἐντεύξεσθε. In hanc scripturam consentiunt scripti omnes libri & editi, nisi quod (referente Vptono) in ora ed. Salmant. ἐντεύξεσθε adnotatur; quae

verior scriptura videri potuerat, nisi nobilem modo verbum ἐπιτάσσεσθαι in passivo usurpatum haberemus IV. 2, 17. ἐπετάγης ὑπ' αὐτῆς αὐδήν.

Vers. 33. ναύαγος. Sic non edd. solum, sed & codices nostri omnes; antepenacute scribunt hoc vocab. quod acute ναυαγὸς aliis solet efferri.

Ibid. πῶς ἀνήει πρὸς τὰς παρθένους αἰτήσων τὰ ἀναγκαῖα. „Vide Homer. Odyss. Z'. 127. ubi Ulysses Nausicaam & puellas aggreditur. Cæterum locus hic in aliis libris miris modis confusus est atque turbatus. Quæ enim ad primum caput libri quarti pertinent, confuse cum hoc capite commiscebat librarius, hoc modo: πῶς ἀνήει πρὸς τὰς παρθένους, αἰτήσων τὰ ἀναγκαῖα. τί δὲν τοῦτο πρὸς τὸ δοῦλον εἶναι &c. quæ legas IV. 1, 16 sqq. Sed omnia hæc in suam sedem atque ordinem ope nostri codicis revocavimus. Nec prætereundum est, & Meibomium & Comitem Shaftesburiensem de hac transpositione monuisse." VPTON. — Nempe in scripto codice, quo usus est primus Editor Venetus perperam transposita erant folia nonnulla, ita ut omnis ea disputatio quæ lib. IV. cap. 1. excurrit ab illis verbis, τί δὲν τοῦτο πρὸς τὸ δοῦλον &c. vs. 16. usque ad illa verba vs. 163. ejusdem cap. ὅτι, Ἐξελθὲ διὰ τὰ παιδία, medio huic capiti 26. libri tertii (post verba αἰτήσων τὰ ἀναγκαῖα.) inserta esset. Eam transpositionem neuter latinorum interpretum, nec Schegkius, nec Wolfius perspexerat. Animadverterat vero eam, referente Meibomio, vetus interpres Gallus, & conjecturam suam firmaverat auctoritate codicum msstorum in Bibliotheca olim Regia. Ac sane tres nostri Parisienses Codices omnia justo ordine hic exhibent. De eadem transpositione, post Andream Schottum, monuit etiam Fabric. Bibl. Graec. T. III. p. 264. Conf. Adn. ad IV. 1, 163.

Ibid. ἀσχήμονα. Corrupte ἔσχατον edd. vett. quo vitio nullus nostrorum codicum est contaminatus. Mox vero pro δεῖσθαι habet θαῦσαι pc. male.

Ibid. Ὥστε λέων &c. Odyss. Z'. 130.

Ibid. Desunt verba ἀλλὰ περιδὼς pc. non male.

Vers. 35. Quatuor verba, τὰ τοὺς ἀλεσθ. ποιοῦσα, quæ libri agnoscunt omnes, typographi errore omissa erant in ed. Vpt. de quo errore monuit Editor in Notis.

Ibid. τὸ ἐκπλῆττον τοιοῦτο ὀφθαλμοῖς τοῖς ἀφθαλμοῖς. „Seneca de Constant. Sap. c. 5. *Adversus apparatus terribilium* rectos oculos *tenet sapiens.* Notissima phrasis *rectis oculis intueri*; quæque prædicetur de philosopho viroque imperturbato; improprie (ut videtur) de nautis, & id genus hominibus. Hinc male Bentleius pro imperio reposuit ad Horat. Carm. lib. I. 3. *qui* rectis *oculis monstra natantia*, pro, *siccis oculis.* Nam quanquam forsan in subita consternatione lacrymæ non obriuntur oculis, nec mora tamen obriuntur ob præsentis periculi recordationem." VPTON.

Vers. 36. ἐξαλείψω. „Vide ad I. 9, 20." VPTON.

Ibid. ἀργυραμοιβούς. Sic recte tres nostri codices, ut analogia postulabat. Et sic ἀργυραμοιβία habes IV. 6, 4. Corrupte h. l. ἀργυραμοιβίδους ed. Ven. & Bas. quod in ἀργυραμοιβούς mutavit editor Genevensis, idque tenuere sequentes editores.

Vers. 37. Νοσήσας κακῶς. „Quid hoc sit, vide III. 5, 9. & III. 10, 12 sq." VPTON.

Ibid. ἐν ἀνεπιτηδείῳ νοσήσεις. „Sic Wolfius in versione; at codices habent ἐν ἐπιτηδείῳ." VPTON. — Verterat nempe Wolfius, *in incommodo ægrotabis*: unde ἐν ἀνεπιτηδείῳ in Græcum contextum adoptavit editor Cantab. idque tenuere Lond. anon. & Vptonus. Et ego hunc locum, qui ei concessus est, obtinere passus sum, licet pulcre intellexerim defendi fortasse veterem scripturam posse, in quam consentiunt nostri codices. Nempe dicere Epictetus potuit, *in idoneo* (domicilio) *ægrotabis*, hac sententia, *satis idoneum erit tibi domicilium in quo ægrotes*, i. e. *quodvis domicilium idoneum erit ad honeste tibi, atque ita ut deceat virum bonum, ægrotandum.*

Ibid. ὡς Μάνης νοσήσεις. Μάνης pc. „Ὡς Μάνης, *ut servus, ut famulus.* Verbo δοῦλος noluit uti Epictetus ob sensum ambiguum (præcipue hic ubi agitur de Libertate) quis δοῦλος, quis non." COM. SHAFTESBVR. — „Ingeniose vir nobilis. Si vero lector delere malit interrogationem, [nempe sua auctoritate interrogative scripserat Vptonus, Ὡς Μάνης νοσήσεις; *Tu ut Manes ægrotabis?*] per me licet. *Ut Manes ægrotabis*, id est, ægrotabis ut mancipia ægrotant. Nam *Manes* nomen est servi. Vide Suidam in voc. Μάνης. Et Strab. lib. XII. p. 553. & lib. VII. p. 304. Vide quoque Menag. ad

Laërt

Laërt. V. 55. Sic etiam vocabatur Diogenis servus. Laërt. VI. 55. Aelian. XIII. 28. Senec. de Tranq. [c. 8.] *Diogenis servus unicus fugit; nec eum reducere, cum monstraretur, tanti putavit. Turpe est, inquit, Manem sine Diogene posse vivere, Diogenem sine Mane non posse.*" VPTON.

Ibid. Τί δὲ καὶ τὸ πέρας. Deest καὶ pb.

Vers. 38. μᾶλλον δ' ὁ τοῦ θανάτου φόβος. „Vide I. 27, 10. II. 1, 13. II. 16, 19. & Enchir. c. 5." VPTON. — Paulo ante, pro ἀγανακτεῖς, habet ἀγανακτεῖ pa. suo more.

Vers. 39. ἐπὶ τούτου ὄν. ἐπὶ τοῦτο pc.

Ibid. μοι γυμνάζου. „μοι redundat, ut alibi saepissime." VPTON. — Nec tamen sine gratia aut emphasi quadam adjectus ille dativus pronominis personalis.

Ibid. τὰ ἀσκήματα. Wolfius, *omnia quae quidem*; quasi ἀκούσματα scripsisset Arrianus, quòd percommodum utique foret: sed nec aspernandum vulgatum, in quod consentiunt libri.

Ibid. οὕτω μόνως. μόνως οὕτως pa. οὕτως μόνως pc.

Ibid. οἱ ἄνθρωποι. „Habes articulum οἱ ex nostro codice." VPTON. — Consentit noster pb. Cæteri cum superioribus editt. ignorant articulum.

NOTAE AD EPICTETI DISSERTATIONES AB ARRIANO DIGESTAS.

LIB. IV. CAP. I.

Vers. 1. Ἐλεύθερός ἐστι ὁ ζῶν ὡς βούλεται. „Cicero Paradox. V. *Quid eſt enim Libertas? Poteſtas vivendi ut velis. Quis igitur vivit ut vult, niſi qui recta ſequitur, &c.* Vide & Cic. de Offic. I. 20. de Fin. III. 22. Horat. Sat. lib. II. 7. vſ. 83. Perſ. Sat. V. 85.

An quisquam eſt alius liber, nisi dicere vitam
cui licet, ut voluit?

Stoici definiebant ἐλευθερίαν apud Laërt. VII. 121. ἐξουσίαν αὐτοπραγίας. Vide ſupra I. 12, 7. II. 1, 22 ſqq. " VPTON.

Vers. 2. Τίς θέλει ζῆν ἐξεταπεινωμένος, προπίπτων. — „Προπίπτων, *procidens, prolabens;* intelligi poteſt εἰς πολλὰ. παρπίπτων poſtea ſequitur. Quid vero ſi pro προπετὴς ὤν ponatur?" WOLFIVS. — „Noſter codex, παρπίπτων. fortaſſe recte; vide Indicem in voce. Tamen defendi poſſet recepta lectio, & docte defendit Gatakerus ad M. Anton. III. 9. αὐτὴ δὲ ἐναγχέλλεται ἀπροπτωσίαν. Confer & Laërt. VII. 46." VPTON. — Noſter etiam pc. cum Vptoni codice παρπίπτων habet; quod utique ſpecioſum erat, ita quidem ut etiam ex conjectura id repoſitum voluerit Salmaſius. Sed (ut taceam, quod Wolfius jam obſervavit, παρπίπτων mox ſuo loco ſequi vſ. 4.) vel hoc ipſo nomine tenendum vulgatum putavi, quod, cum per ſe minime alienum abs hoc loco eſſet, tamen paulo inſolentius poſſet videri. Etiam unice hoc probavit Vptonus in Indice. Eſt autem προπίπτων, ut bene idem Wolfius conjectavit, idem quod προπετὴς ὤν. Eodem modo quo hic junguntur ἐξεταπεινωμένος & προπίπτων, junguntur ἐξαπατᾶσθαι ἢ προπετεῖ, II. 1, 10.

Vers.

Vers. 4. *Τίς δὲ θέλει λοιπὸν.* Caret δὲ pb.

Ibid. *Φθονῶν, ἐλεῶν.* „Vide ad I. 18, 3." VPTON.

Ibid. *ἐρεῖται. καὶ ἀκούσεται.* Caret καὶ pc. male.

Vers. 6. *Ἀλλὰ σὺ γε.* Particulam ἀλλὰ, quam ignorant vulgo omnes, opportune dedit pc. unde recepi.

Vers. 8. *ὁ πατὴρ ἐλεύθερος, ἡ μήτηρ ἐλευθέρα, οὐκ ἄνευ αἰδοῦς ἔχει.* — „Refer οὐ ad ἐλεύθερος, vel ἀν forsan legendum. Tamen mihi hæc verba, οὐ ἄνευ αἰδοῦς ἔχει, glossema esse videntur." VPTON. — Immo consulto & signanter multiplicat verba, ut contendat, se nullo modo nec esse servum, nec fuisse unquam. Intelligo *ἐγὼ εἰμὶ ἄνθρωπος, οὐ ἄνευ αἰδοῦς ἔχω.* conf. vs. 57. ἂν pro οὐ reponere jusserat Salmas.

Ibid. *ἀλλὰ καὶ ἀνεψιὸς.* Caret καὶ pc.

Ibid. *Καίσαρος Φίλος.* „Vide ad III. 4, 2." VPTON.

Vers. 10. *καὶ τὰ μάλιστα. τὰ*, quod olim desiderabatur in editis, e. fino cod. adjecit Vpt. recte; & eam vocalem agnoscunt pabc.

Ibid. *εἰ δοκῶ.* Particulam εἰ, cum deesset in vett. editionibus, adjiciendam monuit Wolfius, & primus adjecit editor Cantab. Exhibebat eamdem Vptoni codex, & noster pb. Dubitanter MEIBOMIVS adnotaverat: „Videtur *ἐλλείπειν τὸ εἰ*, ut sit *τί γὰρ εἰ δοκῶ.*"

Ibid. *ἀγεννὴς* reposui cum editis ante Vpt. & pbc. *ἀγενὴς* ed. Vpt. & pa.

Vers. 11. *Οὐδέν σοι φαίνεται εἶναι.* Verbum εἶναι cum ignorarent superiores editiones, tacite adjecit Vptonus, sed suum puto codicem secutus; agnoscit quidem id verbum etiam noster, pc. recte.

Ibid. *τὰ στένουσα, πρὸς τὸ δοῦλον εἶναι.* Turbas fuit h. l. in cod. pc. similes eis, quæ editiones veteres omnes paulo infœlicius occupaverant. Post *τὰ στένουσα* locum verborum illorum *πρὸς τὸ δοῦλον εἶναι* &c. sequuntur continuo ista, *ἐ ὑγιαίνειν; Οὐδὲ τοῦτο. Ὅταν δὲ κολάζῃ* &c. quæ infra habes vs. 66 seqq. Deinde vero hæc, *πρὸς τὸ δοῦλον εἶναι* & quæ sequuntur, infra ponit post illa, *διὰ τοῦτο γὰρ ἔστιν*, quæ habes vs. 119. Denique illa, *οὐδενὶ δ' ἀχθαίνειν* &c. (quæ sequuntur eodem vers. 119.) prorsus alieno loco inserit, post verba *ὁρμὴ καὶ ἀφορμή*, quæ leguntur cap. 4. hujus libri IV. vs. 28. Facile intelligitur, inde ortas esse has turbas, quod in

antiquo exemplari filia nonnulla, cum luxata olim fuissent, alieno dein loco fuerint reposita atque adglutinata.

Vers. 13. *καὶ σὺ αὐτὸς.* Ante Vptonum *καὶ σαυτὸς* edebatur; ubi WOLFIVS: „Fortasse *καὶ αὐτὸς.* Nam *σαυτὸς*, pro *σὺ αὐτὸς*, haud temere invenias." — „Ego vero reposui *σὺ αὐτὸς*, pro *σαυτὸς*, nostri codicis auctoritate." VPTON. — Cum Vpt. consentit noster pc. Nec vero spreverim equidem *καὶ αὐτὸς*, quod Wolfius conjecturaverat, & habet noster cod. pb. *σαυτὸς* cum olim editis habet pa.

Vers. 14. *ἐπιβοᾶν.* Exspectaveram *ἀναβοᾶν*, sed nil mutant libri; & poterit *ἐπιβᾶν*, absolute positum, idem valere ac *ἀναβοᾶν*, *exclamare.* Monuit etiam post Budæum H. Stephanus, *ἐπιβοᾶν* interdum usurpari pro *celebrare*, *in ore habere*, idemque fere valere ac *ὑμνεῖν.*

Ibid. *Νὴ τὴν Καίσαρος τύχην.* „Sic supra, II. 20, 29. *νὴ τὴν σὴν τύχην*, *per Genium tuum.* Senec. Epist. 12. p. 405.: *Jurat per Genium meum, se omnia facere.* Horat. lib. I. Ep. 7, vs. 94.

Quod te per Genium, dextramque, Deosque Penates,
obsecro & obtestor.

Tibull. lib. IV. Eleg. 5. vs. 8.

Perque tuos oculos, per Geniumque *rogo.*

Maximum autem, *per Genium Principis*, apud veteres erat juramentum. Tertull. Apol. c. 28. *Citius denique apud vos per omnes Deos, quam per unicum* Genium Cæsaris *pejeratur.* Sueton. in Vita Calig. c. 27. *Nec omnes gravibus de caussis, verum male de munere suo opinatos, quod vel unquam* per Genium suum *dejerasssent.* Inter alios honores a senatu Julio Cæsari decretos, hoc etiam decretum, ut *per Salutem ejus Geniumque* jusjurandum conciperetur, *τὴν τε ὑγείαν καὶ τὴν Τύχην.* Verba sunt Dionis Cassii lib. XLIV. p. 302. Vide Macrob. Saturn. lib. II. c. 5. Josephi. Antiq. Jud. lib. XVI. c. 10. s. 8." VPTON.

Vers. 15. *ἂν σοι δοκῇ.* *ἐὰν σοι* pab.

Vers. 16. *Τί οὖν τοῦτο πρὸς τὸ δοῦλον εἶναι, &c.* „Hæc omnia, usque ad vs. 164. *ἐξελθὲ διὰ τὰ παιδία*, in hunc locum inserui, sensu prorsus postulante, & nostro optimo codice astipulante, cum antea locata fuerant in ultimo capite libri tertii: de qua transpositione monui

modui supra ad III. 26, 33." VPTON. Confer quæ & a nobis ibi monita sunt.

Vers. 17. *καὶ τοι τοῦ Καίσαρος ἂν σε τις ἀναγκάσῃ.* „Fortasse *τῶν τοῦ Καίσαρος.*" WOLFIVS. — „Cur non subaudiendum, *καταφιλῆσαι τοὺς τοῦ Καίσαρος πόδας*? Tum sic reddendum: *At vero si quis te Cæsaris pedes deosculari cogeret, &c.*" VPTON. — Nempe sub contextu Wolfianam hujus loci versionem retinuerat Vptonus, *si quis Cæsarianus te cogeret.*

Ibid. *ὕβριν αὐτὸ ἡγῇ.* „*ὕβρις* est verbum juridicum, & peculiariter dicitur de *injuria & vi quæ corpori infertur.*" VPTON.

Vers. 18. *ἀνάλωσας.* Olim *ἀναλώσας* (in participio) legebant edd. cum pc. et nudo commate separabatur hoc verbum a superioribus. *ἀνάλωσας* (in indicat.) primus edidit Cantabr. Wolfii versionem secutus, tum Lond. anon. & Vptonus, & sic dant nostri codd. pab. Monent Grammatici, a verbo *ἀναλίσκω* aoristum primum æque bene *ἀνάλωσα* absque augmento dici, & *ἀνήλωσα.*

Ibid. *ἀποκλειόμενος.* „De exclusis amatoribus, & cautionculis ante fores nocturnis, multa occurrunt apud veteres. Lucret. IV. 1172.

At lacrymans exclusus *amator limina sæpe*
floribus & sertis operit.

Exclusus amator apud Horat. lib. I. Od. 25, conqueritur,

Me tua longas pereunte noctes,
Lydia, dormis?"

VPTON.

Vers. 19. *ὅρα ἃ λέγει καὶ ποιεῖ ὁ Θρασωνίδης.* „Respexit Epictetus ad Menandri fabulam, quæ inscripta erat *Μισούμενος.* Ad hanc ipsam fabulam respexit & Laërt. in vita Zenonis, VII. 130. ubi perperam agunt interpretes. Clericus, qui nuper in lucem Menandri fragmenta edidit, hunc Arriani locum notare omisit." VPTON.

Ibid. *πολλ' ἂν ἐπιμανυγάσας.* *πολλὰ ἂν* pc. Corrupte *ἐπιπραγάσας* ed. Ven. & Bas. invitis nostris libris. Correxerunt posteriores editores, monente Wolfio.

Vers. 20. *Παιδισκάριον — — εὐτελὲς.* Ante Vptonum *αὐτελὲς* edebatur. — „Si de puero castrato loquitur, recte. Sed existimo, *αὐτελὲς*, ut paulum infra scribitur, recte legi; *vilis, antillula*, vel *pusio.*" WOLFIVS. —

„Εὐτελὲς noster codex, & edit. Salmant. in marg. Ecce integrum Menandri senarium:

Παιδισκάριόν με κατεδεδούλωκ' εὐτελές.

Mox verò, ὃν οὐδεὶς τῶν πολεμίων πώ ποτε, habes disjecti membra poetæ. Forsan hoc modo versus apud Menandrum scribebantur:

Παιδισκάριόν με κατεδεδούλωκ' εὐτελές,
ὃν πώ ποτ' οὐδεὶς τῶν πολεμίων — —."

VPTON. — εὐτελὲς habent pabc. Moxque in εὐτελοῦς consentiebant edd. cum msstis. Menandri versum, Παιδισκάριον &c. sic constituendum, ut retulit Vptonus, jam olim adnotaverat Salmasius.

Vers. 21. Τάλας, ὃς γε καὶ παιδισκαρίου δοῦλος εἶ. „Scribe ista omnia, Τάλας, usque ad στρατείας; inclusive. Sed ὅστις καὶ lectio est edit. Salmant. Alii dant ἅστις καὶ, non ita recte." VPTON. — Nempe ἅστις edd. ante Vpt. & sic pabc. ὅστις ex ora ed. Salmant. in contextum adscivit Vptonus, admonitus etiam a Salmasio. Ego vero omnino ὃς γε corrigendum putavi. Permutatione particularum τε & Γε nihil frequentius. Poteras & ὅστις conjicere; sed magis placuit alterum.

Vers. 23. πλὴν καὶ τότε πῶς; μηδ' ἐπιθυμεῖν, ἢ Φοβεῖσθαι, οὕτως ἐλευθερίας εἶχε. Vulgo sic edebant omnes, πλὴν καὶ τότε πῶς; μηδ' ἐπιθυμεῖν, ἢ Φοβεῖσθαι; & nihil amplius. Vbi: „Fortassis, ὅστε μὴ ἐπιθυμεῖν." WOLFIUS. — „Noster codex, μηδ' ἐπιθυμεῖν ἢ Φοβεῖσθαι οὕτως ἐλευθερίαν εἶχε. Sed adhuc desunt quædam, non restituenda sine ope meliorum codicum: futilibus conjecturis itaque supersedendum est." VPTON. — Et ego non modo definire nihil audeo, sed ne probabilem quidem conjecturam me habere profiteor. Itaque codicum nostrorum protulisse scripturam contentus esse debeo. Ph. πλὴν καὶ τότε πῶς· μηδ' ἐπιθυμεῖν ἢ Φοβεῖσθαι· συνέβαινε δ' ἐπὶ &c. Nec aliter pa. nisi quod ponit πῶς; *interrogandi signum* ponit. Tria verba, eadem fere quæ Vptoni codex, adjicit pc. sed ἐλευθερίας scribit, rectius fortasse quam ἐλευθερίαν, quod ille habet; id vero pejus, quod εἰ pro ἢ. Habet ergo hic codex pc. sic: πλὴν καὶ τότε πῶς; μηδ' ἐπιθυμεῖν εἰ Φοβεῖσθαι· οὕτως ἐλευθερίας εἶχε. Quibus e ruderibus videat doctior ingeniosiorque Lector, certam ne aliquam aut probabilem veræ scripturæ structuram effingere possit.

Ego,

Ego, ut lacunam indicarem aut quamcumque corruptelam, qua laborat hic locus, *asterisco* eum initio notavi, in fine vero verba illa adjeci, quae codices offerebant. Latinam versionem Wolfii cum Vptono tenui, duobus adjectis asteriscis, in dubitationis significationem.

Vers. 25. *λέοντας τρέφουσιν ἡμέρους.* „Vide Senecam Epist. 41." COMES SHAFTESBVR. — „Verba Senecae sunt: *Non faciunt meliorem equum aurei frœni. Aliter leo aurata juba demittitur, dum contractatur, & ad patientiam recipiendi ornamenta cogitur fatigatus: aliter incultus, & integri spiritus. Hic scilicet impetu acer, qualem illum esse natura voluit, speciosus ex horrido, cujus hic decor est, non sine timore adspici, præfertur illi languido & bracteato.*" VPTON.

Ibid. μετ' αὐτῶν. Sic pb. cum edd. *μετ' ἀυτῶν* pc. *μετ' αὐτοῦν* pa. in contextu; sed inter lineas indicatur altera lectio, *μετ' αὐτῶν.*

Ibid. Τίς δ' ἂν. Intellige, *τίς λέων*, vel *τίς τῶν λεόντων.*

Vers. 28. Καὶ τί σοι, *κακόν ἐστιν ἐνταῦθα*; Cum *κακόν ἐστιν* darent editi omnes, recte monuit VPTONVS in Notis: „Omnino lege cum Wolfio in versione *κακόν.* Sequentia plane demonstrant." — Monuerat etiam Salmasius; quibus obsecutus sum, praeeunte etiam nostro cod. pc. Atque etiam pb. *κακόν ἐστι* in contextu quidem habet, sed *κακόν* inter lineas, eadem manu.

Ibid. πέτεσθαι. πέφυκε ὅπου θέλω. πέτεσθαι ὅπου θέλω πέφυκα pb.

Ibid. πάσῃ τούτων ἀφαιρεῖ. Caret *τούτων* pb.

Vers. 31. Ἂν *λάβῃς, φησὶν.* Perperam & invitis nostris mss. tis *ἀναλάβῃς* ed. Ven.

Ibid. τί σοι ἐστι. τί γὰρ ἐστι pc. male.

Vers. 33. *ὅτι τοῖς εἰκοστώναις ἐπιδυμεῖ δοῦναι ἀργύριον.* „*Quod Vicesimariis cupiat argentum numerare?* Erant *Vicesimarii*, qui aurum vicesimarium exigerent, nempe vectigal quod solvebatur ex manumissione servorum. Vide supra ad II. 1, 26. Sed hoc in loco pro *εἰκοστώναις* malim cum Lipsio in Excursu ad Taciti Annal. XIII. 31. legere *εἰκοστώναις.* Sic Gloss. Vet. *εἰκοστώνης, ὁ τὰς εἰκοστὰς ἀπαιτῶν.*" VPTON. — Non solicitandum equidem vulgatum puto. Fuerint *εἰκοστώναις publicani ii, οἱ ἐώνηντο τὴν εἰκοστὴν, qui definito quodam pretio vectigal*

gel illud vicesimarum, quod e servorum manumissione redibat, redemerant. Sic τελώνης, *qui vectigalia quævis redemit; δεκατώνης, qui decimas redemit.*

Ibid. μέχρι τοῦ νῦν. „Ex nostro codice habes articulum τοῦ, quem alii libri non agnoscunt." VPTON. — Nostri eum ignorant cum edd.

Ibid. τετυχηκέναι. τετυχέναι pb. Forsan τετευχέναι debuit. vide ad vs. 45.

Vers. 34. ἀφεθῶ, φησὶν. Corrupte ἀφεθῶσιν pb.

Ibid. λαλῶ. Temere καλῶ pc. Idemque mox ὅτου θέλω καὶ ὅτου, pro ὅθεν καὶ ὅπου.

Vers. 35. ποῖ Φάγῃ. τῇ Φάγῃ, pc.

Ibid. εἶτα ἡ ἐργάζεται τῷ σώματι. „Noster codex pro ἐργάζεται, habet ἔρχεται. Quæ lectio si placet, quid si hoc modo scribas, εἶτα ἔρχεται, καὶ τῷ σώματι πάσχων τὰ δεινότατα, (κἂν σχῇ τινα Φάτνην) ἐμπέπτωκεν &c. *deinde venit, & corpore nequissima perpessus, (si modo quod præsepe invenerit) incidit &c.* Vel forsan τῷ σώματι ἐργάζεσθαι accipiendum pro *nequiorem quæstum corpore facere.* Totam itaque sententiam sic constitue: Εἶτα ἀνηλευθέρωται· καὶ οὐδὲς μὲν οὐκ ἔχων ποῖ Φάγῃ, ζητεῖ τίνα κολακεύσει, παρὰ τίνι δειπνήσει· εἶτα ἡ ἐργάζεται τῷ σώματι, καὶ πάσχων τὰ δεινότατα, (κἂν σχῇ τινα Φάτνην) ἐμπέπτωκεν εἰς δουλείαν πολὺ τῆς προτέρας χαλεπωτέραν· ἢ καὶ εὐπορήσας &c. *Postea libertus factus est; & statim, cum non habeat ubi edat, quærit cui aduletur, apud quem cœnet: deinde vel nequiorem quæstum corpore facit, & gravissima perpessus (si forte aliquod præsepe,* id est, mensam, *invenerit) incidit in servitutem priore longe deteriorem; vel si opes nactus fuerit, &c.*" VPTON. — Etiam noster cod. pb. ἔρχεται habet, ut Vptoni codex, quod non probo. πάσχων, quod suadet Vptonus, lubens acciperem, si darent libri; qui cum nil mutent, in vulgata scriptura adquiescendum putavi. ἐργάζεσθαι τῷ σώματι, *quæstum meretricium facere,* habes apud Demosth. adv. Neæram p. 1351 sq. ed. Reisk.

Ibid. Φάτνην. „Φάτνη, *præsepe,* id est, *mensa.* Hesychius: Φάτνη, καὶ ἡ τράπεζα. Sic & Suidas. Nec aliter Horatius, Epist. I. 15. vs. 28.

Scurra vagus, non qui certum præsepe teneret."
VPTON.

Ibid.

Ibid. εἰς δουλείαν. Perperam εἰς δουλίαν h. l. dabant edd. vett. Recte δουλείαν libri noſtri.

Verſ. 36. ἀπολλαίεται. „Forſan ἀπολλάεται.“ MERCURIUS. — Verbum ἀπολλαίεσθαι infra habes vſ. 57. ſed h. l. nil variant libri; nec ſollicitandum vulgatum equidem putem.

Verſ. 37. ἄλλος μ' ὑπέδεκ. ἄλλος δ' ὑπέδεκ pc. male; nam ἄλλος hic non diverſus eſt ab eo, de quo dixit ἄλλος μ' ἐνέδυνεν.

Ibid. ἄλλα αὐτῷ ὑπηρέτουν. „Αὐτῷ, ipſi, id eſt, *Domino*. Monui ſupra, & ad I. 19, 21.“ UPTON. — At nihil hoc quidem loco peculiare habet uſus iſtius pronominis; αὐτῷ intellige *ei, qui mihi veſtes, qui cibum praebebat.*

Verſ. 38. τὸν δακτύλιον, φησί, λέβει. „*Annulus aureus* peculiare fuit ornamentum, quo a Plebe Equites diſtinguebantur. Poſtea liberti etiam donati ſunt *annulo aureo*; uti videre eſt apud Plinium, Tacitum, & Suetonium. Hic Arriani locus oſtendit, quantum circa iſta tempora aureorum annulorum uſus invaluit: nam ſervus noſter, ſimul ac manumiſſus, haud mora de jure aureorum annulorum impetrando curam cogitationemque ſuſcipit.“ UPTON.

Ibid. τότε γ' αὖ φασι. Caret γ' pc.

Ibid. ταὐτά. τὰ αὐτά. pb.

Verſ. 39. Ἂν μὲν στρατεύωμαι. Caret μὲν pb.

Ibid. δευτέραν αὐτῷ στρατείαν, καὶ τρίτην. „Ad Senatoriam dignitatem per militares honores progrediebantur: id quod patet ex hoc Arriani loco, (vide etiam II. 14, 17.) & ex Seneca, Epiſt. 47. *Mariana clade quam multos ſplendidiſſime natos, ſenatorium per militiam auſpicantes gradum, fortuna depreſſit.* Vbi Lipſius: *Diſce, tres militias ſic militaſſe, id eſt, ter Tribunos, ſive per tres annos, an ſemeſtria, fuiſſe, & tam Senatores habitos, ex inſtituto Auguſti.* Conſule etiam Lipſium de Militia Romana, lib. II. c. 9. atque etiam c. 2. ubi quina ſtipendia (ut ex Polybio [VI. 19, 1.] patet) Equiti neceſſaria fuerunt, ut ad Tribunatum perveniret. Sed hoc in loco Arrianus [pariterque II. 14, 17.] de tribus militiæ tantum ſtipendiis meminit. Tamen Auguſtus (ut ſcribit Sueton. cap. 38.) *Senatorum liberis protinus a virili toga latum clavum induere permiſit, militiamque auſpican-*

aspicientibus non Tribunatum modo legionum, sed & praefecturas alarum dedit." VPTON. — Quae Polybius scribit, ad superiora tempora spectant. Tria stipendia commemorans Epictetus, suae aetatis significat usum & morem legitimum. Augusto multa contra legem pro arbitrio agere licuit.

Vers. 40. τὸν καλοφῶνα ἐπιζῆ. „Vide ad II. 14, 19." VPTON.

Ibid. τότε γίνεται. Temere τό γε γίνεται sola ed. Ven.

Ibid. δοῦλος εἰς σύλλογον ἐρχόμενος. Vocabulum δοῦλος, interserto puncto, sive majori, sive minori saltem, a sequentibus verbis seiungebant vulgo omnes edd. ac mesti. Tum ad ista verba, εἰς σύλλογον ἐρχόμενος, haec adnotavit WOLFIVS: „Potest de *conventu Senatorum* intelligi. Sed tum ea quae sequuntur non cohaerent, ἵνα μὴ μωρὸς ᾖ. Quid vero si legatur, εἰς σχολὴν δ' ἐρχόμενος. Neque enim in curia, sed in schola discuntur Socratica decreta. Quare si placet, pro iis quae conveniunt ex loco sive corrupto sive mutilato, haec reponito: *Fit Servus. Sed scholam ingrediens, tum domum honestissimam & splendidissimam servitutem servit, ne stultus sit: utique Socraticam doctrinam cognoscat.*" Haec ille: qui vereor ne ab Epicteti mente toto coelo aberraverit. Vt taceam, nullo modo probabile esse, tritissimum vocabulum σχολὴν in illud minus frequentatum, σύλλογον, fuisse a librariis detortum; recte haud dubie VPTONVS monuit, τὴν καλλίω καὶ λιπαρ. δουλείαν ironice esse accipiendam de *servitute senatoria*, de qua conf. supra, I. 2, 23 sq. Quare nec caussa ulla fuit solicitandi vocabulum σύλλογον, quod nihil impedit quo minus usitata notione, qua *conventum*, *concilium* denotat, accipiat. Sed distinctionem, quae post δοῦλος importune populabatur, tollendam censui. Nihil tam a servili conditione abhorrebat, quam conciliorum & conventuum publicorum participatio. Igitur de inepto homine loquens Philosophus noster, qui e servo Senator factus est, falso dicit, nihil aliud esse, nisi *servum cui potestas data sit concilium publicum ingrediendi.*

Ibid. τὴν καλλίω καὶ λιπαροτάτην δουλείαν. Exspectasses καλλίστην, praesertim quum sequatur superlativus λιπαροτάτην. Sed nil variant libri: & fit fortasse adlusio ad verba nescio cujus auctoris, quae in istum fere modum erant composita.

Vers.

Vers. 41. *Ἵνα μὴ μωρὸς ᾖ &c.* Continua linea cum superioribus hæc vulgo scripta sunt. Ad quæ VPTONVS adnotavit hæc: „*ἐουλείαν ἐπιλείπει.* * * * *Ἵνα μὴ μωρὸς ᾖ.* Hoc modo excudendum oportebat. Desunt enim nonnulla. De *Senatoria servitute* cum locutus esset Epictetus; forsan Auditor rogat: *Quo pacto libertas comparanda sit, unde quis sui juris esse dicatur?* Respondet Epictetus: *Sapientia prima est, stultitia caruisse: ἵνα μὴ μωρὸς ᾖ.* optime enim hæc Horatii verbis exprimuntur. *Ne stultus sit, sed potius ut disputationes* &c. Sed quid ego conjecturis indulgeo? Codicum opem potius exspectandum est. — Nihil hic in nostris codicibus præsidii est: Vereor vero, ne plura quædam intercederint. Shaftesburiensis vero Comes, nullam defectus suspicionem significans, ironice accipienda esse illa verba, *ἵνα μὴ μωρὸς ᾖ &c.* censuit, sicut ista *ἵνα μηδὲν ἄτοπον* &c. vs. 83. cum quibus tamen hæc nihil commune habere mihi visa erant.

Vers. 42. *ἀφαρμόζειν ταῖς ἐπὶ μέρους.* Ante Vptonum, *ταῖς ἐπὶ μέρους* dabant edd. & mssti; ubi WOLFIVS monuit, aut *τοῖς ἐπὶ μέρους* scribendum, aut *ταῖς ἐπὶ μέρους οὐσίαις*, ut paulo ante. Et bene *ταῖς* connexit VPTONVS, conferre jubens I. 2, 6. I. 22, 2 & 9. ubi est *ἀφαρμόζειν τὰς προλήψεις ταῖς ἐπὶ μέρους οὐσίαις*, tum II. 11, 10. & II. 17, 9. ubi *τοῖς ἐπὶ μέρους.* Hoc loco in cpd. pc. post *μὴ δύνασθαι ἀφαρμόζειν*, temere prætermissa sunt omnia, usque illa verba *τὰς προλήψεις οὐκ ἐφαρμόζει.*

Vers. 43. *Ἡμεῖς δ' ἄλλοι ἄλλα οἰόμεθα. ὃ μὲν, ὅτι νοσεῖ. &c.* „Videntur quædam deesse. Quid si sic? *καὶ ἄλλον δ' ἄλλα οἰόμεθα δυστυχεῖν, ὃ μὲν &c.*“ WOLFIVS. — „Scribe, *ἀλλὰ κακὰ οἰόμεθα.*“ MEIBOMIVS. — „*Ἡμεῖς δ' ἄλλοι ἄλλα (αἴτια τῶν κακῶν) οἰόμεθα.* Sic omnia plana. Sed mox dele interrogationes; & pro *τῷ δ'*, lege, *ὁ δ', ὅτι ὁ Καῖσαρ οὐχ ἵλεως ἐστίν.*“ VPTON. — Nempe verba illa, *αἴτια τῶν κακῶν* nil opus est diserte adjicere; sufficit e superioribus ea intelligere: multoque minus opus est, ut cum Wolfio verbum *δυστυχεῖν* adjiciamus. Interrogandi signum post *νοσεῖ* posuerunt editt. vett. quod sustulit anonymus editor Londinensis, Vptonus vero non ibi solum reposuit, sed & post *πτωχός ἐστιν*, & post *μητέρα*, & post *ἵλεως ἐστι.* Ea interrogandi signa rursus tollere jubet in Notis; recte. Quod vero deinde vulgo sic scribitur, *τῷ δ' ὅτι*

ὅτι ὁ Καίσαρ &c. id ἀκόλουθόν quidem utique est, sed quae ferenda videatur; praesertim quoniam ad illa verba, Τῷ δ' ὅτι ὁ Καίσαρ οὐχ ἱλεώς ἐστι, nullo incommodo haec fere intelligi possunt, τοῦτο οὗτος αἴτιον ἑαυτῷ τῶν κακῶν οἴεται. Quo & pertinet quod mox addit, Τοῦτο (scil. τὸ αἴτιον) δ' ἐστὶν ἓν καὶ μόνον, ubi WOLFIVS quidem ait: „Malim τούτων δ' ἐστὶν ἓν καὶ μόνον αἴτιον." — Ego vero, deesse aliquid, non ausim contendere: quod si utique intercidit nonnihil, intercideriint post ἱλεώς ἐστιν verba quaedam similia eis quae ibi intelligenda esse monui.

Vers. 44. ἀποικονόμητον. Quemadmodum hoc vocabulum hic sociatur τῷ Φευκτῷ, sic apud Alexandrum Aphrod. libro II. περὶ ψυχῆς (cujus verba citavit H. Steph. in Thes.) junguntur ἀποικονομία καὶ ἔκλεκτις, opponunturque τῇ ἐκλογῇ. *Minime eligendum* interpretatus est Vptonus in Indice; *propulsandum*, Wolfius.

Ibid. Προλήψις προλήψει οὐ μάχεται. „Conf. lib. I. c. 22. in initio." VPTON.

Vers. 45. τὸ Καίσαρος μὴ εἶναι φίλον. „Editio Salmant. in ora habet τοῦ Καισ. Sed nihil muto." VPTON. — In vulgatum recte consentiunt Libri nostri.

Ibid. ἁρμογῆς. Praetuli hoc, quod dedit pc. Caeteri vulgo ἁρμονῆς. Compositio vocabulo usus & Plutarchus est aliique, & Noster I. 28, 2. & II. 11, 8.

Ibid. φίλος εἶναι Καίσαρος. „Vide ad III. 4, 2." VPTON.

Ibid. τοῦ ζητουμένου οὐ τέτευχα. *Id quod quaerebat, non est adeptus.* Vulgo τέτυχε edd. omnes. Ego τέτευχα scripsi cum tribus nostris codd. pabc. In eamdem verbi formam consentiunt edd. cum mss. infra vs. 174. τοῖς μηδέποτε τετευχόσι. Eadem Plato usus est in Timaeo, ut monuit H. Stephanus. Pariter in Epist. ad Hebr. 8, 6. habes, διαφορωτέρας τετευχὼς λειτουργίας. Et apud Dioscor. lib. I. cap. λβ'. εἰ μὲν (τὸ ἔλαιον) αἴη τοῦ τέλους τετευχός. Quare immerito damnavit istam formam Vptonus in Not. ad vs. 174.

Vers. 46. Εὐσταθῆσαι, εὐδιαφυῆσαι. „πρόληψις τοῦ ἀγαθοῦ. Vide III. 22, 39." VPTON. — εὐσταθῆναι, pro εὐσταθῆσαι, habet pc. male.

Vers. 47. ὅτι, Παῦσαι. Caret ὅτι pb.

Ibid.

Ibid. τοὺς θεοὺς σοι. „Vide ad III. 1, 30.“ VPTON. — Corrupte pc. τοὺς θεοὺς, σὺ ἐμπαίζων. Sic tamen & ex conject. scribere Salmasius sufferat.

Ibid. ἐμπαίζων μοῦ τῇ τύχῃ. Temperare mihi non potui, quin vel invitis libris omnibus sic scriberem, pro vulgato τῇ ψυχῇ. Quam frigidum atque insolens hoc dictum est, *desine insultare animo meo*; tam aptum atque usui adcommodatum illud, *desine fortunae meae illudere*. De permutatione vocabulorum ψυχὴ & τύχη haud infrequenti librariis, dixi ad Polyb. lib. 9, 7.

Ibid. ὕπνος ἐπέρχεταί μοι. ὑπέρχεται pc.

Ibid. ἤδη ἐγρήγορεν. „Jam vigilat; & ita Suetonius.“ SALMASIVS. — Nempe *evigilavit* scripserat Schegkius, cujus versionem ob oculos Salmasius habuit. In ἐγρήγορεν recte consentiunt pabc. cum vett. edit. Temere ἐγρηγόρει ed. Cant. & inde Lond. anon. & ed. Vpton.

Ibid. ἤδη πρόσεισιν. Perperam h. l. ἦλθε habent ed. Ven. & Bas. Videtur autem ante haec verba nonnihil intercidisse, legendumque, ἄλλος, ὅτε, Ἤδη πρόσεισιν. Nempe hoc suadet id quod modo praecessit, ἄλλος ἀλλοῖον λέγει. Sed & nullo incommodo idi h. l. intelligi poterat.

Vers. 48. Καὶ τί δοκεῖς Φοβεῖται; μὴ μαστιγ. Sic haec distinguere placuit. Vulgo edd. cum mastis, Καὶ τί δοκεῖς; Φοβεῖται μὴ μαστιγ.

Ibid. Πόθεν αὐτῷ οὕτω καλῶς; „Vide Enchir. cap. 13. sect. 2.

Vers. 50. ἀναλήθης. „Schegkius, *a vero alienus*; nec aliter Wolfius. Sed Lexica vocem non agnoscunt, & vox recta sit, necne, equidem dubito. Editio Salmant. habet ἀναλυθὶς, corrupte. Quid vero si pro ἀναλήθης legas ἀνάλγητος? Saepe haec duo verba junguntur, ἀνόσιος καὶ ἀνάλγητος, & ἀναλγησία καὶ ἀνοσιότης. Est autem ἀνάλγητος, *stupidus, torpens, nullum miserationis affectum habens*. Recte itaque ἀνάλγητος reponendum arbitror.“ VPTON. — Perperam ab Vptono sollicitatum hunc locum monuit TOVPIVS ad Longini cap. 3. p. 161 sq. ubi usum vocabuli ἀναλήθης (sic enim ille scribit penacute, non ἀναλήθης, ut habent h. l. codices nostri pabc. cum editis) plurium scriptorum auctoritate, Longini, Dionysii Halicarnassensis, Plutarchi, defendit.

fendit. Adverbio quoque ἀπλήθως, ut idem obſervavit Vir doctus, M. Antoninus uſus eſt, II. 16. ita ſcribens: ὑβρίζει ἑαυτὴν ἡ τοῦ ἀνθρώπου ψυχή, ὅταν ἀποκρύπτῃ, καὶ ἀπιλάττως καὶ φιλήθως τι ποιῇ ἢ λέγῃ.

Ibid. ὡς μὴ ἀποδύρασθαι. Cum ignorarent vulgo omnes ὡς particulam, obſecutus ſum SALMASIO, adjiciendam monenti; neque enim commode careri ea poſſe putavi, quamquam erunt fortaſſe qui ferendam ellipſin cenſeant.

Ibid. ὅσῳ ἂν. ὅσον ἂν pc. minus commode. Ante iſta verba intellige μᾶλλον, aut τοσούτῳ μᾶλλον.

Verſ. 51. οἱ βασιλεῖς λεγόμενοι. Perperam οἱ βασιλεύοντες pc. Immo vero commode VPTONVS monuit: „Addit λεγόμενοι, quoniam, ſi Stoicos audiamus, *ſolus Sapiens revera rex.* Vide Cic. de Fin. III. 22. *Reſtius enim appellabitur Rex, quam Tarquinius, qui nec ſe nec ſuos regere potuit.*“

Verſ. 52 & 52. ἄκουσον παρὰ τῶν ἐξηγητῶν. Τί λέγουσι; „Fortaſſis legendum, ἄκουσον παρὰ τῶν ἐξηγημάτων τί λέγουσι. Τί λέγουσιν; *Audi ab iis qui ea perſtigarunt quid dicunt.* [quid dicant, voluerat ſcribere.] *Quid dicunt? &c.* Propter repetitionem omiſerunt τί λέγουσι librarii: qui error frequens eſt in his libris.“ VPTON. — Repetitione iſta nil opus eſſe hoc loco videtur. Cæterum haud multum intereſt, utrum verba iſta, Τί λέγουσιν, interpoſito puncto, a præcedentibus ſeparemus, quod faciunt codd. pbc. cum editis, an nudo interſerto commate, ad ſuperiora referamus, quod facit pa. Priori modo dicit, *quære ex illis. Quid dicunt?* Altero modo, *quære ex illis, quid dicant.* Poſteriorem tationem prætulerat Salmaſius.

Verſ. 53. ἀπὸ — — τῆς τοιαύτης ἐν πόλει κατατάξεως, *ab hujuſmodi conſtitutione in poſſeſſione alterius.* Ad hunc locum VPTONVS in Indice hæc notavit: „Κατάταξις, *decuriatio.* Mancipia nempe per decurias veniebant. [venibant.] Seneca, Epiſt. 47. *Retulit illi gratiam ſervus ille in primam decuriam conjectus, in qua vocem præco experitur.* Plautus, Aulul. Sc. 3. Act. III. *gregem venalium* vocat.“ — At κατάταξις generatim eſt *ordinatio, collocatio, conſtitutio, cum quis hac vel illa parte locatur, hoc vel illo loco conſtituitur:* neque aliud quid ad hujus loci ſententiam declarandam deſide-

rari

rari videtur. In noſtro cod. pc. pro κατατάξεως, eſt καταστάσεως, quod eandem vim habet.

Ibid. ἂν τε μέγας βασιλεύς. „Rex Perſarum. Facete addit Epictetus, ἂν τε μικρός.“ VPTON.

Ibid. οὐκ ἂν ἐλεύθερος. „οὐκ ἂν εἴη ἐλεύθερος legit Salmaſius; neque aliter Wolfius in verſione.“ VPTON. — Haud incommode vero ſubintelligi poſſe id verbum videtur. Cæterum Meibomii illa conjectura erat, quam Salmaſio Vptonus tribuit.

Ibid. δυσύκατος. Perperam ἀνυύκατος ed. Ven. & Baſ.

Verſ. 54. Ἔτι οὖν. Perperam τί οὖν pc.

Ibid. γαναῖον & γανωλέον. Sic recte meſti noſtri omnes & editi ante Vptonum. γαναῖον & γανωλέον ſola editio Vpt.

Verſ. 55. λέγε καὶ τοῦτον. Temere λέγει ſola ed. Baſ. Tum, αὐτὸ τουῶν pb. mendoſe, pro αὐτὸ τοῦ. Dein, ἐκεινούς μὴν ed. Vpt. operarum errore, pro μὲν.

Ibid. ἔστω καὶ ταῦτα. Caret καὶ pb.

Verſ. 57. μὴ — — ἀνὴν ζήτει καὶ πράσιν. Parum feliciter Vptonus cum Wolfio vertit, *ne quæres quid emerit, quid vendiderit.* Forte operarum culpa hoc peccatum olim erat in ipſius Wolfii editione, pro *quis emerit, quis vendiderit.* Sententia eſt: *ne quære, ubi, quando, aut à quo emtus ſit vel venditus.*

Ibid. ἔσωθεν καὶ ἐκ πρόθυρου. Cf. vſ. 115. & Ench. c. 16.

Ibid. δώδεκα ῥάβδοι. „Faſces conſularis poteſtatis inſignia erant.“ VPTON.

Ibid. πῶν ἀκούσῃς. ἂν h. l. pro πῶν habet pc. parum recte.

Ibid. λέγε δοῦλον, περιπόρφυρον ἔχουσα. „λέγε δοῦλον· περιπόρφυρον ἔχουσα; ἂν οὖν μηδὲν τούτων &c. Sic infra, ἀνοχὰς ἔχουσα ἐν Σατορναλίοις; λέγε &c.“ SALMASIVS. — „Si quid mutarem, ſic legerem; δυσροῦν]α· [ſic mendoſe & hic, & in contextu Vpt. pro εὐροῦν]α, & ſupra vſ. 52. δυσροῦν]ας, pro δυσροοῦν]ας.] λέγε δοῦλον. Περιπόρφυρον ἔχουσα; Λέγε δοῦλον. ut verba iſta Περιπόρφυρον ἔχουσα, ſint verba adverſarii; cui Epictetus, Λέγε δοῦλον. quæ quidem omitti poſſent a librariis propter repetitionem.“ VPTON. — Nec, quid

Salmasius spectarit, video equidem; &, nulla prorsus mutatione hic opus esse, persuasum habeo.

Vers. 58. Ἂν οὖν μηδὲν τούτων μὴ ποιῇ. Ferri potest repetita negatio, μή, praecedente μηδέν. Sed vide, ne μὲν ποιῇ scripserit Arrianus. At in vulgatum consentiunt libri, quos novimus, omnes.

Ibid. μή τι ἀναγκαστικὰ, μή τι κωλυτικὰ, μή τι δυσορμητικά. „Lego κωλυτά." WOLFIUS. — Sic & Salmasius; idque ipsum in ed. Salmant. legi adnotavit Vpton. Ac sic sane alibi quoque junguntur ἀναγκαστὸς & κωλυτὸς, I. 17, 27. II. 5, 8. II. 15, 1. & hoc ipso cap. vs. 78. At hoc loco quemadmodum sequitur δυσορμητικὰ, sic percommode κωλυτικὰ legitur. δόγματα κωλυτικὰ, *decreta quae vim habent prohibendi & impediendi, quae valent ad prohibendum & impediendum*; eam enim vim potestatemque habent nomina adjectiva in τικος desinentia. Itaque, si quid hic mutandum, non κωλυτὰ pro κωλυτικὰ fuerit ponendum, sed ἀναγκαστικὰ, pro ἀναγκαστά. Quamquam nec haec mutatio admodum necessaria.

Ibid. δοῦλον ἀνοχὰς ἔχοντα ἐν Σατορναλίοις. „Festis Saturni diebus aequa servis libertas erat & ludendi & comedendi cum dominis. Saturnus apud Lucianum: [in Saturnal. c. 7. T. III. ed. Wetst. p. 390.] καὶ διὰ τοῦτο ἀπανήκοῦ κράτος καὶ φῶς καὶ παιδιὰ καὶ ἰσοτιμία πᾶσι καὶ δούλοις καὶ ἐλευθέροις, οὐδεὶς γὰρ ἐπ' ἐμοῦ δοῦλος ἦν. Vide Justin. XLIII. 1. & Attii veteris poetae versus apud Macrob. Saturnal. lib. I. c. 7. Horat. lib. II. Sat. 7.

— — *Age, libertate Decembri*
(quando ita majores voluerunt) utere. —

VPTON.

Ibid. γνώσῃ. γνώσεται pc. minus commode.

Vers. 59. ὃς ἂν ἐξουσίαν ἔχῃ. Careunt ἂν edd. omnes; adjiciendam vero fuisse eam particulam satis judicabat sequens conjunctivus ἔχῃ, & offerebant eandem nostri libri omnes pabc.

Ibid. πρὸς τὸ παρασκεύασαι ταῦτα. Commodius videri poterat αὐτὸ vel τοῦτο, pro ταῦτα, sed in vulgatum consentiunt libri.

Ibid. Οὕτως οὖν πολλοὺς κυρίους ἔχομεν; Οὕτω. „Noster codex: Οὕτως πολλοὺς κυρίους ἔχομεν. [scil. absque

que interrogandi signo.] Illud οὕτω non agnoscit. Et recte abesse videtur. Edit. Salm. * οὕτω. & in marg. * δοκεῖ περιττεύειν." VPTON. — In nostro pc. quidem, per librarii negligentiam, post κυρίους ἔχομεν deest οὕτω & quae sequuntur usque τούτων κυρίους ἔχομεν. Sed pab. & Οὕτω illud agnoscunt, (pa. quidem οὕτως scribit, pro suo more quem constantissime servat) & post πολλοὺς κυρίους ἔχομεν interrogandi signum ponunt, prorsus ut editi.

Ibid. τὰ γὰρ πράγματα πρότερους τούτων κυρίους ἔχομεν. „Confer I. 29, 60. III. 20, 8. IV. 1, 85." VPTON.

Ibid. καὶ τοὺς τούτων τινὸς ἔχουσας ἐξουσίας. Quae corrupte τοὺς τούτων τινὰς ed. Ven. & Bas. ubi WOLFIVS: „Fortasse τινὰ ἐξουσίαν ἔχουσας." — τινὰς persuit editor Genev. & cum eo Col. Feliciori conjectura Cantabrigiensis τινὸς, quod tenuere Lond. anon. & Vpt. Monuit vero etiam VPTONVS: „Noster codex & edit. Salmant. τινὸς, recte." — Sic vero & nostri pabc. Pro ἐξουσίαν, perperam ἀξίαν scripsit pb.

Vers. 60. Ἐπεί τοι οὐδεὶς αὐτὸν. Corruptissime μετὰ τοι οὐδεὶς edebatur. Ubi Οὐδεὶς μέν τοι αὐτὸν conjecterat WOLFIVS. SHAFTESBVRIENSIS.: „Fortassis καὶ τοι, ut supra IV. 1, 47. vel ἐπεί τοι, quod frequens Epicteto. Vide supra IV. 1, 60. III. 22, 86." — „Noster codex ἐπεί τοι uti conjecit vir nobilis. Caeterum confer I. 29, 60." VPTON. Et nostri pabc. in ἐπεί τοι consentiunt.

Ibid. τὸν θάνατον. Deest τὸν in pc. non male, ac fortasse rectius.

Ibid. ἂν μή τι ᾖ πολλοῦ ἄξιος. „κἂν μέν τοι. Raro Caesar aliusve potens dominus ob virtutes amatur; plerumque ob potentiam largiendi cui libeat." MEIBOMIVS. — „Vertit Schegkius, *nisi maximi fit pretii*; atque ita Wolfius: *nemo amat Caesarem, nisi magni fuerit pretii*: nisi virtute fuerit praeditus. Quatenus est Caesar, non amatur; ob potentiam timetur." VPTON. — Nihil difficultatis, nec in sententia, nec in verbis; & Meibomii correctione haud aegre supersedebimus.

Ibid. στρατηγίαν. στρατηγαλέαν edd. omnes, temere & refragantibus nostris libris.

Vers. 62. ἀλλ' ὑποτάσσομεν καυτὸν &c. „Insigne hoc exemplum est τοῦ εἰκῇ τὰς προλήψεις ἐφαρμόζειν ταῖς ἐπὶ μέρους οὐσίαις. De quo vide I. 22, 9 sqq. II. 11, 3 sqq. II. 17, 7 sqq." VPTON.

voce κατάλληλος." VPTON. — τὰ κατ' ἄλλα pb. τὰ κατ' ἄλλων pc. sed recte τὰ κατάλληλα pb.

Vers. 18. ὁρμῇ ἐχρησάμην ὡς παραγγέλλεται ὑπὸ τῶν Φιλοσόφων, ὀρέξει οὐκ ἐχρησάμην. „Vide quae notavimus ad lib. III. c. 2. in initio, & ad III. 12, 8. Adde III. 13, 21. Enchir. c. 2. M. Anton. XI. 37." VPTON.

Ibid. ὀρέξει οὐκ ἐχρησάμην. „Aut negatio redundare videtur, ut ἀπὸ κοινοῦ intelligatur, ὡς παραγγέλλεται ὑπὸ τῶν Φιλοσόφων, aut addendum πρὸς τὸ ἀπροαίρετα." WOLFIVS. — „Male Wolf. Vide quae supra notavi." VPTON.

Ibid. τὸ ἀφεκτικόν. Mendose τὸ ἀφετικὸν ed. Ven. Bas. Gen. Col. Cant. Vbi WOLFIVS: „ἀφετικόν, ab ἀφίημι. Fortassis τὸ ἀφεκτικόν, ab ἀνέχομαι."

Ibid. τὸ ἀνεκτικὸν ἐγόμενα, τὸ ἀφεκτικόν. Sic noster codex, & editio Salmant. Sic III. 20, 9. τὸ ἀνεκτικόν μου γυμνάζει. & II. 22, 20. τηρεῖν τὸν ἀνεκτικὸν, τὸν ἀφεκτικόν. & IV. 8, 20. πῶς ἀνέχομαι, πῶς ἀπέχομαι. A. Gellius lib. XVII. cap. 19. *Praeterea idem ille Epictetus, quod ex eodem Favorino audivimus, solitus dicere est, duo esse vitia multo omnium gravissima ac deterrima*, Intolerantiam, & Incontinentiam; *quam aut injurias, quae sunt ferendae, non toleramus neque ferimus, aut a quibus rebus voluptatibusque nos tenere debemus, non tenemus. Itaque, inquit, si quis haec duo verba cordi habeat, eaque sibi imperando atque observando curet; is erit pleraque impeccabilis, vitamque vivet tranquillissimam. Verba duo haec dicebat,* Ἀνέχου καὶ Ἀπέχου. M. Anton. V. 33. Ἀνθρώπους δὲ εὗ ποιεῖν, καὶ ἀνέχεσθαι αὐτῶν καὶ ἀπέχεσθαι. Notandum est in pulcherrima Cebetis Tabula, quod sorores esse dicuntur Ἐγκράτεια & Καρτερία." VPTON. — Ἀφεκτικὸν, pro mendoso ἀφετικὸν, ante Vpt. in contextu reposuit anon. Lond. Et sic dant codd. nostri pac.

Vers. 19. ὅτι καὶ αὐτοὶ ἄλλον τρόπον ὅμοιοι τοῖς πολλοῖς γινόμεθα. *nos ipsos etiam* (nempe qui nos putamus multum differre a vulgo, & longe antecellere vulgares homines rebus externis cupide studentes) *alio modo similes esse vulgo.* Nempe, dum viam oppositam sequimur, dum ab altera parte aberramus, non minus rectae rationi adversamur, non minus sine exoldimus, non minus contra rationem agimus, quam vulgus hominum.

minum. conf. vſ. 1 ſq. Pronomen *αὐτοῦ*, *nos ipſos*, quod ignorabant vulgo omnes, opportune dedit noſter codex pc. unde illud adſciſi.

Ibid. & vſ. 20. *Ἄλλος φοβεῖται μὴ οὐκ ἄρξῃ· σὺ μὴ ἄρξῃς. Μηδαμῶς, ἄνθρωπε. ἀλλ' ὡς καταγελᾷς τοῦ φοβουμένου μὴ οὐκ ἄρξαι, οὕτω καὶ σαυτοῦ καταγέλα.* Corrupte admodum hic locus legebatur in editis & manuſcriptis. Ante Vptonum editi omnes, conſentientibus tribus noſtris codicibus, ſic legebant diſtinguebantque: *ἄλλος φοβεῖται μὴ οὐκ ἄρξῃ· μὴ συνάρξῃς μηδαμῶς ἄνθρωπε, ἀλλ' ὡς καταγελᾷς τοῦ φοβουμένου μὴ ἄρξαι, &c.* Ibi WOLFIVS adnotaverat: „Sententia poſtulat *σὺ μὴ ἄρξῃς.*“ — & in eam ſententiam in verſione interpretatus erat hunc locum. VPTONVS vero: „Recte, inquit, noſter codex, *μὴ σὺ γ' ἄρξῃς, μηδαμῶς ἄνθρωπε.*“ — In contextu vero idem Vptonus ſic poſuit: *ἄλλος φοβεῖται μὴ οὐκ ἄρξῃ· μὴ σὺ ἄρξῃς μηδαμῶς ἄνθρωπε. ἀλλ' ὡς καταγελᾷς τοῦ φοβουμένου μὴ ἄρξαι &c.* hac ſubjecta verſione: *Alius timet ne careat magiſtratu, tu vero ne fit unquam gerendus tibi magiſtratus, homo. Sed quemadmodum derides metuentem ne magiſtratu careat*, &c. Mihi vero viſum erat, & antecedentia (vſ. 1 ſq.) & ſequentia (vſ. 23 ſqq.) deſiderare utique emendationem, a Wolfio propoſitam, *σὺ* (ſcil. *φοβῇ*) *μὴ ἄρξῃς*, quam in contextum recepi, & hæc verba a ſequentibus, *μηδαμῶς ἄνθρωπε*, interpoſito puncto ſeparavi. (Eandem emendationem a Salmaſio quoque video commendatam, ac fere etiam a Meibomio, niſi quod Meibomius verbum *συνάρξῃς* teneri poſſe putavit, hoc modo, *σὺ δὲ μὴ συνάρξῃς.*) Denique toto hoc loco verſionem Wolfii ad verbum tenui. Quo pertineat illud *Μηδαμῶς*, (*nequaquam, minime vero!*) abſolute ſic poſitum, facile intelligitur: nempe, *Nequaquam hoc præclare factum putato! Nequaquam tibi perſuade, ſic te diſſimilem eſſe vulgo, ſic te vulgo præſtare!* Suſpicari tamen licet, unum fortaſſe aut alterum verbum hic in Græcis exemplis intercidiſſe. Deinde vero, quod Wolfius in verſione poſuit, *quemadmodum derides metuentem ne magiſtratu careat*, quod ipſum & Vptonus tenuit; rectiſſime quidem his verbis ſententiam Epicteti expreſſam putavi, ſed ea ſententia in Græcis verbis, qualia vulgo exhibebant libri omnes, non contineri mihi viſa erant:

Ibid. ἀκώλυτος εἶ καὶ ἀνεμπόδιστος. Ἔστω. Corrupte olim in ed. Ven. & Bas. sic legebatur, ἀκώλυτος εἶναι ἀνεμπόδιστος ἔστω. Vbi WOLFIVS: „Lego ἀκώλυτος εἶ καί." — Quam emendationem adoptans VPTONVS, adnotavit: „Noster codex confirmat Wolfii conjecturam. Editio quoque Salmant. ἀκώλυτος * εἶναι, & in marg. * εἶ καί." — Et hoc ipsum, εἶ καὶ dant nostri quoque pbc. Genevensis editor pro mendoso εἶναι nudum καὶ posuit, hoc modo, ἀκώλυτος καὶ ἀνεμπόδιστος ἔστω. Sic & Colon. Cantabrigiensis vero & anonymus Lond. in hunc modum, ἀκώλυτος καὶ ἀνεμπόδιστος. ἔστω. ante ἔστω interpungentes orationem; recte; quod & nostri codices pbc. fecere, neque Vptonus neglexit.

Vers. 70. ἐφ' ᾧ μὴ θέλεις. Sic scripsi cum nostro pb. Vulgo θέλῃς.

Ibid. τὶς δύναται ἀναγκάσαι. Vulgo omnes τίς δύναται, i. e. *quis potest?* quam ad quæstionem non poterat responderi, δύναται. Itaque τὶς scripsi cum pc. ut sit: *Potest me aliquis? Potest.* In eam tamen sententiam usitatius futurum erat δύναταί τις; aut μή τις δύναται; Sed τὶς, cum ante verbum ponitur, majorem quamdam vim habet, & non modo *aliquis* significat, sed *quisquam.*

Ibid. ἀναγκάζει με ὁρμῆσαι. Placuit plene sic scribere cum pc. Alii per apostrophum, μ' ὁρμῆσαι.

Vers. 71. ἢ οὐ σόν; Ἐμόν. Sic recte distinxerunt ed. Gen. & sqq. cum mss^tis. Perperam ed. Ven. & Bas. ἢ οὔ; σὸν, ἐμόν.

Ibid. Σὸν ἄρα ἐστὶ καὶ τὸ ὁρμῆσαι. ἢ οὔ; Ἔστω ἐμόν. Olim post ὁρμῆσαι solum comma ponebant, vertebantque, *tuum igitur est impetu uti vel non uti?* Minus commode. Prioribus enim verbis continetur conclusio argumentationis, quæ efficitur per particulam ἄρα, (conf. ad vs. 61.) neque interrogationem habet. Tum vero seorsim additur interrogatio, ἢ οὔ; id est, *aut nonne ita se res habet? Nonne recte conclusum est, esse illud nostrum opus?* Cui respondet alter, consentiens, Ἔστω ἐμόν. Mendose vero olim edebatur, Ἔστω τὸ ἐμόν. Articulum τὸ delendum vidit Wolfius, & delevit Vptonus, suum sequens codicem, cui suffragantur nostri pbc.

Ibid. τὸ δ' ἀφορμῆσαι, τίνος; (scilicet ἔργον ἐστί;) Sic scripsi cum nostris tribus codd. pabc. Vulgo τὸ δ' ἀφορ-

ἀποφαίνεσθαί τινος; edd. Mox ipſe pro auditore reſpondet, σὸν καὶ τοῦτο.

Verſ. 72. Τί σου κωλύει; κωλύσει pc.

Ibid. ὡς λίθον. „Vide III. 7, 32.“ VPTON.

Verſ. 73. Τίς δέ σοι εἶπε, τὸ περιπατῆσαι σὸν ἔργον ἐστὶν ἀκώλυτον; „Lego, ὅτι τὸ περιπατῆσαι σὸν ἔργον ἐστὶ καὶ ἀκώλυτον:“ WOLFIVS. — „Editio Salmant. non agnoſcit τὸ σόν. Repone itaque: ὅτι τὸ περιπατῆσαι ἔργον ἐστὶν ἀκώλυτον; *Quis vero tibi dixit, deambulare opus eſſe impedimento non obnoxium.*“ VPTON. — Particulam ὅτι, quam cum Wolfio Meibomius etiam & Vptonus adjectam voluerunt, utique & ego deſideraveram; (cf. vſ. 75.) ſed omnes, quotquot novimus, libri eam ignorant; nec adjicere ſum auſus, ob ſimilem ellipſin quam habes III. 23, 12. & IV. 4, 21. Pronomen σὸν nolim ſolicitatum, & agnoſcunt libri noſtri omnes. Commoda foret καὶ particula ante ἀκώλυτον, ſed & abeſſe poteſt.

Ibid. Ἔστω καὶ ταῦτα. Caret καὶ pb.

Verſ. 74. προσθέσθαι δ' ἢ ἐπιβαλέσθαι τις. Olim ἐπιβαλέσθαι edd. cum pab. Sed WOLFIVS: „ἐπιβαλέσθαι fortaſſe, unde ἐπιβολή.“ — Tum adnotavit VPTONVS: „Mox pro χρῆσθαι legit *Comes Shaftesburienſis* οὐ χρῆσθαι. Nota interea, προσκίπτουσι φαντασία — — χρῆσις. Φαντασιῶν προσπιπτουσῶν — — προσθέσεως. — — ἐπιβολή.“ — Et ἐπιβαλέσθαι in contextu poſuit hic Editor, ſui quidem codicis auctoritatem non teſtatus; habet autem hoc ipſum noſter pc. Conf. Ind. in hoc verbo. Ad χρῆσθαι τοῖς φαιν. non particula οὐ adjicienda cum Shaftesb. ſed ad προσθέσθαι & ad ἐπιβαλέσθαι e ſuperioribus intellige ἃ οὐ θέλεις, ſimiliterque ad ἢ ἁπλῶς χρῆσθαι &c. intellige ἅπερ οὐ θέλεις, *quæ facta non vis.* Rurſus vero τὶς poſt ἐπιβαλέσθαι cum gravi accentu ſcripſi, quemadmodum vſ. 70. ut ſit, *an quisquam?* Cui dein reſpondet alter, Οὐδὲ τοῦτο. *Ne hoc quidem quisquam poteſt.* Paulo ante, utrum τίς ἀναγκ. ſcribere malis, an τὶς, perinde eſt. Ad utramvis quæſtionem commode reſpondebatur, Οὐδείς. Nihil vero cauſſæ h. l. erat, cur pro ἐπιβαλέσθαι τις, ἐπιβαλ. τι maluerit Meibom.

Verſ. 75. Οὐδὲ τοῦτο. Intellige e ſuperioribus, οὐδὲ τοῦτο οὐδεὶς, ſcil. δύναται.

Ibid. Τίς οὖν σοι λέγει. Sic recte pabc. Perperam λέγῃ edd. omnes.

Ibid. ὅτι ὁ τῶν ἀλλοτρ. Caret ὁ pb. male.

Verſ. 76. Ὑγείας οὖν μὴ ἐρέγομαι; Editiones fere omnes ὀρέγομαι, cum noſtris pabc. Recte vero Wolfius monuit, ἐρέγωμαι in ſubj. eſſe ſcribendum; pariterque Meibom. Et ſic eſt in ed. Salmant. unde in ſuam recepit Vptonus.

Ibid. μηδαμῶς. οὐδαμῶς pc.

Verſ. 77. ἀλλὰ πολὺ πρότερον. „πολὺ habes ex noſtro codice; ſed alii non agnoſcunt.“ VPTON. — Carent noſtri cum olim editis.

Verſ. 78. μέρος ἐστὶ σόν. Exſpectaſſes μέλος, ſed non ſollicitandum vulgatum. Nota vero, non dicere eum *manum*, μέρος σοῦ, *partem tui*; (nam ne univerſum quidem corpus eſt *pars hominis*, ſed inſtrumentum quo utitur homo) ſed μέρος σὸν, *partem tuam*, nempe partem corporis hujus quod *tuum* eſt, nempe quod eſt *inſtrumentum tuum*; (conf. Simplic. in Procem. ad Enchir. ſub fin. & in Commentar. paſſim.) alio quidem reſpectu ne ipſum quidem corpus *tuum* eſt, ut mox verſ. ſeq. ſignificat, & clare dicit L. I, 11. Cæterum conf. vſ. 87.

Verſ. 79. ὅλον τὸ σῶμα οὕτως ἔχειν σε δεῖ, *totum corpus ita habere te oportet.* Non ſperno hoc, in quod cum editis conſentiunt noſtri codd. pab. Nec me turbat, quod mox vſ. ſq. ait ὅταν δὲ πρὸς τὸ σῶμα οὕτως ἔχειν δέῃ. Vide tamen, ne veri aliquid lateat ſub ſcriptura noſtri cod. pc. ὅλον τὸ σῶμα οὕτως ἔχειν σοῦ δοκεῖ. An ἔχειν σου δόκει, ut σου ad corpus referatur; aut, quod perinde eſt, ἔχειν σοι δόκει? *Puta, te corpus tuum ita habere, ita poſſidere.*

Ibid. ἀφ' ὅσον ἂν διδῶται. διδῶται penultima circumflexa ſcripſi, ex Grammaticæ analogiæ præſcripto. Vulgo hic omnes δίδωται ſcribebant edd. & mssti. Sed vide ad IV. 10, 29.

Ibid. ἂν δ' ἀγλωρεία ᾖ, καὶ στρατιώτης &c. Sic rectius edd. cum pbc. quam quod eſt in pa. ἂν δ' ἀγλαρεία, ᾖ καὶ στρατιώτης. Ad rem quod ſpectat, ſic WOLFIVS: „De bellico tumultu hic intelligo, ubi propter neceſſitatem urgentis periculi militibus rapere licet quicquid ad belli uſum pertinet: ut fit apud nos, cum bombardae

bardæ aliquo vehendæ sunt." — VPTONVS, *in Indice*: „Ἀγγαρεία, vocab. Persicum. Fas erat Persarum cursoribus, cujusvis equos, servos, naves &c. ad præsentem usum rapere. Hinc ἀγγαρεύειν, *angariare, cogere ad currendum, vel ferendum aliquid.* Vide Matth. 5, 41. Marc. 15, 21. Et Ἀγγαρεία est officii illius præstatio. Dicimus Anglice *a Prejs:* ubi in itineribus militibus licet rapere ad præsentem usum equos, plaustra, &c. Sed aliter se res habet apud nos, ubi leges & jura valent; aliter apud exteras regiones, ubi silent leges inter arma & regiam potentiam."

Vers. 81. διακρίνειν. διακρῖναι volebat Wolfius, præter rem. Nempe hæc est ἄσκησις, *exercitatio*, quam nobis commendat philosophus, διακρίνειν, tum πρὸς ἑαυτὸν ἥγεῖσθαι, ἐπιστρόφως ἔχειν, *ut discernamus*, &c. cf. vs. 83.

Ibid. ἐνταῦθα κατὰ τὴν ἔκλισιν. Vulgo ἐνταῦθα τὴν ἔκλισιν edd. omnes, cum pabc. Monuit vero VPTONVS in Notis: „Noster codex κατὰ τὴν ἔκλισιν. Sed lego τῆς ἐκλίσεως, scilicet ἐπιστρόφως ἔχειν τῆς ἐκλίσεως." — Iam in promtu quidem utique erat τῆς ἐκλίσεως corrigere, si opus esset; sed nihil caussæ vidi, cur non adoptarem scripturam quam suo e codice Vptonus protulit.

Vers. 82. περὶ τῶν σεαυτοῦ, ὅπου ἡ οὐσία τοῦ ἀγαθοῦ. „Sic interpunge. Alii libri ὅπου σου ἡ οὐσία. at non ita noster codex." VPTON. — Post περὶ τῶν σεαυτοῦ interrogandi signum posuerant editores omnes, quod recte cum nudo commate permutare jussit Vptonus, monente sententia, & suffragantibus nostris codicibus pabc. Pronomen σου (quod post ὅπου habebant edd. cum nostris pac.) ignorat pb. cum Vptoni codice. Quod si omnino pronomini locus hic fuisset, σου ex σοι ortum suspicari licuerat, ὅπου σοι ἡ οὐσία.

Ibid. τίς ἀφελήσεται. Cum τί ἀφελ. dediffent editiones veteres, τίς scribere jussit Wolfius; cui paruit editor Cantabr. & seqq. Id ipsum vero τίς nostri quoque dant codices pabc. quemadmodum mox in τίς ἐμποδίσει consentiebant edd. & mssti.

Ibid. οὐ μᾶλλον ἢ τὸν Θεόν. Ante hæc verba intellige pronomen οὐδείς· quod respondeat interrogationi τίς; *quis? Nemo.* Conf. vs. 90.

Vers.

Vers. 83. Ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ σώματος; &c. Intellige φοβῇ; ex initio vers. superioris. Nam perinde & περί τινος & ὑπέρ τινος φοβεῖσθαι dicitur. Neglecta hic vulgo in editis interrogandi signa fraudi fuerunt doctissimo Wolfio ut in alienam sententiam detorqueret hujus loci versionem, quam & Vptonus imprudens tenuit: *At in corporis & facultatum rebus, in alienis; in iis quae nihil ad te attinent, potest.* (scil. *te impedire.*) Rectius Schegkius: *An vero de corpore, de fortunis, de rebus alienis, & nihil ad te pertinentibus, solicitus eris?* Interrogationem post κτήσεως; indicavit noster pa. post πρὸς σέ; pb. Et indicare post πρὸς σέ; jussit Vptonus quoque in Notis. Ego commodum duxi, ubique indicare. Mox pro κτήσεως, male κτίσεως habebant editt. vett. cum pbc. Monuit Wolf. & Salmas. & correxit editor Cant. Veram scripturam dabat Vptoni codex & noster pa.

Ibid. οὐδὲν πρὸς σέ; μηδὲν pb. commode.

Ibid. ἐμελέτησας. „Habes hoc ex nostro codice; alii ἐμμελέτας." VPTON. — Nempe meodoso quidem ἐμμελέτας scribebant editt. Ven. Bas. Gen. sed id jam olim, a Wolfio admonitus, correxit editor Colonienſis, ἐμελέτας scribens, quod & Cantab. & anon. Lond. tenuere: idque, ipsum & nostri exhibent codices omnes, rectius fortasse quam quod suo e cod. adscivit Vptonus.

Ibid. τὰ ἐπὶ σοὶ καὶ οὐκ ἐπὶ σοί. καὶ τὰ οὐκ ἐπὶ σοὶ pb.

Ibid. ἵνα μηδὲν ἧττον &c. „*Ironice.* Sic supra IV. 1, 41." COMES SHAFTESBVR.

Vers. 84. Οὐκοῦν. Sic scripsi cum vett. edd. & mss. tis. Temere Οὔκουν, penacute, ed. Vpt. cum anon. Lond.

Ibid. ἂν γὰρ προσδοκωμένων φόβος γίνεται, καὶ λύπη παρούσων. Exspectabam, ταύτων λύπη παρούσων. Et scripsit fortasse Arrianus, τούτων γίνεται καὶ λύπη παρούσων. Sed nil variant libri; & ferendum vulgatum. Ad rem commode Vptonus Ciceronis verba citavit, Tusc. Disp. IV. 6. *Quae enim venientia metuuntur, eadem adficiunt aegritudine instantia.* Praeter rem vero totam istam φῆσιν e glossa natam suspicatus erat Meibom.

Ibid. Ἐπιθυμήσεις δὲ τίνος ἔτι; Nempe omnem ἐπιθυμίαν in vitio ponebant Stoici, quam definiebant ὄλο-

γον

γαν ὄρεξιν, vel ὄρεξιν ἀπειθῆ λόγῳ. Vide Lætt. VII. 113. & quæ ibi adnotavit Menagius.

Ibid. Τῶν μὲν γὰρ προκοπτόντων, ἅτε καλῶν ὄντων καὶ παρόντων &c. Conferenda hæc cum Enchir. c. 2, 2. Hic agitur de eo qui profectum jam fecit in Sapientia; ibi de tirone.

Ibid. καθισταμένην τὴν ὄρεξιν, *adpetitionem ſtabilem, conſtantem, compoſitam.* Adde III. 13, 21. „Schegkius, *accommodatam.* Wolfius, *tranquillam*; nimis laxe. Potius *compoſitam.* Perſius: *compoſitum jus fasque animi.* Seneca, *mens compoſita.* Παιδεία, apud Cebetem, eſt γυνὴ καθεστηκυῖα τὸ πρόσωπον, *vultu compoſito & conſtanti*: & paulo poſt, Εὐπαιδευσία dicitur γυνὴ καθεστηκυῖα, *matrona decens & compoſita*; ſive ad vultum, ſive ætatem, ſive mores referas." VPTON, *in Ind. v.* καθίσταμαι. — Tropice hæc dicta: proprie de Mari, θάλασσα γαλήνη καὶ καθεστηκυῖα, Polyb. XXII. 14, 10. Tropice etiam ſimplex verbum uſurpatur; v. c. λόγος ἑστώς, *ratio ſibi conſtans, firmum judicium*, Polyb. III. 109, 5.

Ibid. Ἵνα καὶ τόπον σχῇ τὸ ἄλογον. „οὐ σχῇ edit. Baſ. in marg. male. *Ita ut locum habeat.* Sic in verſione lege, & dele *non.*" VPTON. — Nempe, *ut locum non habeat*, ſcripſerat in verſione. Wolfius, perſpicuitatis cauſſa, ab illis verbis novam paraſin inceperat: *Ubi porro locum habebit brutum illud & impetuoſum?* &c.

Ibid. ὠστικὸν. „Vide II. 9, 5. ὠστικῶς, *impulſorum modo, impellendo, more eorum qui ſe proterve intrudunt*: vide Suidam. M. Anton. IX. 3. μὴ ἀλογιστικῶς, μηδὲ ὠστικῶς. *nec temerarie, nec impetuoſe*; ubi conſule Gatakerum. Hoc in loco recte vertitur, *brutum illud & impetuoſum*, τὸ ἄλογον ἐκεῖνο καὶ ὠστικόν." VPTON.

Verſ. 85. Ὅταν οὖν — — οὕτως ἔχῃς. Perperam ἔχεις edd. omnes. ἔχῃς jam ſcripſeram, cum idem ipſum in noſtris pabe. inveni.

Ibid. τὰ πράγματα ἑκάστου φορτικά ἐστι. Ante Vpt. ἑκάστου edebatur; ubi notavit SHAFTESBVR. „Fortaſſis ἑκάστῳ." — Tum VPTONVS: „Atque ita noſter codex." — Sic vero & noſter pc.

Verſ. 86. Πῶς οὖν ἀκρόπολις καταλύεται; „Noſter codex interpretationis loco habet, ἀκρόπολις τῶν πραγμάτων ἀλλοτρίων." VPTON. — Videtur ad Poëtæ alicujus verba adludi, aut ad aliquod proverbium.

Ibid.

Ibid. τὴν ἐν ἡμῖν ἀκρόπολιν. Corrupte τὴν ἐμὴν ἀκρόπολιν pc.

Ibid. ἀποβεβλήκαμεν. Immo καταβεβλήκαμεν, *evertimus*. Mirari subit, nemini ex interpretibus dubitationem obortam esse de veritate lectionis vulgatae, in quam quidem libri nostri consentiunt omnes.

Ibid. οὓς ἐφ' ἑκάστοις καθ' ἡμέραν ἔχομεν. ἐφ' ἑκάστοις interpretatus sum *unicuique* (*nostrûm*) *imminentes*. conf. Adn. ad I. 9, 15. Vptonus cum Wolfio, *omnibus in rebus*; at id est ἐφ' ἑκάστων, nisi ita acceperunt ut Schegkius, qui vertit *singulis negotiis imminentes*. ἐπὶ, *contra*, *adversus*, & cum dativo constructur, ut I. 9, 15. & cum accusat. ut mox vs. 88. ἐπ' ἄλλους. In cod. pc. desunt ista verba ἐφ' ἑκάστοις cum nonnullis praecedentibus sequentibusque.

Ibid. ποτὲ μὲν τοὺς αὐτοὺς. Caret τοὺς pb.

Vers. 87. ἄρξασθαι δεῖ. Caret δεῖ pc.

Vers. 88. τί ἔτι ἀποτειχίζω τὴν ἀκρόπολιν. Ἀποτειχίζειν τόλιν vel ἀκρόπολιν, ex Graeci sermonis usu, dicitur hostis, qui obsessam urbem vel arcem circumducto muro aut vallo secludit ab exteriori regione, quo eos, qui intus sunt, commeatu & auxiliis extrinsecus exspectatis privet, eoque ad deditionem compellat; estque adeo proprie quod latine *circumvallare* dicimus. Atque eodem modo fortasse hic verti debuerat id verbum. Ferendam tamen Wolfii interpretationem putavi, *Cur arcem adhuc destruam?* quia pro synonymo hic usurpari hoc verbum videri poterat verborum καθαιρεῖν & καταλύειν, quae praecesserunt, & hoc ipso loco mox opponitur ἑστῶσα ἀκρόπολις, *stans*. Ac fortasse locum hunc respexerunt Lexicographi illi, qui ἀποτειχίζω, nullo quidem citato auctore, *murum dirvo*, interpretati sunt; quam in sententiam apud Suidam quoque habes, Ἀποτείχισις, ἡ τῶν τειχῶν ἀφαίρεσις. Cum Schegkius sic vertisset verba supra scripta, *Quid praeterea opus erit cingere moenibus arcem?* adnotavit SALMASIVS: „ἀποτειχίζειν non est *moenibus cingere*, sed contra *discingere* & *demoliri*.“

Vers. 89. Ἐγὼ δ' οὐ πώποτε θέλων ἐκωλύθην, οὔτ' ἠναγκάσθην μὴ θέλων. Ante nos sic omnes edebant, ἐγὼ δὲ πώποτ' οὐ θέλων ἐκωλύθην. Vbi: „Fortasse ἐγὼ δ' οὔτε πώποτ' ἐθέλων ἐκωλύθην.“ WOLFIVS. — „Ἐγὼ δὲ οὐδέποτε θέλων, aut πώποτε οὔτε θέλων.“

MEIBO-

HERMOLAVS. — „Fortassis hoc modo, *Ἐγὼ δὲ πάντως οὐ θέλων ἐκωλύθην, ἢ μὲν ἀναγκάσθην μὴ θέλων;* Ego autem vero unquam contra voluntatem prohibitus fui, aut quidem contra voluntatem coactus?" VPTON. — Item præcidit noster codex pc. qui nobis, inter plurima summæ librariorum negligentiæ monumenta, complura veræ & genuinæ scripturæ vestigia illustrissima conservavit. In eo ita hic scriptum, ut nos edidimus.

Ibid. *Θέλει ὁρμῆν ἐπί τι; κἀγὼ θέλω. Θέλει ὁρμᾶσθαι; κἀγὼ θέλω.* Hæc omnia omissa in cod. pa.

Ibid. *Οὐ θέλει; οὐ βούλομαι.* In pc. *οὐ θέλεις*, h. l. scribitur.

Vers. 90. Olim post ista, *Οὐ θέλει; οὐ βούλομαι.* nil aliud hic legebatur, nisi hæc verba: *Ἀποθανεῖν οὖν θέλω. Τίς ἔτι με κωλύσαι δύναται* &c. Vbi hæc adnotarunt Interprètes: „Videtur prius membrum omissum, *Ἀποθανεῖν με βούλεται.*" WOLFIVS. — „Auctior noster codex: *Ἀποθανεῖν οὖν θέλω, στρεβλωθῆναι οὖν θέλω.* Totam sententiam sic legendam arbitror: *Οὐ θέλει; Οὐ βούλομαι. Θέλει με στρεβλωθῆναι; Στρεβλωθῆναι οὖν θέλω. Θέλει με ἀποθανεῖν; Ἀποθανεῖν οὖν θέλω; Τίς ἔτι* &c. Propter earundem vocum repetitionem multa passim omittunt librarii." VPTON. — Ego, quoniam verba *στρεβλωθῆναι οὖν θέλω* post ista *ἀποθανεῖν οὖν θέλω* in suo codice posita ait Vptonus, eumdem ordinem servavi, & reliqua ita supplevi, ut his adaptata essent: quæ autem ex conjectura suppleta sunt, uncis inclusi. Cæterum acu me tetigisse veram scripturam, non gloriabor. Nostri libri pabc. nil amplius, quam quod olim vulgatum erat, hic agnoscunt.

Ibid. Ante verba, *Οὐ μᾶλλον ἢ τὸν Δία*, intellige *Οὐδείς*· prorsus ut supra, vs. 82.

Vers. 91. *τῶν ὁδοιπόρων οἱ ἀσφαλέστεροι. ἀκήκοεν ὅτι λῃστεύεται* &c. — „*Ἀκήκοεν*, scil. *ὁ ἀσφαλέστερος τῶν ὁδοιπ.* [vel *τὶς τῶν ἀσφαλεστέρων τῶν ὁδοιπ.*] Nota transitionem a plurali ad singularem. Sic Terent. Eun. Act. II. Sc. I. *Dii boni! quid hoc morbi est? adeone homines immutarier ex amore, ut non cognoscas eundem esse?* Vbi Donatus: *More suo a plurali numero ad singularem se convertit.* Fit quoque transitio a singulari ad pluralem. Lucret. lib. III. vs. 55.

Quo magis in dubiis hominem spectare periclis
convenit, adversisque in rebus noscere qui sint.

Hæc

Haec est vera & vetus lectio; sed vulgo aliter se libri habent. Vide ad I. 4, 32." VPTON.

Vers. 92. χειμῶνες. Perperam & invitis nostris mastis χειμώνας editt. vett. Primus correxit Cantab: Noverat vero Salmas.

Vers. 93. Ποῦ τις καταφύγῃ; Sic ed. Ven. & Bas. cum pa. nisi quod hi jota non subscripserint, quod & aliàs passim (& pa. quidem pæne constanter) negligere solent. ποῦ τις καταφύγοι; pc. quod perinde est. ποῦ τις καταφυγή; pb. & sic ed. Lond. anon. ποῦ τίς καταφυγή; ed. Gen. Col. Cant. Denique ποῦ τίς καταφύγῃ; ed. Vpt.

Vers. 94. τῷ δεῖνι, τῷ πλουσίῳ. Olim τῷ δεῖνι πλουσίῳ edd. cum pab. Articulum τῷ ad πλουσίῳ tacite adjecit Vpton, præeunte puto ipsius codice; sic sane & noster pc.

Vers. 96. ἐκ τινος περιστάσεως. „Sic codex noster; alii παραστάσεως." VPTON. Nempe corrupte παρασ. olim edd. sed in περιστασ. consentiunt pabc.

Vers. 98. Οὕτως ἐφίστησι. Οὕτως ex conject. scripsi; vulgo omnes οὗτος edd. & masti; quod ferendum non putavi. Dubitanter eandem emendationem a REIBOMIO adnotatam video: „οὕτως forsan."

Ibid. ὅτι ἐὰν τῷ Θεῷ. Corrupte ὃν αὐτῷ θεῷ pc.

Vers. 99. Πῶς λέγεις προσκαταξάμενος; Putabam προσκαταταξάμενος, eadem forma repetito verbo, qua paulo ante positum erat. Sed nil mutant libri.

Vers. 100. τὰς ὁρμὰς τοῦ Θεοῦ. Miratus sum vocabulum ὁρμὴ de Deo usurpatum. *Dei appetitionem* vertit Wolfius: *impetum* Vptonus: equidem *consilium* interpretatus sum.

Ibid. τί αὐτῷ κατέλιπε. Sic edd. ante Vpt. cum pa. αὐτῷ ed. Vpt. cum pb. In ambiguo hærens pc. utrumque spiritum adpinxit.

Ibid. ὑπέταξε τῇ τῶν Ὅλων πειθοῖ. „Vide ad II. 1, 18." VPTON.

Ibid. τὴν ἀτρεσίαν. Exspectabam τὸ σῶμα, τὴν ἀτρεσίαν, &c. At id ignorant libri.

Ibid. 101. τὰ μὴ ἀφ' ἡμῖν. Repetita malim e superioribus verba, Τί θέλω τὰ μὴ ἀφ'. Possunt autem verba, ἐξ ἀπαλοῦ ἔχειν, vel ad τὰ ἀφ' ἡμῖν meo referri,

quae

quæ mihi non data sunt ut quovis modo & sine exceptione habeam; vel ad θέλω, *cur ea, quæ mihi non data sunt, quovis modo cupio habere?* Quæ sequuntur, videntur posteriorem postulare rationem. Ἀλλὰ πῶς; *At quomodo?* scil. *velle vos debeo?* Respondet: *(Non, quovis modo; sed) prout illæ datæ fuerint*, vel, *prout mihi datum & a Deo concessum est illas habere; & quatenus*, vel, *in quantum temporis placuerit Deo.*

Ibid. ἐφ' ὅσον ἐδόθησαν. Corrupte olim ἐφ' ὅσον δύναται edd. cum pac. Vbi: „Fortassis ἐδόθησαν. Sic enim supra, vs. 79." COMES SHAFTESBVR. — „Optime vir nobilis; atque ita noster codex." VPTON. Sic & e nostris pb.

Ibid. ἀνίστησιν. Perperam ἀναπαύει pc.

Vers. 102. Ὁ πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται. ὅτι πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται pc.

Ibid. τὰς δ' ὥρας τίς; Horat. lib. I. Od. 12.

— — — *Variisque mundum*
temperat horis."

VPTON.

Vers. 103. Εἶτα σὺ, πάντα ἀληθῶς. Sic scripsi cum pb. Vulgo Εἶτα σύμπαντα ἀληθῶς edd. cum pac.

Vers. 104. καὶ θεασόμενον τὴν διοίκησιν. Ante Vpt. corrupte καὶ θελησόμενον τὴν διοικ. edd. Vbi WOLFIVS notavit: „Non placet. Quid si θεωρήσοντα, ac potius θεασόμενον. Sequitur enim θεασάμενος τὴν πομπήν." — „Noster codex θεασόμενον, optime. Vide supra ad I. 6, 19. & ad II. 14, 23." VPTON. — Et recte θεασόμενον quoque pab. quemadmodum etiam Meibomius correxerat. θεασάμενον vero pc.

Ibid. συνεπτάσεσθαι. Temere συνεπτάζεσθαι ed. Gen. Col. Cant.

Vers. 105. θεασάμενος. θεασόμενος pa. minus commode.

Vers. 106. Καὶ γὰρ οἱ μύσται, μυεῖσθαι. „*Diutius immorari volunt mystæ*, propter spectandi novitatem & pompam istam, quam describit Dio Prus. Orat. XII. p. 202. Σχολὴν οὖν ὅμοιον ὥσπερ εἴ τις ἄνδρα Ἕλληνα ἢ βάρβαρον μυεῖσθαι παραδοὺς εἰς μυστικόν τινα μύθον ὑποφυῇ (legendum μυχὸν ὑπερφυῆ, & sic interpres legisse videtur) κάλλει καὶ μεγέθει, πολλὰ μὲν δρᾶσθαι μυστικὰ θεάματα, πολλῶν δὲ ἀκούσαντα τοιούτων φανῶν,

σκότους τε καὶ φωτὸς ἐναλλαξ αὐτῷ φαινομένων, ἄλλων τε μυρίων γενομένων. ἔτι δὲ εἰ (καθάπερ εἰώθασιν) ἐν τῷ καλουμένῳ θρονισμῷ καθίσαντες τοὺς μυουμένους οἱ τελοῦντες κύκλῳ περιχορεύειν, (lege περιχορεύσειαν,) ἆρά γε τὸν ἄνδρα τοῦτον μηδὲν παθεῖν ἀκος τῇ ψυχῇ. *Resque fere similiter habet, ut si quis homo Græcus aut barbarus traduceretur ad initiandum in mysticum quoddam templum pulchritudine & magnitudine præstantissimum, atque illic multa videret arcana spectacula, multasque audiret tales voces, vicissimque apparerent illi lux & tenebræ, cæteraque plurima fierent; præterea si (quemadmodum solent) initiantes initiandum in throno collocatum circumsaltarent; anne hunc hominem nihil animo affici verisimile esset.*" VPTON.

Ibid. ἀλλὰ ἡ. ἀλλ' ἡ πανήγυρις pb.

Ibid. τὶ ἀνίκανος. Corrupte ἀνήκανος ed. Ven. & Bas. ubi WOLFIVS: „Ab ἱκανός videtur compositum ἀνίκανος." — „Noster codex & ed. Salmant. ἀνίκανος." VPTON. — Sic vero & pabc. & jam olim correxit editor Genev.

Ibid. τὶ συγχωρεῖς τὸν κόσμον; „Confer I. 25, 26 sqq. & IV. 7, 27." VPTON.

Vers. 107. τέκνια. τεκνίδια pc.

Ibid. τύχῃ καὶ τοῦ ὀλεπανηκότος; Quidni οὐχὶ τοῦ κτείναντος καὶ τὸ πεποιηκότος? Certe ita interpretandum, ut bene Wolfius, *autori ejus qui te quoque fecit.*

Ibid. οὐ παραχωρήσεις τῷ Κρείσσονι; *Non cedes Meliori?* κρείττονι pb. Majuscula litera initiali scripsi hoc nomen; est enim ὁ Κρείσσων, quem dicit, sive *Meliorem* interpreteris, sive *Superiorem* malis, sive *Præstantiorem*, sive *Potentiorem*, Deus, rerum omnium & tui ipsius procreator ac Dominus. I, 12, 24. sic habes; οὐκ ἀπεστάγης τοῦ κρείσσονι παραχωρήσεις τῷ δεσπότῃ; Alias in plurali maxime numero τοὺς Κρείττονας, notum est, eminenti notione, de *Naturis humana natura superioribus*, de *Heroibus* atque *Diis* usurpari a Philosophis.

Vers. 108. εἰ μὴ τοιῖ σοι. „τοιῖ supra etiam, pro ἐστιν, aut scriptum aut positum videri monui." WOLF. — „εἰ μὴ τοιῖ σοι. *Si tibi non facit*, id est, *si tibi non aptum est, si tibi non convenit.*" SALMASIVS. — „Vide ad II. 6, 22. & III. 8, 6." VPTON.

Ibid.

Ibid. συγχορευόντων. Sic pb. ut edd: inde a Genev. Perperam συγχωρευόντων ed. Ven. & Baſ. cum pc. συγχορευτῶν pa. non male.

Ibid. ἐπιθειάζουσιν. Suidas: Ἐπιθειάσων· ἐορτάσων. Ἐπιθειάζον· ἐχόρευον. Heſychius: Ἐπιθειάζων· ἐχόρευεν· ἐθαύμαζεν ὡς θεόν.

Ibid. ὑμνῶσι δὲ τὴν πανήγυριν. Vereor ne alieno loco hic ſtet δὲ particula. Fortaſſe ὑμνῶσί τε fuerit corrigendum; & totus locus ſic ſcribendus, ἵν' ἐπιμροτῶσι, μᾶλλον δ' ἐπιθειάζουσιν, ὑμνῶσί τε τὴν πανήγυριν.

Verſ. 109. Τοὺς ἀταλαιτώρους δὲ καὶ δειλούς. *Moroſos vero & ignavos.* Vulgo omnes τοὺς ταλαιτώρους δὲ edd. & mſſti. Neque vero dubitandum duxi ἀταλαιτώρους corrigere. Sic ſane & II. 16, 18. junguntur δειλοὶ & ἀταλαίτωροι, communi librorum conſenſu. Sic porro I. 12, 20. ait, σὺ δ' ἀταλαίτωρος εἶ καὶ δυσάρεστος, ubi perperam unus codex pb. ταλαίτωρος habet. Rurſusque II. 17, 26. ubi pariter ut hoc loco de eo agitur, qui de ſua ſorte conqueritur & Deos incuſat, recte codices noſtri pab. cum Vptoni codice ἀταλαίτωρα dederunt pro olim vulgato ταλαίτωρα.

Ibid. ἀπολελειμμένους τῆς πανηγύρεως. Mirari licet, nihil ad hunc locum ab Vptono adnotatum. ἀπολελυμένους is in contextu habet cum plerisque e ſuperioribus editionibus; quod percommodum utique per ſe videri poterat. conf. I. 9, 16. At hoc nonniſi ingenio & conjecturæ debetur editoris Baſileenſis, qui mendoſum eſſe viderat id quod ed. Ven. habebat, παραλελειμμένους. Hoc vero cum majore veri ſpecie ſuſpicari licebat ex παραλελειμμένους eſſe corruptum; atque id ipſum perſpicue exhibent codices noſtri pabc. Rectiſſime; eſtque vulgatiſſimus hic uſus verbi ἀπολείπεσθαι, ἀπολελεῖφθαι, cum genit. caſu, pro *abeſſe*, atque etiam pro *diſcedere*: cujus uſus ſi exempla deſideras, abunde Henr. Stephanus in Theſ. dabit.

Ibid. ἃς εἰλήφασι πρὸς τὰ ἐναντία. „Confer I. 6, 28." VPTON.

Ibid. ἀνδρείας. ἀνδρίας pb. minus recte.

Verſ. 110. Ἐπί τί ἂν εἰλήφα ταῦτα; „εἰλήφα optime Ms. Pariſ. Hæc enim ſunt adverſarii verba. Male εἴληφα." VPTON. — εἰλήφα edd. omnes ante Vpt. εἴληφα recte pabc.

Ibid. Ἂν οὖν ἀναγκαῖά μοι ᾖ; Μὴ πρόσταττε αὐτοῖς &c. Vulgo hæc ita scribebant connectebantque omnes: ἂν οὖν ἀναγκαῖα μὴ ᾖ, μὴ πρόσταττε αὐτοῖς &c. quæ acceperunt tamquam ab eodem philosopho dicta, qui superiora dixerat, μέχρις ἂν ὁ χρήσας θέλῃ, & sic verterunt: *Si ergo necessaria non erunt, noli illis affici, & non erunt.* Quæ tenens VPTONVS, in Notis hæc adposuit: „μὴ πρόσταττε αὐτοῖς, *noli illis affici*, tanquam essent necessaria, *ita non erunt necessaria.*" — At, quam parum sic cohæreret oratio, facile adparebat. Schegkius, dissimulans difficultatem, sic interpretatus erat hunc locum: *Itaque si necessario ad te non pertinebunt, noli his affici, & profecto non tamquam necessariis cogére.* A vulgata scriptura non discedunt codices pab. Sed pc. μοι pro μὴ scribens, omnes levavit difficultatem. Objectio est auditoris: Ἂν οὖν ἀναγκαῖά μοι ᾖ; Cui respondet Philosophus: Μὴ πρόσταττε, (sc. αὐτοῖς,) καὶ οὐκ ἔσται, nempe ἀναγκαῖα.

Ibid. τὸ αὐτὸ αὐτῷ μὴ εἶναι ἀναγκαῖον. Sic edd. ante Vptonum, cum pab. αὐτῷ ed. Vpt. σεαυτῷ pc. Conf. Adn. ad I. 6, 35. & ad II. 26, 7. & III. 1, 15.

Ibid. καὶ οὐκ ἔσται. Etiam hic, ut supra, καὶ οὐκ ἔσται dat pc.

Vers. 111. ἀπὸ τῶν μικροτάτων — — ἀρξάμενος. Vide supra, I. 18, 18. & Enchir. c. 13, 2.

Ibid. εὐκνημοτάτων. εὐκνημάτων pc.

Ibid. ἀπὸ κοτηρίου. Corrupte κοτηρίας edd. ante Vptonum. Corrigere jusserat Wolfius; & verum dedit Vptoni codex, cum quo consentiunt nostri pabc.

Ibid. πρόελθε. „Forsan πρόελθε." MEIBOMIVS. — Nil opus. Conf. ad I. 29, 45.

Vers. 112. κάθηρον τὰ δόγματα. κάθηρον subscripto jota ediderunt inde a Colon. Antea κάθηρον, cum pac. Nihil interest. κάθαρον pb. μή τι προσήρτηταί σοι τῶν οὐ σῶν, μή τι συμπέφυκε. Nihil in his variant libri; sic certe edd. omnes; nec e scriptis nostris codicibus (quos, dum hoc scribo, non amplius ad manum habeo) dissensum ullum a vulgata scriptura notavi. At, si quid video, in subjunctivo modo efferri debebant duo ista verba, προσήρτηταί σοι, & συμπέφυκε. Si vera vulgata, μή non *ne* erit interpretandum, sed *an. num;* & post κάθηρον intelligendum fuerit verbum, καὶ ὅρα,

ὅρα, aut aliquod ſimile: *vide, diſpice, an tibi adhæreat aliquid.*

Ibid. μή τι ἐδυνήσῃ σε ἀποστρώμενον. Vulgo μή τι ἐδυνήσῃς ἀποστ. edd. omnes. Vbi: „Legendum videtur κατ' ἀπόστροφον, μή τι ὀδυνήσῃ σ' ἀποστρώμενον, ut τὸ ὀδυνᾶν active capiatur.“ WOLFIVS. — „Nihil adjuvant codices. Quid ſi legas, μή τι συμπέφυκεν, ὅ τι ἂν ὀδυνήσῃς ἀποστρώμενον. *Ne quid adnaſcatur, quo detracto doleas.*“ VPTON. — Ego vero, quod ὅ τι, pro poſteriori μή τι, maluit vir doctus, lubens acciperem, ſi vel libri darent, vel res poſceret: cæterum de verbo ὀδυνήσῃς in ὀδυνήσῃ σ' mutando cur non adſenſus fuerit perſpectiſſimo Wolfii monito, non video. Sane non aliter, quam active, verbum ὀδυνάω uſurpatur; & levior medicina laboranti loco adferri non poterat, quam adjectus apoſtrophus, quem facile utique omittere potuerat librariorum negligentia. In ὀδυνήσῃς cum olim vulgatis convenit pb. ὀδυνήσεις habet pa. in indicativo; (quemadmodum προσήρτηται & συμπέφυκε in indicativo poſita ſunt;) quod pari ratione ex ὀδυνήσει σε decurtatum videri poteſt. Sed in pc. ὀδύνῃ σε (id eſt, ſubſcripto jota, ὀδύνῃ σε) ſcribitur; quod vel ex ὀδυνήσῃ σε decurtatum, vel ipſum etiam per ſe probum, ſi modo verum eſt, quod Lexicographi nonnulli referente H. Stephano ſtatuerunt, pro ὀδυνάω etiam ὀδύνω dixiſſe Græcos; de quo quidem dubitavit idem Stephanus; ad eamdem vero formam codex noſter pa. ὀδυνομένους habet infra vſ. 124. & in titulo cap. 6. lib. IV. pro ὀδυνωμένους.

Verſ. 113. ὡς ἐκεῖ, *ut illic*, ſcil. *in ſchola.* Hæc vero verba non cum Wolfio ad verbum λέγω retuli; (ſic enim oportebat μὴ ὡς ἐκεῖ, non ὡς ἐκεῖ, μὴ &c.) ſed ad id quod proxime præcedit, γυμναζόμενος καθ' ἡμέραν.

Ibid. ἀλλ' ὅτι χαριστὴν δίδως. „*Te date fruſtratorium*, ſi dicere liceat. Eadem formula ſupra etiam eſt uſus, alibi nusquam mihi lecta. Infra quoque ſequitur, μὴ τόλμα χαριστὴν διδόναι, τοσούτους ἔχων τῆς δουλείας ἐλέγχους. Videtur certa quædam fuiſſe cærimonia eorum qui ſe jngenuos profiterentur, ut ſupra τὸ στρέφειν ἐπὶ τοῦ στρατηγοῦ in manumiſſione. Ego χαριστὴν verti poſſe cenſeo *vindicem*, aut *aſſertorem.* Cicero in Topicis: *Si neque cenſu, neque vindicta, neque teſtamento liber factus eſt, liber non eſt.*“ WOLFIVS.

„Καρτιστὴν δίδως. Sæpius hæc loquendi formula utitur Epictetus; III. 24, 76. IV. 1, 146. 7, 17. In quibus omnibus locis καρτιστὴς est *adsertor*, *vindex*. Sic glossarium Græcum. Nam *Festuca*, κάρφος, seu *virgula* illa, quæ in libertatum vindicationibus adhiberi solebat, *Vindicta* vocabatur. Vocat Persius *vindictam*, Sat. V. 88. & *Festucam*, Sat. V. 175. atque ita Plautus, Mil. Act. IV. Sc. 1.

Quid? eam' ingenua, an festuca *facta e serva libera est?*

A Græcis autem *festuca*, *virgula*, κάρφος dicitur. Inde καρφιστὴς, *adsertor in libertatem*; καρφισμὸς, καρφιστία, *assertio*: & ex mutatione spiritus asperi in tenuem, καρτιστὴς, καρτισμὸς, καρτιστία. Vide Salmas. de Usur. p. 880. Cæterum de ritu Manumissionis dixi supra ad II. 1, 26. Munus autem erat Prætoris, *virgulam*, seu *festucam*, servi manumittendi capiti imponere; prætor autem tum dicebat, *Dico eum liberum esse, more Quiritium*. Atque ideo festuca seu virgula *Vindicta* vocabatur." VPTON. — Docte hæc ac vere disputata: e quibus tamen (ne quid dissimulem) nondum satis intelligitur, quo pacto δεδόναι καρτιστὴν, *dare vindicem* vel *adsertorem*, Epictetus dixerit pro *vindicare sese in libertatem*.

Vers. 114. Τούτων ἠλευθερώθη Διογένης παρ' Ἀντισθένους. „Antisthenes erat Diogenis præceptor. Vide Aelian. lib. X. c. 16. Laërt. VI. 21. & supra, II. 24, 67." VPTON.

Ibid. ὑπ' οὐδενός. „Sic ed. Salmant. Alii codices, quos videre contigit, ἐπ' οὐδενός." VPTON. — Ἐπ' οὐδ'. cum pa. dabant editt. omnes ante Vpt. exceptis Salmant. Ὑπ' οὐδ. recte pbc. Sic & correxerat Meibom.

Vers. 115. ὅτε ἁλῶ, πῶς τοῖς πειρατῆς ἐχρῆτο; „Captus erat a piratis Diogenes, cum in Aeginam navigaret. Meminit Laërtius in ejus vita, VI. 74. Confer supra, II. 13, 24. III. 24, 66. Habes autem ὅτε ἁλῶ, pro πῶς ἁλῶ, ex nostro codice." VPTON. — Scilicet olim sic edebatur, πῶς ἁλῶ; πῶς τοῖς περιπ. &c. Recte vero & noster pc. cum Vptoni codice, ὅτε ἁλῶ, πῶς &c.

Ibid. ἀλλὰ τὸ πάθος. Vide ad vs. 57.

Ibid. πῶς ἐπιτιμᾷ αὐτοῖς. Corrupte olim, ἢ ὡς ἐπιτιμᾶν αὐτοῖς ed. Ven. & Bas. nec aliter nostri codd. pabc. In ora vero ed. Bas. ex conjectura editoris adnotatur,

tatur, πῶς ἐπιτιμᾷ. Inde ἢ πῶς ἐπιτιμᾷ αὐτοῖς edidit Genevensis, idque tenuere posteriores omnes editores. WOLFIVS vero conjectaverat: „Fortassis ὁ καὶ ἐπιτιμῶν αὐτοῖς.“ — Tum VPTONVS: „Noster codex, ait, ἢ πῶς ἐπιτιμᾷν αὐτοῖς. Lego autem, ἢ πῶς ἐπετίμα, aut quomodo objurgabat. Totamque adeo sententiam sic constitue: Διὰ τοῦτο ὅτε ἐάλω, πῶς τοῖς πειρατεῖς ἐχρῆτο; μή τι κύριον εἶπέ τινα αὐτῶν; (καὶ οὐ λέγω τὰ ὀνόματα, οὐ γὰρ τὴν φωνὴν φοβοῦμαι, ἀλλὰ τὸ πάθος, ἀφ' οὗ ἡ φωνὴ ἐκπέμπεται·) ἢ πῶς ἐπετίμα αὐτοῖς, &c.“ — In Vptoni codice, id est, in exemplo editionis Venetæ cum codicibus mss. collato, quo usus est hic Editor, videtur nihil aliud hoc loco ad marginem fuisse notatum, nisi partic. πῶς, sive e msto codice, sive etiam e conjectura, aut ex ora ed. Bas. Sed in eadem ora editionis Basileensis simul, pro infin. ἐπιτιμᾷν, recte ἐπιτιμᾷ scribitur, quod lubens accepi, neque necesse duxi ib ἐπετίμα mutare, quod Vptonus volebat; quamquam alia verba partim in imperfecto præterito, partim in aoristo, in eadem oratione præcedunt atque sequuntur. Ego vero præterea particulam ἢ, qua percommode carere poteramus, delendam putavi; persuasum habens, Η ΩΣ ex Π Ω Σ fuisse ortum; quæ menda postquam semel occupaverat libros, alteri ortum dedit, ut ἐπιτιμᾷ in ἐπιτιμᾷν mutaretur. Quod si quis tamen tenendum ἢ πῶς contenderit, non pertinaciter repugnabo: habebit vero tunc particula ἢ hujusmodi alia, quam vim, *aut potius*, *immo vero*.

Vers. 116. μή τι κύριον ἐζήτει; ἀλλὰ δοῦλον. „Fortassis, οὔκ, ἀλλὰ δοῦλον. Cum sub corona veniret, proclamavit: Si cui domino esset opus, se ut emeret.“ WOLFIVS. — „Sæpius in his Dissertationibus omittitur ad ante ἀλλά. Repone itaque cum Wolfio: μή τι, κύριον ἐζήτει; Οὔ· ἀλλὰ δοῦλον. Rem narrat Laërtius in vita Diogenis, VI. 30. 36. 74.“ VPTON. — Non librariorum culpa, sed ex Epicteti usu & concisio loquendi genere, sæpenumero omissa est ante ἀλλὰ negatio, quæ facile per se, & ex tono quo pronunciabantur verba, intelligebatur. Quare nil opus est, ut particulam negativam adjiciat editor. Exemplorum omnia plena; vide infra vs. 162. I. 29, 66. & ibi notata. II. 24, 17. not. &c.

Ibid. πῶς δὲ πραθεὶς ἀνεστρέφετο πρὸς τὴν δεσπότην; „Nempe Xeniadem Corinthium, qui Diogenem domui

præfecit, atque liberos ei educandos tradidit; de quorum institutione vide Laërtium in vita Diogenis, VI. 30. 31. 74. A. Gell. lib. II. c. 18. *Diogenes etiam Cynicus servitutem servivit: sed is ex libertate in servitutem venum ierat. Quem quum emere vellet Xeniades Corinthius, & quid is artificii novisset percunctatus; Novi, inquit Diogenes, hominibus liberis imperare. Tum Xeniades, responsum ejus admiratus, emit & manumisit; filiosque suos ei tradens, Accipe, inquit, liberos meos, quibus imperes.*" VPTON.

Ibid. ὅτι οὐχ οὕτως ἐστὶλόδαι δεῖ. „Negativam partic. οὐχ habes ex noſtro codice." VPTON. — Habet eamdem particulam noſter pc. Carent h. l. cæteri.

Verſ. 117. εἰ γὰρ παιδοτρίβην ἐώνητο, ἐν τοῖς παλαιστρικοῖς ὑπηρέτην ἂν &c. Verba ἐν τοῖς παλαιστρικοῖς, quæ cum præcedentibus παιδοτρίβην ἐώνητο conjungebant edd. omnes & ſcripti noſtri libri, equidem cum ſequentibus conjunxi, præeunte Wolfio in verſione.

Ibid. εἰ δ' ἰατρὸν, ἰσαύτως· εἰ δ' ἀρχιτέκτονα. Καὶ οὕτως ἐφ' ἑκάστης ὕλης &c. „Transpone hoc modo: εἰ δ' ἰατρὸν, εἰ δ' ἀρχιτέκτονα, ἰσαύτως." „VPTON. — Niſi forte bis olim poſita fuit vox ἰσαύτως, primo poſt ἰατρὸν, turſusque poſt ἀρχιτέκτονα. At ſemel tantum agnoſcunt eam libri: poteratque etiam poſteriori loco ſubintelligi. Differunt autem libri in diſtinguenda oratione. Editio Ven. ſic habet: εἰ δ' ἀρχιτέκτονα, καὶ οὕτως ἐφ' ἑκάστης ὕλης, τὸν ἔμπειρον &c. Eodem modo codd. noſtri pab. Pc. vero ſic: εἰ δ' ἀρχιτέκτονα, καὶ οὕτως ἐφ' ἑκάστης ὕλης· τὸν ἔμπειρον &c. leviter interpungens poſt ὕλης. Aliter ed. Baſ. & reliquæ ante Vptonum omnes: εἰ δ' ἀρχιτέκτονα, καὶ οὕτως. ἐφ' ἑκάστης ὕλης, τὸν ἔμπειρον &c. Tum Vptonus rurſus, præeunte Wolfio in verſione, poſito puncto poſt ἀρχιτέκτονα, verba καὶ οὕτως cum ſequentibus connexuit: cujus rationem nos tenuimus.

Ibid. τὸν ἔμπειρον τοῦ ἀπείρου κρατεῖν. „Vide III. 17, 6." VPTON.

Verſ. 118. τὴν περὶ βίου ἐπιστήμην. Exſpectaveram τὴν περὶ τὸν βίον ἐπιστ. Sed ignorant articulum omnes. In pc. verbi eſt περὶ βίων.

Verſ. 119. ἀλλὰ δῆρα! μὲ ἐώνηται. „Legendum δῆτα. Patet ex ſequentibus." VPTON. — In δῆρα cum edd. conſentiunt pab. Eodemque pertinet quod pc. habet

bet δέδρακε, a δράω, ficut δῆρον a δαίρω. conf. ad vſ. 127. & ad III. 10, 7. III. 22, 52. &c. Forte duo verba δῆρον ἢ δῆσαί με conjunxit, ſicut διαρρήνας ἢ δεσμεύσας, vſ. 127.

Ibid. οὐδενὶ δ' ἀζήμιόν ἐστι. Caret δ' pc. De confuſione autem & turbis, quæ ſunt h. l. in pc. in alienum prorſus locum rejecta ea parte diſputationis, quæ ab iſtis verbis incipit, ſupra jam dixi ad vſ. 11.

Verſ. 120. τὸν αὐτοῦ δοῦλον. Sic mſti omnes cum editt. vett. Temere αὑτοῦ anon. Lond. quod tenuit Vpton.

Ibid. Ἦν δοκεῖς &c. Olim ſic diſtinguebatur oratio: ἦν δοκεῖς, τὸ δῆσαι τοῦτο. ἃ καὶ σὺ ὁμολογήσεις &c. Vbi WOLFIVS: „Perplexiora, ait, verba; non ſine mendi ſuſpicione. Fortaſſis εἶδον δοκεῖς." VPTONVS vero: „Nihil mihi videtur difficile, modo locum recte interpungas: Τίς ἡ ζημία τῷ δήσαντι τὸν αὐτοῦ δοῦλον; *Quod vero damnum ei qui ſervum ſuum in vincula conjicit?* Verba ſunt auditoris. Cui Epictetus: Ἦν δοκεῖς; τὸ δῆσαι τοῦτο. ἃ καὶ σὺ ὁμολογήσεις, ἂν θέλῃς σώζειν, ὅτι &c. Vide verſionem noſtram: male enim Wolfius." — Sellicet Wolfius εἶδον illud, quod conjectaverat, in verſione expreſſit: *Cujusmodi eſſe illud in vincula conjicere cenſes?* Ego vero, & in Græcis & in Latina verſione, Vptoni rationem, cum certius nihil haberem, tenui. Neque vero diffiteor, primum inſolentius dictum videri ἦν δοκεῖς; pro τίνα δοκεῖς; deinde ad exprimendum id, quod in verſione ſic poſuit Vptonus, *ipſum illud in vincula conjicere*, Græce oportuiſſe αὐτὸ τὸ δῆσαι τοῦτο. Meibomius (ſive ea Salmaſii adnotatio erat) ſic omnino ſcribendum cenſuerat, τὸ δῆσαι· τοῦτο καὶ σὺ ὁμολογ.

Verſ. 121. πότε ἄμπελος πράσσει καλῶς; Corrupte ἄμελος legebatur in ed. Ven. & Baſ. Vbi WOLFIVS: „Quid hoc ſit, non reperio. Fortaſſis ἄμπελος. ἀμελὴς enim non ſatis placet, neque κάμηλος." — „Noſter codex habet ἄμπελος. Recte. Vide ſupra, II. 20, 18. & eandem vide alluſionem apud M. Anton. VIII. 19. & 46." VPTON. — Ἀμελὴς ex conjecta expreſſerat in ſua verſione Schegkius, *ſui negligens.* ἄμπελος expreſſit Wolfius, idque in Græcum contextum primus recepit editor Genev. Sic vero noſtri codd. pabc. ac videtur non niſi operarum fuiſſe error in edit. Ven. Plenam ſcripturam πότε ex noſtro pc. adſcivi, pro ποτ' ἀμπ. quod dabant alii.

Vers. 123. Ἑλβίδιος. „De Prisco Helvidio vide ad I. 2, 19.“ VPTON.

Vers. 124. Πῶς λέγεις; Ὡς καὶ σὺ &c. „Sic interpunge & verte: Πῶς λέγεις; Ὡς καὶ σὺ ἀλεκτρυόνα. σὺ λέγεις καλῶς πρᾶξαι &c. *Quomodo dicis? Quemadmodum & tu dicis non male actum esse cum gallo gallinaceo, qui vicit & vulneratus est; sed cum eo qui vincatur, licet non vapulet.*“ VPTON. — Scilicet in contextu Vptonus post ista verba, Ὡς καὶ σὺ ἀλεκτρυόνα, punctum posuerat, quod jam fecerant superiores editores inde a Colonienſi, praeeunte Wolfio in verſione, quae ſic habebat: *Quo pacto iſtud dicis? Quo & tu de gallo gallinaceo. Non dicis male actum eſſe cum victore* &c. Quam verſionem & Vptonus tenuerat. Poſt ἀλεκτρυόνα comma habebat ed. Ven. cum pab. Poſt σὺ comma poſuit pc. Diſtinctionem prorſus ſuſtulerunt ed. Baſ. & Gen. commodiſſime.

Ibid. ὀμνυώμενον. ὀμνύομενον pc.

Vers. 125. Minutum eſt, ſed quod notetur tamen. Superiores editores omnes poſt παραδοξολογοῦμαι interrogationem indicabant; tum praeterea Ven. Baſ. Gen. Col. rurſus & poſt Φύσιν; & poſt παράδοξόν ἐστι; interrogandi ſignum poſuerunt: poſteriores vero editiones nonniſi in fine, ut verba illa εἰ λέγομεν &c. ad iſta τοῦτα παράδοξόν ἐστι; tamquam protaſis ad apodoſin referrentur. Ego paullo commodiorem duxi eam diſtinctionem, qua in contextu uſus ſum. Poterat etiam poſt Τί ſtatim indicari interrogatio: Τί; παραδοξολογοῦμεν, εἰ λέγομεν &c. At ſic deſiderabatur pronomen ἡμεῖς, quod ſignanter oppone retur pronomini σὺ, quod praeceſſit: Τί; ἡμεῖς παραδοξολογοῦμεν, εἰ λέγομεν &c.

Ibid. σὺ γὰρ αὐτὸ ἐπὶ πάντων. „Inſerui γάρ, ductus auctoritate noſtri codicis.“ VPTON. — Eamdem particulam, quam ignorabant editi omnes, exhibent noſtri tres codd. pabo.

Ibid. διὰ τί οὖν ἐπὶ μόνου. „Eadem auctoritate hoc habes, pro διὰ τί ἐπὶ μόνου οὖν.“ VPTON. — Nempe διὰ τί ἐπὶ μόνου οὖν dabant edd. cum pac. Cum Vpt. facit pb.

Ibid. ἐπὶ μόνου τοῦ ἀνθρώπου ἄλλως φέρῃ. „Senſus patet. Sed nonne legendum ἐπιφέρῃ? ab ἐπιφέρομαι, unde ἐπιφορά, *illatio, quae in* argumentis aſſumptionem ſequi-

sequitur. Reddidi Anglice: *Where therefore in the vast of man alone wouldst thou infer otherwise?* " VPTON. — Immo recte Wolfius: *cur vero in solo homine aliter sentis?* quod & Vptonus tenuit. Neque solicitandum fuit Graecum verbum. Pari modo II. 19, 2. ait, καθάπερ οἱ περὶ Κλεάνθην φέρεσθαι δοκοῦσι, *quae Cleanthis sententia fuisse videtur.* Et porsus, ut hic, cum praepos. ἐπὶ constructum id verbum habes apud Sext. Empir. Pyrrh. H. 100. ὁμοίως δὲ φερόμεθα καὶ ἐπὶ τοῦ ἀυτάρκους, ubi interpretantur, *eamdem viam tenemus;* poterant vertere, *idem sentimus, idem judicamus:* sic enim mox ipse ibid. sect. 162. τὰ παραπλήσια λέγομεν ἐπὶ τοῦ τηλαυγοῦς; quemadmodum h. l. praecessit, αὐτὸ ἐπὶ πάντων τῶν ἄλλων οὐ λέγεις. Apud Polyb. XXXVI. 3, 6. habes, πάντων φερομένων ἐπὶ τὸ πειθαρχεῖν τοῖς παραγγελλομένοις, *cum omnes eo inclinarent, in hanc sententiam irent, existimarent, parendum esse postulatis.* Atque eo minus mirari debemus istum usum hujus verbi φέρεσθαι, quod ipsum verbum οἴομαι, quod ex vulgatissimo sermonis usu nil aliud nisi *puto, sentio, existimo* significat, proprie ac sua origine idem quod φέρομαι valet.

Vers. 126. τοῦτο παράδοξον οὐκ ἔστιν; Sic ante Vptonum edd. omnes, consentientibus manuscriptis, cum interrogandi signo; ut sententia esse hujusmodi videri potuerit, *annon hoc praeter opinionem est?* Quam interrogandi rationem cum haud sane commodam h. l. esse intelligeret Vptonus, sustulit interrogationem, & in versione etiam positive verba ista in hunc modum expressit, *id non praeter opinionem est.* At quae sequuntur verba, Οὐδὲ τοῦτο, satis indicabant, praecessisse interrogationem. Quare alia ratione difficultatem illam levaturus Wolfius, interrogationem quidem expresserat, sed ita, ut importunam omitteret particulam negantem: *An, cum mansuetam esse dicimus hominis naturam, — — id admirabile est?* Cui adsentiens ego, alienam h. l. esse negationem, οὐκ ex οὖν esse detortum suspicatus eram; quae ipsa particula οὖν commodissime hic steterit, *idne igitur mirabile? idne igitur contra hominum fuerit opinionem?* Neque vero, in re non satis liquida, invitis libris, novare quidquam sum ausus; videndumque putavi, ne interrogatio illa, τοῦτο παράδοξον οὐκ ἔστιν; in hunc fortasse sensum accipi possit: *hoc sane, hoc saltem tu non dices contra opinionem esse?*

Vers.

Vers. 127. Πῶς οὖν. „Fortasse, Οὐδὲ τοῦτο. Τοῦτο πῶς οὖν, (scil. παράδοξόν ἐστιν) ὅτι &c.“ VPTON. — Nil opus videtur repetito isto pronomine.

Ibid. δεμόμενος. δεδόμενος pc. Vide ad vs. 119.

Ibid. δεμευόμενος. δεσμούμενος pa. Forsan δεσμούμενος debebat.

Ibid. οὐχὶ οὕτος. εἰ μὲν γενναῖος πάσχει. „Sic optime noster codex: sed cum desit particula εἰ in aliis libris, sententia turbatur.“ VPTON. — Opportune Vptoni codex: nostri nihil præstabant præsidii.

Vers. 128. ἀντίλεγωμεν τὰ ὁμολογημένα. „Vide initium hujus capitis.“ VPTON.

Vers. 129. οὔτε ποιὰ ἔχειν, ἢ πῶς ἔχοντα. „Decem fuerunt prædicamenta secundum Peripateticos: at secundum Stoicos quatuor, scil. ὑποκείμενα, ποιὰ, πῶς ἔχοντα, καὶ πρός τί πῶς ἔχοντα. Simplic. in Categ. Aristotelis.“ VPTON. — Vide Stanleii Hist. Philos. in Doctrina Stoicorum cap. 13 sqq. p. 572 sqq.

Vers. 130. ἡ κτῆσις ἀλλοτρία. ἐν οἷν τινι &c. Verba ista, ἡ κτῆσις ἀλλοτρία, quæ ignorabant olim editi, suo e cod. adjecit Vpt. cum quo facit noster pc. Mox οἷν pariter ex Vptoni codice est, quæ particula deest in nostris codd. et in superioribus editt.

Vers. 131. τὸ ἀνηθῆναι. Perperam olim vox μόνη hic repetebatur, sic, μόνη τὸ ἀνηθῆναι. Delevit importunum adsumentum Vptonus, sui codicis auctoritate, cui suffragatur noster pb. Quodsi quis omnino servatam ibi vocem μόνη cupiat, ea ratio ineunda erit, quæ est a SALMASIO commendata, ut, transpositis paulo ante verbis αὕτη μόνη, sic distinguatur oratio: αὕτη ἡ ὁδὸς ἐπ' ἐλευθερίαν ἄγει μόνη, αὕτη ἀπαλλαγὴ δουλείας μόνη, τὸ ἀνηθῆναι &c.

Ibid. Ἀγοῦ δέ μ', ὦ Ζεῦ. „Vide Enchir. c. 52.“ VPTON. — Pro Ἄγου, quod penacute vulgo scribebant editores inde a Genevensi, Ἀγοῦ restitui ex ed. Ven. et Bas. consentientibus pabc. Conf. ad II. 23, 42.

Vers. 132. εἰκέ μοι. Perperam εἶκέ μοι ed. Gen. & Col.

Ibid. ἄφας, σκέψωμαι. „Confer I. 2, 14.“ VPTON. — σκέψομαι legendum censuerat Salmas. præter rem.

Vers. 133. Τίνα οὖν ἤρεσκεν ὑμῖν; „Legendum ὑμῖν. Verba sunt Epicteti, Τίνα οὖν ἤρεσκεν ὑμῖν;“ VPTON. — Et ὑμῖν habet noster codex pc. & sic rursus

sus idem in fine hujus versus, τί ὑμῖν ἐφαίνετο, pro vulgato ἡμῖν. Neque tamen vulgatæ pœnituit scripturæ: nam & aliâs in hujusmodi quæstionibus prima persona plurali utitur Epictetus; significans, se cum Auditoribus quasi sociata opera philosophari solitum. Nisi ἡμῖν placuisset, non ὑμῖν erat dicturus, sed νοῖ in singulari.

Ibid. Post τὰ ἄδικα καὶ αἰσχρὰ, καλὸ videtur omissum tertium membrum, τὰ δ' ἄλλα οὐδέτερα. Suadet cum id quod præcedit vs. 132. tum quod sequitur vs. 135.

Ibid. ἀγεννῆς. Sic scripsi, ut aliâs, cum editis ante Vptonum, & cum nostro cod. pb. ἀγενὴς Vpt. cum quo nunc quidem faciunt pab.

Ibid. πολλαχοῦ τυράννου. τοῦ τυράννου pb. adjecto articulo; commode, quia de tyranno paullo ante jam sermo fuerat.

Vers. 134. Τί νῦν; οὐχὶ σκέπτῃ, οὐδ' ἔσχεψαι καὶ βεβούλευσαι. Olim verba hæc sic distinguebant, Τί νῦν; οὐχὶ σκέπτῃ; οὐδ' ἔσχεψαι, καὶ βεβούλευσαι; ed. Ven. Bas. Gen. & Col. Et sic fere codd. nostri pab. nisi quod post τί νῦν nullum punctum minus ponunt, non interrogandi signum. Posteriores vero editores, & in his Vptonus, post Τί νῦν nullam prorsus distinctionem adhibentes, sic legebant: Τί νῦν οὐχὶ σκέπτῃ, οὐδ' ἔσχεψαι καὶ βεβούλευσαι; At Wolfius, omissa initio dictionis negatione, sic vertit: *Quid ergo deliberas, ac non potius deliberasti & consideraſti?* Quam versionem tenens VPTONVS, hæc adnotavit: „Lego, Τί οὖν ἔτι σκέπτῃ, &c. Sic Anglice totam hanc sententiam vertendum duxi: *Why therefore are you ſtill inquiring, and have not abready inquired, and come to ſome reſolution? For, what ſort of inquiry ſhall I call it, to enquire, Whether it be fitting for a man, not to procure himſelf the greateſt evils, when 'tis in his power to procure the greateſt goods? A fine inquiry truly, very neceſſary, and deſerving the higheſt deliberation! Why doſt thou delude us? Know, Man, that ſuch inquiries, as theſe, are never made. Nor if you really imagined what was fair and honeſt to be Good, what was baſe and diſhoneſt to be Ill, and all other things to be indifferent, would you ever be at ſuch a ſtand, ſuch a puzzle as this? No, not near it: but by your inward and moral ſenſe you would be able to diſtinguiſh*

guiſh what was Good and Ill, as well as with your eye you diſtinguiſh colours. For when &c.[a] — Ego, in eamdem cum Vptono Wolfioque ſententiam, ſic conſtituendum hunc locum ſuſpicatus eram, Τί οὖν ἔτι σκέπτῃ, οὐχὶ δ' ἔσκεψαι. veſtigia codicis pc. reſpiciens, in quo, omiſſis quidem duobus verbis, ita ſcribitur Τί οὖν οὐχὶ δ' ἔσκεψαι καὶ βεβούλευσαι. Sed re iterum iteſumque expenſa, intellexiſſe mihi viſus ſum, nihil eſſe in verbis mutandum, diſtinctionem modo commodam adhibendam. Scripſi igitur: Τί οὖν; οὐχὶ σκέπτῃ, οὐδ' ἔσκεψαι καὶ βεβούλευσαι. Poſtrema hæc absque interrogatione. Ad quæſtionem auditori propoſitam, dicturusne eſſet in grattam tyranni ea quæ ipſum dedeceant? reſponderat, *ſe deliberaturum;* ἄφες σκέψωμαι. (vſ. 132.) Ad quæſtionem, conſiderarit-ne, quænam ſint bona, quæ mala, quæ indifferentia? reſponderat, *ſe conſideraſſe;* ἐσκεπτόμην. (ibid.) Ad hæc nunc regerit Philoſophus; primum, *falſum eſſe, quod ille dixit, ſe deliberaturum;* talis enim deliberatio (ſi modo recte conſideravit cognovitque, quid ſit bonum, quid malum, quid indifferens) inſtitui prorſus non poteſt, ut mox diſerte docet: alterum, *falſum eſſe quod dixit ille, ſe conſideraſſe quid ſit bonum* &c. nam, (ut vſ. ſq. docet) ſi illud perſpectum haberet, jam non deliberatione opus ei foret, primo intuitu rem eſſet judicaturus.

Verſ. 135. εἰ ταῖς ἀληθείαις καὶ μὲν δὴ φαντάζου τὰ αἰσχρὰ, ἀγαθὰ δὲ τὰ καλὰ, τὰ δ' ἄλλα οὐδέτερα. Corrupte & defecte locum hunc exhibent edd. omnes & mssti, hoc modo: εἰ ταῖς ἀληθείαις καλὰ μὲν φαντάζου τὰ αἰσχρὰ, τὰ δ' ἄλλα οὐδέτερα. Vbi VPTONVS: „Ex ipſo loci ſenſu legendum patet, Οὐδ' εἰ ταῖς ἀληθείαις τὰ καλὰ μὲν φαντάζου ἀγαθὰ, τὰ δ' αἰσχρὰ, κακὰ, τὰ δ' ἄλλα, οὐδέτερα· ἤλθες ἂν &c.“ — Ego in eamdem ſententiam ita concinnavi verba, ut indicare viſa ſunt veteris ſcripturæ veſtigia, quæ in libris ſuperſunt. Voces κακὸς & καλὸς, earumque conjugata, jam perſæpe confuſas inter ſe a librariis vidimus. De re conf. vſ. 132 ſq. tum notata ad vſ. 134.

Verſ. 136. τοῖς ἐναργῶς φαινομένοις παρακολουθεῖς· ἠκολούθεις pc.

Ibid. εἰ τὰ οὐδέτερα. Particulam εἰ inſerui, Wolfio parens. Vulgo omnes, πῶς οὖν νῦν σκέπτεσθαι λέγεις τὰ οὐδέτερα &c. Nec aliter mssti, niſi quod νῦν caret pc.

pc. WOLFIVS vero: „Lego εἰ vel πότερον τὰ οὐδέτερα.“

Vers. 137. *οὐδὲ ταῦτα.* Nempe τὸ ζῆν, τὸ ἀποθανεῖν, ἡ Φυλακή. de quibus supra dictum, vs. 133.

Ibid. οὐδ' ἐκεῖνα κακά. ἐκεῖνα, nempe λόγος ἀγενὴς καὶ ἄπιστος, *Φίλου προδοσία, κολακεία τυράννου.* Vocem *κακὰ*, qua carent editi omnes scriptique libri, ex conjectura adjeci, flagitante re ipsa & monente VPTONO: „Lego, *οὔτ' ἐκεῖνα κακά. Immo vero nequaquam habes hæc decreta: sed neque hæc tibi neutra videntur, at mala maxima; neque illa* (scil. λόγος ἀγενὴς &c.) *mala, sed nihil ad nos attinere.*

Vers. 138. *τὰ τῶν σχολαστικῶν καὶ τῶν μωρῶν.* „Vide ad I. 11, 39.“ VPTON. — Articulum *τῶν* ad *μωρῶν* non habet pc.

Vers. 139. *Οὕτως καταμαρτυρεῖται Φίλος ὑπὸ Φιλοσόφου.* Vulgo Οὗτος edd. & mssti. Est autem ad h. l. VPTONI hæc Adnotatio: „Omnino probo nostri codicis lectionem, *φιλόσοφος ὑπὸ Φιλοσόφου.* Et quid si pro οὗτος legas *οὕτως*, & sic in sequentibus? Hæc nempe spectare videntur, uti illa vs. 133. *Φίλου προδοσία*, ad quandam sui temporis historiam. Vide Tacit. Annal. lib. XVI. 32. & Histor. lib. IV. 10. de Egnatio Celere, a quo Bareas Soranus falso crimine circumventus erat. *Philosophus circumventus est a Philosopho:* ambo enim Stoicam disciplinam profitebantur. Juvenal. III. 116.

Stoicus occidit Baream, delator amicum,
discipulumque senex.

Eundem Egnatium innuit, Sat. I. 33.

— — *Post hunc magni delator amici.*“

— Hæc peropportune vir doctus. Sane dubitare vix licet, quin illud Egnatii flagitium hic respexerit Epictetus: & conveniunt fere verba Historici Romani ac nostri Philosophi. *κατηγορεῖται, falso testimonio circumventus*, Tacit. Histor. IV. 10. *Φίλου προδοσία, Φίλος καταμαρτυρεῖται, Egnatius proditor amici;* ibidem. *ἐκμισθοῖ ἑαυτὸν, emptus ad opprimendum amicum.* Tac. Annal. XVI. 32. Quod vulgatum οὗτος in *οὕτως* mutare Vptonus suasit, lubens & hic & in sequentibus, ubi ter *οὗτος* communi consensu legebant omnes, parui. Nam *οὗτος* hîc quidem nullo modo, deinde vero ægre ferri poterat: optime vero *οὕτως* quadrabat: *hoc modo*, scilicet, dum faciunt

faciunt ut tu facis; dum ſcholæ limen egreſſi, obliviſcuntur eorum, atque etiam rident ea, quæ ibi audiverunt aut etiam ipſi disputarunt. Quod vero ſuo e codice φιλόσοφος ſcribendum putavit idem interpres, pro φίλος, non probavi, quamquam cum Vptoni codice in hoc conſentit noſter pb. Non enim hoc tam mirum aut indignum, quod *philoſophus*, quam quod *amicus*, falſo teſtimonio ſit ab homine *Sapientiam profeſſo* circumventus.

Ibid. οὗτος παρασιτεῖ φιλόσοφος· οὗτος ἐπ' ἀργυρίῳ ἐκμισθοῖ ἑαυτόν. *&c.* Vtrobique οὗτος, pro οὕτως, dabant edd. & mssti omnes, ut modo monui. Præterea vero hoc modo diſtinguebant orationem: οὗτος παρασιτεῖ φιλόσοφος, οὗτος ἐπ' ἀργυρίῳ ἐκμισθοῖ ἑαυτὸν, οὗτος ἐν συγκλήτῳ. Τίς οὐ λέγει (Τίς οὐ θέλει Vpt.) τὰ φαινόμενα; ἔνδοθεν τὰ δόγματα αὐτοῦ βοᾷ. Quæ ſic converterunt Wolfius Vptonusque: *Hic, quamvis philoſophus, paraſitum agit: hic mercede locat ſuam operam: hic in curia verſatur. Quis non ea dicit quæ ſentit?* (Vpt. *Quis non vult ea quæ ſibi videntur?*) *intrinſecus decreta ejus clamant.* Ad eadem verba, hæc notavit VPTONVS: „Dele illud alterum οὗτος [nempe, quod eſt ante ἐν συγκλήτῳ]; bis enim per incuriam ſcripſiſſe videtur librarius; & ſic conjunge: Οὗτος ἐπ' ἀργυρίῳ ἐκμισθοῖ ἑαυτὸν ἐν συγκλήτῳ. *Ille mercede ſeſe elocat in Senatu.* Sic Romæ, everſæ jam libertate, fieri ſolebat. Dii meliora piis!" — Tum vero monuit idem Interpres, Τίς οὐ θέλει; ſuo e codice ſe ediviſſe, pro eo quod alii habebant, Τίς οὐ λέγει; — Noſtri libri a vett. editt. nil hic discedunt, neque variant quidquam, niſi quod pro Τίς, quod acute & interrogative alii ſcribunt, τὶς cum gravi accentu ſcribit codex pc. qui tamen & ipſe nihilo minus, quam cæteri, ante illa verba Τίς οὐ λέγει interpungit orationem poſt ἐν συγκλήτῳ. Ego hoc loco rurſus, ſicuti ſupra, vulgatum οὗτος in οὕτως mutavi; tum deleto poſt συγκλήτῳ puncto, & indefinito pronomine τις poſito pro interrogativo τίς, interrogandi ſignum poſt φαινόμενα commate permutavi. Pro θέλει vero, quod e ſuo cod. Vptonus adſciverat, λέγει reſtitui e ſuperioribus editionibus, cum quibus noſtri codices conſentiunt omnes. De verbis confer Adnot. proxime ſequentem. De re conſuluiſſe juvabit I. 2, 19 ſqq.

Verſ. 140. Σὺ ψυχρὸν — — ὑπολῃψείδιον, ἃ λέγων εἰκαίως ὡς ἐν τοιχῷ ἠρτημένον. *Tu frigida & miſera*

misera opiniuncula es, e vanis disputationibus velut e pilo suspensa. Superiores omnes editiones sic habebant: σὺ ψυχρὸν — — ὑπολῆψείδιον ἐκ λόγων εἶ, καὶ ὃν ὡς ἐκ τριχ. ἠρτημ. Vbi WOLFIVS adnotavit: „καὶ ὄν, genere neutro." — Et hoc ipsum καὶ ὂν habet noster codex pc. Reliqui duo cum editis consentiunt. Vberius ad h. l. commentatus VPTONVS est: „Hic locus, inquit, si quis alius, male se habet. Ipsum videamus: τίς σὺ θέλει (λέγει) τὰ Φαινόμενα; ἔνδοθεν τὰ δόγματα αὐτοῦ βοᾷ. Σὺ ψυχρὸν καὶ ταλαίπωρον ὑπολῆψείδιον ἐκ λόγων εἶ, καὶ ὃν (ὄν) [ὂν, puto, hic scribere voluerat] ὡς ἐκ τριχὸς ἠρτημένον.. ἀλλὰ ἰσχυρὸν καὶ χρηστικὸν, καὶ ὑπὸ τοῦ διὰ τῶν ἔργων γεγυμνάσθαι μεμνημένον (μεμνημένου) παραφύλαξον σαυτόν. Sic sese habet cum variis lectionibus. Τίς σὺ λέγει τὰ Φαινόμενα, vertit Wolfius, *Quis non ea dicit quæ sentit?* Vix vixque sane invenitur qui dicit quæ sentit. Malim itaque legere cum nostro codice, Τίς οὐ θέλει τὰ Φαινόμενα; *Quis non vult ea quæ sibi videntur?* i. e. voluntas dirigitur secundum visa speciesque rerum. Deinde dele periodum post βοᾷ. Ἔνδοθεν τὰ δόγματα αὐτοῦ βοᾷ, Σὺ ψυχρὸν &c. Corrupta quæ sequuntur. Pro καὶ ὄν, quid si ἐξ ὧν, & pro ἠρτημένον, ἠρτημένος, nisi referatur ad ὑπολῆψείδιον. *ex quibus tanquam de pilo suspensus es;* uti nervis alienis mobile lignum. Paulo post desunt nonnulla, non supplenda nisi ope codicum meliorum; forsan tamen legendum χρηστικὸν τῶν Φαντασιῶν, vel ταῖς Φαντασίαις; nam utroque modo legitur; vide Indicem in Φαντασία. Totus adeo hic locus sic mihi constituendus videtur: Τίς οὐ θέλει τὰ Φαινόμενα; ἔνδοθεν τὰ δόγματα αὐτοῦ βοᾷ, Σὺ ψυχρὸν καὶ ταλαίπωρον ὑπολῆψείδιον ἐκ λόγων εἶ, ἐξ ὧν ὡς ἐκ τριχὸς ἠρτημένος. * * * ἀλλὰ ἰσχυρὸν καὶ χρηστικὸν ταῖς Φαντασίαις, καὶ ὑπὸ τοῦ διὰ τῶν ἔργων γεγυμνάσθαι μεμνημένον, παραφύλαξον σαυτόν. *Quis non velit quæ apparent? intus decreta ejus clamant, Tu frigida & misella es opinio ex verbis conflatus, ex quibus tanquam de pilo suspensus.* * * * *sed firmum, & tanquam qui visis utaris, quique memineris in rebus exerceri, serva te ipsum.* Vbi plane ἐκ λόγων & διὰ τῶν ἔργων opponuntur. μεμνημένον magis placet legere cum cod. Basil. quam μεμνημένου cum cod. Ven. Omnino probo χρηστικὸν ταῖς Φαντασίαις, vide II. 23, 42." —

Haec Vptonus: quibus pro suo iudicio utatur doctus aequusque lector. Mihi multa aliter hic accipienda curandaque visa erant. De prioribus verbis dixi superiori Adnotatione; neque dubitandum mihi videtur, illa verba, τίς οὐ λέγει τὰ φαν. cum superioribus esse connectenda; neque video cur φίλει, quam λέγει, maluerit Vptonus. Adverbium ἔνδοθεν, pro ἔνδον, *intus* accipio, ut ille; sed ego *de schola* interpretor, (coll. vs. 142.) Vptonus *de pectore*; quo pertinet, quod idem verba ista, Σὺ ψυχρὸν &c. ad praecedens verbum βοᾷ refert, utique non sine specie veri: ac fateor equidem, non satis certum me esse, quam in partem ista, abrupte sic dicta, Σὺ ψυχρὸν &c. accipiam. Fuit quum cogitarem, interrogative fortasse accipienda: *Tune frigida opiniuncula es — —? Immo vero*, ἀλλὰ ἰσχυρὸν &c. Suspicabar quoque, pro Σὺ fortasse Οὐ legendum, Οὐ ψυχρὸν καὶ ταλ. ὑπολῃψ. ad quam negationem referretur deinde ἀλλὰ, adversativa particula, ἀλλὰ ἰσχυρὸν καὶ χρηστ. Sed cum tali initio orationis, Οὐ ψυχρὸν — — ὑπόληψείδιον, non bene convenire videbatur finis, qui ad illud referretur, παραφύλαξον σαυτόν. Quidquid sit, accipienda esse ista verba tamquam ab Epicteto ad auditorem dicta, intelligi videtur ex eis quae statim sequuntur proximo versu, Πῶς ἀκούεις &c. Tres vero voces εἶ καὶ ὄν non dubitavi in unum vocabulum εἰκαῖον contrahere. λόγοι εἰκαῖοι, opponuntur τοῖς ἔργοις *iunctque vana verba, vani sermones, vanae disputationes, vanae ratiuncula*e. Verbo εἶ, *es*, non opus est adjecto; facile illud subintelligitur. Quod autem ait, *opiniuncula velut e filo suspensa*, potest utique ad *mobilitatem* pertinere; quoniam, quod e pilo suspensum est, ad leviſſimam auram movetur: potest vero etiam *infirmitatem* significare, quia facillime rumpitur pilus, & corruit quod ab eo suspensum erat; quo pertinere videtur, quod e contrario commendat, ut *firmi* studeamus esse, ἰσχυρὸν παραφύλαξον σαυτόν. Eodem pertinet adjectum vocabulum ψυχρὸν, quod idem valet ac ἀσθενὲς & ἀνισχυρὸν, ut observatum est ad III. 15, 7. Pro ταλαίπωρον utique ἀταλαίπωρον videtur legendum, ut saepe aliàs; (vide supra ad vs. 108. & conf. ad III. 22, 51. & IV. 4, 4.) i. e. *ignava* opinio, *laboris impatiens, laboribus non exercitata*; cui opponitur ipsum illud διὰ τῶν ἔργων γεγυμνάσθαι. Quam in sententiam II. 16, 18. ait: Τί οὖν ἔτι θαυμάζομεν, εἰ

παρὶ

περὶ τὰς ὕλας τετρίμμεθα, (scil. μέχρι λόγων, ut ibi monuimus;) ἐν δὲ ταῖς ἐνεργείαις ταπεινοὶ, — ἀλλὰ ἀταλαίπωροι; Οὐ γὰρ μεμέληκεν ἡμῖν, οὐδὲ μελήσει μοι. Ad χρηστικὸν cave cum Vptone ταῖς φαντασίαις adjicias. Nihil enim in hoc laudis ineſt, χρηστικὸν εἶναι ταῖς φαντασίαις, quod hominibus omnibus commune eſt, peſſimis juxta cum optimis: omnes enim utuntur viſis, ſed alii recte, alii prave, alii ſecundum naturam, alii contra naturam. (Quod enim ad II. 23, 42. provocavit vir doctus, non ibi hoc in laude ponitur, χρηστικὸν eſſe ταῖς φαντασίαις, ſed χρηστικὸν κατὰ φύσιν.) Denique mireris, verbum μεμιγμένον reſpuiſſe eumdem Interpretem, quod & peraptum huic loco eſt, & quod unice agnoſcunt cum principe editione Veneta ſcripti libri omnes. μεμιγμένον, quod probavit ille, ſive temere prorſus & operarum errore, ſive parum felici editoris conſilio, editionem Baſileenſem occupavit, indeque in reliquas eſt propagatum. Cæterum de verbo παραφυλάττειν non debeo præterire, nusquam illud aliàs, ſi bene memini, apud Epictetum ſervandi, tuendi notione, qua illud h. l. cum aliis interpretibus accepimus, occurrere; ſed conſtanter obſervandi notione, velut III. 22, 97. Enchir. c. 38. & 48, 2. Quare ſuſpicari licebat, verba iſta παραφύλαξον σαυτὸν ad ſequentia fortaſſe ſpectare: obſerva te ipſum, quo pacto audias, &c. At ſic quidem præcedens tota oratio, inde a Ἐν ψυχρὸν, in ſuſpenſo fuerit, nihilque quo nitatur habebit. Itaque hac in parte nihil auſus ſum novare: & omnino, quamquam remedii nonnihil loco olim prorſus deſperato adtuliſſe mihi videor, tamen, perſanatum eum a me eſſe, minime mihi perſuaſi.

Verſ. 141. ὅτι σοῦ τὸ ἦλιον &c. „Vide ſupra, vſ. III.“ VPTON. — Et confer Enchiridii locum ibi citatum.

Verſ. 142. ἵνα τις ἐπιστὰς διατεινομένῳ σοι. „Vtitur Dio Pruſ. Orat. XIII. p. 222. de Socrate, διατεινόμενος ἐν ταῖς παλαίστραις· ubi interpres, *clamans atque contendens.* M. Anton. IV. 48. πόσοι δὲ φιλόσοφοι, περὶ θανάτου ἢ ἀθανασίας μυρία διατεινάμενοι. *Quot philoſophi, poſtquam de morte & immortalitate tam multa diſſeruiſſent.* Heſychius: Διατείνεσθαι· διαβεβαιοῦσθαι, φιλονεικεῖσθαι. Διατείνεται· ἀντιλογεῖται. Διατείνομαι, δρᾶσις. Sic ibi locus iſte legendus. Vnde ὑπερδιατείνεσθαι, *vehementer dicendo contendere*, utitur Lucianus in vita

Demonactis p. 457. [c. 7. Tom. II. ed. Wetsten. p. 498.] Οὐδέποτε γὰρ ἄφθη ἐκφαγὼς, ἢ ὑπερδιατεινόμενος, ἢ ἀγανακτῶν· οὐδ' εἰ ἀντιμῶν τῷ δέοι, ἀλλὰ (lego, οὐδ', εἰ ἀντιμῶν τῷ δέοι, ἀλλ' ἢ) τῶν μὲν ἁμαρτημάτων κατέγνω, τοῖς δὲ ἁμαρτάνουσι συνεγίνωσκε. *Neque unquam visus est* (Demonax) *vociferari, aut pervicacius contendere, aut indignari: nec, si quis esset reprehendendus, praterquam ipsa vitia reprehendebat, peccantibus vero ignoscebat.* " VPTON. — „Hanc vocem (διατείνεσθαι) Cicero videtur in animo habuisse Tusc. Disp. III. 27. p. 198. *Zeno contendere & magna voce dicere solebat.*" ROEM. *in Indice.* — Διατεινομένῳ μοι, cum Wolfio vertit Vptonus, *tibi acriter disserenti.* Rectius putavi, *acrem clamorem tollenti*, scil. præ ira.

Vers. 143. Ἥδιον ἀντιτῆναί τινι αὐτῶν συνουσιάζοντι. „Confer II. 8, 12 & 15." VPTON.

Ibid. πῶς τείνεται. „Lego πῶς διατείνεται, *quomodo disserit.*" IDEM. — Wolfius vertit, *quomodo se extenderet.* Satis esse existimavi, *quomodo contenderet.* Si mavis, pone, *quomodo in hoc intentus esset; quomodo totus in hoc esset:* nempe voluptate ut bruta bestia utitur, non ut hominem decet. conf. IV. 9, 5.

Ibid. ἵνα ἴδω. ἵνα εἴδω pc.

Vers. 144. μὲν οὖν ἡ ταῦτα. Plene ταῦτα scribere malui cum pb. quam ταῦτ', cum apostropho, ut vulgo scribebatur cum pac.

Vers. 145. Τίς γὰρ ἄλλος. „Sic noster codex: & sic scribitur in ora edit. Basil. Alii libri [scil. edd.] τί γὰρ ἄλλο." VPTON. — Recte τίς γὰρ ἄλλος codices etiam nostri pbc.

Ibid. αὐτοὶ ὑμεῖς. ὑμεῖς αὐτοὶ pc.

Ibid. οἱ τὸν κύριον τὸν μέγαν ἔχοντες. Cæsarem dicit. conf. vs. 12 sq.

Ibid. συνεστραμμένῳ βλέμματι. „Pro βλεμμ. habet noster codex νεύματι." VPTON. Sic & noster pc.

Ibid. οἱ τὰς γραίας θεραπεύοντες καὶ τοὺς γέροντας. „De Hæredipetis vide Horat. lib. II. Sat. 5. Cicer. Parad. 5. *Hæreditatis spes quid iniquitatis in serviendo non suscepit? quem nutum locupletis senis non observat? Loquitur ad voluntatem; quidquid denunciatum est, facit; assentatur, assidet; numerat, miratur. Quid harum est liberi? quid non denique servi, non inertis?* uti legit

legit Gataker. ad M. Anton. lib. VI. §. 59.⁴ VPTON. — Vulgo verba ista τοὺς γραίας &c. cum superioribus sic conjungebant editi & mssti, ἀποψυχόμενοι, τὰς γραίας θεραπεύοντας. Mihi haud dubie intercidisse visus est articulus οἱ, interceptus a præcedentis vocis terminatione: quem adjeci, paullo majori distinctione interposita post ἀποψυχόμενοι.

Vers. 146. Ἀπρυλλὰ μᾶ κεκώλυκε. Nomen occurrit apud Gruterum in Inscript. p. CCCXXIII. 2.

CAECILIAE. D. F. APRVLAE.
FLAM. DESIGNATAE.

Et p. DCCCCLV. 14.

D. M.
TVRRANNIAE. APRVLLAE
TVRRAN. DRACO. PATRO
NAE OPTIMAE
B. M.

VPTON. — Ἀπρύλλα μᾶ penacute edebatur cum pc. Sic & pa. in quo pro υ primum jota fuerat, in ypsilon dein mutatum. Antepenacute scripsi Ἀπρυλλᾶ cum pc.

Ibid. παρκιστὴν διδόναι. Vide supra ad vs. 113.

Vers. 147. ἅμα μὲν ἑρᾶν τὰ ἄμεινον, ἅμα δ' οὐκ ἐξευτυχεῖν ἀκολουθήσαι αὐτῷ. „Testis Medea. Vide I. 28, 7.

— — *Video meliora proboque;*
deteriora sequor.

Vide H. 17, 21. H. 15, 2 sqq. Ib. 18, 26.⁹ VPTON. — Loca citata valent ad declarandam vim verbi ἐξευτυχεῖν. Pro οὐκ ἐξευτυχεῖν. vero, habet οὐκ αὐτοκρατεῖν pc.

Ibid. συγγνώμης ἄξιον. Conf. I. 22, 21. II. 21, 7.

Ibid. ὑπό τινος βιαίου καὶ κρείττονος τινος θείου. „Haud aliter Diotima, ubi sermo περὶ τῶν ἀφροδισίων, apud Platonem in Sympos. p. 206. edit. Steph. ἔστι δὲ τοῦτο θεῖον τὸ πρᾶγμα.“ VPTON.

Vers. 148. ἐκείνας ἀπομύασσοντος. *Quis te ferat, illas emungentem?* Satis dictum; ac fortasse rectius hoc, quam quod pc. habet, ἀπομάσσοντος, quod ipsum tamen & Wolfius in animo habuisse videtur, *extergentem* vertens.

Ibid. τοὺς ἐντροὺς διακριθέντος. „Lego ἀνακριθέντος." WOLFIVS. — Forte διακυκληθέντος scripsit, sicut διαφωνῆν & διαφυσᾶν usurpavit Polybius.

Ibid. τὰς χεῖρας τῶν ἀλλοτρίων δούλων κατασφιλᾶς. „Spectant haec ad Imperatorum libertos, per quos omnia fiebant in aula Romana." VPTON. Pro κατασφιλᾶς miro errore κατὰ κεφαλῆς habet pb.

Vers. 149. στρατηγῶν. „*Praetor.*" VPTON. — Recte; nempe in contexta versionis *Imperator* posuerat cum Wolfio.

Vers. 150. διὰ Φιλιππίνα. „Vide ad I. 19, 17." VPTON. — Perperam Φιλιππίνα edit. vett. cum pabc. Correxit editor anon. Lond.

Ibid. ἀνασχόμενον. ἀνασχόμενος scribere jusserat Wolfius, nescio quid spectans. Sane verbum *Ille* accusativum postulabat, quem dant libri omnes.

Ibid. καὶ τετυφωμένος, *& fastu tumidus.* καὶ τεθυφλωμένος edebant omnes, id est, *occaecatus.* Vbi: „Fortasse τετυφωμένος." WOLFIVS. — „Atque ita malit Gatakerus, ad M. Anton. X. 19." VPTON. — Et ego jam τετυφωμ. correxeram, cum hoc ipsum in nostro pc. scriptum inveni: sane multo credibilius est, hoc in illud esse a librariis nonnullis detortum, quam vicissim. Dixi de hoc verbo ad Polyb. III. 81, 1.

Vers. 151. Σὺ οὖν, φησὶν. *Tu ergo*, Epictete, *dicat aliquis.* „Φησὶν, opponendi formula: vide ad I. 4, 9. Respondet Epictetus, Θέλω &c.

Ibid. καὶ τοι μηδ' ὀλόκληρον ἔχων. „Claudicationem suam innuit; uti I. 8, 14. I. 16, 20. & alibi." VPTON.

Vers. 152. οὐ γὰρ ἦν. *Non enim erat*, scil. ex ingenuis natus. Vide, ne ab imperito homine temere sint haec adfuta. Numularius fuit Diogenis pater: ac sunt quidem, qui ob adulteratae monetae crimen in vinculis mortuum tradant: (vide Laërt. VI. 21.) at, servitutem serviisse eum, nemo commemorat; & ipse Epictetus mox vs. 157. significare videtur, *ex ingenuis natum esse Diogenem.*

Vers. 153. πάντα εὔλυτα εἶχε, πάντα μόνα προσηρτημένα. „*Omnia habebat tantum appensa, non adstricta.* Vide Gatak. ad M. Anton. III. 5." VPTON.

Ibid. εἰ τοῦ σκέλους, τὸ σκέλος· εἰ ὅλου τοῦ σωμ. Ante Vptonum corrupte sic edebatur: εἰ τοῦ σκέλους· ὡς ὅλου

ὅλου τοῦ σώμ. Vbi: „Videtur legendum, ἢ ὅλου τοῦ σωματίου· τὸ σκέλος, ὅλον τὸ σωμάτιον.“ WOLFIVS. — „At melius restituit locum noster codex, inserendo τὸ σκέλος, al.“ VPTON. — Eodem modo noster pb. atque ita ex conjectura jam corrigendum hunc locum viderat Salmasius. Eamdem lacunam cum vulgatis habent pac. Et praeterea pc. pro. εἰ τοῦ σκέλους, scribit καὶ τοῦ σκέλους.

Ibid. οἰκείους, φίλους, πατρίδα, ὡσαύτως. ᾤδει γὰρ πόθεν ἔχει &c. Perperam olim, omissa particula γὰρ, sic distinguebant verba: οἰκείους, φίλους, πατρίδα. ὡσαύτως ᾤδει, πόθεν ἔχει &c. ed. Ven. Bas. Gen. Col. οἰκ. φιλ. πατρίδα, ὡσαύτως. ᾤδει, πόθεν ἔχει &c. ed. Cant. & Lond. Pro ὡσαύτως Wolfius ὁ αὐτὸς fortassis legendum existimaverat. Vptonus, suum codicem sequens, cui noster pb. adsentitur, ὡσαύτως ad superiora retulit, & γὰρ conjunctionem post ᾤδει inserit.

Vers. 154. τοὺς μέν γ' ἀληθ. Restitui particulam μὲν, temere omissam primum in ed. Gen. & inde in posterioribus omnibus.

Ibid. οὐδέποτ' ἄν. Sic edidit Vpt. suo e cod. cum quo facit pb. Cæteri omnes οὐδὲ πώποτ' ἄν.

Vers. 155. Οὐ γὰρ ἐζήτει, πότε δόξει τι ποιεῖν ὑπὲρ τῶν ὅλων. „Corruptus haud dubie locus. Vertit Wolfius: *Neque enim quærebat, quando aliquid pro universitate rerum faciendum esset.* Sed hoc est contra mentem Epicteti. Vertit Schegkius: *Non enim solitus fuit aucupari famam, qua plerisque pro republica feciſſe aliquid videretur opinionis potius causſa quam virtutis.* Plane existimabat Schegkius, locum esse corruptum; qui sic ex Marco Anton. VII. 73. emendari possit. Stultorum est, inquit ille, τὸ δόξαι εὖ ποιοῦντα, *existimationem quærere benefaciendi.* Idem, VIII. 1, τὸ μὲν, τί δόξεις, ἄφες. *Mitte istud, quid videaris.* In hoc Epicteti loco lego itaque: Οὐ γὰρ ἐζήτει πότε [ποτὲ voluerat scribere] τὸ δόξαι τι ποιεῖν ὑπὲρ τῶν ὅλων. *Non enim quærebat unquam existimationem quærere, ſe facere aliquid pro universitate.* Esse, quam videri, bonus malebat; ut Salustius de Catone. Aeschylus:

Οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει.

Sic & Epictetus supra, III. 24, 50. Καλὸς καὶ ἀγαθὸς οὐδὲν ποιεῖ τοῦ δόξαι ἕνεκα, ἀλλὰ τοῦ πεπραχθαι κα-

λῶς. Noſter autem codex, pro ὑπὲρ τῶν ὅλων, habet ὑπὲρ τῶν ἄλλων: ſed non placet. " VPTON. — ὑπὲρ τῶν ἄλλων, pro ὑπὲρ τῶν ὅλων, habet cum Vptoni codice noſter etiam pb. quam ſcripturam præciſe damnare equidem non auſim. Cæterum in illis verbis, ἑξῆς τε, πότε δόξει τι &c. quæ tenent mſti omnes cum editis, (nam in ſola ed. Baſ. ποτὲ, pro πότε, ſcribitur operarum errore) eadem ſententia ineſſe videtur quam Vptonus volebat; quamquam πῶς δόξει τι fortaſſe malles quam πότε. Meibomius quidem δόξει in δόξαι mutandum cenſuerat; ſed nulla urgente neceſſitate. Ad rem quod ſpectat, confer IV. 8, 23. Quod ſequitur, πᾶν τὸ γενόμενον ἐκεῖθέν ἐστι, id quo pertineat, haud ſatis liquido patet. Putares, ἐκεῖθεν idem valere ac παρὰ τῶν Θεῶν, ut IV. 3, 12. & paſſim alibi. At nunc non tam loquitur de his quæ a Deo, quam quæ ab homine geruntur, & a Deo præcipiuntur, ut cum ex præcedentibus, tum e ſequentibus ſatis patet; quod ipſum paulo obſcuriorem reddit horum verborum ſententiam, quæ talis fere videtur eſſe, *omnia ad Deum & ad ejus voluntatem eſſe referenda:* quo & pertinet quod deinde vſ. 158. ait, ἐ νόμος καὶ πάντα ἐστί. Tum vulgo ſequebantur hæc verba, καὶ ὑπ' ἐκείνης πράττεται, quæ haud dubie corrupta erant. Quid enim eſt hoc, *quid-quid fieret, ab illa patria geri?* Vel invitis libris noſtris omnibus, ὑπὲρ ἐκείνης correxi, *pro illa* (vera ac cœleſti) *patria geri*, de qua paulo ante dictum. Refertur hoc ad id quod modo dixerat, ὑπερπετόμενον ἐν τῇ πατρίδι.

Verſ. 156. καὶ τῷ Περσῶν βασιλεῖ καὶ τῶν Περσ. βασ. pc. minus recte.

Ibid. τῷ Λακεδαιμονίων. Sic edd. cum pa. rectius quam quod pc. habet, τῶν Λακεδαιμονίων. Ferri poterat quod eſt in ph. τῷ Λακεδαιμονίῳ.

Ibid. διὰ τὸ ἐκ δούλων εἶναι. Corrupte καὶ τὸ ἐκ δούλων εἶναι dabant editt. vett. cum noſtris mſtis. Vbi cum WOLFIVS monuiſſet: „Lego διὰ τὸ." — in contextum hoc, abjecta καὶ particula, primus recepit editor Cantabrigienſis. — „Recte; (inquit VPTONVS) & ſic noſter codex. Sed lege interrogative, & verte: *Num omnes Athenienſes, omnes Lacedæmonii, & Corinthii, idcirco non paterentur cum iis colloqui ut vellent, ſed timebant eos, qui ipſi* (nempe Athenienſes &c.) *e ſervis*

ausim. Cæterum si quid hoc loco e margine in contextum irrepsit, videndum est, ne ipsa ista verba οἱ Γαλιλαῖοι, cum pro scholio ad oram a nonnemine fuissent adscripta, ab alio deinde ipsi contextui sint inserta.

Ibid. καὶ ἀποδείξεως. ὑπὸ λόγου δὲ καὶ μαθήσεως pa. in contextu; sed idem in ora, γρ. ἀποδείξεως.

Ibid. τὸν κόσμον ὅλον μὲν ἀνώλυτον. „Confer infra, vs. 27. & M. Anton. VII. 9." VPTON.

Ibid. τῶν ὅλων. In pc. primum τῶν ἄλλων fuerat, sed correctum ὅλων.

Vers. 7. Τὰ μὲν οὖν ἄλλα τοιαῦτα. Possis e superioribus μέρη intelligere; sed rectius ex eis, quæ mox sequuntur, ζῶα intelliges.

Ibid. τούτων ἀπαλλάττων. τοῦτον ἀπαλλάττων pc.

Ibid. ὅτι τὸ μέρος ἐστὶ. Caret τὸ pc. „Confer II. 5, 13 & 25. II. 10, 3. Sic M. Anton. II. 3 sq. X. 6. Persius, III. 71.

— — — *Quem te Deus esse*
Jussit, & humanâ qua parte locatus es in re."
VPTON.

Ibid. τὰ μέρη τοῖς ὅλοις εἶναι. Perperam ἦναι pbc. sed in pb. εἶναι superne scriptum. In pa. etiam εἶναι, quod hodie ibi legitur, ex ἦναι refictum videtur. De re — „Vide ad I. 12, 16. & ad I. 14, 2. Nota interea, 1. ὅτι μέρος. 2. τοῖόν τι μέρος, 3. ὅτι τὰ μέρη τοῖς ὅλοις εἶναι ἔχει καλῶς." VPTON

Vers. 8. ὁρᾷς, διότι τῶν περὶ αὐτό. Restitui διότι e superioribus editt. quibuscum consentiunt codd. pac. Tacite illud in ὅτι mutaverat Vptonus, suum fortasse codicem secutus; certe sic & habet noster pb. Conf. ad I. 7, 6. & loca ibi citata.

Ibid. ἐπ' ἄλλοις. Perperam ἐπ' ἄλλα pa.

Vers. 9. τὸ ἀγαθὸν τὸ αὐτοῦ. Sic edd. vett. cum pa. τὸ αὐτοῦ ed. Vpt. cum anon. Lond. τὸ ἀγαθὸν ἑαυτοῦ pb.

Ibid. καὶ τὸ συμφέρον. Articulum τὸ, qui aberat vulgo, tacite hîc adjecit Vptonus, commode vero, & e suo puto codice, cum quo convenit noster pb.

Ibid. καὶ ἐφ' ἑαυτῷ. Sic pac. cum editis. ἐφ' αὑτῷ pb.

omnes scriptique ἀλλοτρίαν πατρίδα habebant: ego vero SALMASIO obsecutus sum, monenti ἀλλότρια esse scribendum, & ad superiora hoc referendum.

Vers. 160. στρατεύσασθαι ἐκέτ' ἔδει. „Militavit Socrates ad Amphipolim, Potidæam, ac Delium. Vide Plat. in Apol. Ἐγὼ οὖν δεινὰ ἂν εἶχον εἰργασμένος, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εἰ, ὅτε μέν με οἱ ἄρχοντες ἔστησαν, οὓς ὑμεῖς εἵλεσθε ἄρχειν μου, καὶ ἐν Ποτιδαίᾳ, καὶ ἐν Ἀμφιπόλει, καὶ ἐπὶ Δηλίῳ &c. Simplic. in Ench. c. 91. Σωκράτης ἐν τῇ ἐπὶ Δηλίῳ μάχῃ τὰ ἀριστεῖα ἔλαβε. De militia ad Potidæam vide Plat. in Sympos. Aelian. III. 17. Meminit militiæ ad Amphipolim Lucianus, in Parasito: [c. 43. T. II. p. 867.] Μόνος δὲ τολμήσας ἐξελθεῖν εἰς τὴν ἐν τῇ πόλει (lege Ἀμφιπόλει, excidit dimidium vocis) μάχην ὁ σοφὸς αὐτῶν Σωκράτης. „ VPTOS.

Ibid. ἐκινδύνευεν. Restitui hoc ex ed. Ven. & Bas. cum quibus consentiunt codd. pal. Casu potius, quam certo consilio, ἐκινδύνευσεν intravit in edit. Gen. indeque in reliquas est propagatum; quod ipsum tamen agnoscit & noster cod. pc. Præferendum vero putavi imperfectum quod vocant præteritum, quia non agitur de eo quod semel factum est, sed repetitis vicibus, quoties res postulabat.

Ibid. ἐπὶ Λέοντα δ' ὑπὸ τῶν τριάκοντα πεμφθεὶς &c. „Critias & XXX tyranni Socrati in mandatis dabant, ut Salaminiam proficisceretur, ad Leontem Athenas deducendum: non tamen imperio tyrannorum paruit Socrates, sed Athenis remansit. Rem narrat Plato in Apol. & Laërt. lib. II. 24. Meminit M. Anton. VII. 66. Πόθεν ἴσμεν, εἰ τηλαυγὴς (Τηλαυγοῦς, vide Menag. ad Laërt. II. 61.) Σωκράτης καὶ (lege κακὸς) διάθεσιν πρέσεων ἦν; οὐ γὰρ ἀρκεῖ, εἰ Σωκράτης ἐνδοξότερον ἀπέθανεν, — — καὶ τὸν Σαλαμίνιον κελευσθεὶς ἄγειν, γενναιότερον ἔδοξεν ἀντιβῆναι. *Vale scimus, an Socrates, quod ad animi dispositionem attinet, Telauge melior fuerit? neque enim satis est, Socratem morte gloriosiore occubuisse, — — & Salaminium illum adducere jussum, malle generosius repugnasse.* „ VPTON.

Ibid. οὐδ' ἀνεβουλεύσατο. Sic edd. vett. consentientibus mestis; tum ἀνεβουλεύσατο ed. Cantab. errore operarum, in editionem Lond. anon. & Vpt. propagato. VPTONVS vero in Notis, verba contextus sic repetens,

ori

ὅτι αἰσχρὸν ἡγεῖτο, οὐδ' ἐπεβουλεύσατο, haec adscripsit: „*Quia id turpe ducebat, ne quidem deliberavit.* Recte, & ut philosophum decebat. Vide I. 2, 14.“ Miratus ego insolitum verbum ἐπεβουλεύσατο, ista notione, *deliberavit*, suspicabar, ἔτι ἐβουλεύσατο legendum, quum facillime fieri potuerit, ut ΕΤΙ in ΕΠ permutaretur, conf. Adn. ad II. 17, 26. Sed quandoquidem & apud Thucyd. III. 20. (quod etiam H. Stephanus in Thes. adnotavit) ἐπιβουλεύουσι pro simplici verbo βουλεύουσι usurpatum videtur, & apud Xenophontem in Cyropæd. I. 4, 13. haud dubie ἐπιβουλεύσας idem valet ac βουλεύσας vel βουλευσάμενος, *re deliberata, inito consilio*; (quibus alia similia addi possunt exempla;) pari ratione & ab Epicteto verbum ἐπεβουλεύσατο pro simplici ἐβουλεύσατο usurpari potuisse judicavi, adeoque mutare vulgatum non sum ausus.

Vers. 162. ὅτ' ἀπολογεῖσθαι ἔδει. „Cic. Tusc. Disp. I. 29. *His & talibus rationibus adductus Socrates nec patronum quaesivit ad judicium capitis, nec judicibus supplex fuit; adhibuitque liberam contumaciam, a magnitudine animi ductam, non a superbia; & supremo vitae die de hoc ipso multa disseruit; & paucis ante diebus, cum facile posset educi e custodia, noluit; & cum paene in manu jam mortiferum illud teneret poculum, locutus ita est, ut non ad mortem tradi, verum in coelum videretur ascendere.*“ VPTON.

Ibid. ἀλλ' ὡς μόνος. Verba haec ignorant edd. omnes. Notavit vero ad verba μή τι ὡς γυναῖκα; VPTONVS: „Addit noster codex ἀλλ' ὡς μόνος. Lege itaque, μή τι ὡς γυναῖκα; Οὔ· ἀλλ' ὡς μόνος.“ — Et noster pc. eadem verba habet quae Vptoni codex, quae haud dubie adjicere debui. Negativa autem particula in simili connexione nil opus esse diserte expressa, cum aliàs monui, tum supra ad vs. 116. Quod ὡς μόνος nunc dicit, supra ἄνδρα ἀπερίστατον dixerat, vs. 159.

Vers. 163. ὅτι, Ἐξελθε δὴ τὰ παιδία· τί λέγει; Δρμαῖον ἡγεῖτο αὐτό; „Sic optime noster codex. In caeteris libris [nonnisi in editis] locus mire turbatur. Sed monui supra ad IV. 1, 16. Respicit autem ad Platonis Critonem Epictetus, ubi Crito variis argumentis agit, ut se e carcere eripi patiatur Socrates.“ VPTON. — De perturbatione, quae olim in edd. hic obtinebat, addo quae dicta sunt ad III. 26, 33. Hoc loco corrupte διὰ τοῦ

τοῦ παιδίκ legebatur in ed. Ven. Bas. Gen. Col. quod in διὰ τὰ παιδία recte mutavit editor Cant. neque aliter dant pabc. cum Vptoni codice. Cæterum continuo tenore recte omnia dehinc fluunt in codicibus noſtris, ut in Vptoni libro. In ſuperioribus vero editionibus, poſtquam tota præcedens oratio perperam ex hoc capite primo libri quarti, in medium caput 26. libri tertii eſſe translocata, nunc ſic legebatur: διὰ τοῦ (alii τὸ) παιδίκ, ἀναγκαῖα, ὧν ἔστιν ἀσχιστον (alii ἀδίσχιστον) εἶναι δοκεῖ &c. quorum verborum primum illud, ἀδίσχιστα, repetitum eſt ex eodem loco, III. 26, 33. ubi hæc ineptire cœperunt; reliqua ſunt ea ipſa, quæ eodem loco continuo ſequi debebant, quæque in noſtra editione atque in Vptoniana ibi continuo ſequuntur. WOLFIVS, male hæc cohærere intelligens, διὰ τοῦ παιδίου ἀναγκαῖα, adnotaverat ad hæc verba: „Mutilus locus, ſic fortaſſe reſtituendus: διὰ τὸ παιδία ἔχειν ταναγκαῖα." — Tum vero in eisdem veteribus editionibus verba iſta, τί λέγει; ἔρμωνα ἤγειτο &c. proxime ſequebantur poſt illa, οὐ δούλου; οὐκ ἀλλοτρίου; quæ habemus vſ. 16. hujus capitis; ubi rurſus ſentiens eas turbas idem WOLFIVS, parum utique aberat ut & cauſſam & remedium earum turbarum intelligeret. Ad illa enim verba, τί λέγει; ἔρμωνα ἤγειτο αὐτὸ; hæc adnotavit: „Apparet complura deeſſe. Nec enim hæc cum iis conſentiunt, quæ præcedunt. Apparet de Socratis conſtantia & voluntaria morte aliquid fuiſſe dictum, cum fugere liceret. Supra etiam idem de Socrate locus mutilus fuit, ὅτι ἔξελθε διὰ τοῦ παιδίκ ἀναγκαῖα ὧν. ἀδίσχιστον, &c. Sententia ex Critone Platonis utcunque reſtitui poteſt." —

Ibid. τὰ δ' ἄλλα οὐδ' ὁρᾷ. Sic ſcripſi cum noſtro pc. τἄλλα δ' οὐχ ὁρᾷ edd. cum pab.

Ibid. οὐ γὰρ ἤθελε, φησὶ. „Malim ἤθελον. Verba ſunt Socratis in Critone Platonis: ᾧ εἰ μὴ ἀκολουθήσομεν, διαφθαροῦμεν ἐκεῖνο καὶ λωβησόμεθα, ὃ τῷ μὲν δικαίῳ βέλτιον ἐγίγνετο, τῷ δὲ ἀδίκῳ ἀπώλλυτο. Et paulo poſt: ἀλλὰ μετ' ἐκείνου ἆρα ἐστὶν ἡμῖν βιωτὸν διαφθαρμένου, ᾧ [ὃ legg] τὸ ἄδικον μὲν λωβᾶται, τὸ δὲ δίκαιον ὀλίγησιν;" VPTON. — Plat. Criton. c. 7 ſq. p. 135. ed. Forſt. Quod ἤθελον maluit Vptonus, ſpeciem habet; & majorem etiam veri ſpeciem nanciſcebatur eo, quod ἤθελεν, cum ν in fine, quamquam ante conſonantem, ſcribebatur vulgo in editis; ſed in ἤθελε absque ν con-

ν consentiunt tres nostri Parisini codices, & id ipsum facile ferendum.

Vers. 164. ὁ μὴ ἐπιψηφίσας, Ἀθηναίων κελευόντων, „*Socrates non calculum fert, jubentibus Atheniensibus.* Xenophon libro primo Ἑλληνικῶν scribit, duces Atheniensium, quum prælio navali commisso cæsos atque interfectos non collegissent propter fluctus & tempestatem, adeoque solenni sepultura non humassent, factum fuisse decretum, ut omnes supremo afficerentur supplicio. Id iniquum visum Socrati quum fuisset, solus calculum, quo damnaret eos suffragatione sua, ferre noluit. Sic enim Xenophon scribit: Οἱ δὲ πρυτάνεις ἐβλήθησαν, ὑμολόγουν πάντας πρόσθήσειν, [immo προθήσειν recte edd. scil. τὴν ἐπιψήφισιν τῷ δήμῳ] πλὴν Σωκράτους, τοῦ Σωφρονίσκου. οὗτος δ' οὐκ, ἔφη· ἀλλ' ἢ κατὰ νόμον ποιήσειν. Istud in præsentia vult intelligi Arrianus." SCHEGKIVS.

„De hac re vide Xenoph. lib. I. Histor. Græc. in extremo, & Plat. in Apologia. Eandem historiam tangit Xenoph. in lib. I. Ἀπομνημ. [c. 1. §. 18.] sed locus mihi a glossemate laborare videtur. Βουλεύσας γάρ ποτε, καὶ τὸν βουλευτικὸν ὅρκον ὀμόσας, ἐν ᾧ ἦν κατὰ τοὺς νόμους βουλεύσειν, ἐπιστάτης ἐν τῷ δήμῳ γενόμενος, ἀναδυμήσαντος τοῦ δήμου παρὰ τοὺς νόμους ἐννέα στρατηγοὺς μιᾷ ψήφῳ (τοὺς ἀμφὶ Θρασύλλον καὶ Ἐρασινίδην) ἀποκτεῖναι πάντας, οὐκ ἠθέλησεν ἐπιψηφίσαι, ὀργιζομένου μὲν αὐτῷ τοῦ δήμου, πολλῶν δὲ καὶ δυνατῶν ἀπειλούντων· ἀλλὰ περὶ μὲν πλείονος ἐποιήσατο ἐπορκῆσαι, ἢ χαρίσασθαι τῷ δήμῳ παρὰ τὸ δίκαιον, καὶ φυλάξασθαι τοὺς ἀπειλοῦντας. *Nam cum olim esset Senator, & se sacramento senatorio obligasset, in quo sacramento hoc inserebatur, nempe ut secundum leges suffragium ferret, præfes populi factus, populo petente contra leges novem prætores* (nempe Thrasyllum & Erasinidem &c.) *omnes uno calculo morte multari, calculum suum noluit adjungere; quumque populus ei succenseret, multique potentes minarentur; nihilominus pluris fecit sancte jurare, quam gratificari populo contra jus & fas, aliorumque minas evitare.* Verba, quæ uncinis inclusi, ex margine desumpta sunt: duo tantum e novem ducibus ad oram annotavit interpres aliquis, quorum ducum nomina refert Xenoph. in Græc. Histor. lib. I. c. 7. Postea librarius pro ofcitatione sua in contextum recepit." VPTON. — Verbum ἐπιψηφίζειν in hac historia non (ut Vptonus

Vptonus cum Wolfio Schegkioque accepit) esse *sententias populi comprobare, calculum suum adjungere*, sed *rogare sententias, in suffragia mittere populum*, jam pridem ad Xenoph. Memorab. I. c. monuerunt interpretes; ibidemque verba ab Vptono damnata, quæ & Valkenario suspecta fuerant, defenderunt Ernestus atque Zeunius. In Indice notionem istam verbi ἐπιψηφίζω ipse etiam Vptonus agnovit, quæ pariter obtinet II, 12, 5. & II. 26, 6.

Ibid. ὁ τοὺς τυράννους ὑπεριδών. „Vide ad II. 13, 24." VPTON.

Vers. 166. εἰ μὲν εἰς Θετταλίαν ἀπῆμεν. Socrates apud Plat. in Crit. c. 15. p. 152. edit. Forsteri.

Vers. 167. κατακεφιλοσοφήσαμεν. κατακεφιλοσοφήσαμεν pc.

Ibid. ὅτι τοὺς ἀδικοῦντας δεῖ τοῖς ἴσοις ἀμύνεσθαι. „Respicit ad Critonem Platonis p. 49. edit. Steph. ubi probat Socrates, malum malo non licere rependere. Idem in Gorgia ait: Εἰ ἀναγκαῖον εἴη ἀδικεῖν ἢ ἀδικεῖσθαι, ἑλοίμην ἂν μᾶλλον ἀδικεῖσθαι ἢ ἀδικεῖν." VPTON.

Ibid. πολλοῖς ἀνθρώποις. πᾶσιν ἀνθρώποις pc.

Ibid. εἰ γὰρ ἔδει διὰ τριόγλης ἐκδύντας, ἐξήλθομεν ἄν. „Istud γὰρ plane otiosum est: scribe itaque, εἰ γ' ἔδει. Et forsan ἐκδύντας. Vel ita verba disponas, ἐξελθόμεν ἄν, εἰ γ' ἔδει ἐξελθεῖν ἐκδύντας διὰ τριόγλης." VPTON. Commodum utique foret εἰ γ' ἔδει, pro εἰ γὰρ ἔδει, ut talis intelligeretur orationis connexio: αὐθὶς ἂν κατεφιλοσοφήσαμεν — — καὶ (προσθέντες ὅτι — — οὐδενί·) εἰ γ' ἔδει διὰ τριόγλης ἐκδύντας, ἐξήλθομεν ἄν. Quo pertinet quod post οὐδενί· pro majori puncto, quod ibi superiores editiones ponunt, minus punctum Vptonus habet, præeunte anonymo Londinensi. Sed possunt fortasse etiam verba ista καὶ προσθέντες absque sequenti verbo finito stare, & cum initio hujus versus ita cohærere, ut, quoniam ibi post κατεφιλοσοφήσαμεν intelligitur λέγοντες ὅτι τοὺς ἀδικ. nunc sequatur καὶ προσθέντες, *atque etiam adjicientes*. Quo posito, non male forsan habebit, εἰ γὰρ ἔδει &c. Accusativum vero ἐκδύντας nullo modo solicitare Vptonus debebat. Nihil frequentius isto genere constructionis, quod ellipticum esse adparet, & tali modo intelligendum, εἰ γὰρ ἔδει διὰ τριόγλης ἐκδύντας ἐξελθεῖν, διὰ τριόγλης ἐξήλθομεν ἄν.

ἄν. Cæterum pro hoc ipso ἐξήλθομεν, quod recte dederunt codices noſtri tres, male ἐξέλθωμεν cum in contextu ſcripſit Vptonus, tum in Notis repetiit. Scilicet corrupte in ed. Ven. & Baſ. ἐξέλθομεν erat ſcriptum: id quum in ἐξήλθομεν, unde corruptum erat, mutari debuiſſet, in ἐξέλθωμεν parum feliciter mutavit editor Genevenſis; inde in reliquas editiones propagata iſta ſcriptura.

Verſ. 168. Καὶ πῶς ἂν ὠφελήσαιμέν τινα; ποῦ γὰρ ἂν ἔτι ἔμενον ἐκεῖνοι; ἢ εἰ ὄνηες ἦμεν ὠφέλιμοι, &c. Nihil in his verbis variant libri; niſi quod εἰ οἱ ὄνηες (abſque ἢ) dant vett. edd. cum pac. pro quo Vptonus, deleto articulo, εἰ ὄνηες edidit, ſuum codicem ſecutus, cui noſter pb. ſuffragatur. Ego vero SALMASIVM probavi, pro olim vulgato εἰ οἱ ὄνηες ſcribendum ἢ εἰ ὄνηες monentem: ſic enim perſæpe η & ει; rurſusque ει & οι, inter ſe permutare ſolent noſtri librarii; & per iſtam particulam ἢ commodiſſime, & ex conſueta Epicteti more, connectitur oratio. *Et quo pacto*, ait, (ſi turpi fuga ſalutem quæſiſſemus) *juviſſemus aliquem? Vbi enim manſiſſent illi?* (ſcilicet *multi illi*, quibus profuturos nos dicebamus.) *itaut, ſi vivi fuiſſemus utiles, nonne multo magis* &c. Cæterum in his eisdem verbis, εἰ ὄνηες & quæ ſequuntur, nihil difficultatis ineſt. Opponuntur ὄνηες & ἀποθανόνηες; & ſunt ὄνηες *vivi, ſuperſtites*, quemadmodum apud Polyb. II. 43, 9. μέχρι μὲν οὖν ἦν Ἀνήγονος, *quam diu vixit, quoad ſuperſtes fuit.* Neque vero ea quæ præcedunt, Καὶ πῶς — — ἐκεῖνοι; admodum morabuntur lectorem, qui quidem animo non præoccupato ad eà acceſſerit: quamquam & Wolfius nonnihil in eis hæſit; & Vptonus præſertim, poſtquam in verſione quidem Græcis ſubjecta Wolfium non deſeruiſſet, (cujus verſionem & nos fere ad verbum tenuimus) in Notis in alia omnia discedens, longiſſime, ut mihi quidem videtur, a plana verborum ſententia aberravit. En quæ uterque illorum interpretum ad hunc locum adnotavit: „Ποῦ γὰρ ἂν ἔτι ἔμενον ἐκεῖνοι; Obſcurus locus: ſed innuere videtur, nos e carcere elapſos, illis nihil fuiſſe profuturos, non ſecuturis nos ſcilicet in exilium abeuntes. Quid vero ſi legas? ποῦ γὰρ ἂν ἔτι σοι ἔμελλον ἐκεῖνοι; ut ſententia ſit, Hominem vitæ adeo cupidum, non magnopere curare alios, cum ſibi ſit proximus." WOLFIVS. — „Εἰ ὄνηες ἦμεν. Sic noſter codex; alii εἰ οἱ ὄνηες. Totus autem hic locus hoc modo

modo constituendus est atque interpretandus: *Εἰ δ' ἐγὼ καὶ σὺ ἦμεν, αὐτὺς ἂν κατασεφιλοσοφήσαμεν, Ὅτι τοὺς ἀδικοῦντας δεῖ τοῖς ἴσοις ἀμύνεσθαι· καὶ προσθέντες, Ὅτι ὄφελος ἔσομαι τοιαῖς ἀνθρώποις συοῖς, ἀποθανὼν δ' οὐδενί, εἰ γ' ἔδει δὲ τρώγλης ἐκδῦναι, ἐξέλθωμεν ἄν· καὶ, Πῶς ἂν ὠφελήσαμέν τινα; τοῦ γὰρ ἂν ἔτι ἕνεκεν ἐκεῖνος; Εἰ ὄνησε* &c. *Si vero ego & tu loco illius fuissemus, statim contra disputassemus, Nempe oportere injurios eodem modo ulcisci; illo insuper addito, Si incolumis evasero, multos juvabo, mortuus vero neminem; si per foramen utique evadere liceret, erepsissemus; illoque addito, Quo pacto aliquem juvissemus? Vbinam illi* (scil. liberi mei) *adhuc manssissent? Quod si supersstites* &c. Plane respicit ad Platonis Critonem, ubi Socrates, posthabita cura vitæ, liberorum &c. quod rectum solum sequendum ducit: *τοῦτο ἐκκρῖνον πότερον δίκαιον, ἐμὲ ἐνθένδε περᾶσθαι ἐξιέναι, ἢ οὐ δίκαιον.*" VPTON.

Vers. 169. *ὠφέλιμός ἐστιν ἀνθρώποις ἡ μνήμη ἕως ἔτι ζῶν* &c. „Optime noster codex *ἡ μνήμη ἕως*, cum alii perperam *ἢ μνῆμ' ἕως*. Sic autem Xenoph. *Ἀπομνημ.* lib. IV. c. 1. *Ἐπεὶ καὶ τὸ ἐκείνου μεμνῆσθαι μὴ παρόντος, οὐ μικρὰ ὠφέλει τοὺς εἰωθότας τε αὐτῷ συνεῖναι, καὶ ἀποδεχομένους ἐκεῖνον.* Vide Xenoph. Apol. in extremo." VPTON. — *ἡ μνήμη* corrigere jam jusserat Salmas. & sic habent etiam nostri pbc. ut Vptoni codex. Et *ἡ*, pro mendoso *ἢ*, quod habebant veteres editiones, jam ante Vptonum correxit editor Cantab.

Vers. 171. *καταχρημάτιζουσιν ἑαυτούς. αὐτοὺς* pc. non male.

Ibid. καὶ πόλεις ὅλαι ἀπώλοντο. Libertatis defendendæ causa integræ periere urbes. Sic Saguntus, Abydus, aliæ. De Abydo vide Polyb. XVI. 31 sqq.

Vers. 172. *ὑπὲρ τῆς ἀληθινῆς — — οὐκ ἀποδώσεις.* Olim, pro *οὐκ ἀποδώσεις*, editi omnes ante Vptonum *οὐκ αἰσθήσῃ* legebant. Vbi: „Mutilus & hic locus est, sic fortasse resarciendus: *ὑπὲρ δὲ τῆς ἀληθινῆς καὶ ἀνεπιβουλεύτου καὶ ἀσφαλοῦς ἐλευθερίας οὐκ ἀκήκοᾳ, οὐ καταχρημίσεις σεαυτόν; ἀπαιτοῦντι τῷ θεῷ ἃ δέδωκεν, ἐκὼν οὐκ ἀποδώσεις, οὐκ αἰσθήσῃ; οὐχ* (ὡς Πλάτων λέγει) *μελετήσεις* &c." WOLFIVS. — „Male. Noster codex, quem sequor, *ἀπαιτοῦντί τῷ θεῷ ἃ δέδωκεν, οὐκ ἀποδώσεις; Alii, ἀπαιτοῦντι* — — *οὐκ αἰσθήσῃ*; Cætera recte se habent. Gataker vero ad M. Anton. X. 14.

pro

pro οὐκ ἀποθήσῃ, legit οὐχ ἀποθήσῃ; non *Deo, qui dederat, repetente voluisse?* Probo οὐκ ἀποδώσει. Vide L. I, 32. Enchir. cap. XI. & sic paulo post." VPTON. — Conjunctio δὲ γ- quam initio dictionis ad ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας adjectam Wolfius voluerat, commoda quidem, sed non necessaria: nec eam ullus liber agnoscit. Pro ἀποθήσῃ, quod habet pa. cum olim editis, ἀποθήσει habet pc. sed ἀποδώσεις pb. sicut Vptoni codex, commodissime. Inde conjectare licebat, sic fortasse scriptum reliquisse Arrianum, οὐχ ἥδιόν ἀποδώσεις; Salmasius vero οὐ χαριεῖσθαι scriptum voluerat.

Ibid. οὐχ, ὡς Πλάτων λέγει, μελετήσεις, οὐχὶ ἀποθνήσκειν μέλλον. οὐκ ἀποθνήσκειν μέλλον. pb. „Plato in Phædone: [cap. 9. ed. Forst.] Κινδυνεύουσι γὰρ ὅσοι τυγχάνουσιν ὀρθῶς ἅπτόμενοι φιλοσοφίας, λεληθέναι τοὺς ἄλλους ὅτι οὐδὲν ἄλλο αὐτοὶ ἐπιτηδεύουσιν ἢ ἀποθνήσκειν τε καὶ τεθνάναι. Et paulo post: [cap. 12.] τὸ μελέτημα αὐτὸ τοῦτό ἐστι τῶν φιλοσόφων, λύσις καὶ χωρισμὸς ψυχῆς ἀπὸ σώματος. Et postea: [cap. 29.] Τοῦτο δὲ οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ ὀρθῶς φιλοσοφοῦσα, καὶ τῷ ὄντι τεθνάναι μελετῶσα ῥᾳδίως. ἢ οὐ τοῦτ' ἂν εἴη μελέτη θανάτου; Cic. Tusc. Disp. I. 30. *Tota enim philosophorum vita, ut ait idem, commentatio mortis est.* Vide II. 1, 38." VPTON.

Ibid. πάνυ' ἀπλῶς. Corrupte πάνυ' ἄπορ pc.

Ibid. παλλάτρια. τὰ ἀλλότρια pb.

Vers. 173. ὁ Κλεάνθης. „Sic noster codex; at ed. Ven. & Bas. ὁ καθάνθης. Editio Salmant. * καθάνθης, & in marg. * Κλεάνθης, & sic Schegkius & Wolfius." VPTON. — In Κλέανθης consentiunt pabc. Et in græcum contextum hoc jam recepérat editor Genev. & sequentes.

Vers. 174. τοῖς δὲ μαθήσει τετυχόσι. „Editio Salmant. τετυχόσι. Recte." VPTON. — Immo minime sollicitanda vulgata, in quam cum editis consentiunt scripti libri omnes. Vide supra ad vs. 45.

Ibid. τὸ καῦμα ἴσον. „Καῦμα idem quod Latinis *æstus*, quum de animo dicitur." SALMASIVS.

Ibid. ῥιπασμὸς. ῥιπισμὸς pab.

Ibid. ἢ ἔσῃ, ἢ τῶν οὐ παρόντων ἐπιθυμεῖ. Post ἔσῃ deerat artic. in edd. & msstis. Vbi: „Legendum ἢ ἔσῃ, ἢ τῶν οὐ παρόντων, vel potius, τῶν παρόντων. Avarl

enim & cupidi ea defideraret, quibus jam ante abundant." WOLFIUS. — „Deeſt tantum articulus ἡ abſorptus ab ultima litera in vocula præcedente. Repone itaque, ἡ ἔσω, ἡ τῶν ἐκτὸς." UPTON. — Cujus monito morem gerere haud dubitavi.

Verſ. 175. ἐκκλησίαν. Perperam ἐκκλησίαν pa.

Ibid. ἀλλὰ ἀνιαρόν. ἀλλὰ καὶ ἀνιαρόν pc. quod minus placet.

Verſ. 176. ἕνεκα τοῦ δόγμα περιτοίχισθαι. ἕνεκα τοῦ δόγματος περιτ. pb. male.

Verſ. 177. περὶ δύρας ἄφθητι τὰς τοίχου. „Fortaſſis τοιούτου. Confer II. 16, 34." UPTON. — Nullam video cauſſam, cur ſolicitetur vulgata & conſentiens librorum ſcriptura: nec placeret τοιούτου, ſi vel libri darent. Recte ἄφθητι ed. Genev. & ſeqq. omn pc. Perperam ἄφθητε ed. Ven. & Baſ. cum pab.

Ibid. πολιτεύου γε· οὐκ ἔστιν αἰσχρὰ ἡ τριβή. „Conſer III. 14, 9 ſq." UPTON. — Plene ſcripſi πολιτεύου γε cum pb. Vulgo πολιτεύου γ'. cum apoſtropho, edd. cum pa. Particulam γε prorſus omiſit pc.

CAPUT II.

TIT. Περὶ Συμπεριφορᾶς. Mendoſe olim, Περὶ Συμφορᾶς. ed. Ven. & Baſ. Vbi: „In Titulo, περὶ Συμπεριφορᾶς lege." WOLFIUS. „Recte noſter codex, περὶ Συμπεριφορᾶς. Vide III. 14, 7. & lib. III. c. 16." UPTON. Verum tenent noſtri etiam codd. pbc. cum hoc ipſo loco, tum in Capitum Indice, huic libro præfixo; & in eodem Indice pariter codex pa. qui hoc loco mendoſum συμφορᾶς habet. In impreſſis exemplis correxit editor Genevenſis; & recte dehinc omnes, περὶ συμπεριφορᾶς. Vertérunt autem, Schegkius, *de Converſatione*, Wolfius, de *Obſequio & Comitate*: neutter male; nam utrumque ſignificat; primo generatim, *converſationem, conſuetudinem & familiaritatem cum hominibus*; tum ſigillatim, *obſequium in amicitia, & adcommodationem ad voluntatem aliorum.* vide III. 14, 7. & ibi not. tum III. 16, 5. & conf. Lexicon Polyb. At hic rectius generali notione accipi putavi hoc nomen, quod in ipſo diſputationis initio ait, *Huic loco eſſe animum advertendum*, vel, *in hoc loco* (nempe ἐν τῇ περιφορᾷ) *eſſe cavendum, ne priſtinis ſodalibus obſequamur, & ad eorum voluntatem nos adcommodemus.*

Verſ.

Vers. 1. *Τούτῳ τῷ τόπῳ πρὸ παντὸς σε δεῖ προσέχειν. Huic loco præ cæteris animum debes advertere, in hoc genere id præsertim cavere te oportet.* Fuit cum suspicarer, *ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ* esse legendum, sicut I. 7, 21. II. 1, 3. IV. 12, 15. Sed nec incommode pendere dativus ille, *τούτῳ τῷ τόπῳ*, a verbo *προσέχειν* poterit. Pro *τόπῳ*, habent *τρόπῳ* h. l. codices nostri pab. frequenti librariorum confusione.

Ibid. ἀναπραδῆς τινι. miscearis alicui. Editi omnes *ἀναπραδῆς* dabant. Vbi: „*ἀναπραδῆς* lege, ab *ἀναπράσινος.*“ WOLFIVS. — „Vertit Schegkius, *ita te accommodes*; Wolfius, *ita sis addictus.* Probo lectionem Wolfii, *ἀναπραδῆς*. Silent nostri libri.“ VPTON. — At loquebatur noster pb. ipsum *ἀναπραδῆς* offerens; unde recepi.

Vers. 2. *Ἂν δέ σ' ὑπερέχῃ. Sed si tibi in mentem venerit; si animum tuum subierit illa cogitatio.* Ante Vptonum editi omnes mendose *ἂν δέ σ' ὑπερέχῃ* dabant. Ibi tum: „Fortassis, *ἂν δέ σε ὑπέδυ.*“ WOLFIVS. — „Perperam hæc interpres; [scil. Schegkius; qui vertit, *siquidem te eminentior factus sit amicus.*] quæ nos alibi exponimus. Legendum *ἂν δὲ σ' ὑπέρχῃ*. Vide infra.“ SALMASIVS. — „Legitur IV. 13, 4. *ὑπέρχεται γάρ, animo subit.* Sic hoc in loco, *ἂν δέ σ' ὑπέρχῃ* legi potest. Sophocles, [Electr. vs. 928. ed. Brunck.] *θαῦμα μ' ὑπέρχεται, subit me admiratio.* Sed noster codex, quem sequor, *ἂν δέ σ' ὑποστρέφῃ, si illud te deflectat.* Interea suo lector fruatur judicio.“ VPTON. — Quod si ea scripsit Salmasius, quæ ex ejus schedis Relandus edidit, humani aliquid hic passus erat vir doctrinæ præstantissimus; quod ipsum & Vptono accidit, *παραδέρθαι* illam, *ὑπέρχῃ*, ferri posse pronuncianti. A verbo *ὑπέρχεσθαι*, oportebat *ὑπέρχεται*, vel *ὑπέλθῃ*. *ὑποστρέφῃ*, quod Vptonus recepit, veritque *si illud te a proposito deflectat*; exhibet etiam noster pb. Sed veram lectionem, *ὑπερέχῃ*, dederunt pac. Parcius de isto usu verbi *ὑπερέχειν* H. Stephanus egit in Thesauro: plura exempla Lexicon nostrum Polybianum dabit e scriptore illo, in cujus stilo tam multa cum Epicteti nostri usu convenientia jam observavimus.

Ibid. ἀλλήλοις. πρὸς ἑαυτοὺς. Perperam *ἄλλος.* pb.

Ibid. τρόπια οὐδὲν γίνεται. „Vide IV. 10, 19. Enchir. c. 12, 2.“ VPTON. — Conf. varietatem Lectionis ad Enchir. l. c.

Ibid. οὐδ' ἔστι δυνατὸν, μὴ τὰ αὐτὰ τοιοῦτα, τὸν αὐτὸν εἶναι τῷ τοτέ. Vulgo omnes, repetita negatione, μὴ τὸν αὐτὸν, contra manifestam (si quid video) auctoris sententiam: quo magis miror, absque adnotatione praetermissum hunc locum ab interpretibus. At in versione quidem prius μὴ praetermisit Schegkius, posterius Wolfius. Et hoc ipsum posterius μὴ, quod ante τὸν αὐτὸν insertum erat, delere equidem non dubitavi, praeeunte cod. nostro pc. qui illud non agnoscit.

Vers. 3. Φλαῦδαι ὑφ' ὧν τρότερον. Ante Vpt. perperam ἀφ' ὧν edebatur. ὑφ' ὧν scribendum monuerat Wolfius, itemque Salmasius; quod Vptonus tacite recepit. Id ipsum vero recte exhibent nostri tres codd. pabc.

Ibid. τῷ τρότερον σεαυτῷ. „Fortassis ἑαυτῷ, pro σεαυτῷ.“ WOLFIVS. — „Male, Anglice, *thy former Self.*“ VPTON.

Vers. 4. αὐτόθεν ἀτόνευσον. Magis sic placuit, ut dedit pc. quam inverso ordine ἀτόνευσον αὐτόθεν, ut edebatur cum pab. De re conferre Vptonus jussit M. Anton. III. 6.

Vers. 7. τότερον μεθυστὴς εἶναι θέλεις. „Non agnoscit μεθυστὴς H. Steph. in Lexico; sed μεθύσης, vel μέθυσος. Vide autem Gloss. ad Script. Med. Graec.“ VPTON. — Vocab. μεθυστὴς, ut probum, defendit Pauw ad Phrynich. p. 60.

Vers. 9. ἀρέσῃ ταῦτα. ἀρέσῃ ταῦτα pb. male, quoniam praecedit εἰ. Sed placeret utique, ἂν δὲ μὴ ἀρέσῃ ταῦτα.

Ibid. ἀναπηδῶν ἀναμάγαζε τῷ ὀρχηστῇ. „Conf. III. 4, 4.“ VPTON. — Adde Enchir. c. 33, 10.

Vers. 10. Οὐ θέλεις καὶ Θερσίτην ὑπερβάλεσθαι καὶ Ἀγαμέμνονα. „Haud aliter Demades Philippum Macedonum regem allatus est: Βασιλεῦ, τῆς τύχης σοι παριεμένης [immo παριεμένης] πρόσωπον Ἀγαμέμνονος; αὐτὸς σὺν μόχθῳ πράττων ἔργα Θερσίτου; Diodor. lib. XVI. [c. 87.] p. 555. edit. Steph.“ VPTON.

Ibid. κορυθαίολον εἶναι δεῖ καὶ Φλαμπρόν. „Vide Homer. Iliad. B. 216. Arrianus κυρτὸν, Homerus

— — — τὸν

— — — τὰ δὲ οἱ ὄπιθε
κυρτὰ, ἐπὶ στῆθος συνοχωκότα. — —

Arrianus Φαλληρόν, Homerus

— — ψαδνὴ δ' ἐκανήνοθε λάχνη.

rarum supra sparsum erat capillamentum. Hesychius: Ψάδνη, ἡ ἀραιὰ θρίξ. ψαδνὴ δ' ἐκανήνοθε· μαλάκη ἐπήνθει. Sic Hesychii locus istic legendus. „ VPTON. — Copulam *καὶ* ante *Φαλληρὸν* ignorant pbc. male; nisi intercidit aliquod epitheton, inter *κυρτὸν* & *Φαλληρὸν* inserendum, v. c. *Φοξὸν* ex eodem Homeri loco. Sic *ἐσυνθέτως* poni hæc potuerant, *κυρτὸν τε εἶναι δεῖ, Φοξὸν, Φαλληρόν.*

Ibid. μέγαν καὶ καλόν. „Homer. Iliad. Γ'. 167.

Ὅστις ἔδ' ἐστὶν Ἀχαιὸς ἀνὴρ ἠΰς τε μεγάς τε.

Et mox,

καλὸν δ' οὔτω ἐγὼν οὔτω θεὸν ἀθανάτοισιν,
οὐδ' οὕτω γεραρόν· βασιλῆϊ γὰρ ἄνδρι ἐοικὼς.“

VPTON.

CAPVT III.

Vers. 1. *ὅταν.* „Edit. Salmant. ἂν ἀν.“ VPTON. — Sic & ed. Ven. Sed *ὅταν* pbc. cum cæteris editt.

Ibid. τί ἀνθ' αὑτοῦ ποιητέον. Confer cap. 9. init.

Vers. 2. *οὐδ' ἀντὶ ὄνου ἵππου, οὐδ' ἀντὶ προβάτου βοῦν.* „Hæc omnia addit noster codex; quæ vulgo desunt.“ VPTON. — Ignorant ista nostri cum editis. Sed vel sic etiamnum defecta oratio est; quod adjecto *ἀστεϊσμῷ* indicavi. WOLFIVS, ad verba *οὐδ' ἀντὶ αἰσχρολογίας αὐδᾶ*, ait: „Videtur deesse participium, *ἀντικαταλλαξάμενος* scilicet, *ἄνευ τοῦ ἐζημίωμαι.*“ — Suspicatus equidem eram, sic fere scripsisse Arrianum *μηδέποτ' εἴπῃς ὅτι ἐζημίωμαι. οὐδὲ γὰρ ἐζημίωσαι ἀντικαταλλαξάμενος* (vel *περιποιησάμενος*) *οὐδ' ἀντὶ ὄνου ἵππον &c.* Vide vero, ne satis integra oratio foret interserta post *οὐδ'* particula *ἂν* vel *ἄν*, hoc modo, *οὐδ' ἂν ἀντὶ ὄνου ἵππον* &c.

Ibid. ἀντὶ ψυχρολογίας ἡσυχίαν οἵαν δεῖ. Opponuntur *ψυχρολογία* & *ἡσυχία οἵαν δεῖ*, scil. *ἔχειν*. Vnde intelligitur, *ψυχρολογίαν* etiam ad genus aliquod *ἡσυχίας* i. e. *otii & tranquillitatis* pertinere, sed ad otium indignum forti viro, ad tranquillitatem quæ non deceat

hominem. Sunt scilicet *disputationes vanae, inutiles, otiosae*, ad vitae actionem parum valentes, jactatae in scholae otio & umbra ab hominibus qui vitae laboret & negotia fugiunt. conf. III. 15, 7. quae IV. 4, 4. III. 22, 51, I, 29, 25. II. 20, 20, not.

Vers. 3. *διαιτᾶσθαι τὰ σαυτοῦ πράγματα.* „Vide lib. II. c. 1. I. 26, 14. IV. 2, 10." VPTON.

Ibid. ἵνα τῶν προσόντων σαυτῷ. „Editio Salmurat. ἃ προσόντα, & in marg. * προσοντῶν. Fortasse recte: nam mox ἀγαθῶν." IDEM. — Mihi luxus iste verborum non probatur. Caeterum verba illa, *ἵνα τὰ προσόντα σαυτῷ*, minus recte Vptonus cum Wolfio latine sic reddiderat, *ea quae nunc tibi sunt sua*. Oportebat, *omnis attentio quam nunc in te ipsum convertis; omnis opera quam nunc in te* (in animum tuum) *curandum impendis.*

Vers. 4. *τὴν ἀνάλωσιν τὴν πάσῃ καὶ ἀνωφελῆ.* „τὴν τῶν πάσῃ, vel τῶν πᾶσιν." WOLFIVS. — Bene habet τὴν πᾶσιν, nec solicitari hoc debuit. Post πᾶσιν autem, temere particulam *καὶ* omiserunt editt. Gen. Col. Cant. Lond. Eam recte Vptonus in suum locum, ubi eandem editiones veteres cum mastix agnoscunt, restituit.

Vers. 5. *μικρὸν πρὸς τὸν ἄνεμον ἐπιστρέψῃ.* „Fortasse ἐπιστρέψῃ, *permiscrit*; non *obverterit*, ut Wolfius." CASAVBONVS *ad M. Anton.* III. 6. — Scilicet vexerat Wolfius, (cujus versionem cum Vptono tenui) *si id* (navigium). *paulispar vento obverterit*; satis commode, ut mihi videbatur. *εἰς τὸν ἄνεμον*, pro *πρὸς*, scribit pc. Caeterum nil variant libri: nec solicitare ego verbum *ἐπιστρέψῃ* ausim.

Ibid. ἐπεταράχθη. „*Si vel parum agitaverit, animum non obverterit.* Vide M. Anton. V. 5. & ibi Casaub." VPTON. — „Obiter notanda est vis praepositionum: ἐπὶ diminuit, παρὰ in deteriorem fert partem. cf. M. Anton. VI. 20." IDEM *in Indice.*

Vers. 6. *μικρὸν ἐν ἀπαγωγῇ. ὑπονυστάξῃς.* ὑπονυστάξῃς pb. quod verbum, quamvis desideretur in Lexicis, nihil habet quod analogiae repugnet, sed alterum est vulgatius, eadem notione qua latine *dormitare* dicimus.

Vers. 7. *ἐντεύθεν, ἀπάθεια, ἄλυπία, ἀφοβία, ἀταραξία.* Pro *ἐντεύθεν* habet ἐντεῦθεν pa. in cont. sed

sed in marg. *σύνεσιν* ab eadem manu, quod ceteri omnes recte in contextu habent. *ἀνεξίαν* vero, pro *ἀνηθίαν*, quod habebant, h. l. edd. ac msti omnes, ex conjectura corrigere non dubitavi. Vide Not. ad III. 24, 24. & conf. IV. 10. 22.

Vers. 8. *Ἀλλ' οὐ ταύτομαι τοιούτου τρὸς ἐμ' αὐτοῦ; Βάδιον καὶ τοιχάνειν τοῦτον, εἰ ἐμ' αὐτοῦ λαμβάνοι.* Concisa, & verens, ne defecta, oratio; cujus sententiam, quamcunque in partem verba vertam, non expedio. In Græcis libris nulla varietas: &, quod magis mireris, nullus ex interpretibus annotationem aliquam adjecit, qua vel dubitationem suam significaret, vel sententiam verborum declararet. Ego, quum nulla sive certa sive satis probabilis occurreret ratio, qua mederer malo, quod verbis istis subesse videbatur, non modo Græca intacta reliqui, sed & sub contextu tenui cum Vptono Wolfii versionem, licet non magis mihi perspicua visa esset quam Græca verba. Hac parte Wolfius a Græco exemplo discessit, quod illa verba, *Ἀλλ' οὐ ταύτομαι — — ἐμ' αὐτοῦ*, interrogative accepit, cum absque interrogatione efferantur in Græcis libris: cui Vptonus non facim quidem est obsecutus, qui non in Græco contextu solum interrogationem non indicavit, sed in versione etiam interrogandi signum (praeunte anonymo editore Lond.) omisit; at in Notis deinde monuit, interrogative efferenda fuisse illa verba. Equidem pariter interrogative ea accipiendi, pro *Ἀλλ' οὐ ταύτομαι*, *Ἄλλου ταύτομαι* tentaveram, videndumque putavi, in talem ne fere sententiam interpretandus sit hic locus: (*Vide, & sic cogita tecum:*) *An aliud aliquid simile nanciscar pro hoc?* Id est: Id quod nanciscar pro eo, quod ex harum rerum genere profundam atque abjiciam, compararine potest cum hoc quod pro illo projicere oportet? Verbi causa: tribunatus, praetura, (vide vs. 9.) & similia, compararine haec possunt cum fide, cum verecundia, & reliquo animi habitu statuque, quo vir bonus utitur? *Tum si illud ipsum*, quod alter tibi magno pretio vendit, *vel maxime nacturus esses*, *cogita*, *quid pro hoc esses accepturus*, quod illi projiciendum est; qualis futurus esset animi tui habitus statusque, pro illo quem perditurus fuisses. *Ego morum modestiam habeo*, (*Vers.* 9.) quam illi projiciam; *ille tribunatum* habet, quem mihi vendat: *ille praturam* habet, quam mihi offert; ego *verecundiam*, quam in ejus gratiam abjecero.

Sed hæc & teneo (conf. vs. 71) atque conservo; non *oportet me adplaudere, non adsurgere, ubi non decet*: contra, si hæc projicio, & quæ alter mihi offert accipio, multa indecore, multa inhoneste mihi faciendæ sunt; & habebo quidem, pro conditione privata & obscura, quæ fuerant antea, honores; sed simul pro libertate, qua usus eram, habebo servitutem, &c; pro omnibus virtutibus, quas antea habueram, contrarias erit mihi animi habitus statusque. — Cæterum fuit etiam, cum pro λαμβάνεις suspicarer λαμβάνει in textu personæ legendum: rursusque tenendo λαμβάνεις, cogitaveram ἀντεντυγχάνων fortasse pro τυγχάνων scriptum apertissime. Sed cumulare conjecturas supersedeo: suo fruatur lector judicio.

Vers. 9. ἀπραγμοσύνην, *præturam* vertit Wolfius *imperium*, Vptonus *præfecturam*; minus commode.

Ibid. οὐ πραγματεύῃ. „Respicit ad factiones in theatris. Vide III. 4, 4. IV. 2, 9." VPTON.

Vers. 10. αὐδὲν δύναμαι παραβῆναι τῶν ἐντολῶν. „Vide I. 25, 3. IV. 7, 17." VPTON.

Vers. 11. Τήρει τὸ ἀγαθὸν τὸ ἐαυτοῦ ἐν προαιρέσει· τῶν δ' ἄλλων τι, κατὰ τὸ βούλεσθαι &c. Sic recte ed. Vpt. Olim, Τήρει δὲ ἀγαθὸν τὸ ἑαυτοῦ &c. Adnotavit vero ad h. l. VPTONVS hæc: „Pro τήρει δὲ, noster codex τήρει τό. Sed sic scribe: Τήρει τὸ ἀγαθὸν τὸ ἑαυτοῦ ἐν προαιρέσει. Τῶν δ' ἄλλων τί; Κατὰ τὸ βούλεσθαι, μόχθος τοῦ συλλογιστέον ἐν αὐτοῖς. *Conservato tuum proprium bonum in omni re. Quid cætera vero? Quatenus data sint; quamdiu rationem & delectum in iis habeas.* Verbum Stoicorum συλλογιστέον. Laërtius in vita Zenonis, VII. 88. Ὁ μὲν οὖν Διογένης τέλος φησὶ εἶναι τὸ συλλογιστέον ἐν τῇ τῶν κατὰ φύσιν ἐκλογῇ. *Diogenes Babylonius dixerit finem esse ait, in earum rerum, quæ secundum naturam sunt, selectione rationem adhibere.* Vbi consule Menagium. Cic. de Fin. II. 11. *Stoicis* (finis bonorum est) *consentire Naturæ; quod esse volunt e virtute, id est, honestate vivere: quod ita interpretantur, vivere cum intelligentia earum rerum, quæ natura eveniunt, eligentem ea quæ essent secundum naturam, rejicientemque contraria.* Et lib. III. [c. 4.] *Cum enim virtutis hoc proprium sit, earum rerum, quæ secundum naturam sint, habere delectum.*" —. In istam scripturam, τήρει τὸ ἀγαθὸν, cum Vptoni codice consentiunt

sentium nostri tres. Quod vero deinde sic scribi vult vir doctus, Τῶν δ' ἄλλων τί; idque interpretatur, *Quid cætera vero?* valde equidem dubito, illamne loquendi formulam agnoscat Græci sermonis usus: eique rationi adeo non favet nostrorum librorum scriptura, ut posit ἄλλων τι ne ulla quidem in his distinctio, ne comma quidem, ponatur. Mihi τί in ista dictione idem videbatur valere, ac ἕκαστον, τῶν τι, *unumquodque*, vel ὅ τι ἂν ἄῃ, *quidquid sit*; quæ acceptio pronominis τὶς minime infrequens. Sic apud Polyb. III. 71, 4. καί τι ῥόμος ἀκανθῶν, *& quodlibet spinarum genus.*

Ibid. ἀδογιστῶν ἐν ναυσὶ. ἐν deest pb. absorptum a litera finali verbi præcedentis.

Ibid. πολυθήσω. Sic recte nostri libri omnes. Mendose πολυσθήσω ed. Ven. qui error in reliquas omnes editiones est propagatus.

Vers. 12. ἐξηγητὴν δεῖ γενέσθαι. Nescio qui factum ut ἐξηγητὰ excuderetur in ed. Ven. quod cæteræ omnes ante Vptonum tenuerunt; quamquam ἐξηγητὴν aut ἐξηγητὰς corrigendum jam olim monuerat Wolfius. Verum e suo codice restituit Vpt. cum quo faciunt nostri pabc.

Ibid. ἐν ταῖς Μασσυρίου καὶ Κασσίου. Κασσίου po. *Non Massurii aut Cassii legibus.* Celeberrimi isti fuerunt Jurisconsulti, quorum de priore sic scribit Athenæus lib. XIV. Deipnosoph. Μασσύριος δ' ἀνὴρ ἔριστος καὶ σοφὸς, καὶ γὰρ νόμων ἐξηγητὴς οὐδενὸς ἀνύτερος. De *Cassio* apud Corn. Tacitum lib. XII. Historiæ Augustæ [Annal. XII. 12.] ita scriptum reperies: *Eo tempestate Cassius cæteros præeminebat peritia legum.* Fuit sub Claudio & Nerone Imperatoribus. ᵃ SCHEGKIVS.

ᵃ *Masurius Sabinus*, Jurisconsultus & eques Romanus, primum ab Augusto, deinde a Tiberio, ut sibi de jure respondendi [respondere] liceret, obtinuit. Ejus meminit Persius, Sat. V. 90.

Excepto si quid Masurî rubrica notavit.

Meminit quoque A. Gellius lib. IV. c. 20. Item Plinius in Nat. historia, Athenæus lib. XIV. aliique. Scripsit libros Fastorum, Memorabilium, de Indigenis, de Furtis, de Jure Civili. *C. Cassius Longinus*, Jurisconsultus, ex illo inclyto C. Cassio Cæsaris interfectore ortus, Consul erat imperante Tiberio, Syriæ præfecturam a Claudio accepit, a Nerone in exilium actus est, tandem a

Vespasiano revocatus diem obiit in Vrbe suprematum. Vide Taciti Annal. lib. XII. f. 12. Interea notandum est, Jurisconsultos in duas sectas divisos fuisse: alteram sectam dicebatur *Sabinianae* & *Cassianae*, a Masurio Sabino & C. Cassio; alteram *Proculianae* & *Pegasianae*, a Proculo & Pegaso. *Proculeiani* a partibus erant Stoicorum; non ita *Sabiniani* & *Cassiani*: unde istis forsan Epicteti sagillatio, ὁ τῶν Μασσυρίων καὶ Καττιανῶν. Factae autem a Jurisconsultis divortia temporibus Augusti; namque illa aetas duas pacis decora tulit, Antistium Labeonem, & Atteium Capitonem. Vide Tacit. Annal. III. 75. Labeo erat incorrupta mente, Stoicae disciplinae & libertatis amantissimus: ei successerunt Nerva, Proculus, Pegasus. Capito morum erat ab antiquis traditorum studiosus, temporibus atque aulae servientior: hujus itaque doctrinam complexi sunt Masurius Sabinus & C. Cassius Longinus.

CAPVT IV.

Vers. 1. οὖν ἐν ᾗ. Ante Vpt. οὖν ἐὰν ᾖ edebatur. Vbi SHAFTESBVR. adnotavit, forte οἷον ἂν ᾖ scribendum; & sic edidit Vptonus, praeeunte ipsius codice. Nostri pabe. cum olim vulgatis faciunt: & parum refert.

Vers. 2. Τί οὖν διαφέρει, ἀρχῆς ἐπιθυμεῖν, ἢ ἀναρχίας; Corrupte, ἄρχειν ἐπιθυμίας, ἢ ἀναρχίας; ed. Ven. & Bas. Vbi WOLFIVS: „Lego ἀρχῆν ἐπιθυμίας ἢ ἀναρχίας, scil. ἐπιθυμία." — Genevensis autem sic edidit: ἄρχειν ἐπιθυμία ἢ ἀναρχίας; quod tenuere Col. Cant. Lond. — „Rectius vero noster codex, ἀρχῆς ἐπιθυμεῖν ἢ ἀναρχίας." VPTON. — Et perspecte hoc recepit hic editor; neque aliter dant pabe. Et sic ex conject. legendum viderat Meibomius. τοῦ ἄρχειν ἐπιθυμία correxerat Salmas. Nota vero particulam οὖν, eamdem fere vim habentem ac γοῦν, *saltem, certe quidem*, vel idem fere valentem ac γάρ, *nam, enim*. conf. cap. 11, 2.

Vers. 3. ἀσκεῖσθαι. Conf. vs. 37.

Vers. 4. εἰ μὲν γὰρ ἐπ' αὐτὸ κατατρέφεις τὸ ψυχαγωγηθῆναι ἢ μαθεῖν τι, ψοχρὸς εἶ καὶ ἀτολμότερος. Sententia minime obscura, sed in verbis turbas nonnullas civerat librariorum negligentia. Ante nos editi omnes sic dabant: εἰ μὲν γὰρ ἐπ' αὐτοῦ κατατρέφεις, ἐπ' αὐτὸ τὸ ψυχαγωγηθῆναι ἢ μαθεῖν, τί ψοχρὸς

χρὸς εἶ, καὶ τελείτερος; Vir hæc adnotarunt Interpretes: „Fortassis εἰ μὲν γὰρ ἐπ' αὐτῷ κατατρίψεις, ἢ ἐπὶ τοῦ ψυχαγωγῆσθαι καὶ μαθεῖν. Si tantum: legis ut legas, hoc est, fallas tempus, aut delectationis & cognitionis gratia, non actionis & emendationis ergo." WOLFIUS. — „Sed nil mutandum præter interpunctionem. Lego μαθεῖν τι, ψυχρὸς εἶ &c. sine interrogatione. Sic statim infra, τρίψειν τι, & rursus infra, (vs. 14.) μαθεῖν τί λέγεται." COM. SCHAFFERUS. — „εἰ μὲν γὰρ αὐτῷ κατατρίψει, ἐπ' αὐτὸ ἢ μαθεῖν τι, ψυχρὸς εἶ καὶ τελείτερος. (Sic quidem Salmasii adnotationem retulit Relandus; verum haud dubie non ex Salmasii mente, sed amanuensis errore, qui illam adnotationem de Salmasii exemplo descripsit, κατατρίψει scriptum pro κατατρίψεις, & omissa post ἐπ' αὐτὸ duo verba τὸ ψυχαγωγῆσθαι. Ipse vir doctus in lectione olim vulgata nil aliud mutatum voluit, nisi ut in ἐπ' αὐτοῦ κατατρ. deleretur præpositio ἐπ', & ut τί interrogativum, in indefinitum τι converteretur, ac cum μαθεῖν jungeretur.) — „ἐπ' αὐτοῦ τοῦ ψυχαγωγῆσθαι." SCHWEIGHÄUSER. — „ἐπ' αὐτοῦ — — ἐπ' αὐτό. Horum alterum est delendum. Dele itaque ἐπ' αὐτοῦ. Nam librarius in contextum recepit & voces corruptas & correctionem istarum vocum. Sic itaque lege: Εἰ μὲν γὰρ κατατρίψεις ἐπ' αὐτὸ τὸ ψυχαγωγῆσθαι, ἢ μαθεῖν τι, ψυχρὸς εἶ καὶ τελείτερος. omissa interrogatione." UPTON.

Nostri codices nihil a scriptura olim vulgata recedunt, nisi quod pro ἐπ' αὐτὸ τὸ ψυχαγ. in pc. ἐπ' αὐτῷ τῷ ψυχ. scribitur. Cæterum non una parte corruptum esse id quod vulgo hic legebatur, satis adparet; quænam in quaque parte sit veriformis emendandi ratio, dubitari nonnihil potest. Corruptum statim haud dubie illud erat, εἰ μὲν ἐπ' αὐτοῦ κατατρίψεις ἐπ' αὐτὸ τὸ ψυχ. Sonat verbum κατατρίβειν terminare, finire; (quem usum hujus verbi obiter tetigimus in Not. ad II. 2, 17.) & construitur cum accusativo rei quæ terminatur, & cum ἐπὶ sequente accusativo ejus rei in quam illa exit, in qua illa finitur. Sic habes κατατρίβειν τὴν διήγησιν ἐπὶ τοὺς ἑξῆς λόγους, narrandi finem facere in prædictis rebus; apud Polyb. III. 4, 1. (Pro ἐπὶ cum accus. potest etiam εἰς præpositio poni, cujus usus apud H. Stephanum exempla invenies, quæ nunc non memorantur.) Potest vero eadem præpositio ἐπὶ,

eadem

eadem fere notione, cum genitivo etiam construi, ut apud eundem Polyb. III. 118, 10. *ταύτην τὴν βίβλον ἐπὶ τούτων τῶν ἔργων καταστρέψομεν, librum hunc in his rebus claudemus.* Constructionis cum dativo, qua noster codex pc. utitur, nullum aliud exemplum compertum habeo; possit tamen fortasse etiam haec ratio defendi ex verbi *καταλήγω* (quod eandem vim habet) simili constructione apud M. Antonin. IV. 20. *τὸ καλὸν, ἐξ ἑαυτοῦ καλόν ἐστι, καὶ ἐφ' ἑαυτῷ καταλῆγον.* Porro vero etiam cum adverbio. *ὧδε (hic, hoc loco,)* construxit idem Polyb. VI. 57, 10. *τὸν περὶ Πολιτείας λόγον ὧδέ πῃ καταστρέψομεν, sermoni de Republica finem hic faciemus.* Jam hic apud Epictetum diversa quidem nonnihil notione usurpatur hoc verbum, *de fine quem spectamus, quo tendimus, ultra quem nihil amplius quaerimus;* (prorsus ut cognatum verbum *καταλήγω*, infra, vs. 14. *αὐτοῦ καταλήγομεν, μαθεῖν τί λέγεται, in hoc subsistimus; hunc finem statuimus nostra lectionis, ut discamus quid dicatur; nihil amplius quaerimus:*) sed id non obstat quo minus, quemadmodum idem verbum *καταλήγω*, sic & hoc *καταστρέφω* in utroque significatu eadem ratione construatur. Itaque poterat quidem Epictetus id, quod hoc loco dicere voluit, vel sic efferre, *εἰ μὲν γὰρ καταστρέψεις* (nempe τὸ ἀναγνῶναι) *ἐπ' αὐτοῦ τοῦ ψυχαγ.* vel *ἐπ' αὐτὸ τὸ ψυχαγωγ.* ac fortasse etiam *ἐπ' αὐτῷ τῷ ψυχ.* dicere potuerat. Sed illud fieri non poterat, ut simul *ἐπ' αὐτοῦ* & *ἐπ' αὐτὸ τὸ* (vel *ἐπ' αὐτῷ τῷ*) jungerentur. Quare, quum in *ἐπ' αὐτὸ τὸ* libri consentirent paene omnes, idque ipsum per se commodissimum videretur; (conf. M. Antonin. IX. 31.) adsensus hactenus Vptono sum, ut tenendum hoc, & abjicienda verba *ἐπ' αὐτοῦ* judicarem; sed ita, ut in locum horum verborum illa *ἐπ' αὐτὸ*, quae vulgo post *καταστρέψεις* ponebantur, reponerentur. Amat enim illam verborum trajectionem Epictetus noster; eaque ratione facilius etiam intelligi videbatur erroris origo. Potuerat etiam, quemadmodum vs. 14. *αὐτοῦ καταλήγομεν* ait, (& quemadmodum Polybius *ὧδε καταστρέψομεν* dixit) sic hoc loco *εἰ μὲν αὐτοῦ καταστρέψομεν* dicere, quae Salmasii fuit conjectura; sed si *αὐτοῦ* hic dixisset, videtur deinde non *ἐπ' αὐτὸ τὸ*, sed *ἐπ' αὐτοῦ τοῦ* fuisse subjecturus. Jam quod *τί ψυχρὸς εἶ* vulgo scriptum erat, id rursus haud dubie perperam factum; & in promtu erat emendatio post Shaftesburium & Salmasium ab Vptono commendata,

μαθεῖν

μαθεῖν τι, quam in contextum recepi. Quod si tamen conferas quod infra ait, αὐτοῦ κατηλίγομαι, μαθεῖν τί λέγεται, fuspicari licebit, hic etiam, quoniam in τί interrogativo expreſſum libri conſentiunt omnes, ſic fortaſſe ſcriptum olim fuiſſe, μαθεῖν τί λέγεται, & librarii alicujus negligentia, cujus de exemplo noſtra fluxere, intercidiſſe verbum λέγεται. Quod porro ait, ψυχρὸς εἶ, *frigidus es*, hoc dicit, *frivolus es, levis, vanus, inutilis, ſegni otio indulgens.* Denique quod vulgo καὶ ταλαίπωρος addiderunt, jam aliquoties duo iſta vocabula, ψυχρὸς & ταλαίπωρος, juncta vidimus in his Diſſert. III. 22, 51. IV. 1, 14. quibus locis ἀτάλαιπ, utique corrigendum videri monui. Hoc loco temperare mihi non potui, quin hoc ipſum ἀτάλαίπωρος in contextum reciperem, i. e. *delicatulus, mollis, molestiam fugiens, laboris impatiens.* Vide Notas ad locum modo citatas, & conf. I. 29, 55.

Verſ. 6. Νῦν καλοῦμαι, πρᾶξόν τι· &c. Sapienter de duabus rebus admonet librorum heluones. Primo ubi tempus poſtulat ut agamus, ibi officiis vitæ ſervandis oſtendere debemus, quid lectionibus noſtris profecerimus. Deinde, (verſ. ſq.) ſi augendæ frugiferæ ſcientiæ deſiderio vere capimur, cogitemus, eam non ex libris tantum hauriri, ſed & ex propria obſervatione parari earum rerum, quæ nos ambiunt & circumcirca nos geruntur, & ex hac quidem multo certius rectiusque.

Ibid. προσέξαι τοῖς μέτροις ἃ δεῖ τηρεῖν. „Vide IV. 6, 26. Ita Horatius lib. II. Epiſt. 2. vſ. 143.

Et veræ numerosque modosque ediſcere vitæ.

M. Anton. III. 1. τοὺς τοῦ καθήκοντος ἀριθμοὺς ἀκριβοῦν. ubi vide Gataker. " VPTON.

Verſ. 7. προσέχω τοῖς ἀνθρώποις — — ἐκ ἐμαυτὸν ἐπιστρέφω. „Optime noſter codex ἐπ' ἐμαυτὸν, cum alii legunt ἐπ' αὐτόν. Non aliter autem Horat. lib. I. Sat. 4.

— *Neque enim, cum lectulus, aut me*
porticus excepit, deſum mihi. Rectius hoc eſt:
hoc faciens vivam melius: ſic dulcis amicis
occurram. Hoc quidem non belle: numquid ego illi
imprudens olim faciam ſimile? Hæc ego mecum
compreſſis agito labris."

VPTON. — ἐπ' ἐμαυτὸν, ut Vptoni codex, ſic & noſtri dabant pabc. & ſic ex conj. correxerat Meibom. Et autem

autem ἐπ' ἐμαυτὸν ἐπιστρέφω, scil. τὸν νοῦν, in me ipsum convertor, me ipsum animadverto & observo. Sic III. 22, 30. & Enchir. c. 10. Pro ἐπιστρέφω vero h. l. commode ἐπιστρέφων in participio scriberetur.

Ibid. Pro οὐ καταγνώσῃ, perperam οὐκ ἀγνώσῃ habet pc.

Ibid. εἰ ταῦτα λέγοι. Sic pac. recte cum edd. Sed εἶτα λέγοι pb.

Ibid. πῶς οὖν παύσομαι; „Forsan legendum, inquit Gatakerus, ad M. Anton. lib. X. §. 30. ἁμαρτάνω, ὅπως οὖν παύσομαι. quo modo, sive ut, id ulterius facere desistam. Sed emendatione non opus est." VPTON. — Meibomius sic interpungendum scribendumque censuerat, Πῶς; οὐ παύσομαι;

Vers. 8. οὐκ ἀρκῇ. οὐκ ἀρκεῖ pb. quod ferri poterat, intelligendo εἰσί. Sed praestat vulgatum, quod & habent pac.

Ibid. καὶ ἐ ἀνέγνωκας ἐσθίων. „De hac re vide lib. I. cap. 13." VPTON.

Vers. 10. τὰ γινόμενα. γενόμενα pa. sed eadem manu superne adnotata altera lectio.

Vers. 11. οὐχὶ γὰρ ἐπὶ τὸ βιοῦν παρασκευή τις ἐστιν αὕτη; Perperam olim παρασκευῇ & αὐτῇ ed. Ven. & Bas. Vbi: „Lego παρασκευή τίς ἐστιν αὕτη." WOLFIVS. — „Atque ita noster codex & editio Salmant." VPTON. — Et sic fere jam edebatur inde ab edit. Genev. Et in παρασκευή τις consentiunt nostri pabc. αὐτῇ vero cum ed. Ven. & Bas. habent codd. pac. sed αὐτὰ pb. quod fortasse verum est, intelligendo βιβλία. Pro ἐπὶ τὸ βιοῦν, perperam τὸ ἐπιβιοῦν pc.

Vers. 12. τοῦτου ἕνεκα ἀγυμνάζου. τούτου ἕνεκα μὴ γυμνάζου; pc. Debebat μὴ ἀγυμνάζου; quod non absurdum. Eodem pertinet, quod & deinde post ἀλλᾶς; post ἀφῇ; & post νεανίσκου; interrogandi signa ponit, ubi e superiori dictione particula negativa ex communi repetita intelligi debet; quod tamen nonnihil incommodi habere videtur.

Ibid. ἐπὶ τούτῳ. „Sic noster codex; alii ἐπὶ τοῦτο." VPTON. In ἐπὶ τοῦτο cum olim editis consentiunt nostri codd. pabc. non male.

Ibid. οἱ ἀλτῆρες, ἡ ἀφῇ. „Vide ad I. 4, 13. & ad III. 15, 4." VPTON.

Ibid.

Ibid. αἰ γενέσθαι. Vide I. 24, 1. I. 29, 34.

Vers. 13. Οἷον εἰ ἐπὶ τοῦ. Particulam εἰ, quam ignorant vulgo omnes, ex conjectura in contexta jam posueram, cum eandem in cod. nostro pc. diserte ex possim inveni. Adjiciendam eam monitum etiam olim a Meibomio video.

Ibid. συγκαταθετικοῦ τόπου. „Tertius hic in philosophia locus. Vide ad lib. III. cap. 2.“ VPTON.

Ibid. τῶν μὲν καταληπτῶν, τῶν δ' ἀκαταλήπτων. „M. Antonio. V. 10. Τὰ μὲν πράγματα ἐν τοιούτῳ τρόπῳ τυγχάνει ὄντα ἀπολήψει ἐκτὸς, ἃ ὄντα φιλοσόφους οὐκ ὀλίγους, οὐδὲ τοὺς τυχόντας, ἔδοξε ἢ (dele ἢ) [nisi aliud membrum orationis intercidit] σωφρόνων ἀκαταλήπτα εἶναι. πλὴν αὐτοῖς γε τοῖς Στωϊκοῖς δυσκατάληπτα δοκεῖ. Vbi vide Gatakerum.“ VPTON.

Ibid. Ἔλαμεν. „Sic noster codex; alii ἔχομεν.“ VPTON. — ἔχαμεν debebat etiam noster pc. in quo mendose quidem ἔχομεν scriptum.

Vers. 14. αὐτοῦ καταλήγομεν, μαθεῖν τί λέγεται. Perperam καταλέγομεν ed. Cantab. operarum errore, in ed. Lond. anon. & Vpt. propagato, de quo monuit Vpt. in Notis. De dictione conf. dicta ad vs. 4. Habes similiter apud M. Antonin. V. 34. ἐνταῦθα τὴν ὄρεξιν κατα-λήγειν, hic terminare adpetitionem, nihil ultra hoc adpetere. Et apud eundem IX. 31. ὁρμὴ καὶ πρᾶξις κατα-λήγουσα ἐπ' αὐτὸ τὸ κοινωνικῶς πρᾶξαι.

Vers. 15. Θέλεις τὰ μὴ ἐπί σοι. Ante Vpt. corrupte τοὺς μὴ edebatur. Sed: „Fortasse, τὰ μὴ.“ WOLF. — „Atque ita noster codex.“ VPTON. — Nec aliter nostri tres. τὸ μὴ in suo exemplo correxerat Meibom.

Vers. 16. Εἰ δὲ τὰ περὶ ὁρμῆς &c. „Respicit ad tres in Philosophia locos.“ VPTON. — Vide lib. III. cap. 2.

Ibid. παρ' αὐτά. „Forsan παρ' αὐτὰς, id est, σχίσεις. Sed altera lectio defendi potest.“ VPTON. — Vulgatam pertinaciter tenent libri omnes. Intellige παρὰ τὰ περὶ τῶν σχίσεων (vel περὶ συζυγίας) λεγόμενα vel παραγγελλόμενα ἐν τοῖς βιβλίοις.

Vers. 17. τὰ ἄρτα ἀποδιδόναι τὰ καταλλήλα. Corrupte ante Vpt. τὰ παρ' ἄλλα edd. WOLFIVS. vero: „Lego τὰ καταλλήλα.“ — Eodem modo Salmasius correxerat. Atque: „Ita noster codex; recte.“ Vide Indicem in voce

voce κατάλληλος." VPTON. — τὰ κατ' ἄλλα ph. τὰ παρ' ἄλλων pc. sed recte τὰ κατάλληλα ph.

Vers. 18. ὁρμῇ ἐχρησάμην ὡς παραγγέλλεται ὑπὸ τῶν φιλοσόφων, ὀρέξει οὐκ ἐχρησάμην. „Vide quae notavimus ad lib. III. c. 2. in initio, & ad III. 12, 8. Adde III. 13, 21. Enchir. c. 2. M. Anton. XI. 37." VPTON.

Ibid. ὀρέξει οὐκ ἐχρησάμην. „Aut negatio redundare videtur, ut ἀπὸ πονοῦ intelligatur, ὡς παραγγέλλεται ὑπὸ τῶν φιλοσόφων, aut addendum πρὸς τὰ ἀπροαίρετα." WOLFIVS. — „Male Wolf. Vide quae supra notavi." VPTON.

Ibid. τὸ ἀφεκτικόν. Mendose τὸ ἀφετικὸν ed. Ven. Bas. Gen. Cok. Cant. Vbi WOLFIVS: „ἀφετικόν, ab ἀφίημι. Fortassis τὸ ἀφεκτικόν, ab ἀπέχομαι."

Ibid. τὸ ἀνεκτικὸν ἐγύμνασα, τὸ ἀφεκτικόν. Sic noster codex, & editio Salmant. Sic III. 20, 9. τὸ ἀνεκτικόν μου γυμνάζει. & II. 22, 20. τηρεῖν τὸν ἀνεκτικόν, τὸν ἀφεκτικόν. & IV. 8, 20. τῶς ἀνέχομαι, τῶς ἀπέχομαι. A. Gellius lib. XVII. cap. 19. *Praeterea idem ille Epictetus, quod ex eodem Favorino audivimus, solitus dicere est, duo esse vitia multo omnium gravissima ac deterrima*, Intolerantiam, & Incontinentiam; *quum aut injurias, quae sunt ferendae, non toleramus aequo ferimus, aut a quibus rebus voluptatibusque nos temere debemus, non temenus. Itaque, inquit, si quis haec duo verba cordi habeat, eaque sibi imperando atque observando curet; is erit pleraque impeccabilis, vitamque vivet tranquillissimam. Verba duo haec dicebat,* Ἀνέχου καὶ Ἀπέχου. M. Anton. V. 33. Ἀνθρώπους δὲ εὖ τοιεῖν, καὶ ἀνέχεσθαι αὐτῶν καὶ ἀπέχεσθαι. Notandum est in pulcherrima Cebetis Tabula, quod sorores esse dicuntur Ἐγκράτεια, & Καρτερία." VPTON. — Ἀφεκτικόν, pro mendoso ἀφετικόν, ante Vpt. in contextu reposuit anon. Lond. Et sic dant codd. nostri pac.

Vers. 19. ὅτι καὶ αὐτοὶ ἄλλον τρόπον ὁμοιοι τοῖς πολλοῖς γινόμεθα. *nos ipsos etiam* (nempe qui nos putamus multum differre a vulgo, & longe antecellere vulgares homines rebus externis cupide studentes) *alio modo similes esse vulgo.* Nempe, dum viam oppositam sequimur, dum ab altera parte aberramus, non minus rectae rationi adversamur, non minus finis exoldimus, non minus contra rationem agimus, quam vulgus hominum.

minum. conf. vſ. 1 ſq. Pronomen *αὐτοῦ*, *nos ipſos*, quod ignorabant vulgo omnes, opportune dedit noſter codex pc. unde illud adſciv.

Ibid. & vſ. 20. "Αλλος *Φοβεῖται μὴ οὐκ ἄρξῃ· σὺ μὴ ἄρξῃς. Μηδαμῶς, ἄνθρωπε. ἀλλ' ὡς καταγελᾷς τοῦ Φοβουμένου μὴ οὐκ ἄρξαι, οὕτω καὶ σαυτοῦ καταγέλα.* Corrupte admodum hic locus legebatur in editis & manuſcriptis. Ante Vptonum editi omnes, conſentientibus tribus noſtris codicibus, ſic legebant diſtinguebantque: *ἄλλος Φοβεῖται μὴ οὐκ ἄρξῃ· μὴ συνάρξῃς μηδαμῶς ἄνθρωπε, ἀλλ' ὡς καταγελᾷς τοῦ Φοβουμένου μὴ ἄρξαι, &c.* Ibi WOLFIVS adnotaverat: „Sententia poſtulat *σὺ μὴ ἄρξῃς.*" — & in eam ſententiam in verſione interpretatus erat hunc locum. VPTONVS vero: „Recte, inquit, noſter codex, *μὴ σὺ γ' ἄρξῃς, μηδαμῶς ἄνθρωπε.*" — In contextu vero idem Vptonus ſic poſuit: *ἄλλος Φοβεῖται μὴ οὐκ ἄρξῃ· μὴ σὺ ἄρξῃς μηδαμῶς ἄνθρωπε. ἀλλ' ὡς καταγελᾷς τοῦ Φοβουμένου μὴ ἄρξαι &c.* hac ſubjecta verſione: *Alius timet ne careat magiſtratu, tu vero ne ſis unquam gerendus tibi magiſtratus, homo. Sed quemadmodum derides metuentem ne magiſtratu careat*, &c. Mihi vero viſum erat, & antecedentia (vſ. 1 ſq.) & ſequentia (vſ. 23 ſqq.) deſiderare utique emendationem, a Wolfio propoſitam, *σὺ* (ſcil. *Φοβῇ*) *μὴ ἄρξῃς*, quam in contextum recepi, & hæc verba a ſequentibus, *μηδαμῶς ἄνθρωπε*, interpoſito puncto ſeparavi. (Eandem emendationem a Salmaſio quoque video commendatam, ac fere etiam a Meibomio, niſi quod Meibomius verbum *συνάρξῃς* teneri poſſe putavit, hoc modo, *σὺ δὲ, μὴ συνάρξῃς.*) Denique toto hoc loco verſionem Wolfii ad verbum tenui. Quo pertineat illud Μηδαμῶς, (*nequaquam, minime vero!*) abſolute ſic poſitum, facile intelligitur: nempe, *Nequàquam hoc præclare factum putato! Nequaquam tibi perſuade, ſic te diſſimilem eſſe vulgo, ſic te vulgo præſtare!* Suſpicari tamen licet, unum fortaſſe aut alterum verbum hic in Græcis exemplis intercidiſſe. Deinde vero, quod Wolfius in verſione poſuit, quemadmodum derides *metuentem ne magiſtratu careat*, quod ipſum & Vptonus tenuit; rectiſſime quidem his verbis ſententiam Epicteti expreſſam putavi, ſed ea ſententia in Græcis verbis, qualia vulgo exhibebant libri omnes, non contineri mihi viſa erant:

itaque pro μὴ ἄρξαι, quod vulgo legebatur, omnino μὴ οὐκ ἄρξαι scribendum putavi.

Vers. 20. ἠρωΦόβον. Sic scripsi cum noſtro cod. pc. Cæteri vulgo omnes ἠρωΦόβων, cui formæ nec uſus ſermonis, quod quidem noverim, nec analogia favet. De aliis ad hunc verſ. pertinentibus vide Notam proxime præcedentem.

Vers. 21. Εἰ ταύτῃ Φίλον τῷ Θεῷ &c. „Vide Enchir. c. 52, 3." VPTON.

Ibid. Δοκεῖς, Σωκράτης — — αὐτὸλας ἐν ἐντρατεύσατο. Nota ellipſin particulae ὅτι. Conf. ad III. 23, 12.

Ibid. ἰσάκις ἐντρατεύσατο. „Socrates apud Platonem meminit militiæ ſuæ ad Amphipolim, Potidæam ac Delium. Vide ad IV. 1, 160." VPTON.

Ibid. νῦν δ' ἐ.Ϝάδ' ἀτυχῶ. Deeſt particula δὲ pc.

Vers. 22. ἐν τῇ Φυλακῇ ταῦτας ἤγραΦεν. „Vide Laërt. in vita Socratis, lib. II. ſ. 42. Plato in Phædone p. 60. [c. 4. p. 163. ed. Forſt.] vocat hunc hymnum in Apollinem, τὸ εἰς τὸν Ἀπόλλω προοίμιον: Laërtius vero, ταῦτα; cujus hæc ſunt verba: Ἀλλὰ καὶ ταῦτα κατά τινας ἐποίησεν, οὐ ἡ ἀρχή·

Δῆλε Ἄπολλον, χαῖρε, καὶ Ἄρτεμι, παῖδε πλεονέ.

Themiſt. Orat. II. p. 27. edit. Par. Καὶ ἔστι Σωκράτει προοίμιον ἐπεσκευασμένον ἐν τόνῳ ἑξαμέτρῳ πρὸς τὸν Θεόν. Ex extat heroicis numeris a Socrate conditum prooemium in laudem Apollinis. Verumenimvero nullus dubito, quin carmen illud, quod, ſub nomine Socratis, temporibus Laërtii & Themiſtii divulgabatur, ſophiſtae neſcio cujus figmentum fuerit." VPTON.

Vers. 23. ὅτι πᾶν ὃ ἔξω &c. Nil opus eſt, ut Gatak. ad Anton. III. 6. corrigendum ſuſpicemur ὅτι αἱ πᾶν ὁτιοῦν &c. Abſolute poſitum πᾶν intelligi debet, *Quidquid ſit quod magni feceris.* De re conf. Enchir. c. 23.

Vers. 24. δόξον ἐν Ὀλυμπίᾳ εἶναι, *finge, Olympiae te eſſe.* Vulgo omnes, δόξον Ὀλύμπια εἶναι. Quod non diffiteor ferri potuiſſe, hac ſententia, *fingi Olympia hanc eſſe.* Sed probabilius viſum eſt alterum, quod dedit noſter cod. pc. In vulgata ſcriptura, abſorpta erat particula ἐν a litera ν, in quam definit verbum præcedens.

Ibid.

Ibid. παρήγγειλεν αὐτὸν (scil. τὸν θέρμβον, de quo conquereris) ἥγεσαι. „Vide ad II. 14, 29.“ VPTON.

Ibid. ἄλλος ἄλλο τι πέφυκεν. Quatuor ista verba ignorant edd. omnes. Sed agnoscunt ea tres nostri pabc. cum Vptoni codice; itaque in contextum recipere non dubitavi.

Ibid. καὶ τίς ἡμῶν οὐ χαίρει &c. Sunt tamen nonnulli haud ita faciles, sed justo morosiores; ad quos pertinet illud præceptum, quod habes in Enchir. c. 4.

Ibid. αὐτῆς ἀπαλλάσσεται. Nullam causſam video, cur cum Meibomio αὖθις pro αὐτῆς scribendum suspicemur.

Vers. 25. τὸ μέλι σαπρὸν, ἀνατρέπει γάρ μου τὴν ἕξιν. „Schegkius, *Mel vitiosum, facit enim nauseam.* Wolfius: *Mel molestum, evertit enim habitum meum.* Mihi in his verbis deesse nonnulla videntur: τὸ μέλι σαπρὸν, ἀνατρέπει γάρ μου τὴν ἕξιν· λάχανα οὐ θέλω. Nihil adjuvant codices; neque meæ e conjecturæ mihi ipsi placent.“ VPTON. — Ego in prædictis verbis nihil magnopere desideraveram. Fieri quidem potest, ut post illa, λάχανα οὐ θέλω; alia nonnulla fuerint olim posita, quæ interciderint: sed nihil urget, ut id nobis persuadeamus. Pro ἀναστρέπει, mendose ἀναστρέπει habet sola ed. Bas. Ad τὴν ἕξιν notavit MEIBOMIVS: „Quid si legamus τὴν ὄρεξιν.“

Ibid. οὕτω καὶ σχολὴν οὐ θέλω. *Ita etiam: Otium nolo, &c.* Id est; *similiter faciunt ii, quorum alius clamat, Otium nolo; solitudo est: alius, Turbam nolo, &c.*

Ibid. ἐρημία ἐστί. „Vide I. 12, 20. & lib. III. cap. 13.“ VPTON.

Vers. 26. Ἀλλ' ἐν μὲν. Pro μὲν est μὴν in ed. Vpt. operarum errore.

Ibid. μετ' ὀλίγων. „Sic noster codex & edit. Salmant.“ VPTON. — Eodem modo nostri codd. pabc. Perperam olim μετ' ὀλίγον ed. Ven. Bas. Gen. Col. Vbi jam WOLFIVS monuerat: ὀλίγων lege.“ — Eodem modo Meibom. Et sic correxit editor Cantabr.

Ibid. λάλει σεαυτῷ. „Vide ad III. 13, 7.“ VPTON.

Ibid. ἐξεργάζου τὰς προλήψεις. „Vide lib. I. cap. 22.“ IDEM.

Vers. 27. βλέπων. ἀνθρώπους πολλοὺς ἴσως βλέπων pa. male.

Vers. 28. Ἀλλὰ κατακράυγάζουσί μου. „*At clamores contra tollunt.*“ Opponitur ἐπικράυγαζε, IV. 2, 9.“ VPTON.

Ibid. δύναμαι ἡ ταῖς Φασήλισιν χρήσιμος; „Vide I. 1, 5.“ IDEM.

Ibid. καὶ τίς σε κωλύει. Placuit hoc, quod dedit noſter pc. Cæteri cum editis, κωλύσει.

Vers. 29. Σὺ μόνον μέμνησο. Sic recte editur inde a Genev. & ſic codices noſtri pab. Corrupte μέμνησε ed. Ven. & Baſ. μέμνησαι pc.

Vers. 30. ἀναγινώσκειν, ἀκούειν, παρασκευάζεσθαι. „Deeſt vox ἀκούειν in aliis codicibus, noſtro excepto. Sed vide infra, vſ. 40.“ VPTON. — Ignorabant id verbum editi; ſed agnoſcunt ſcripti noſtri libri omnes.

Ibid. μέχρι τίνος γυμνασθήσῃ μόνος; Suſpicari licebat μόνον. *Quousque ſolummodo exercitaberis?* Sed & μόνος ferri poteſt, *Quousque exercitaberis ſolus?* nempe in *ſcholæ ſolitudine*; ut reſpiciat id quod vſ. 26. dixit, ὥστε μόνον ἢ μετ' ὀλίγων ἀσκητέον. Sed non diffiteor, μόνον me maluiſſe.

Ibid. πότερον τῶν ἀξιονίκων ἢ τις τῶν ἀθλητῶν εἶ ἐκείνων, &c. Vulgo eamdem fere ſententiam verbis aliter nonnihil digeſtis expreſſerunt, in hunc modum: ἤδη καιρὸς γυῶναί σε, πότερον τῶν ἀξιονίκων εἶ τις ἀθλητῶν, ἢ ἐκείνων &c. Sic quidem editi omnes, & noſtri codices pab. Ad quæ verba VPTONVS hæc adnotavit: „Noſter codex, τί εἶδες ἢ τῶν ἀθλητῶν ἐκείνων. Corrupte. Quid ſi reponas, ἤδη καιρὸς γυῶναί σε πότερον τῶν ἀξιονίκων εἰ ἢ τῶν ἀθλητῶν ἐκείνων, οἱ &c. *Jam tempus eſt te cognoviſſe, an ſis ex eorum numero, qui victoriam emeruere; an ex iſtorum pagilum numero, qui &c.*“ — Ego ſcripturam expreſſi, quam ad verbum præivit noſter codex pc.

Ibid. οἱ τὴν οἰκουμένην περιέρχονται νικῶμενοι. „Vide ad III. 25, 6.“ VPTON. — *Qui omnes terras peragrantur*, (ſcilicet in omnibus Græciæ ludis vires & artem ſuam oſtentaturi) *& ubique victi discedant.* Nota τὴν οἰκουμένην, *omnes terras, totam regionem*; quo nomine nunc non *totas terrarum orbis*; & ne *orbis* quidem *Romanus* vel *Romanum imperium* intelligitur; ſed *tota Græcia, omnes Græciæ regiones*, in quibus ludorum celebritates ſunt inſtitutæ.

Vers.

Verſ. 31. *οὐδεὶς ἀγὼν δίχα θορύβου γίνεται.* Ante Vpt. edd. omnes *διὰ θορύβου* dabant; nec aliter noſtri codices. Sed: „Sententia poſtulare videtur *δίχα θορύβου.*“ WOLFIVS. Eodemque modo SALMASIVS. — „Ita noſter codex, & in ora edit. Salmant.“ VPTON. Et recte ſane hoc in contextum ille recepit. Eumdem librariorum errorem correximus apud Polyb. XXX. 5, 5. ac fortaſſe eodem modo corrigi debuit apud eumdem VIII. 19, 10.

Verſ. 32. *μείζων ταύτης ζημία.* Deeſt *μείζων* pb.

Verſ. 33. *ὅπου γὰρ ἂν πλίνης.* „Noſter codex *ἐκπλίνῃς*, minus recte.“ VPTON. — Cum Vpt. cod. facit noſter pb.

Ibid. *ἄλος ἐπ' ἄλλοις.* *totus in aliorum poteſtate.* „Editio Salmant. in ora, *ὑπ' ἄλλοις.*“ VPTON. — *ἄλος ἐπ' ἄλλοις* pb. male.

Ibid. *Ἀγοῦ δέ μ', ὦ Ζεῦ.* „Vide Enchir. cap. 52.“ VPTON. — Rurſus *ἀγοῦ* ſcripſi, cum ed. Ven. & Baſ. Et ſic pabc. *ἄγου* ed. Gen. Col. & ſeqq. Vide ad II. 23, 42.

Verſ. 35. *πότε τις σὲ Ἀθήνας ἀπέλθῃ;* Pronomen indefinitum, pro pronomine primæ perſonæ. Vide ad II. 18, 15.

Ibid. *Ἀνάγκη γε.* Ante Vptonum *ἀνάγκη σε* edd. cum pac. VPTONVS, cum conſentiente noſtro cod. pb. *γε*, pro *σε*, edidiſſet, hæc adnotavit: „Sic noſter codex: & ſic repoſui; non quia pleonaſmus, pronominis displicet, *ἀνάγκη σε — — ἀτυχῆ σε ποιεῖν.* Neque enim politiſſimis displicet ſcriptoribus. Menander:

Διόπερ ἐγώ σε φημὶ δεῖν, ὅσον χρόνον
αἱ κύριος, χρῆσθαί σε γενναίως πάτερ.

Perperam locus hic Menandri pro ſuſpecto habetur: ſic vero in initio ſcribe:

Περὶ χρημάτων λαλεῖς, ἀβεβαίου πράγματος·
εἰ μὲν γὰρ πᾶσθαι ταῦτα παραμενοῦν[σ]ά σοι
ἄπαν[τα τὸν χρόνον, φύλατ[τε, μηδενὶ
ἄλλῳ μεταδιδοὺς, αὐτὸς ὢν ὁ κύριος.

De divitiis loqueris, re parum firma: nam ſi noſti hasce tibi per omne tempus permanſuras, cuſtodi eas, nemini alii impertiens, cum ipſe ſolus ſis poſſeſſor. Sic locus iſte Menandri legendus. Quin & locus eſt apud Xe-

noph. in Oeconom. quem perperam sollicitat Leunclavius: οὐ γὰρ ἐν ἐμοιγέ σε ἀναλίμῳ, αἰ τοιαῦτας εἶχε, ἀσπάσασθαί σε ἐκ τῆς ψυχῆς. Eundem pleonasmum vide apud Arrianum nostrum, II. 22, 31. & quae ibi notavimus. Et III. 1, 9. αἰσχρὸν Σ' ἐᾶσαι ἀνάγκῃ, πᾶν πάλιν μηχανᾷ ἀντὶ τοῦ φαίνεσθαι ΣΕ μᾶλλον. Eodem modo τὸ καὶ πλουτίζει apud Aeschinem Socraticum, Dial. III. Ἐξιόντι μοι ἐς Κυνόσαργες, καὶ γυμνάσιον μοι κατὰ τὸν Ἑλλισσον, &c. Sic apud Paulum Apost. Epist. ad Roman. VII. 12. & apud Matth. VIII. 1. & alibi. Nec aliter Plautus, in Aulular.

Qui mihi angulos furum implevisti in aedibus misero mihi."

— Quam similia vel dissimilia huic loco sint pleraque ex exemplis ab Vptono relatis, longum est nunc quaerere. Illud adnoto, pro ἀνυχῇ σε ποιεῖν, in pa. esse ἀνυχῇσαι ποιεῖν, quod speciem habebat, cum paulo ante ἀνάγκη σε legeretur; sed minus convenit cum adjectivis & participiis quae sequuntur, πονῶν, ἐπαφώμενον, ἀνοτυχῇ, περιέντινσα. Pro σε, post ἀνάγκη, & vel τε legendum conjectaverat Meibom. In ἀναλῇ μὲν οὖσαν consentiunt nostri libri, nec id improbo: sed videndum tamen, ne ἀναλῇ μένουσαν vel ἀναλῇ μὲν μένουσαν scripserit Arrianus. Eandem video Meibomio occurrisse conjecturam.

Vers. 37. Θέρμβες ἐν Ῥώμῃ, καὶ ἀσπασμοί. „Supra de *Salutationibus*, vs. 3. Notissimus vero *salutandi* ritus apud Romanos. Potentiorum limina obire solebant, & matutinum *Ave* portare. Meminit passim Martialis & Juvenalis. Virgilius quoque, Georgicor. lib. II. vs. 461.

— *Ingentem foribus domus alta superbis*
mane salutantum *totis* vomit *aedibus undam.*"

VPTON.

Ibid. τὸ αἴρειν. Perperam τὸ αἴρειν pe. quae verba saepius inter se confusa observavimus.

Ibid. διὰ τί οὐκ αἴρεις αὐτῶν τὴν ἔκλεισιν; Ante Vptonum corrupte edebatur, διατί οὐκ αἴρει καὶ τῶν τὴν ἔκλεισιν. Vbi: „Fortasse οὐκ αἴρεις καὶ τούτων." WOLFIVS. — „At noster codex, quem sequor, διὰ τί οὐκ αἴρεις αὐτῶν τὴν ἔκλεισιν." VPTON. — Neque fere aliter nostri legunt codices tres.

Vers.

Verſ. 38. ὅρα ὅτι δεῖ σε. Sic recte ed. Vpt. Olim ὅρα τί δεῖ σε ἀκολούθειν edd. Vbi notavit WOLFIVS: „ὅρα ὅτι δεῖ." Tum VPTONVS: „Atque ita noſter codex." — Anonymus Londinenſis, mederi nonnihil vulgatæ ſcripturæ volens, ſic ediderat: ὅρα τι. δεῖ σε &c. Potuerat commodius hoc modo ſcribere: ὅρα τί. δεῖ σε &c. Scilicet ὅρα τί συμβαίνει. δεῖ σε &c. Sic Meibomius correxerat, ὅρα τί; δεῖ &c. A ſcriptura olim vulgata nil diſcedunt noſtri mſſti.

Ibid. διαπράξασθαι τὴν ἔξοδον. Huic oppoſitum eſt τὸ ἐμπεδίσαι.

Ibid. τῷ [τῶν] ἐμπεδίσαι δυναμένῳ. „Fortaſſe πάντα τῷ ἐμπεδίσαι δυναμ." WOLF. — Vtique haud paulo commodius hoc erat futurum. Sed in τῷ τῶν ἐμπεδ. conſentiunt libri omnes, quod etiam ex τῷ ἀεὶ ἐμπ. detortum eſſe poteſt. Certo vocem τῶν, ut ſuſpectam, uncinis includendam judicavi.

Ibid. Θερμοπύλαι αἱ Καυσαλίμενα. „Vide I. 19, 6." VPTON.

Verſ. 39. οὓς καὶ ὁ Ζεὺς πανοίκιον. „Idem dicit de Aeolo ſupra, I. 1, 16." VPTON.

Verſ. 42. οὐ τοίνυν οὐδ' ἐγώ. „Videtur omiſſum, τὸν ἀναγινώσκοντα πολλά." WOLFIVS. — Generatim facile intelligi poterat ſive ἀναγινώσκοντα ſive ἀγρυπνοῦντα.

Ibid. ἂν δὲ δι' ἀνθυμίαν λόγου, Φιλολόγου. „Haec omnia addidi, ductus auctoritate noſtri codicis." VPTON. — Opportune haec Vptoni codex, quae ignorant cum olim editis noſtri omnes. Sed Φιλόλογον antepenacute h. l. editor hic ſcripſit, pro quo Φιλολόγον penacute poſui, quemadmodum conſentientibus libris omnibus editum erat II. 8, 11. & III. 2, 13.

Verſ. 44. Μηδέποτε γὰρ ἀπὸ τῶν καιρῶν μήτ' ἀπαυγάζε, &c. „Vide infra cap. 8. initio." VPTON. — Conf. ibid. vſ. 15. καιρὸς adpellat, quae bono viro & malo communia eſſe poſſunt; quae in utramque partem valent, & per ſe ſunt indifferentia.

Verſ. 45. χαῖρε τοῖς παροῦσι. „Reſpicit ad proverbium, τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν, *quod in praeſentia occurrit, bene agere.* Vide Laërt. I. 77. Plat. in Gorg. p. 340. F. & Gatak. ad M. Anton. VI. 2. Idem quoque lib. IX. 6. Ἀρεταὶ ἡ παροῦσα ἀπόλαυσις καταλογικαί, καὶ ἡ παροῦσα πρᾶξις πανυπνία, καὶ ἡ παροῦσα διάθεσις σύμφ-

εὐαρεστικὴ πρὸς πᾶν τὸ * παρὰ τὸ ἐκ τῆς αἰτίας συμβαῖνον. Lego, πρὸς πᾶν τὸ ἀπὸ τῆς ἐντὸς αἰτίας συμβαῖνον. Patet ex sect. 31. ejusdem libri." VPTON.

Vers. 46. εἴ τινα ὁρᾷς, ἂν ἔμαθες καὶ διασκέψω, ἀπαυτῶν[λά] σοι εἰς τὰ ἔργα. Bene Wolfius: *Si quos vides eorum, quæ didicisti ac meditatus es, ad rem abs te conferri.* Possis etiam dicere, *opportuno tempore in actum abs te deduci.* Corrupte vero ante Vpt. sic edebatur, καὶ διασκέψω ἀπ' αὐτῶν τὰ σοι εἰς τὰ ἔργα. Vbi WOLFIVS: „Diu me torsit, inquit, hic locus. Sed legendum haud dubie, pro ἀπ' αὐτῶν τὰ, una voce ἀπαυτῶν[λά] σοι, ab. ἀπανλάω." — „Ingeniose, & recte: vide infra, cap. 6, 14." COM. SHAFTESBVR. — „Noster codex clare exhibet ἀπαυτῶν[λά] σοι." VPTON. — Nec aliter nostri tres pbc.

Ibid. εἰ τὸ ναυάγησες καὶ λοίδορον ἀποτέθεισαι ἢ μεμψίμοιρος; εἰ τὸ προσετὲς, εἰ τὸ αἰσχρολ. &c. Prave olim sic: εἰ τὸ ναυάγησες καὶ λοίδορον ἀποτίθεισθαι, μεμψίμοιρος· εἰ τὸ προσετὲς, &c. Vbi sagaciſſime WOLF.: „Fortasse ἀποτέθεισαι, ἢ μεμψίμοιρος" — „At noster codex: εἰ τὸ ναυάγησες καὶ λοίδορον ἀποτέθεισαι, εἰ μεμψίμοιρος τὸ προσετὲς, &c." VPTON. — Et sic edidit idem Vpt. cum quo consentit noster codex pb. nisi quod mendose hic ἀποτίθεισαι habet, pro ἀποτέθεισαι. In pa. sic scribitur: εἰ τὸ ναυ. καὶ λοιδ. ἀποτίθεσαι, μεμψίμοιρος· εἰ τὸ προσ. &c. Vere scripturæ, quam perspecte Wolfius viderat, proximus est noster pc. sic scribens: εἰς (sic quidem perperam hic, pro εἰ) τὸ ναυάγησες καὶ λοίδορον ἀποτέθεισαι εἰ μεμψίμοιρος· εἰ τὸ προσετὲς &c. ubi haud obscure intelligitur, εἰ μεμψίμοιρος, ex ἢ μεμψίμοιρος esse corruptum; atque sic edendum curavi.

Ibid. τὸ ἐπισσυρμένον. „Cod. Ven. [i. e. editio Ven.] & Bas. ἐπισσυρόμενον. Corrupte. Editio Salmant. ἐπισσυρμένον. recte. [Atque ita edidit Genevensis & seqq.] Vide supra, II. 5, 2. μὴ ἀκαίρως, μηδ' ἐπισσυρμένον. M. Anton. VIII. 51. Μήτε ἐν ταῖς πράξεσιν ἐπισύρειν. nec in actionibus languidus. Vbi Gatakerus: „ἐπισύρειν, languide agere; tractum ab equis, qui apud medicos veterinarios ἐπισύρειν dicuntur, cum ilia trahentes languide incedunt." VPTON. — Vide notata ad II. 5, 2.

Vers. 48. ἔτι διαφέρῃ. „Habes ἔτι ex nostro codice. Totam sententiam sic verte: *Hisce cogitationibus inutriteris, adhuc interesse putas quo in loco sis Deo placiturus?*

Nunc

Nonne undique Dii æquo intervallo distant? Nonne undique similiter quæcunque fiunt intuentur? Nota interea numerorum mutationem: τῷ θεῷ — — ἀπέχουσιν — — ὁρῶσι. Monui ad l. 4, 32. Cic. de Nat. Deor. p. 93. [lib. I. c. 38.] *Hoc idem fieri in* Deo; — — *ex quo esse* beati *atque* æterni intelligantur." VPTON. — Particulam ἔτι, quam ignorabant olim editi, cum Vptoni codice agnoscit noster pc. Recte vero Vptonus ἔτι διαφέρει hio interpretatur, *adhuc interesse putas?* (Conf. IV, 7, 27. IV. 13, 24.) In versione posuerat, *dubitas adhuc.* Wolfius, *de eone moves controversiam?*

Ibid. ποῦ ἂν εὐδαιμονήσεις. *ubinam locorum*, vel *quo in loco versans*, *beatus sis futurus.* Temere tria ista verba omiserat editor Genevensis; inde eadem desiderabantur in posterioribus omnibus editionibus, Col. Cant. Lond. anon. & Vpt.

CAPVT V.

Vers. 3. Ὅρα παρὰ Ξενοφῶντι. „Vide supra ad II, 12, 15." VPTON.

Ibid. ἠνέσχετο Θρασυμάχου. ἠνείχετο pc. ut paulo inferius habent omnes.

Ibid. Πώλου. „Sic scribe. Vide Plat. de Rep. lib. I. & in Gorgia." VPTON. — Nempe Πόλου habebant superiores editt. Sed Πώλου nostri libri pabc.

Ibid. πῶς τοῦ υἱοῦ. „Vide Xenoph. Ἀπομνημ. lib. II. cap. 2." VPTON.

Vers. 5. Οὐχ ἵνα κινῇ οὗτός τι κατὰ φύσιν. „Fortasse ποιῇ οὗτος τὸ κατὰ φύσιν." WOLFIVS. — „Hoc modo se locus habet in editis libris, Οὐχ ἵνα κινῇ οὗτός τι κατὰ φύσιν. Vbi οὗτος usurpari possit *dextrorsus*. *Non ut iste* (scil. Thrasymachus &c. filius suus, vel quispiam alius) *sese moveat aliquo modo secundum naturam.* Recte τι. Angl. *at all.* Et recte κινῇ. Diog. Laërt. VII. 104. ὠφελεῖν δέ ἐστι κινεῖν ἢ ἴσχειν κατ' ἀρετήν. *Prodesse est* movere *aut habere secundum virtutem.* Cic. de Fin. lib. III. 10. *Illud enim quod prodesset*, (ὠφέλημα *enim sic adpellemus*) motum *aut statum esse dixit e natura absoluta.* Infra quoque, IV. 8, 34. κινητέον πρὸς φιλοσοφίαν. Tamen noster codex pro τι dat τοὺς, unde fortasse aliquis legat hoc modo, οὐχ ἵνα κινῇ τούτους κατὰ φύσιν, *non ut hos* (scil. Thrasymachum, Polum, uxorem, filium) *moveat secundum naturam.* Sed

lector suo fruatur judicio." VPTON. — Ego, nemini quidem addubitans, vulgatam tenui scripturam, in quam tres nostri codices consentiunt; & Wolfii versionem, quam Vptonus etiam tenuit, intactam h. l. reliqui. Videri quidem poterat, ad illam efficiendam sententiam, scriptum oportuisse κινῆται vel κινηθῇ in passivo; quo pertinet & ipse ille locus ab Vptono citatus, IV. 8, 34. & IV. 4, 46. Sed fortasse activum κινῇ, sequente præsertim pronomine τι, ex Stoicorum sermone idem significabat, aut hoc saltem, *ut in hac vel illa re secundum Naturam ageret*; quod etiam ex Laërtii loco, ab Vptono laudato, fit probabile. Neque vero, quod nunc οὗτος in singulari ait, & mox ἐκεῖνον in plurali, turbare nos debet subitus ille ab uno numero ad alterum transitus, cujus jam frequentia exempla in his Dissertationibus vidimus. Nihil promovet MEIBOMII conjectura, a Relando h. l. relata: „Κατὰ φύσιν. παρὰ, vel τι τῶν κατὰ φύσιν, *quæ naturæ consentanea.*" — Sub scriptura codicis Vptoni, νικῇ οὗτος τοὺς κατὰ φύσιν, quid lateat, aut probanda ne sit emendatio, ab Interprete hoc in Notis proposita, doctioribus sagaciotibusque dispiciendum relinquo.

Ibid. ὅπως — — — αὐτὸς μηδὲν ἧττον κατὰ φύσιν ἕξει καὶ διεξάξει. Ante Vpt. editi omnes, consentientibus msstis, sic legebant, κατὰ φύσιν ἕξει, καὶ ἐξάξει μόνον τὰ αὐτοῦ ποιῶν. WOLFIVS vero in Notis ad suam Latinam versionem, verbum illud Græcum, de quo dubium merito oboriri poterat, ita repetiit, quasi καὶ ἐξάξῃ editum fuisset. „Καὶ ἐξάξῃ. (ait) Ab ἐξάγω. Fortasse διάξῃ. Nam ἐξήξῃ, ab ἐξήκω, non placet." — Tum COMES SHAFTESBVR. „διάξῃ Wolfius recte. Sic infra, IV. 6, 11. & supra, IV. 4, 43. & IV. 12, 2. & lib. III. c. 10." — „διεξάξει." SALMASIVS. — Has omnes aliorum Interpretum Notas referens VPTONVS nihil de suo adjecit; sed, quum in contextu ἐξάξει posuisset, in Indice probavit Salmasianam emendationem, quam nos adoptavimus: quod recte a nobis factum nemo dubitaverit, qui loca modo a Shaftesburio citata consuluerit; quibus in omnibus junguntur hæc verba, κατὰ φύσιν ἔχειν καὶ διεξάγειν. Quod particula ὅπως cum futuro indicativi modi hic construatur, neminem turbet: vide Adn. ad l. 15, 7. & ad l. 16, 3.

Ibid.

Ibid. τὰ αὐτοῦ ταῦτα. Sic sett. edd. consentientibus mss. *τὰ αὐτοῦ* ed. Vpt. cum anon. Lond.

Vers. 6. Olim sic edebatur: *Στρατηγῆσαι; ἀλλ' ἂν δίδωται.* Vbi: „Ante *στρατηγῆσαι* videtur deesse verbum *βούλεται*, aut simile. Posteaque legendum, *οὐκ, ἀλλ' ἂν δίδηται.*“ WOLFIVS. — „Supple *πρόκειται*. Optime noster codex: *Στρατηγῆσαι; Οὔ· ἀλλ' ἂν δῷ.*“ VPTON. — *οὔ·* habent & nostri pbc. quod & Meibomius adjectum voluerat. Sed caret pa. cum olim editis, Sive *δίδωται* scribas, sive *δίδηται*, nihil interest.

Ibid. κατὰ φύσιν ἔχοντα αὐτὸν τηρῆσαι. Sic pb. cum olim editis; sic & pc. primum habuerat, deinde asperum spiritum cum leni conjunxit. *αὐτὸν* mendose pa. *αὐτὸν* ed. Vpt.

Vers. 7. *καὶ τὸ παιδεύεσθαι τοῦτ' ἔστι, μανθάνειν καὶ ἴδια &c.* Divisis vocibus *τοῦτ' ἔστι* scribere malui cum pbc. quam *τουτέστι*, quod vulgo dabant cum pa. Olim comma non post *τοῦτ' ἔστι*, sed post *παιδεύεσθαι* ponebatur, quod recte mutavit editor Cantabrigiensis; & sic satis bene constitutus hic locus videtur, quamquam adnotavit VPTONVS: „Haeret sententia: & quaedam deesse arbitror.“ — Comma nusquam agnoscunt pbc. Et post *παιδεύεσθαι* & post *τοῦτ' ἔστιν* comma posuit pb. non male.

Vers. 8. *μὴ γὰρ θαυμάζῃ τι τῶν γινομένων.* „Horat. *Nil admirari.* Vide supra, ad IV. 1, 77.“ VPTON. — Pro *μὴ γὰρ θαυμάζει*, habet *μὴ θαυμάζῃ* pc. absque *γὰρ*. male.

Ibid. μὴ γὰρ καινὸν αὐτῷ φαίνεται. „Vide supra, ad III. 24, 104. Sic Aeneas apud Virgil.

— — — *Non ulla laborum,*
o virgo, nova mihi facies inopinave surgit:
omnia praecepi, atque animo mecum ante peregi.

Cicero, Tusc. Disp. IV. 17. *Qui semper animo sic excubat, ut ei nihil improvisum accidere possit, nihil inopinatum, nihil omnino novum.* Terent. Phorm. Act. II. Sc. 1. *Quamobrem omnes, cum secundae res sunt maxime, tum maxime meditari secum oportet, quo pacto adversam ferunt; — — ne quid horum quam accidat animo novum.*“ VPTON.

Ibid. μὴ γὰρ οὐ πάρεδρος λογίζεται &c. „Terent. Phorm. Act. II. Sc. 1.

Quicquid

Quicquid praeter spem eveniat, omne id deputare esse in lucro.“

VPTON.

Ibid. ὅ τι ἂν ἀπολίτωσι. ἀπολείτωσι pc.

Vers. 9. Πολλὴ χάρις αὐτῷ. *Magnam ei gratiam habe.* Vptonus cum Wolfio, *habeo*, in prima persona; quod commodum foret, si μὰ, non σὲ, praecederet; sed ita ferri potest, ut intelligatur, *Dic, magnam ei gratiam habeo.*

Vers. 10. ἢ παρὰ τίνι; Vide ad I. 29, 52. Paulo ante, pro πότε, perperam ποτὲ expressum est in ed. Gen. Col. & Cant.

Ibid. ὅτι ἡμερόν ἐστι ζῶον. „Vide II. 10, 14. IV. 1, 120. Plato de Legib. lib. VI. Ὁ ἄνθρωπος παιδεὶας μὲν ὀρθῆς τυχὼν, θειότατόν τε ζῴων τίγνεσθαι φιλεῖ. Seneca. Epist. 95. *Homines mitissimum genus.* Aristot. Top. lib. V. c. 2. εἰ ἢ ἂν μᾶλλον κείμενον κατὰ τοῦ ἀνθρώπου, τὸ ζῶον ἥμερον φύσει.“ VPTON.

Ibid. ὅτι μεγάλη βλάβη τῇ ἀδικουῦσι αὐτὴ ἡ ἀδικία. „Vide ad IV. 1, 167. ubi quae Socrates hac de re in Critone Platonis. Plato in Gorg. p. 469. edit. Steph. II. Σὺ ἄρα βούλοιο ἂν ἀδικεῖσθαι μᾶλλον ἢ ἀδικεῖν; Σ. Βουλοίμην μὲν ἂν ἔγωγε οὐδέτερα· εἰ δ' ἀναγκαῖον εἴη ἀδικεῖν ἢ ἀδικεῖσθαι, ἑλοίμην ἂν μᾶλλον ἀδικεῖσθαι ἢ ἀδικεῖν. Et de Repub. lib. I. p. 28. edit. Cantab. Εἰ ἄρα τὰ ὀφειλόμενα ἑκάστῳ ἀποδιδόναι φαίη τις δίκαιον εἶναι· τοῦτο δὲ δὴ νοεῖ (scribe ex Ms. Oxon. δεῖ νοεῖν) αὐτῷ, (leg. αὐτὸν,) τοῖς μὲν ἐχθροῖς βλάβην ὀφείλεσθαι παρὰ τοῦ δικαίου ἀνδρὸς, τοῖς δὲ φίλοις ὠφέλειαν· οὐκ ἂν σοφὸς ὁ τοῦτο εἰπών· οὐ γὰρ ἀληθῆ ἔλεγεν· οὐδέποτε γὰρ δίκαιον οὐδένα ἡμῖν ἐφάνη ὂν βλάπτειν. Cic. Tusc. Disp. V. 19. *Accipere, quam facere, praestat injuriam.*“ VPTON. — Nihil utique ad Epictetum nostrum pertinet, sed notemus in transitu, parum feliciter ab Vptono curatum esse Platonis locum, quem modo citavit. Cave sollicites verba ista δὴ νοεῖ, quae rectissime habent; sed, pro αὐτῷ, αὐτὸ scribe, quod & a Cantabrigiensi editore jam monitum video. τοῦτο δὲ δὴ νοεῖ αὐτὸ, *& quod si id,* (scil. quod dicit) *ita intelligit.*

Vers. 11. Οὔ· ἀλλὰ προαίρεσις. „Vide III. 1, 40.“ VPTON. — Particulam negativam ignorat hoc loco pc. non male. Vide ad IV. 1, 116 & 162. Sed agnoscunt eamdem cum editis codices pbc.

Vers.

Verſ. 12. ἀνθρώπῳ δ' ἐὰν ζητῇς. δ' ἐὰν ſcripſi cum pabc. Vulgo δ' ἂν edebatur. Vbi: „Fortaſſis ὡς ἂν ἀνθρώπῳ." WOLFIVS. Sic & MEIBOM.: „Puto ſcrib. ὡς ἀνθρ." — Sed particulam ignorant h. l. libri omnes: nec fortaſſe admodum fuerit neceſſaria.

Verſ. 13. κολάζειν. Corrupte κολάζει pc.

Verſ. 14. λέοντας πνίγειν, ἢ ἀνδριάντας περιλαμβάνειν. „*Leones ſtrangulare*, ut Hercules; *aut ſtatuas amplecti*, ut Diogenes. Vide ad III. 12, 2." VPTON.

Ibid. ὁ τὸ πιστόν; „Inſerui articulum ὁ auctoritate noſtri codicis. [Cum eo facit noſter pc.] Sed confer [nempe de re, quæ hic agitur] I. 28, 23. II. 4, 1." VPTON.

Verſ. 15. Τοῦτον ἔδει, συνελθόντας θρηνεῖν, εἰς ὅσα κακὰ ἐλήλυθεν &c. „Deeſt ἔδει in aliis, noſtro codice excepto; unde conſtructio depravatur. Cæterum plane reſpexit ad ſententiam illam, quæ uſus eſt in Cresphonte Euripides:

Ἔδει γὰρ ἡμᾶς σύλλογον ποιουμένους
τὸν φύντα θρηνεῖν εἰς ὃσ' ἔρχεται κακά.
τὸν δ' αὖ θανόντα καὶ πόνων πεπαυμένον
χαίροντας, εὐφημοῦντας, ἐκπέμπειν δόμων.
Nam nos decebat coetus celebrantes, domum
lugere, ubi eſſet aliquis in lucem editus,
humanæ vitæ varia reputantes mala:
At, qui labores morte finiſſet graves,
hunc omni amicos laude & lætitia exſequi.

Cicero, Tuſc. Diſp. I. 48. Hos ipſos verſus præ oculis habuit Dio, Orat. XXIII. p. 276. Ἕτερος δὲ ποιητὴς οὐκ ἰδίᾳ οὕτως, ἀλλὰ κοινῇ πρὸς θέατρον ἀγωνιζόμενος, εἰσηγεῖται.

τὸν φύντα θρηνεῖν, εἰς ὅσ' ἔρχεται κακά·
τὸν δ' αὖ θανόντα καὶ πόνων πεπαυμένον,
χαίροντας καὶ συνηδομένους εἶναι δεῖν ἐκπέμπειν. Ἔστι ταῦτα. Οὐκοῦν (non Οὐκοῦν) ὀρθῶς παρήνεσαν. εἰ γὰρ ἅπαξ ἔδει κλαίειν τοὺς ἀνθρώπους διὰ τὴν ἀτυχίαν καὶ γενομένους προσήκει θρηνεῖν, τῶν ἐσομένων αὐτοῖς κακῶν ἕνεκεν· καὶ τελευτήσαντας, ὅτι πολλὰ καὶ δεινὰ πεπόνθασι· καὶ ζῶντας, (male πάντας, ut monuit Caſaub.) ὅτε εἰσὶν ἐν κακοῖς. ὅτε ὥρα (non ὥρα) ἦν εἰπεῖν, κατὰ τὸν ποιητὴν, μηδέποτε παύεσθαι θρηνοῦντας πολὺ μᾶλλον τὸν

τῶν ἀνθρώπων. *Alius quoque poëta non ita privatim, ſed publice in theatro certans, perſuadet*

Lugeri, ubi eſſet aliquis in lucem editus,
humanæ vitæ varia reputantes mala:
At, qui labores morte finiſſet graves,

hunc cum gaudio & exultatione exiſtimat efferri oportere. Ita eſt. Nullo certe modo reſte admonuere: nam, ſi ſemel deflendi homines fuiſſent propter miſeriam, æquum eſſet & natos lugere, propter mala iis adventura; & mortuos, quod multa & atrocia jam paſſi ſint; & vivos, quod ſint in malis. Adeo ut nobis, curandum, juxta poëtam, nunquam a luctu ceſſare, multo magis quam luſcinias, &c. Huc reſpexit Aeſchines Socraticus, p. 86. edit. Cleric. "Ὅτι, τὸ κοινὸν δάκρυον τοῦτο καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἁρμόττοντα, παροιμία τις ἐστὶν ὁ βίος· καὶ ὅτι δεῖ ἐντεῦθεν ὑπαγαγόντας εὐθύμως μονονουχὶ πανηγύσαι. (male Ms. Med. παίζοντας) ἀλλ' ἐπὶ τὸ χρεὼν ἀπιέναι." VPTON. — Opportune verbum ἅδου obtulit Vptoni codex, quod ignorabant tres noſtri mſti cum olim editis. Cæterum quid expedierit, Dionis & Aeſchinis loca iſta hic proferre, nolo quærere. Illud adparet, Euripidis verba, quæ vir doctus citavit, animo obverſata eſſe Epicteti, cum iſta diceret, ad quæ adnotata hæc ſunt: ſed videtur ſimul utique reſpexiſſe Philoſophus noſter morem illum, quo Pythagoreos olim uſos Jamblichus ſcribit, (in Vita Pythag. cap. 17. ſect. 73 ſq. & cap. 34. ſ. 246.) ut eos, quos ob ingenii morumque pravitatem ſchola excludere oportuiſſet, pro mortuis haberent, & ſepulcrale monumentum eis erigerent.

Ibid. συμβεβήκει. „Displicet Daviſio ad Cic. Tuſc. Diſp. I. 48. [qui συμβέβηκεν legi voluit.] Sed vide ad I. 6, 3. Infra, IV. 11, 17. πεπιστεύκει. Arrian. de Exped. Alex. lib. IV. p. 180. edit. Gron. ἐς τοσόνδε τόλμης καὶ αὐτυχίας προκεχωρήκει." VPTON.

Ibid. τὸ πανδοκεῖον non video quo pacto in numero poſſeſſionum hominis nominetur, ac vereor ne corruptum ſit vocabulum; niſi intelligendum ſit diverſorium in quo habitat is qui proprium domum non habet.

Verſ. 16. τοὺς χαρακτῆρας οὓς ἔχων. Corrupte τοὺς χαρακτῆρας ἂν ἔχων editt. vett. Vbi: „οὓς ἔχω lego." WOLFIVS. — Et οὓς in contextum primus recepit editor Cantab. quam lectionem confirmari a ſuo codice docuit Vptonus; neque vero aliud habent noſtri tres pbc.

Verſ.

Vers. 17. τὸ τετράσσαρον. „A *quatuor assibus* videtur compositum. *Quadrassium* non ausus sum dicere; *nummum* aut *quadrantem* vertere licet καταχρηστικῶς." WOLFIVS. — De eodem vocabulo Vir ille doctus, cujus Adnotationem de Nummis Neronianis mox exhibebimus, in fine ejus adnotationis hæc monuit: „Τετράσσαρον. Quære, annon legi debeat τετρασσάριον. Quippe Ἀσσάριον est *Aes minutulum*, quod hodierni antiquarii non inepte vocant *Aes tertii seu infimi moduli*; *Aes secundi moduli* duplo majus est; *Aes* autem *primi moduli*, qualis est nummus ille Stuckleianus, [vide Adnotationem proxime sequentem] quadruplo; scilicet τετράσσαριον." — Et ego suspicatus eram, τετρασσάριον fortasse scriptum oportuisse, quandoquidem ἀσσάριον & ἡμισσάριον eadem forma usurparunt Græci. Atque eadem ratione ipsum nomen τετρασσάριον Du Cange in Gloss. ad Scriptores mediæ Græcit. sub voc. Ἀσσάριον, ex Cleopatra de Ponderibus citavit. Quod vero ad vim valoremque hujus vocabuli spectat; cum Viro rei Nummariæ peritissimo (quod elogium Vptonus tribuit illi Viro, cujus verba modo retuli) contendere equidem non ausim: pariterque non diffiteor, nec liquere mihi, nec nunc vacare disquirere, quid sit id quod ex Cleopatra Du Cangius l. c. retulit, cum ait, Καλεῖται δὲ σύγκλα τετρασσάριον Ἰταλικόν. Meam vero sententiam præficisne dicere liceat: Quemadmodum ἀσσάριον Græci *assem Romanum*, & ἡμισσάριον *semissem* dicebant; (vide Polyb. II. 15, 6. & quæ ibi notavimus;) sic τετρασσάριον putavi esse *nummum quatuor asses valentem*, id est, *Sestertium nummum*; quandoquidem Sestertius quarta pars erat denarii, denarius autem inde a secundi belli Punici temporibus (ut Plinius docet XXXIII. 3, 13.) sedecim asses valebat.

Ibid. Νέρωνος. Πάλιν ἕτερον, ἀδόκιμόν ἐστι. Ad ista verba, hæc adnotavit VPTONVS: „Hic unicus Arriani locus Numismatum antiquorum studiosos edoceat, Neronis nummos (utpote qui hostis judicatus fuerit Romani nominis) sub Trajano non probos fuisse. Vidi nummum Neronianum penes celeberrimum Antiquarium Gulielmum Stuckleium, signo transverso notatum, in quo signo hæc erat inscriptio, SPQR. Scilicet ut nummus Neronis signo novo notatus, pecuniæ præsentis & legitimæ vicem suppleret. Cæterum hæc de re in literis ad me datis, Ecce lector benevole, quæ mecum communicavit:

huma-

humaniſſimus itemque rei nummariæ peritiſſimus FRANCISCVS WISE, Collegii S. Trinitatis apud Oxonienſes Socius.

„Ex hoc loco non obſcure conſtat, Neronis nummos temporibus Antonini Pii, quibus vixit Arrianus, „omnis juris & valoris expertes eſſe; adeo ut in commercio cuilibet eos recuſandi facultas eſſet: non iisdem „de cauſſis, quibus falſi & adulterini vulgo repudiari ſolent. Plurimi enim Neronis nummi etiamnum ſuperſunt, quique, ſi fabricæ tantum & metalli puritatis „rationem habeamus, optimæ ſunt notæ. Nec ſane „ulla ratio dari poteſt, cur nummi ejus imagine ſignati „abrogarentur, quam quod ipſe *a Senatu hoſtis judicatus eſſet*, juxta Suetonium, Neron. c. 49. Pœnas ſolitas „itidem decrevit Senatus, *Nudi hominis cervicem inſeri furcæ, corpus virgis ad necem cædi.* Ibid. Quum vero mortem ſibi conſciſcendo, pœnas hasce evitaſſet „Nero, mortuus tamen ſcelera luit, ſecundum LEGEM IVLIAM MAIESTATIS, *quæ in eos qui „contra Imperatorem vel Rempublicam aliquid moliti ſunt, „ſummum vigorem extendit: cujus pœna animæ amiſſionem „juſtinet, & memoria rei poſt mortem damnatur.* Ipſiſſ. „lib. IV. Tit. XVIII. §. 3. Hinc pœnæ irrogatæ ſunt „delinquentium Statuis & Inſcriptionibus, vel quæ alia „eorum nomina & memorias ſervarunt: inter iſta autem præcipue recenſendi ſunt nummi. *Senatus*, inquit Suetonius, de Domitiano locutus, *ſcelas etiam „inferri clypeosque & imagines ejus coram detrahi, & „ibidem ſolo affligi juberet: noviſſime eradendos ubique „titulos, abolendamque omnem memoriam decerneret.* Domit. c. 23. Occiſo etiam Caligula, ejus monetam conflaviſſe Senatum, ad quem ſcilicet pertinebat æreæ „monetæ jus, diſerte memorat Dio. Τῇ δὲ δὴ τοῦ Γαΐου „μνήμῃ ἐχθόμενοι, τὸ νόμισμα τὸ χαλκοῦν πᾶν, ὅσον „τὴν εἰκόνα αὐτοῦ ἐνεστυπωμένην εἶχε, συγχωνεῦσαι „ἔγνωσαν. *Contra Caii memoriam ægre ferentes, omne „æreum Numiſma, quod ejus imaginem haberet, conflari „juſſerunt.* Lib. LX. Diverſæ ſemper fuerunt cauſſæ, „ex quibus Nummi uſus publici eſſe deſierint. Nummi „nusquam apud exteros idem jus, quod apud ſuos, obtinuerunt: quin etiam in regione, qua cuſi ſunt, aliquando ex nimia vetuſtate exoluerunt. Apud Romanos quid in Imperatorum, quos hoſtes judicaverat Senatus, nummos actum ſit, ex ſupra dictis patet. At

„nonnun-

„nonnunquam Imperatorum proborum, & de Republica „bene merentium, monetæ usus post mortem interdi„ctus est: *Recte profecto fecerunt veteres, dum omne „genus numismatis, etsi ad veteres & priscos principes „referretur, similiter valere voluerunt. Verum hoc egre„gium institutum, haud scio qua de causa posteriores „principes in eadem forma consistere non permiserint; ac „tanquam subditorum opulentiæ inviderent, quia nu„mismata superiorum Principum effigiem ferrent, iis pu„blico usu interdixerint; sua vero sola in communi com„mercio esse voluerint.* Leon. Novell. 52. Quomodocun„que autem exoleverint nummi, semper penes Princi„pes & Magistratus erat, eos in pristinum statum & „valorem restituere. Hoc autem antiquitus fieri solebat „per vocem Præconis in publico, uti conjicere licet ex „Aristophanis Concion. vs. 816. Postea per Literulas „quasdam novo sigillo ipsi pecuniæ impressas; cujusmo„di plurimæ, quas etiam ad libitum interpretati sunt „antiquarii, cernuntur in nummis argenteis & æreis, „tum Græcis, cum Romanis, redintegratum eorum usum „indigitantes. NCAPR: *Nota cusa a Populo Romano*; „ni forte sit, *Nota Communis Aeris Probi*, vel *Probati*. „NPROB. *Nummus Probus*. A. P. *Aes Publicum*, vel „*Probum*. RM. *Restitutio Monetæ*. CAR. *Cusa a Ro„manis*. In gaza ornatissima Domini Hans Sloane extat „nummus Lysimachi Thraciæ Regis argenteus tetradrach„malis, literas habens CL. CAES. scilicet a Claudio Cæ„sare jure Latii donatus. In nummis Augusti aliquando „inveniuntur literæ TI. AV. quasi isti auctoritatem no„vam a Tiberio derivassent. Penes celebetrimum Anti„quarium Guilielmum Stukely, M. D. est nummus æreus „Neronianus primi moduli, characteribus SPQR signa„tus, senatus nempe auctoritatem præ se ferens. Simi„lis etiam extat in nobilissimo D. Pembrockiæ Comitis „armario. Huic lucem addit alius ex eodem ditissimo „thesauro, redintegrationis æram demonstrans per lite„ras IMP. OTHO. Hisce concinit Historicus: *Primis „epistolis suis*, (Otho) *Neronis cognomen adsecit. Certe „& imagines statusque ejus reponi passus est.* Sueton. „in Othon. c. 7. Senatui igitur, quod verisimile est, fun„dente Othone, nummorum aliquot Neronianorum usum „renovare placuit; qui tamen, sublato de medio Otho„ne, iterum in desuetudinem abierunt, & usque ad Ar„riani tempora neglecti jacuerant."

„P. S. Τετράσσαρον. Quasso annon legi debeat τε-„τρασσάρων.“ &c. — Vide Adnot. proxime precod.

Vers. 18. *Ὅρα μόνον, μὴ Νερωνιανὸν ἔχῃ χαρακτῆρα.* Νερωνικὸν pb. non male. *ἔχει* habent edd. omnes; sed subjunctivum modum desiderabat particula *μὴ*, in ista connexione posita: & ex conjectura jam correxeram *ἔχῃ*, cum sic scriptum in tribus nostris codd. pabc. inveni. Vicissim, quod paulo post dabant cæteri omnes *κατάσσῃ* in subjunctivo, in indicativum *κατάσσει* fuit mutandum cum cod. nostro pb. Sed perperam idem pb. *ἐκάνιστον* scribit pro *ἀκανθῶνον*, quod habent cæteri cum editis.

Ibid. μηνίτης. Temere olim *μηνίτα* ed. Ven. & seqq. Ubi: „Fortasse *μηνίτης*, *παρὰ τὴν μῆνιν, τὴν ἐπίμονον καὶ μακρόθυμον ὀργήν.*“ WOLF. — „Noster codex *μηνίτης*, & in ora edit. Salmant.“ VPTON. — Corruptum *μηνίτα* tenuerunt omnes ante anonymum Lond. qui sua auctoritate *μηνίτα* edidit. *μηνίτης* tandem Vptonus recepit; quod vocabulum in Lexicis quidem frustra quæras, sed tuetur analogia, & trium nostrorum librorum cum Vptoni codice consentientium auctoritas: quod ni ita esset, *μηνυτὴς* eram sulpicaturus, i. e. *delator, calumniator.*

Vers. 19. *μὴ γὰρ — — — πρόσεστι τῶν ὄνων ἔκτειν*; Olim absque interrogatione hæc efferebant edd. quas pa. Commode. Interrogationem indicavit Vpt. cum pbc. ut voluerat Salmasius. Ne sic quidem male; ubi, ut persæpe aliàs, ipsa interrogatio eo vocis tono pronuncianda, ut adpareat æquivalere negationi, vel in fine intelligenda particula negativa *οὔ*.

Ibid. λάκτα καὶ. Perperam *λάκτητα καὶ* pc.

Ibid. ὀδμὴν ἔχειν αὐτὸ, καὶ γαῦρον. Ante Vpton. omnes *ἔχειν αὐτὸ δὲ, καὶ γαῦρον.* Importunam particulam *δὲ* delevit Vpton, suum sequens codicem: & noster pb. eamdem ignorat.

Vers. 20. *Οὐκ ἀρκεῖ δὲ ἡ ἐντὸς.* Caret h. l. *δὲ* codex pc. qui paulo ante iniquo loco eamdem particulam posuerat.

Vers. 21. *τούτου τὸ αἰδοῖμόν σου ἀπανθρακῶται.* „Conf. I. 5, 5.“ VPTON. — *αἴδημον* antepenacute h. l. scripserant edd. & msti, atque etiam *αἴδιμον* pc. Ego, ut aliàs, *αἰδήμων* rescripsi. Vide ad I. 25, 4. & ad I. 5, 5.

Ibid. πέρδιξ μᾶλλον. πρόβατον pro *πέρδιξ* voluit Salmas. quia nempe mox sequitur *οὐδὲ πρόβατον*. Nec tamen

men ideo opus erat solicitare vulgatum; quod libri omnes tuentur.

Ibid. ἀλλὰ τί τοῦτ' ἄγριον θηρίον. Sic rescripsi cum vett. edītt. & nostris codicibus: & sic oportebat; *sed quidlibet fera bestia.* Vide Ind. in Τίς. Wolfius latine sic reddiderat: *Sed quid tandem? Fera bestia.* Cujus auctoritate in Græco etiam exemplo post τί τοῦτ' interrogandi signum posuit editor Cantabr. idque tenuere anon. Lond. & Vpt.

Vers. 22. οἱ εἰδότες. Caret οἱ pc. male.

Vers. 23. πολὺ μᾶλλον. πολλοὶ μᾶλλον pa.

Ibid. ταῖς προσκυνούσαις φαντασίαις. Sic correxi, præeunte nostro pb. Perperam vulgo cæteri omnes ταῖς προσκυνούσαις. Errorem notavit Vpt. in Indice.

Vers. 24. κηρύσσεις. „*Proclamas.*" Attamen hæc omnia tacite & compressis labris. „ COM. SHAFTESBVRIENSIS.

Ibid. "ὅσοι τε βλάπτειν δυνῶνται. Olim mendose βλέπειν edd. cum pac. Vbi WOLFIVS: „Fortassis alludit ad Platonicum illud, ὅτι οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος τὸ ὁρώμενον. Sed quid si βλάπτειν?" — „Optime βλάπτειν noster codex, sententia postulante." VPTON. — Et sic recte edidit Vpt. consentiente nostro pb. Id etiam ex conject. commendaverat Salmas.

Vers. 25. ἐχυρὰν. ὀχυρὰν pb. & sic mox iterum iterumque idem vs. 26 & 28.

Ibid. Νῦν δ' οὗτοι τί παθήματα ἔχουσι. Placuit inferre cum nostro cod. pc. particulam δὲ, quam ignorant alii.

Vers. 26. ἡ τοῦ ψεύδους ἀναφαίρετος. „οὕτως ἀναφαίρετος." COM. SHAFTESBVR. Sic & SALMAS. — Et commode utique adjiceretur ea particula; sed ignorant eam hoc loco libri omnes.

Vers. 27. Πάντα ταπεινοῦ &c. Videtur Τὰ πάντα ταπεινὰ scriptum oportuisse, aut aliquid in eam sententiam.

Ibid. ὀκνοῦν. Perperam ὀκνοῦν ed. Gen. & Col.

Ibid. Φοβεῖσθαι. Perperam Φοβεῖσθε ed. Ven. & Bas. Eademque mox ἐκκλίσεις, pro ἐκκλίσεως. Vtrobique verum tenent nostri codices.

Vers. 28. τὴν μόνην δεδομένην ἡμῖν ἀσφάλειαν. Placuit hic verborum ordo, quem dedit pc. Cæteri τὴν μον. ἀσφ. δεδομ. ἡμῖν.

Ibid. ἐκτεινᾶν. Perperam ἐκτεινεῖν pc.

Ibid. ἀλλὰ τὸ περὶ ἑκάστου τούτων δόγμα, τοῦτό ἐστι τὸ βλάπτον. Sic, post δόγμα, non aliter nisi commate orationem distinguunt veteres editiones cum msstis; ut verba illa, τοῦτο ἐστι τὸ βλ. & quæ sequuntur, cum superioribus connectantur, & pendeant a conjunctione ὅτι, e præcedenti oratione supplenda; utque pronomen τοῦτο, quod nomen δόγμα proxime sequitur, pleonastica illa vel potius emphatica ratione sit positum, quam persæpe apud Polybium observavimus, (vide Lexic. Polyb. in οὗτος.) cujus rationis paulo post apud Nostrum vs. 30. similliman exemplum in illis verbis habes, τὸν ἀφαιρούμενον ἅπαντα — — τοῦτον ἡγεῖσθαι πολέμιον. conf. IV. 6, 16. &c. Eamdem orationis constructionem tenoremque in latina versione exprimere studui. Vptonus, cum anonymo editore Londinensi, *post δόγμα interrogandi signum* posuit; quasi per se starent sequentia τοῦτο ἐστι τὸ βλ. &c. & novus inde verborum ordo inciperet. In quo Wolfii versionem secuti sunt hi editores, quam eamdem verbotenus etiam Vptonus tenuit, sic sonantem: *neque cogitamus, neminem ab alio juvari, vel laedi, sed a decreto de singulis istis rebus? Hoc est quod noceat, hoc est quod evertat; haec pugna, haec seditio, hoc bellum.* Quod ad sententiam quidem nihil interest: sed gressum nexumque Graecae orationis haud inobservatum a nobis praeteriri debere putavi.

Vers. 29. Ἐτεοκλέα καὶ Πολυνείκην τὸ τοιοῦτος. „ Forsan τὸ μονομαχῆσαι τοιοῦτος.“ WOLF. — „ Supple ex Enchir. c. 31. sect. 4. πολεμίους ἀλλήλους, quae verba omiserunt librarii. Ἐτεοκλέα καὶ Πολυνείκην τὸ τοιοῦτος πολεμίους ἀλλήλοις εἶναι ἄλλο, &c.“ VPTON. — Immo vero, vide Lectionis varietatem in isto Enchiridii loco, & intelliges multo probabilius esse, duo verba πολεμίους ἀλλήλοις ibi a male sedulo aliquo librario adsuta esse, quam hic librariorum negligentia omissa. Intellige τὸ τοιοῦτος Ἐτεοκλέα καὶ Πολυνείκην τοιούτους εἶναι ἦσαν, *id quod Eteoclem & Polynicem tales fecit, quales fuerunt.* Pari modo in eodem Enchir. c. 51, 3. (c. 50, 3. ed. Vpt. & Heyn.) habes, Σωκράτης οὕτως ἀπεκλείσθη. quod vulgo quidem vertunt, *Ita Socrates perfectus evasit;* rectius vero, ni fallor, convertetur, *Ita Socrates effectus est, scil. talis qualis fuit; hac ratione evasit is qui fuit;* οἷος ἦν. Eodem modo, Dissert. II. 20, 26. Λακεδαιμόνιοι διὰ τούτους τοὺς λόγους ἐγένοντο, intellige

tellige εἶς ἦν. Si cui ista ratio minus probatur; in promtu fuerit, cum SALMASIO statuere, verba τοῦτο πόλεμος, in quae exit praecedens oratio, ex τοῦτο πολεμοῦσ esse corrupta, ut sic legendus sit hic locus: τοῦτο μάχη, τοῦτο στάσις. Τοῦτο πολεμίους Ἕτεοκλέα καὶ Πολυνείκην τὸ πεποιηκός· οὐκ ἄλλο, ἢ τοῦτο τὸ δόγμα ἔθεσαν aut, quod magis placet, & expeditius est, τοῦτο μάχη· τοῦτο στάσις, τοῦτο πόλεμος. Πολεμίους Ἕτεοκ. καὶ Πολ. τὰ ποιοῦν, οὐκ ἄλλο.

Vers. 30. *καὶ ἐπίβουλον.* „Addidi particulam *καὶ* ex nostro codice.“ VPTON. — Eandem offerebat noster pb.

Vers. 31. *μεστὰ πολεμίων.* Ante Vpt. perperam μετὰ πολεμίων edd. omnes. Ibi: „Lego *μεστά*.“ WOLF. — Eodemque modo MEIBOM. — „Editio Salmant. *μετὰ*, in marg. *μεστὰ*.“ VPTON. — Sic sane codd. nostri omnes, *μεστὰ πολεμίων*.

Vers. 33. *τὴν οἰκίαν τὴν αὐτοῦ ἔφατο.* Olim *τὴν οἰκίαν* edd. male. Vbi *τὴν οἰκίαν* legendum monuerunt Wolf. & Meibom. quod primus recepit editor Cantab. Sic & dare editionem Salmant. adnotavit Vptonus. Nec vero aliter nostri tres pabc. Pro *αὐτοῦ*, quod consentientibus pac. restitui ex editt. vett. dant *αὑτοῦ* ed. Lond. anon. & Vpt. cum ph.

Ibid. γυναικὸς ἀκηκόμενος τραχυτάτης. „Antisthenes in Xenoph. Sympos. Xanthippam vocat *γυναίων χαλεπωτάτην*. Et in Memor. lib. II. c. 2. Socratis filius ad patrem ait, *οὐδεὶς ἂν δύναιτο αὐτῇ ἀνασχέσθαι τὴν χαλεπότητα*. Vide A. Gell. lib. I. c. 17.“ VPTON.

Ibid. οἷοῦ ἀγνώμονος. „Respicit ad sermones Socratis cum Lamprocle filio suo natu maximo, apud Xenoph. Memor. lib. II. c. 2.“ IDEM. — *ἀγνώμονα* ingratum interpretatus est Wolfius; possis etiam *improbum* intelligere. Caeterum conf. supra, vs. 8.

Ibid. ὦ ὕδωρ πανηχὲς τῆς κεφαλῆς. „Laertius in vita Socratis, II. 36. Πρὸς Ξανθίππην, πρότερον αὐτὸν λοιδορουμένην, ὕστερον δὲ καὶ περιχεάντων αὐτῷ, Οὐκ ἔλεγον, ἔφην, ὅτι Ξανθίππη βροντᾷ καὶ ὕδωρ πάσχει; *Xanthippe cum in eum prius convicia & maledicta ingessisset, post vero & sordidis aquis perfudisset, Nonne, inquit, dicebam, Xanthippen tonantem quandoque pluiturum?* Seneca de Constant. c. 18. *Risi quia non minus, quam cum ab uxore Xanthippe immunda aqua perfunderetur.*“

retur. ᾽ VRTON. — Pro καταχῇ postquam temere καταχῇ irrepsit in edit. Cantabrigiensem, eandem mendam repetiit Lond. atque etiam Vpton., non in contextu solum, sed & in Notis. Mirere hoc debui, ne forte ex καταχῇ corruptum fuisse καταχῇ suspicareris. In καταχῇ cum vett. edd. consentiunt mesti omnes. Caeterum nota dictionem, *Ἐπὶ καταχῇ, ἐπὶ καταπαύσει, effundat & proiicat.*

Ibid. Ἐπὶ καταπαύσει τὸν πλακοῦντα. Rem narrat Aelianus, lib. XI. c. 12. Πλακοῦντα ὁ Ἀλκιβιάδης πέμψας καὶ ἀπομαξάμενον πάλιν, ἐκίνησε Σωκράτη. Ὡς οὖν ὑπὸ ἡμιόνου ἁμαξῃ πεμφθὲν τὸ δῶρον ἐκπαροῦσιν τὸν πλακοῦντα, διαγανακτήσασα κατὰ τὸν αὐτῆς τρόπον ἡ Ξανθίππη, ἔβαψε τὸν ποῦν κηροῦ, κατέπατησε. Γελάσας δὲ ὁ Σωκράτης, Οὐκοῦν, ἔφη, αὐτὰ αὐτῇ ἐμοὶ πεμψάτω. *Placentam magnam, pulcherrimaque confectam, Socrati misit Alcibiades. Tanquam igitur ab amasio placentam hanc munus amatori missam, ut ejus amorem accenderet, graviter suo more ferens Xanthippe, eam de curru lapsam conculcavit pedibus. Ridens vero Socrates, Non ergo, [Nunc ergo,] inquit, neque tu quicquam ex ea habebis.* Vnde Athenaeus emendandus, lib. XIV. c. 13. uti Kühnius monuit, ἡ Ξανθίππης καταπατοῦσης (non καταγελασάσης) πλακοῦντα ὁ Σωκράτης, Οὐκοῦν, ἔφη, αὐτὰ αὐτῇ πεμψάτω τοῦτον. *Quum placentam conculcantis Xanthippes videns Socrates, Non tu ergo, inquit, quicquam ex ea habebis.* ᾽ VRTON.

Ibid. ταῦτα οὐδὲν πρὸς ἐμέ. „Sic dedi, nostri codicis auctoritate ductus. Vulgo ταῦτα οὐκ ἔστι πρὸς ἐμέ.᾽ VRTON. — Cum Vpt. consentit noster cod. ph. In pc. omissa sunt haec verba, inde ab ἰδίᾳ ἐν ἀνελάβου.

Vers. 36. κακῶς ἔ οὐδ᾽ ἀγαθῶς, οὐδ᾽ ἀγαθῶς edd. omnes, cum pac. Vbi: „Malim οὐδ᾽ ἀγαθῶς.᾽ WOLF. Sic ἐκ καλῶς. Et sic fere constanter alibi. Quare cum haec ipsum, οὐδ᾽ ἀγαθῶς, dedisset codex noster ph. non aspernandum duxi.

Vers. 37. Οἴκοι λέοντες ὦσι. „Proverbium in Lacedaemonios jactatum, domi pugnaces, non foris. Aristoph. in Pace, vs. 1188.

Πολλὰ γάρ σε μ᾽ ἠδίκησας,
ὄντας οἴκοι μὲν λέοντας,
ἐν μάχῃ δ᾽ ἀλωπέκας.

Supe

Saepe enim me vicerunt, dum domi quidem decem, in praelio autem vulpes. Ubi Scholiastes: Παροιμία παρὰ τοῖς τὸν Λέοντα λαμβάνουσι συμμαχικόν.

Ὅτε μὲν λέοντι, τὸν δ' ἐλάφοις ἐναρίθμιον.

Sic recte legit Fl. Christianus. Vulgo ὅτε λέοντι, pro δ' ἐλάφοις. Vide Plutarch. in Compar. Syllae & Lysandri. Petron. c. 44. *Nunc populus est, domi leones, sed ras vulpes.* VPTON.

CAPVT VI.

Vit. τοῖς ἐπὶ τῇ ἀλαζονείᾳ ὀδυνωμένοις. Perperam ἐπὶ τὸ ἀλ. pabe. ὀδυρομένοις pa. conf. ad IV. 1, 112. Sed idem pa. deinde vs. 10. consentit cum ceteris in ὀδυνᾷ & in ὀδυνώμενος.

Vers. 1. αὐτ. ναυ. αὖ. ἴσαν pc. Vide Not. ad II. 16, 42.

Ibid. τὰ δὲ. Plene scripsi δέ, cum interrogandi signum ut jussit Vpt. in Notis. Vulgo τὰ δ' ἀπὸ add. cum magna nostris: ubi τὰ δὲ, sequente commate, scribendum notaverat Meibom.

Ibid. Ἐπ' ἐμοὶ, ἂν δοκῶσι. Sic codex Ven. & Salmant. Et Basil. quem Wolfius sequitur, ἐπὶ μοὶ, διὰ σοῦ μοι φανῶσι. Scilicet in cod. Ven. neglecto apostropho & spiritu, ἐπ' ἐμοὶ scriptum erat. Id Basilaeensis editor in ἐπὶ μοὶ mutavit, quod hominem aliqui antiquum Vptonum omnes. In ἐπ' ἐμοὶ vero recte consentiunt nasti nostri. Pergeram autem pb. deinde ἂν δὲ δοκῶσι scribit, importune inserta conjunctione.

Vers. 2. Ἐμοῦ παρόντος, ἂν οὕτως ἐπράττομεν. Vulgo omnes, ἂν ἐπράττομεν, *sic mecum agi.* Male. Opportune negativam particulam addit pb ex qua ceteri recepi. *Pulo equidem, non ita mecum agis non cum potissimum grecum me antigisse.* Eandem particulam ovetus librariorum temeritate omissam videbimus IV. 7, 9.

Ibid. σὺν γε οἷς. Sic scripsi cum pbe. Vulgo τοῖς γ' οἷς.

Ibid. εἴπερ ἔμοιγε. Quum absque distinctione vulgo haec ita scriberentur, ἐφ' οἷς εἴπερ ἔμοιγε ἔδοξεν, monuit VPTONVS: εἴπερ ἔμοιγε. Scribe ineluctabili. Vide ad I. 28, 9. Cui morem gerens, parenthesibus figuris includi ista verba.

Vers. 3. *καὶ ἀνάρχουσι.* „Sic noster codex. At ed. Ven. & Salmant. *καὶ ἄρχουσι.* Basil. *καὶ οὐκ ἄρχουσι.“* VPTON. — Vtique ferri non poterat editionis Venetae scriptura, quam quidem nostri codices tenent omnes. Editoris Basileensis ingenio debetur *οὐκ ἄρχουσι*, quod tenuere reliqui ante Vpt. editores. Recte utique Vptonus fecit, quod *ἀνάρχους* recepit, quod offerebat ipsius codex; quamquam analogiae minus consentaneum videri poterat illud vocabulum, pro quo *ἀνάρχῳ* malueram; ut sicut *μόναρχος* est, *qui solus imperium obtinet*, sic *ἄναρχος*, *qui nullum habet imperium*. Sed duriorem illam formam, *ἀνάρχων*, tulit fortasse Stoicorum sermo paulo superior. Vide tamen, ne *ἀνάρχῳ ὄντι* scripserit Arrianus, quod mihi quidem probabilissimum videtur.

Vers. 4. *ἡ προαιρέσις ὅρα δὲ οἷον δεῖ γένεσθαι.* „Noster codex *γένεται*. Alii *γίνεται*. Sed conf. Xenoph. Ἀπομν. lib. I. cap. ult. Namque Epictetus in animo habuisse videtur illum Socraticum sermonem.“ VPTON. — In *γένεσθαι* consentiunt nostri pabc. Mendose *γίνεται* erat in ed. Ven. & Bas. Id in *γένεται* mutavit editor Genevensis; quod tenuere posteriores, donec verum ab Vptono restitutum est.

Ibid. *ἐλέγχου.* *σεαυτὸν δοκιμάσαι.* Suspicari cum Meibomio poteras *σὺν ἐλέγχῳ*. Sed *δοκιμάσαι* habet vulgatum, quod tenent libri omnes. Eo pertinet, quod mox ait, *ταῦτα βλάπτειν, καὶ ἀνασκευάζειν ὅτι ταῦτα ἔστι.*

Ibid. *ταῦτα πολλάκις — — ἀπὸ ταῦτα ἔστι.* Recte utrobique *ταῦτα* ed. Ven. cum pa. & clarius etiam *τὰ αὐτὰ* codex pb. Priori loco in *ταῦτα* consentit etiam pc. posteriori *ταῦτα ἐστὶ* habet. Perperam utrobique *ταῦτα* ed. Bas. quod tenuere sequentes editores. Sed ΨΟΛΥΙΥΣ, posteriori saltem loco: „Malim *ἀπὸ ταὐτὰ ἔστι. διαφωνοῦσιν, esse eadem.“ — „Et sic noster codex.“ ait ΨΟΛΥΙΥΣ; utque sic ille utrobique reposuit. Porro vero, pro *ταὐτὰ ἐστι*, habet *ταὐτὰ εἶναι* pb. Paulo ante, pro *πολλάκις*, est *πολλοῖς* in contextu pa. sed punctis inferne notatum ut suspectum, & in ora *πολλάκις*.

Ibid. *καὶ τὸν τιμῶμενον ἀτιφάλειαν.* „Fortasse *καὶ τῶν τιμωμένων ἀπιφάλειαν.*“ ΨΟΛΥΙΥΣ. — „Videtur abundare articulus *τὸν.*“ MEIBOMIVS. — „Malim pro *καὶ τὸν τιμῶμενον*, *καὶ σαυτὸν τιμῶμενον.* Supple autem *δεῖ ποιεῖν.* Et opus erit *ut prae te feras te ipsum honore affici*

ab

ab illustribus ipsis. VPTON. — Temere solicitatur vulgata scriptura, quae percommode habet. Pari modo dicitur ἐπιφανὴν τὸν τιμώμενον, quo illud apud Polyb. XV. 26, 2. ὑπερόπτης τῶν οὐ δυναμένων, *simulavit se non posse*, & similia alia.

Ibid. ὑπὸ τῶν ἐπιφανῶν τούτων. Recte sic ed. Vpt. quemadmodum & scribendum monuerant Wolf. & Meibomius: neque aliter codices nostri pabc. Ante Vpt. perperam edd. omnes ὑπὸ τῶν ὑποφανῶν.

Ibid. οἷς συμφέρειν φαίνεσθαι &c. „Sic & Cambr. Prodici apud Xenoph. in Memorab. lib. II. c. 1. §. 22, Καταλλαττομένη δὲ τὸ μὲν χρῆμα, ὅσῳ λαμπροτέρων τε καὶ ἐρυθροτέρων τῶν ἵππων δοκεῖν φαίνεσθαι· τὸ δὲ σῶμα, ὅσῳ δοκεῖν ἐρρωτέρα τῆς φύσεως.“ VPTON.

Vers. 5. ἢ ὁ Ζεὺς οὐκ ἐδυνήθη παῦσαι. „Vide I. 1, 8 & 12.“ VPTON.

Vers. 6. μὴ γὰρ ἤδεταί σοι τοῦτο; Interrogationem indicavit Vpt. cum ed. Ven. & mastis. Interrogandi signum quum temere omissum esset in editione Basileensi, nudum punctum hic posuere posteriores editores.

Vers. 7. τοσούτῳ χρόνῳ σύνεστιν· τοσούτου χρόνου pb. Conf. ad II. 22, 31.

Ibid. τίς δὲ οὕτω παιδικὸς ἐστί σοι. „Vide infra, IV. 9, 13.“ VPTON.

Vers. 8. πῶς οὖν οὕτω τέτηκας σαυτὸν μανθάνων; οὐχὶ ἄνω κάτω; τοῦτ' ἔστι περὶ ὃ ἐσπούδακας, καὶ μανθάνειν ὅτι ἄλυπος εἶναι &c. „Ad τὸν οὐχὶ ἄνω κάτω, videtur deesse, τρόχιζε τοῦτον ἔγωγε; οὐχὶ τοιοῦτόν ἐστι περὶ ὃ ἐσπούδακας καὶ μανθάνεις, ὅτι ἄλυπος εἶναι.“ WOLFIUS. — „In nostro codice desiunt haec omnia inclusive: (τὸν οὐχὶ ἄνω κάτω; τοιοῦτόν ἐστι περὶ ὃ ἐσπούδακας, καὶ μανθάνειν.) nec dubium est, quin, si ista verba deleas, melius processerit oratio. Ita: οὖν οὕτω τέτηκας σαυτὸν μανθάνων, ὅτι ἄλυπος εἶναι &c. *Qui fit ergo, ut non duro tibi ipsi persuaseris, quo pacto sis supra dolorem, &c.*“ VPTON. — Eadem verba, quae Vptoni codex, praetermisit noster pb. At equidem negare illis earem, τὸν οὐχὶ ἄνω κάτω; nec minus negre ibide, τοῦτ' ἔστι περὶ ὃ ἐσπούδακας; itaque suspicatus sum, in eis quae sequuntur nonnihil fortasse vel intercidisse, vel leviter esse corruptum, quam suspicionem adjecta stellula indicavi. Satis foret μανθάνων absque omni fortasse vero addito καὶ μανθάνειν aliud intercidit verbum in infinitivo positum.

Vers. 9. ἐκνεύσας κόπου. „Confer IV. 4, 39.“ VPT.

Vers. 11. ἐμαὶ δ' οὐδεὶς ἔστιν ἐγγύτερον ἐμοῦ. „Proximus egomet sum mihi.“ VPTON.

Vers. 12. τί οὖν τοῦτό ἐστιν, ὅτι — — — φίλτατα γέγονα κουφότερος; Vulgo in edit. omnibus post τοῦτό ἐστιν indicabatur interrogatio, post κουφότερος autem nudum punctum ponebatur. Ego ibi comma, hic interrogationis posui signum, & in eam sententiam interpretatus sum hunc locum. Pro ἀκήκοα habet ἀκήκοας pa. sed idem mox, cum aliis, συγκατατίθεμαι & γέγονα, in prima persona. Pro ἔργῳ, perperam ἔργῳ scripsit pc. Quod κουφότερος hit, adparet nunc in bonam partem esse accipiendum, ut κοῦφος sit *qui non gravatur rerum externarum cura*. Pari ratione cap. 7, 12. sit κουφως ζῆν, pro quo eadem fere notione alibi εὐδύτως dicit.

Ibid. ἐβουλήθην. Perperam ἐβουλεύθην pc.

Vers. 13. εὐρήκαμεν. „Fortasis εὕρηκα. Sed omnino non opus est.“ VPTON.

Vers. 14. λαῖτά μοι. Perperam λαῖτα μοι pc. Alibi λαιτὰ pro λαῖτα scriptum vidimus.

Ibid. εἰς ἐπιλάμπα ἀπεκρεμάμενα. Vulgo omnes ἐπὶ κρέμαται, edit. & msti. Vbi: „Non placet hoc participium, nec occurrit aliud melius: nisi forte ἐπὶ κεφαλῆς, *temere projecta*.“ WOLFIVS. — „Forsan ἀπεκρεμάμενα, *quae sepulta sunt nulla cura adhibita*.“ VPTON. κατακεκλιμένα conjecerat Meibom. — Ego & mendosum esse vulgatum non dubitandum duxi, & ἀπεκρεμάμενα unice probandum, sive intelligas *in deorum templis suspensa*, „pro satis noto more veterum, sive generatim (ut Vptonus interpretatus est) *sepulta & ab usu remota, neglectimque habita*.

Vers. 14. τοῦτο προσεπιτιθέναι. „Videtur addendum ἐκλογισμούς.“ WOLFIVS. — Nisi ante ista verba interciderit, ἐπὶ τῶν ἐκλογισμῶν, quod mihi sit probabilius.

Ibid. καὶ μηκέτι κατακλινεῖς ἑαυτόν. „Deesse nonnulla videntur, nempe τοὺς ἀνονήτους, &c.“ WOLFIVS. — Aliis quidem alia jungit; sed nil opus erat ut & hic. Suspicor tamen, καὶ τὰλλα ἐλάνθανε, aut aliquid simile scripsisse Arrianum.

Vers. 17. ὃ τί οἱ ἔδωκε. Sic Vptonus edidit, qui quidem pro τίσιν suum ἕ, ut interfectio commode scribit.

Et

Et in ἐ ex αἱ ἄλλοι confuse vester pb. Olim τἄλ᾽ αἱ ἄλλοι edebatur, quod habent pac. ne id quidem male.

Vers. 18. μᾶλλον σοι. Perperam μᾶλλον edd. vett. Cave rigendum μᾶλλον monuerunt Wolf. & Meibom. idque recepit editor Cantabr. Sic tamen jam olim dabat editio Salmant. referente Vptono; nec aliter noster codd. pabc.

Vers. 19. ὁ δὲ γ᾽ ὀλυμπίασας. Videtur deesse καί. Sic: Καὶ. Ὁ δὲ γ᾽ ὀλ.* VPTON.

Ibid. Καὶ. Πῶς οὖν ἔτι. Caret b. l. Καὶ. pb.

Ibid. αὐτοῖς γὰρ οἷς περὶ τῶν ἄλλων πάσχεις. Corrupte olim περὶ τῶν ἄλλων ed. Ven. & Bas. Vbi πρὸς corrigere jussit Wolfius, idque recepit editor Genevensis, & tenuere posteriores, atque etiam Vpton, qui de editionem Salmant. hoc dare refert. Illud πρὸς in παρὰ mutandum censuit Meibom. Sed veram scripturam περὶ τῶν ἄλλων, dederunt nostri codd. pabc. quos secutus sum.

Vers. 20. Βασιλεῦ, ὦ Κῦρε, πράττειν μὲν εὖ, κακῶς δ᾽ ἀκούειν. „Regium est, o Cyre, bene rem gerere, male vero audire. Sic cum Horat. lib. I. Epist. 8. exprimere ait πράττειν existimo.

Cesso gaudere & bene rem gerere Albinovano.

Id est, χαίρειν καὶ εὖ πράττειν. Huc autem respexit M. Anton. VII. 36. qui emendandus est ex hoc Arriani loco: Ἀντισθένους Βασιλεῦ, πράττειν μὲν εὖ, καὶ κακῶς δ᾽ ἀκούειν. Diogenes Laërtius in vita Antisthenis, VI. 3. Ἀκούσας ποτὲ ὅτι Πλάτων αὐτὸν κακῶς λέγει· Βασιλεῦν, ἔφη, καλῶς ποιοῦντα κακῶς ἀκούειν. *Cum audisset aliquando Platonem sibi maledicere; Bene de se loqui Regem, inquit, est, male audire, cum bene facerit.* Dio Chrysost. Orat. XLVII. Ἔφη δ᾽ οὖν τις, ὅτι καὶ τὸ κακῶς ἀκούειν καλῶς ποιοῦντα, (lego ποιοῦσιν) καὶ σπάνιον βασιλικὸν ἔστι. VPTON. — Conf. Menag. ad Laërt. l. c. & Gatak. ad Antonin. De duobus Antisthenis libris, quibus *Cyri* nomen inscripserat, vide Laërt. VI. 16. & ibi Casaub. & Menag. In nostro cod. pb. bis habes μὲν particulam: Βασιλεῦν μὲν, ὦ Κῦρε, πράττειν μὲν εὖ.

Vers. 21. ὅτι καθαλλαγῶ. Sic noster codex & editio Salmant. At editio Ven. & Bas. ὅτι. VPTON. — ὅτι corrigere jusserat Wolf. idque receperunt Gener. & Upt. Neque aliter nostri codd. pabc.

Ibid.

Ibid. τί μοι μέλει; Rursus mendose μέλλει edd. vett. & nunc etiam cod. pa. Rursus vero vs. seq. recte μέλει pabc. ubi eodem errore μέλλει dabant edd. vett.

Ibid. οὐ διλίτας παρέσονται. Inscite olim οὐδ' ὀλίγας ed. Ven. Inde οὐδ' ὀλίγας ed. Bas. quod tenuere ante Vptonum omnes. Monuerat autem WOLFIVS: „Fortasse οὐ διλίτας, non destitisti.“ — Et sic edidit Vpton. cum ed. Salmant. Id vero ipsum habent pab. οὐ διλίτας pc.

Ibid. ἀπαναγγελῶ. ἀναγγελῶ pc.

Vers. 22. καὶ ἀγαθῶν ὁμοίως. Intelligo γενέσθαι.

Vers. 23. ἀφ' ὧν αὐτοὶ πεπόμεν. Caret αὐτοὶ pc. male.

Ibid. Περιεχόμενος. „Sic edit. Ven. & Salmant. Male Basil. περιεχόμενος.“ VPTON. — Mendosum περιέχομ. tenuere ed. Gen. & Col. Verum restituit editor Cant. idque ipsum habent nostri codices.

Vers. 25. Ἀλλ' ἄλλοι. „Recte noster codex, Ἄλλ' ἄλλοι. At editio Ven. & Salmant. ἀλλά μοι. Basil. ἀλλά μου.“ VPTON. — Ex ed. Bas. ἀλλά μου propagatum erat in reliquas ante Vptonum editiones; & sic habet pc. sed ἀλλά μοι pab. Sic & saepe aliàs μ & λλ perperam permutarunt librarii, v. c. ἅμα pro ἀλλὰ scribentes, aut vice versa. Suspicari vero licebat, ita fortasse scriptum reliquisse Arrianum, Ἀλλ' ἄλλοι μου πλείονα τεύξονται. Meibomius ἀλλά μου, quod olim editum erat, in ἄλλοι μου mutandum censuerat: sed sic desiderabatur particula ἀλλὰ, qua aegre equidem eram cariturus.

Vers. 26. εἰ συμπαραθέονται μᾶλλον περὶ τὰ φυσικὰ μέτρα. Dubito, satisne sana haec sint: si sunt, fateor me vim horum verborum non percipere. Vertit Vptonus cum Wolfio, *an rectius sentiant de naturae modo.* At συμπαραθέονται non est *sentire*, sed *adsentiri*; & quid est hoc, recte *sentire de naturae modo?* Multo rectius haud dubie h. l. sententiam Epicteti Schegkius expressit, sic convertens: *utrum magis adhibeant indicando* (puto, *in judicando*, scripserat, vel scribere voluerat) *naturales regulas.* Quam in sententiam ego in Graeco exemplo, ni aliud quid h. l. turbatum fuerit, legendum putavi κατὰ τὰ φυσικὰ μέτρα, id est, *secundum regulas a natura constitutas*; quod ipsum alibi brevioribus verbis, κατὰ φύσιν συμπαραθέονται dicit.

II. 24, 19., id est scilicet, *τὸ συγκατατίθεσθαι ἄλλῳ, ἢ οὐ φαυλοτέρα καταληπτικὴ γίνεται*, ut ait III. 8, 4.

Ibid. ἀναπεπτωκότερον. Corrupte *ἀναπαυκτότερον* pa.

Ibid. ἀπαρτιωτότερον. Corrupte *ἀπαρτίστερον* ed. Ven. Bas. Gen. Col. cum pa. Vbi: „*ἀπαρτίστερον*, compositum a *πάρεστι*. Sed sententia postulat *ἀπαρτιώτερον*." — „Recte noster *ἀπαρτιότερον*, ab *ἀπαρίστατος*. Vide I. 4, 11. II. 23, 42. & alibi." VPTON. — Et *ἀπαρτιώτερον* habet noster cod. pc. At mendosum esse hoc adparet, & una syllaba brevius. Oportebat *ἀπαρτιωτότερον*, quod ipsum exhibet pb. & recte jam sic dederant ed. Cant. & Lond. Rursus vero ab alia parte mendose in exemplo Vptoniano *ἀπαρτιότερον* expressum est; in quo Salmasii notam a Relando relatam, parum felici consilio secutus Vptonus erat. Errorem retractavit idem Editor in Addendis ad Notas; significavitque, *ἀπαρτιωτότερον*, non *ἀπαρτιώτερον*, scribi in suo codice.

Ibid. εἰ ἐν προθέσει. Particulam *εἰ* suo e cod. adjecit Vpt. cum quo convenit noster pb. Ab alijs aberat hoc loco.

Ibid. εἰ ἐν ὁρμῇ. ἢ ἐν ὁρμῇ pc.

Ibid. ἀνέτοχοῦσιν. Ex ed. Ven. & mss. hoc restituit Vptonus. Operarum errore *ἀνέτυχοῦσιν* irrepserat in ed. Bas. quod quum in *ἀνέτοχοῦσιν* mutandum Wolfius monuisset, hujus monitum ignorans editor Genevensis *ἀντυχοῦσιν* ex conject. posuit, idque tenuere Col. Cant. & anon. Lond.

Ibid. κατὰ τὰ ἄλλα τῶν σχέσεων ὀνόματα. „Vide IV. 4, 9. & Enchir. c. 30." VPTON. — Articulum *τὰ*, temere omissum in ed. Genev. & in posterioribus omnibus, restitui ex editt. vett. & mss.

Vers. 27. *Εἰ δ' ἄρχουσιν ἐκεῖνοι, σὺ δ' οὔ· οὐ θέλεις σαυτῷ τὰς ἀληθείας εἰπεῖν &c.* Editi omnes, consentientibus mss. sic scribebant: *Εἰ δ' ἄρχουσιν ἐκεῖνοι, σὺ δ' οὐ θέλεις σαυτῷ &c.* Ibi VPTONVS haec adnotavit: „*Εἰ δ' ἄρχουσιν ἐκεῖνοι· σὺ δ' * * οὐ θέλεις.* Sic excudendum oportebat. Aliquid excidisse videtur. Quid si, *Εἰ δ' ἄρχουσιν ἐκεῖνοι, σὺ δ' ἀνιᾷ. Si illi imperant, tu vero aegre fers.* Vide initium hujus capitis, *Ἀνιῶμαι, φησὶν, ἀλεούμενος.*" — Et mihi aliquid excidisse visum erat; sed nil nisi negans particula, quæ bis poni debebat. conf. vs. 22. Satis obvia, & sæpe a nobis observata erroris causa.

Ibid.

Ibid. ὅτι οὐ μὴν. Caret οὐ pc. male.

Ibid. οὐδὲν τούτου ἕνεκα. τούτου ἕνεκα οὐδὲν pb.

Ibid. *Cap. vs.* 28. ἢ τὸν ἀμελοῦντα. Οὔ· ἀλλ' ἀπειθῆ *&c.* Ante Vpt. sic edebatur cum pa. οὔ· ἢ τὸν (alii, οὐ ἢ τὸν) ἀμελοῦντα. ἀλλ' ἀπειθῆ *&c.* Ibi WOLFIVS: „Negatio redundat." — „Editio Salmant. * οὔ, & in marg. * οὔ, *deesse videtur.* Immo transponitur incuria librariorum; sed ope nostri codicis in suam sedem revocavi." VPTON. — Nempe post ἀμελοῦντα particulam illam reposuit hic editor; quo eam rejicere jusserat etiam Salmasius; & ibidem eam habent nostri codd. pbc.

Vers. 28. μᾶλλον ἀντιτυχόντων. Placuit sic, ut habet pc. Alii ἀντιτυχόντων μᾶλλον.

Vers. 29. ἃ κτήσασθαι θέλεις. Ad θέλεις adnotatur in ora pc. γρ'. λέγεις. Sed videtur hoc verbum λέγεις a festinante aliquo homine perperam huc relatum e versu proxime sequenti.

Ibid. κλαίειν γὰρ. καὶ κλαίειν γὰρ pc.

Vers. 30. καὶ οἱ πολλοὶ δὲ. Vulgo omnes edd. & mssti, καὶ πολλοὶ δὲ. Vbi VPTONVS monuit: „Legendum οἱ πολλοὶ δὲ, *vulgo dici solet.* Vide infra, IV. 10, 24." — Ego & οἱ adjeci, & καὶ retinui. Libri quidem nihil a vulgata scriptura discedunt.

Ibid. ἔργον ἔργῳ οὐ κοινωνεῖ. Perperam & invitis mssti ἔργων ἔργῳ ed. Bas. & Gen. Cæterum quænam potissimum vis sit hujus proverbii, (nemini alii, quod sciam, scriptori memorati) non satis mihi perspectum; nisi forte ea sit sententia, quam IV. 10, 24. his verbis expressit, *alterum opus cum altero nihil commune habet.*

Vers. 31. Ὁ μὲν ἐξ ὑφ' ἑτέρου ἀναστὰς ζητεῖ τὸν ἐν ἐξ οἴκου ἀσπάσηται. Vulgo omnes edd. & mssti, Ὁ μὲν ἐξ οἴκου ἀναστὰς *&c.* Vbi ad illa verba, Ὁ μὲν ἐξ οἴκου, hæc adnotavit WOLFIVS: „τὸ ἐξ οἴκου, nihil ad sententiam cum faciat, aliunde videtur irrepsisse." — Tum ad illa, τὸν ἐν ἐξ οἴκου, rursus IDEM: „Aut aliquid deesse, τοῦ Καίσαρος fortasse, aut hic etiam τὸ ἐξ οἴκου redundare videtur." — Dein VPTONVS: „Videamus totum locum: Ὁ μὲν ἐξ οἴκου ἀναστὰς, ζητεῖ τὸν ἐν ἐξ οἴκου ἀσπάσηται. Dele istud alterum ἐξ οἴκου. Nihil usitatius, quam, cum festinantius paulo quid exscribas, eadem verba repetere. Lego itaque: Ὁ μὲν ἐξ οἴκου ἀναστὰς, ζητεῖ τὸν ἐν ἀσπάσηται. *Ille quidem surgens,*

geni, & domo profiſciſcatur, quærit quemnam ſalutet. De Salutationibus vide ſupra ad IV. 4, 37. " — Ego poſterius illud ἐκ οἴκου facile patiar abeſſe: ſed quoniam libri omnes tenaciter tenent, loco movere non auſim; & videndum puto, utrum fortaſſe ex alia neſcio qua diction corruptum ſit, an vel interciderit aliquid, (v. c. προσλάσυσα) vel nulla etiam voce adjecta οἴκος de *domo* aut *familia principis* vel *potentis viri* dici potuerit. Prius iſtud οἴκου non modo ſuſpicatus, ſed pro certo ſumere poſſe mihi viſus eram, ex voce ὄφρεο eſſe corruptum. ἐξ ὄφρεο idem eſt ac ἔωθεν vſ. 34. qui locus huic reſpondet. Notum eſt, ſalutatores *primo mane* fores principum obſidere ſolitos. τοὺς πυλῶνας ἔωθεν ἐκπλήθουσι, apt. Lucian. in Nigr. c. 23. T. I. p. 61.

Ibid. πῶς τῷ ἄρχοντι ἀρέσω. „Vide IV. 1, 9. III. 4, 4. ubi etiam de favore & ſtudio hiſtrionali." VPTON. — At ibi de favore agitur, quo hiſtrionibus & id genus hominibus ſtudemus; hic ait, *quomodo ſaltatori placeat;* quod quo pacto dicat, fateor mihi non liquere, niſi intelligi debet hiſtrio qui præſidio favore principis fruitur, per quem adeo ipſi principi commendari cupit hic homo. Mendoſe ἄρχοντι ſcribit pa. idemque ἀρέσει, quod ferri poſſet, ni mox ſequeretur ſubjunctivus σχῶμεν, in quem conſentiunt omnes.

Ibid. παιχθησόμενος. παιχθησομένῳ pc.

Verſ. 32. περὶ τούτων εὔχεται. — — δεῖ τοῦτον θύειν. Perperam εὔχεται & θύῃ edd. omnes; quæ correxi, monente Wolfio atque etiam Vptono in Notis. Recte vero & noſter codex pc. εὔχεται & θύει exhibet. In pab. omiſſa ſunt omnia, ab ὅταν εὔχηται usque τοῦ Πλουτάρχου.

Ibid. Μὴ δ' ὄντων &c. „Vide ſupra, lib. III. c. 10. init." VPTON.

Ibid. παραδέχεται. Perperam παραδέχῃ pb.

Verſ. 33. πολυτελῆ. πολυτελῆν pa.

Ibid. Τί ἔρεξα. In editt. omnibus, exceptis Salmaſ. & Vptoniana, Τί ἔψεξα legitur, conſentientibus pac. & Vptoni codice. Et τὸ ἔψεξα pb. Perſpecte vero SCHWEIGHAEUSERIANUS adnotavit: „Ἔρεξα. Nam ſic ſupra, lib. III. c. 10. in Carminibus; & ſic ſtatim infra [vſ. 35.] Omnino contra præcepta, τὸ ψέγειν. vide III. 25, 6. & Enchir. c. 33, 2. & c. 48, 2." — „Τί ἔρεξα

Sic

Sic optime edit. Salm. Perperam alii libri, *Τί ἔφεξα;* " VPTON. — *ἔρεξα* ſcribendum monuerat etiam Salmaſius.

Ibid. Λέγουσι καὶ οἱ φιλόσοφοι, ὅτι οὐδὲν κωλύει ψεῦδος εἰπεῖν. „Vide Sext. Empir. adverſ. Logicos p. 378. edit. Lipſ. *οὔτοτε ψεύδεται, κἂν ψεῦδος λέγῃ.* Et Quinctil. Inſtit. lib. XII. c. 1. p. 724. edit. Capper. Item lib. II. c. 14. p. 130." VPTON.

Verſ. 34. *λογικόν εἰμι ζῶον. λογικὸν ζῶόν εἰμι* pa.

Verſ. 35. Inter *ἀκοινώνητον*; & *τί μοι ὄφελος &c.* in pc. eſt ſpatium vacuum dimidiae lineae & paulo majus; atque in ora adnotatur, *λείπει.* Neque tamen mihi quidquam deeſſe videtur.

Verſ. 36. *Τοσοῦτος οὖν τῆς διαφορᾶς.* Articulum *τῆς*, quo carent alii omnes, recepi ex noſtro cod. pc.

Ibid. τῶν ἐνθυμουμένων. Corrupte *τῶν ἐνθυμένων* ed. Ven. Baſ. & Gen. cum noſtro cod. pa. Vbi: „Vel *ἐνθυμένων*, vel, quod magis placet, *τῶν ἐνθυμουμένων.*" WOLFIVS. — „Fortaſſe *ἐνθυμουμένων*, quia ita pro *ἐνθυμεῖ*, & rurſus infra *ἐνθύμιον.*" COM. SHAFTESB. — „*τῶν ἐνθυμιῶν.* Ita ſcrib." SALMASIVS. — „Noſter codex cum Wolfio legit, *τῶν ἐνθυμουμένων*, id eſt, *rerum quae deſiderantur.*" VPTON. — Eodem modo noſtri pbc.

Ibid. τὸ τοὺς ἄχρις ἐν ἐκείνοις. Ignorabant omnes praepoſitionem *ἐν*, tam edd. quam mſti. Et bene per ſe haberet *ἐκείνοις*, *paria habent cum illis*, vel *atque illi*; ſed id non quadrat cum eo quod ſequitur *περὶ ἃ &c.* — Itaque, quod perſaepe factum obſervavimus, hic quoque obtinuit, ut occaſione literae *ν*, in quam deſinit verbum *ἔχειν*, interciderit vocula *ἐν*, quam ex conject. adjicere non dubitavi. Pari enim modo vſ. 25. habes *ἐν ἐκείνῳ τὸ πλέον ἔχειν*, & vſ. 26. *ἐν τούτῳ τὸν πλέον ἔχουσι.*

Ibid. περὶ ἃ οὐ μὲν. περὶ ἃ μὲν οὐ pc.

Verſ. 38. *ἀΦίεται τῶν ἐκείνων.* „*ἃ ἔστιν ἐκείνων* ſcribe." SALMASIVS.

CAPVT VII.

Verſ. 1. *Τί ποιεῖ Φοβερὸν τὸν τύραννον;* „Confer I. 29, 60 ſq. IV. 1, 60. & 81." VPTON.

Ibid. οἱ δορυΦόροι. οἱ δορυΦόροι pa. male. Idemque mox perperam *αἱ μάχαι*, pro *αἱ μάχαιραι.*

Verſ.

Vers. 3. *αἰσθάνηται.* Perperam *αἰσθάνησθε* ed. Ven. & Bas. Corrigere jussit Wolfius, & correxerunt posteriores editores. Et recte *αἰσθάνηται* habet ed. Salmant. & Vptoni codex, nostrique tres.

Ibid. Ante verbum *Θέλει* intelligitur, ut persæpe aliàs, negans particula *οὐ* quæ respondeat interrogationi *μή τι.*

Ibid. δι' ὃ φοβεροί εἰσιν. „Sic noster codex: alii *φοβερὸν εἶναι.*" VPT. Nempe mendosum *φοβερόν* habebant ed. Ven. & Bas. invitis mssts; jam pridem vero correxerant posteriores editores, a Wolfio admoniti.

Vers. 4. *ὡς ἂν δύναται.* Caret *ἂν* pa. male. Tum *δύναται* scribebant edd. ut IV. 1, 79. cum pac. Sed *δύναται* pc. cum utroque accentu. Nos veram scripturam restituimus, in quam fere consentiunt omnes IV. 10, 29.

Vers. 5. *ᾧ διακείμενος.* Male *ὃ* pa. pro *ᾧ.*

Ibid. ἐστραυλίοις τὰ παιδία παίζοντα. „Vide Meurs. de Ludis Græcorum in voce *Ὀστραυλίνδα.*" VPTON.

Ibid. διαφέρεται. Sic vel invitis libris omnibus fuit corrigendum, qui perperam *διαφέρηται* dabant. Mox tamen in indicativum *προφέρουσιν* consentiebant omnes.

Ibid. τῶν δ' ἐστραυλίων οὐ. τῶν ἐστραυλίων δ' οὐ pc.

Vers. 6. *Εἶτα ὑπὸ μανίας μὲν δύναταί τις οὕτω διατεθῆναι πρὸς ταῦτα, καὶ ὑπὸ ἔθους οἱ Γαλιλαῖοι.* „Locum præteriisse indictum religio est. Sic vertit Schegkius: *Affici porro sic animo possunt per insaniam quandam, & propter consuetudinem Galilæi.* Wolfius: *Ergo furore quidem sic aliquis affici potest adversus illa, & consuetudine, ut Galilæi.* Hunc Arriani locum laudat Mericus Casaubonus ad Antonin. lib. XI. s. 3. *μὴ κατὰ ψιλὴν παράταξιν, ὡς Χριστιανοί. non ab obstinatione mera, ut pro Christianorum more.* Ubi ait: „Arrianus autem & ipse „Christianorum (quos *Galilæos* ille vocat) exemplum in„eundem planè quem Antoninus hîc adducit finem: sed „quod Antoninus *obstinationi*, ille *consuetudini* tribuit." Verumenimverò hæc verba, *ὑπὸ ἔθους οἱ Γαλιλαῖοι*, suspecta habeo. Christianos sese cruciatibus & morti fortissime obtulisse, res notissima est. Sed quid, *ὑπὸ ἔθους?* Paulo supra habes *ὑπό τινος μανίας καὶ ἀτονοίας.* Vnde hoc mihi persuasissimum est, scripsisse Arrianum *Εἶτα ὑπὸ μανίας — — καὶ ὑπὸ ἀτονοίας, ὡς οἱ Γαλιλαῖοι. Ergo aliquis sic possit affici adversus ista furore & despe-*

ratione (seu dementiâ) ut Galilaei. Quin etiam falsa crimina ἀπονοίας Christianis objectare solebant tum Graeci, tum Romani. Julianus Epist. LII. ad Bostren. de Christianis & eorum praesulibus, εἰς τοσοῦτον λυσσομανίας ἦλθον καὶ ἀπονοίας. Et Epist. XXXI. εἶναιν τῆς τῶν Γαλιλαίων ἀπονοίας. & alibi, Plinius in Epist. 97. lib. X. meminit de *obstinatione* & *amentia* Christianorum. Vide & Tertull. Apolog. c. 2. Ad haec & talia Graecorum opprobria respiciens forsan Paulus Apost. 1. Corinth. 1, 23. ait: ἡμεῖς δὲ κηρύσσομεν Χριστὸν ἐσταυρωμένον — — Ἕλλησι δὲ μωρίαν. Vide quoque Minuc. Fel. c. XI. Christiani autem per contemptum *Galilaei* vocabantur. Sic passim Julianus. Sed quaerat aliquis, unde nam verba ista ὑπὸ θεοῦ, quae sensum quendam prae se ferunt? Credo equidem ex margine in contextum irrepsisse, cum ita emendasset sciolus aliquis Christianus, offensus his verbis ὑπὸ ἀπονοίας, in quorum verborum locum substituere voluit ista, ὑπὸ θεοῦ. Considera itaque, Lector, & quae supra sunt perpensus lege: Εἶτα ὑπὸ μανίας μὲν δύναταί τις οὕτω διατεθῆναι πρὸς ταῦτα, καὶ ὑπὸ ἀπονοίας, ὡς οἱ Γαλιλαῖοι, &c. *Ergone aliquis ita affici possit adversus illa furore & amentia, ut Galilaei, &c.*" VPTON. — Ego vero, ut dicam quod sentio, nec cur suspectum hoc loco habeamus vocabulum θεοῦ, nec cur in ejus locum ἀπονοίας scriptum ab Arriano fuisse credamus, satis cautus video. Quodsi omnino mendosum esset θεοῦ, poteras de ἤθους cogitare, quod cum θεοῦ saltem similitudinem aliquam habet; aut poterat θεοῦς ex ἀνθουσιασμοῦ decurtatum & detortum quodammodo videri. Nam quod ἀπόνοιαν Christianis subinde objectam a Graecis Vptonus ait, non inde efficitur, eodem vocabulo nunc Epictetum uti debuisse, praesertim quum μανίαν nominet, cujus species quaedam ἀπόνοια est. Et quod paulo ante conjunxit utrumque nomen, μανίαν & ἀπόνοιαν, non inde sequitur, etiam hic rursus eadem duo conjungi debuisse. Porro quod si quis, (ut Vptonus fingit) offensus vocabulo ἀπόνοια, de Christianis usurpato, aliud in ejus locum posuit, eadem ratione ac fortasse magis offendi idem homo vocabulo μανία debuerat. At post vocem θεοῦς intercidisse particulam ὡς, ad οἱ Γαλιλαῖοι referendam, facile credo, atque ipse etiam in eamdem cogitationem incideram. Sed quum etiam absque illa ferri scriptura vulgata possit, in quam libri consentiunt omnes, in contextum eam ingerere non sum ausus.

auctor. Ceterum si quid hoc loco e margine in contextum irrepsit, videndum est, ne ipsa ista verba οἱ Γαλιλαῖοι, cum pro scholio ad oram a nonnemine fuissent adscripta, ab alio deinde ipsi contextui sint inserta.

Ibid. καὶ ἀποδείξεως. ὑπὸ λόγου δὲ καὶ μαθήσεως pa. in contextu; sed idem in ora, γρ. ἀποδείξεως.

Ibid. τὸν κόσμου ὅλον μὲν ἀκώλυτον. „Confer infra, vs. 27. & M. Anton. VII. 9." VPTON.

Ibid. τῶν ὅλων. In pc. primum τῶν ἄλλων fuerat, sed correctum ὅλων.

Vers. 7. Τὰ μὲν οὖν ἄλλα τάν[τα]. Possis e superioribus μέρη intelligere; sed rectius ex eis, quæ mox sequuntur, ζῶα intelliges.

Ibid. τούτων ἀπάντων. τοῦτον ἀπάντων pc.

Ibid. ὅτι τε μέρος ἐστὶ. Caret τε pc. „Confer II. 5, 13 & 25. II. 10, 3. Sic M. Anton. II. 3 sq. X. 6. Persius, III. 71.

— — — *Quem te Deus esse*
Jussit, & humanâ qua parte locatus es in re."
VPTON.

Ibid. τὰ μέρη τοῖς ὅλοις εἶχεν. Perperam ἦχεν pbc. sed in pb. εἶχεν superne scriptum. In pa. etiam εἶχεν, quod hodie ibi legitur, ex ἦχεν refictum videtur. De re — „Vide ad I. 12, 16. & ad I. 14, 2. Nota interea, 1. ὅτι μέρος. 2. τοῖόν τι μέρος. 3. ὅτι τὰ μέρη τοῖς ὅλοις εἶχεν ἔχει καλῶς." VPTON

Vers. 8. ὁρᾷς, διότι τῶν περὶ αὐτό. Restitui διότι e superioribus editt. quibuscum consentiunt codd. pac. Tacite illud in ὅτι mutaverat Vptonus, suum fortasse codicem secutus; certe sic & habet noster pb. Conf. ad I. 7, 6. & loca ibi citata.

Ibid. ἐπ' ἄλλοις. Perperam ἐπ' ἄλλα pa.

Vers. 9. τὸ ἀγαθὸν τὸ αὐτοῦ. Sic edd. vett. cum pa. τὸ αὐτοῦ ed. Vpt. cum anon. Lond. τὸ ἀγαθὸν ἑαυτοῦ pb.

Ibid. καὶ τὸ συμφέρον. Articulum τὸ, qui aberat vulgo, tacite hîc adjecit Vptonus, commode vero, & e suo puto codice, cum quo convenit noster pb.

Ibid. καὶ ἐφ' ἑαυτῷ. Sic pac. cum editis. ἐφ' αὐτῷ pb.

Ibid. πλεόναρον ἔσται. πλεόναρόν ἐστι pa. in contexta, sed ἔσται in ora, quod cæteri in contextu habent.

Ibid. εὐδαίμον. Sic tres nostri codices cum editis, quod mutare non ausus sum; quamquam εὔδαιμον in neutro genere scribere jubeant Grammatici, ut Clenardus p. 118. Weller. p. m. 92. quemadmodum etiam editum video apud Lucian. T. I. p. 460. & apud Herodian. l. 6, 2.

Ibid. μηδαμοῦ μεμφόμενον μηδενὶ τῶν οὐκ ἐφ' ἑαυτῷ γενομένων. Vulgo ἐφ' αὑτῷ edd. sed ἐφ' ἑαυτῷ ex pc. adoptavi. *Negantem* vero *particulam* editi pariter ac nasti ignorabant omnes. Quem locum miratus sum silentio præteritum ab interpretibus. Quem vulgo sic legerent, μηδαμοῦ μεμφόμενον μηδενὶ τῶν ἐφ' αὑτῷ, γενομένων, μηδὲν ἐγκαλοῦν, vertit Schegkius: *pro re nulla cuiquam irascentem, nihil accusantem eorum quæ sibi evenerint.* Vptonus cum Wolfio: *nusquam quicquam ab illo factum reprehendens, de nullo conquerens.* At nec, *quæ sibi evenerint*, nec, *quicquam ab illo factum*, respondet Græcis verbis τῶν ἐφ' αὑτῷ γενομένων. Illud Græce si sonare debebat, τῶν αὐτῷ (absque præpositione) γενομένων. Hoc, τῶν ὑπ' αὐτοῦ γενομένων. Ac nisi in ἐφ' αὑτῷ vel ἐφ' ἑαυτῷ pertinaciter consentirent libri, suspicari poteras, ὑπ' αὐτοῦ scriptum oportuisse; quam fere in sententiam I. 14, 16. ait, μήτε μέμψασθαί τι τῶν ὑπ' ἄλλου δεδομένων. & IV. 10, 15. μή τινα ἐμεμψάμην; μή τι τῶν γενομένων τινὶ δυσχέρηνα, ἢ ἄλλως γίνεσθαι ἠθέλησα; Neque ego, si cui ita h. l. legere placuerit, μηδενὶ τῶν ὑπ' αὐτοῦ γενομένων, magnopere cum eo contendam. Sed, ut jam significavi, mirus ille codicum in difficiliorem scripturam consensus, indicare utique mihi visus erat, aliud quid hic latere: & diu quidem addubitans, ad extremum mihi persuasi, τῶν οὐκ ἐφ' ἑαυτῷ γενομένων scripsisse Arrianum, particulam vero negativam, sive negligentia librariorum, sive (quod vero propius mihi visum est) imperito consilio, fuisse prætermissam. Scilicet ex Epicteti & omnino ex Stoicorum ratione, homo nihil accusare, de nulla re, de nullo homine conqueri debet, nisi de se ipso, & de rebus quæ ab ipso, cum in ipsius fuerint potestate, male gestæ, male administratæ sunt. Vide Enchir. c. 5 extr. Dissert. II, 26, 7. IV, 10, 32. &c. Quam eandem sententiam hic verbis illis exprimit, μηδαμοῦ μεμφόμενον μηδενὶ τῶν οὐκ ἐφ' ἑαυτῷ γενομένων, nusquam

& nunquam accusat quidquam eorum quæ in ipsius non sunt potestate, scilicet neque Deum, neque fortunam, neque alios homines, ut sæpe IV. 1, 109. Particulam negativam etiam alius librariorum temeritate amissam vidimus, veluti IV. 6, 2.

Ibid. μηδεν' ἐγκαλεῖν. μηδενὶ, in dativo, ex conjectura scripsi. Vulgo h. l. μηδὲν omnes edd. & mssti contra constantem & aliorum scriptorum & Epicteti nostri usum. Vide I. 16, 6. I. 17, 28. II. 20, 7. &c. Persæpe factum videmus, ut ultima litera vocalis, quæ superne adpingi solebat, a festinantibus librariis fuerit prætermissa. Quod si quis pertinacius defendendum suscipiat vulgatum μηδὲν, subintelligere is dativum personæ debebit, μηδὲν (μηδενὶ) ἐγκαλοῦν.

Vers. 12. ὡς καὶ αὐτῷ τοῦ πλοίου θεμιστεύοντι. αὐτῷ ed. Lond. & Vpt. cum nostro pb.

Vers. 13. Θέλεις ταῦτα; scilicet φέρειν vel ἐπιφέρειν μοι.

Ibid. ταῦτα τυχοῦσα καλοῦ ὑπομνήματος. „Vide Enchir. c. 17." VPTON.

Ibid. Θέλεις ἀρχάς; Φέρε, καὶ πόνους. „Pauca quædam excidisse arbitror." Sensus facile suppleri potest; verba non item, donec nacti fuerimus meliores codices. VPTON. — Post Φέρε comma posui, quod ignorant vulgo omnes; quo interserto, ferri posse videtur oratio, nec deesse quidquam.

Vers. 14. ὅπου ἂν ἀπέλθω, ἐκεῖ μοι καλῶς ἔσται. „Seneca ad Helvid. c. 4. *Adversus ipsam mutationem locorum, satis hoc remedii putat Varro, quod, quocunque venimus, eadem rerum natura utendum est: M. Brutus, quod licet in exilium euntibus virtutes suas ferre secum. Utraque in unum collata plurimum possunt. Quantulum enim est, quod perdidimus? Duo, quæ pulcherrima sunt, quocunque nos moverimus, sequentur: Natura communis, & propria virtus.* Vide supra, ad III. 22, 22." VPTON.

Ibid. ἀφελέσθαι αὐτά. Olim perperam αὐτοῦ edd. Vbi: „Fortasse αὐτά." WOLF. — „Sic noster codex." VPTON. — Nec aliter nostri tres; & αὐτά, Wolfii monitu, jam receperat editor Cantab.

Vers. 15. Ἀλλ' ἤδη καιρὸς ἀποθανεῖν. Τί λέγεις, ἀποθανεῖν; μὴ τραγῴδει τὸ πρᾶγμα. Verba ista Τί λέγεις, ἀποθανεῖν; ignorant edd. omnes cum pac, VPTO-

xvs vero in Notis ait: „Post ἀναδυναῖν, supplet noster codex, Τί λέγω ἀναδυναῖν; Sic itaque lege: Ἀλλ' ἤδη καιρὸς ἀναδυναῖν. Τί λέγεις, Ἀναδυναῖν; μὴ τραγῴδει τὸ πρᾶγμα. Caeterum, μὴ τραγῴδει τὸ πρᾶγμα, est, *Noli tragice exaggerare. Noli verborum granditate tragica rem efferre.* Amat enim tragoedia ampullas & sesquipedalia verba. Forsan ad hunc locum Arriani respexit M. Anton. III. 7. τραγῳδίαν αὐ ποιεῖ, αὐ στενάζει. Idem IX. 29. εἰ δὲ ὑπερτραγῴδησεν. *sin tragice sonet ostentavit.*" VPTON. — Id ipsum, quod volverat Vptonus, Τί λέγεις ἀναδυναῖν; dedit cum ipsius codice noster ph. unde recepi. Verbum τραγῳδεῖν & ὑπερτραγῳδεῖν eodem modo, quo Epictetus, & alii scriptores & Polybius usurpavit.

Ibid. αὐ ἐκεῖνα πάλιν ἀναλαβῆναι. „Vide ad III. 13. 14." VPTON. — Pro ἀναλαβῆναι, est ἀποκαταστῆναι in pc. quod non spernendum. Fortasse tamen ἐπαναστῆναι debuerat.

Ibid. τί γενέσθαι καινόν; „Sic M. Anton. VII. 1. οὐδὲν καινόν. Idem VIII. 6. Salomon, Eccles. c. 1. vs. 9. *Neque est novi quidquam sub sole.*" VPTON.

Vers. 17. σωφρονεῖν ἔχω. „Vide ad IV. 1. 113." VPTON.

Vers. 18. Οὐχὶ τοῦ σώματός μου κύριος εἶ; id est, ad verbum, *Nonne corporis mei dominus es?* Vptonus vero cum Wolfio in versione sic posuit: *Nonne corporis tui sum dominus?* quasi tyrannus loquens induceretur: percommode id quidem; at in eam sententiam graece sic scriptum oportebat, Οὐχὶ τοῦ σώματός σου κύριός εἰμι; Quod si aliter loquitur, (is qui liberum se profitetur,) commodius quidem ille videtur dicturus fuisse, absque interrogatione & absque particula negativa, Τοῦ σώματός μου κύριος εἶ. Sed eandem particulam οὐχὶ, cum interrogatione, non hic solum habes, sed mox iterum iterumque. Quare solicitari ista non debet; &, quoniam nil variant Graeci libri, serenda erit vulgata scriptura, & verba illa, *Nonne corporis mei dominus es?* ita accipi debebunt, ac si dixisset, *Vtique corporis mei dominus es? fateor equidem, te corporis mei esse dominum.*

Ibid. Οὐχὶ τοῦ κτηνιδίου; Τί οὖν πρὸς ἐμέ; „Haec omnia supplet noster codex; sed alii non agnoscunt." VPTON. — Opportune Vptoni codex: nostri enim non magis, quam olim editi, ista verba norunt.

Ibid. τοῦ σωματίου ὅλου ἐκ αὐτοῦ ἐξίστασαι. „Malim αὐτόθ." WOLF. — „Fortaſſis αὐτοῦ τοῦ σωματίου &c." VPM. SHAFTESBVR. „Quid ſi αὐτόθεν ἐξίστασαι, *nec mora cedo:* vel αὐτοῦ adverb. *hic tibi cedo.*" VPTON. praeeunte MEIBOMIO. — Ego in Shaftesburii ratione adquieſcendum putavi, & αὐτοῦ ad σώματος referendum.

Ibid. ὅταν θέλῃς. Verba haec, quae (ſicut nos ſeciimus) cum praecedentibus jungunt editiones veteres & antiqui, ad ſequentia retulit Wolfius in verſione: *Cum libet, fac periculum imperii tui.* Cujus rationem Vptonus non modo in ſua verſione tenuit, ſed & in Graecum exemplum (praeeunte anonymo editore Lond.) tranſtulit, punctum ponens poſt ἐξίστασαι, & verba ὅταν θέλῃς cum ſequentibus jungens.

Ibid. πείρασαί σου τῆς ἀρχῆς. Corrupte πείρασαί σου τὴν ἀρχὴν edit. vett. Vbi „Fortaſſe πείρασαί σου τῆς ἀρχῆς." WOLF. — „Codex noſter πείραται. Editio Salmant. * πείρασαι, & in marg. * πείρασαι." VPTON. — In τὴν ἀρχὴν nil mutaſſe videtur Vptoni codex; & ſic ille edidit, πείρασαί σου τὴν ἀρχὴν, in quo jam praeeuntem habuerat anonymum editorem Londinenſem. Eodem modo ſcriptum eſt in noſtro cod. pc. Sed in pa. πείρασαί σου τὴν ἀρχήν. In pb. vero, πειράσασαί σου τῆς ἀρχῆς. Ego πείρασαι tenens, quod unice verum putavi, genitivum τῆς ἀρχῆς, quem deſiderabat verſum, πειρᾶσθαι, ex pb. adſcivi.

Verſ. 19. Φοβηθήτω δύναμιν. δύναμιν pc. male.

Ibid. Τοὺ ἐπὶ τοῦ κατάγους; „Vide ad I. 19, 17." VPTON.

Ibid. Τί οὖν ἄρχῃ ἐπὶ θύραις; Praetuli hoc, quod dedit noſter codex pb. Alii vulgo ἐπὶ θύρας; quod per ſe quidem minime erat aſpernandum: ſed vide notata ad III. 24, 44.

Verſ. 20. ἂν μή τις με. Sic ſcripſi cum pabc. Superiores edd. ἂν μή τίς μα, vel ἂν μή τίς με.

Ibid. ἐκεῖνο θέλω, τὸ φιλέμενον. „Vide Enchir. c. 8." VPTON.

Ibid. ὃ ὁ Θεὸς θέλει, ἢ ἐγώ. „Lege cum Meibomio, ἢ ὁ ἐγώ." VPTON. — Et ego utique hic emendare nec tamen invitis libris omnibus adjicere ὁ volui, quoniam & ſubintelligi abſque magno incommodo poterat. Articulum ὁ ante Θεὸς omiſit pa. minus commode.

Ibid. προσκαλοῦμαι. „Malim προσάγομαι.“ WOLF. — Ferendum fuerit istud, in quod consentiunt libri. Est autem προσάγεσθαι αὐτῷ idem quod alibi dicit προσκατασκόπου ἐμαυτὸν αὐτῷ. IV. 1, 89 sqq.

Ibid. συνορμῶ, σύνορέγομαι, ἁπλῶς συνθέλω. Ante Vptonum ὀρέγεσθαι dabant edd. omnes; nec aliter manuscripti libri. Vbi WOLFIVS monuerat: „συνορέγομαι malim.“ — Eodemque modo in suo exemplo correxerat Salmas. Id in contextum recipiens VPTONVS, haec adnotavit: „Recte Wolfius pro ἐφίεσθαι legit συνορέγεσθαι. Sic supra, II. 13, 23. Ὅταν τοιοῦτον ἔχῃς ἡγεμόνα, καὶ τοιαῦτα συνθέλῃς καὶ συνορέγῃ &c. Ita quoque malit Gataker. ad M. Anton. X. 21. [ad illa verba:] Λέγω οὖν τῷ Κόσμῳ, ὅτι σοὶ συνορῶ. *Dico itaque Mundo, Equidem te amas? idem ipse amo.*“

Ibid. ἀνακλιτικός. Temere ἀνακλητικὸς ed. Ven.

C. 21. Vulgo sic legebatur in editt. omnibus: Τί αὐτῷ συμβαίνει; μή τι οὖν καὶ ἔγκλημα οὐκ ἔστι; Ἐπαρχίαν. Μή τι οὖν καὶ τὸ χρῆσθαι ἐπιτροπῇ; Neque variant codices, nisi quod καὶ ante ἔγκλημα omittit pa. tum pro ἐπαρχίαν, ἐπαρχίαι habet pb. denique in sequentibus verbis signa distinctionis haec ponit pc. μή τι οὖν καὶ τὸ χρῆσθαι ἐπιτροπῇ; τί ἔστι συνδοῦναι ἔδει. Ad verba igitur, quae supra retuli, haec adnotavit WOLFIVS: „Ἐπαρχίαι, vel ἐπαρχίαν. Videtur autem nomen ἐπαρχίαν transpositum, & ἐπιτροπῇ omissum, & sic legendus hic locus: Τί αὐτῷ συμβαίνει; Ἐπαρχίαν. Μή τι οὖν καὶ ἔγκλημα οὐκ ἔστι; Ἐπιτροπήν. Μή τι οὖν καὶ τὸ χρῆσθαι ἐπιτροπῇ; *Quid ei contingit? Provincia. Num etiam decretum quale oportet? Procuratio. Num etiam illius procurationis ut recte uti possit?*“ — Quam Wolfii adnotationem Vptonus nullo adjecto sive comprobationis sive improbationis indicio adposuit, nec in graeco exemplo quidquam mutavit; sub contextu vero Wolfii versionem, quae ad istam sententiam adcommodata erat, ad verbum tenuit. Missit vero adeo manifeste & corrupta visa erat scripturae vulgatae, & nova Wolfii emendatio, ut eam in Graeco exemplo adoptare non dubitaverim. In versione ponitur a Wolfio discessi. ἐπαρχίαν, quam illi *provinciam* interpretati sunt, ego *praefecturam*; ἐπιτροπήν, quam illi *procurationem*, ego *munus procuratoris*. Ἔπαρχον Graeci qui res Romanas sub Imperatoribus gestas scripsere, eum vocant, quem Romani *Praefectum*; & quidem

dem tam Præfectum Prætorii, quam Præfectum provinciæ, qui provinciæ cum imperio militari præerat: ἐπίτροπον *Procuratorem* vocant *provinciæ*, cujus administratio ad fiscum pertinebat, & cum ad colligendos reditus publicos, tum ad impensas faciendas. Vide Dionem lib. LIII. cap. 15.

Vers. 22. ἰσχαδοκάρυα. Conf. III. 9, 22.

Ibid. τὰ παιδία ἁρπάζει. τὰ παιδάρια hoc loco pc. sed mox deinde in παιδία consentit.

Vers. 23. ἔψεται τὰ παιδία. Priori loco ὄψονται habet pc. sed mox dein ἔψεται cum aliis.

Ibid. ἐμοὶ δ' ἰσχαδοκ. Perperam ἐμοὶ δὲ ἰσχαδ. edd. Ven. Bas. Gen. Col.

Vers. 24. ῥιπτοῦσιν αὐτῷ. Caret αὐτῷ pc.

Ibid. εἰ δὲ κύψω. κρύψω habent edd. vett. consentientibus mss. tis. Sed WOLFIVS: „Lego κύψω, non a κρύπτω, sed a κύπτω." — Atque id ante Vptonum jam receperat anonymus Londinensis. Recte; nam opponitur hoc verbum ei, quod modo ante dictum est, ἂν σου θλῖψις εἰς τὸν κόλπον.

Vers. 25. ἀποκτιννύουσι recte editur inde a Genev. Mendose ἀποκτινύουσι ed. Ven. & Bas. ἀποκτεννύουσι pab. ἀποκτιννύωσι pc.

Vers. 26. Θέλεις οὖν. Sic recte ed. Genev. & segq. cpm. Vptopi cod. & pabc. Et sic Wolfius scribendum monuerat, pro corrupto Θέλει οὖν, quod erat in Ven. & Bas.

Ibid. περιέρχωμαι. Et hoc reponere Wolfius & Salmasius jusserant, pro περιέρχομαι, quod perperam dabant ed. Ven. Bas. & segq. cum pbc. & Vptoni codice. At Wolfio recte obsecutus est editor anon. Lond. & Vptonus; & conjunctivum jam dabat editio Salmant. eumdemque habet noster codex pa. Sic ἐγὼ σοὶ θέλεις παρακατάθωμαι; III. 13, 14. omissa per ellipsin conjunctione ἵνα.

Vers. 27. ἵνα δ' κόσμος μὴ ὀπτήσῃται μηδ' ἀμυδρίσῃται. „Supra vs. 6. ait κόσμον εἶναι ἀπόλυτον καὶ αὐτοτελῆ." VPTON.

Ibid. ἀλλ' εἰ δεῖ συγκρῖναι, &c. „Confer II. 6, 18." IDEM.

Vers. 28. *διαθεῖναι.* Perperam *διαθῆναι* pc. atque sic etiam in pa. primum fuisse videtur, sed dein correctum.

Ibid. *τί ἔτι θαυμάζω αὐτόν;* „*Αὐτὸν*, id est, Cæsarem. Nota, *αὐτὸς*, *Dominus*, de qua significatione supra monui.“ VPTON.

Ibid. *ἂν μοι φιλανθρ.* *ἂν με φιλανθρ.* pc.

Ibid. *λελήσει.* „Scilicet Cæsar.“ VPTON.

Ibid. *καὶ ἄλλους ἀφαιροῦμαι.* Temere & invitis mss. tis *καὶ ἀλλήλους* ed. Gen. indeque Col. Cant. & anon. Lond.

Vers. 30. *Ἀλλὰ τὸν παιδικὸν σώζων.* Nisi persæpe ante *ἀλλὰ* per ellipsin intelligendam, non librariorum incuria omissam, vidissemus particulam negantem, (vide IV. 1, 116. & 162. II. 24, 17. & ibi notata.) jurares hoc loco absorptam fuisse a terminatione vocis præcedentis *αὐτῷ*.

Ibid. *ἔρχομαι.* Sic recte ed. Genev. & seqq. cum pabc. Perperam *ἔρχομαι* ed. Ven. & Bas.

Ibid. *πρὸς αὐτὸν.* Perperam ante Vptonum *πρὸς ἑαυτὸν* edebatur cum pa. Sed perspecte WOLFIVS: „Lego *πρὸς αὐτὸν*, scilicet *τὸν τύραννον*, *ἢ τὸν Καίσαρα*.“ — Et VPTON: „Noster codex *αὐτὸν*, recte.“ — Sic & Salmas. & nostri codd. pbc.

Ibid. *ἐξέρυθμον.* Sic ed. Bas. & seqq. *ἔρυθμον* ed. Ven. cum pab. non male. *ἀρυθμὸν* pc.

Ibid. *ἐπὶ Λέοντα.* „De Leonte Salaminio, vide supra ad IV. 1, 160.“ VPTON.

Vers. 31. *Ἄγωγε αὐτόν.* (*Si dicit lictori vel satelliti,*) *Abduc hunc in carcerem.*

Ibid. *καὶ ἐκμένει.* „Istud *καὶ* addidi ex nostro codice, sententia postulante.“ VPTON. — Habet & noster pc. Ignorant cæteri cum olim editis. Pro *ἐκμένει*, quod habent omnes, possis cum Salmasio *ἐκμενεῖ* in fut. scribere; nec tamen necessaria est ista novatio.

Ibid. *ἀλλ' ἄκαφος ῥιφήσῃ.* Temere *ῥιφῇ* sola ed. Bas.

Ibid. *Εἰ ἐγώ εἰμι ὁ νεκρός.* „Ad Diogenis dictum respicere videtur. Cic. Tusc. Disp. I. 43. *Durior Diogenes, & is idem sentiens, sed ut Cynicus asperius, projici se jussit inhumatum: tum amici, Volucribusne & feris? Minime vero, inquit; sed baculum propter me, quo abigam, ponitote. Qui poteris? illi; non enim senties. Quid igitur mihi ferarum laniatus obfuerit, nihil sentienti?*

sententiæ? Laërtius in vita Diogenis, VI. 79. *Ἔνιοι δὲ φασι τελευτῆσαι αὐτὸν καὶ ἀνασθῆσαι ἔτι ζῶντα μῆνα, &c.*" VPTON.

Vers. 32. *κολασείειν οὐς ὕστερον ἐκολάκευσεν.* Sic corrigendum putavi. Vulgo omnes *ἃ ὕστερον* edd. & mssti nostri; quod mireris sine suspicionis significatione relictum esse ab interpretibus. In versione pæne prorsus prætermisit Wolfius, *& adulatur aliis*, scribens. Vptonus: *& adulatur cui novissime adulatus est.* At sic *ὧν*, non *ἃ*, requirebatur. Nihil vero facilius fieri potuit, quam ut ex ΟΤΣΤΣΤΕΡΟΥ semel exciderint literæ bis deinceps positæ ΤΣ. Fuit quidem quum suspicarer, quoniam *ἐκολάκευσεν* in præterito tempore ponitur, *οὐς πρότερον ἐκολάκευσεν* scriptum oportuisse; quam in sententiam video a Schegkio conversum hunc locum, *& si adulatur, cui fuit antea adulatus.* Sed in faciliori illa emendandi ratione, quam secutus sum, adquiescendum duxi.

Ibid. καὶ διανοῦν. Ignorant *καὶ* edd. cum pac. Sed monuit VPTONVS: „Lege cum nostro codice, *τὸ τοῦτοις χρήσιμον, καὶ διανοεῖν.*" — Et conjunctionem *καὶ* dedit etiam noster codex pb. quam non asperandam judicavi.

Vers. 33. *οἱ λόγοι οὗτοι παντοφραστὰς τοιοῦσι τῶν νόμων.* „Vide I. 29, 9." VPTON.

Ibid. Νόμος *δ' οὐκ ἔστιν τὰ ἐπὶ μωροῖς.* „An *Lex non sunt quæ ad stultum attinent?* Fortasse *τὰ ἀπὸ μωρῶν, decreta stultorum*: vel *τὰ ἐπὶ μωροῖς*, pro *μωρίᾳ*, quæ stultum habeant finem." WOLFIVS. — „Placet Wolfii interpretatio, *Lex non est, quæ fertur a stultis. Νόμος δ' οὐκ ἔστι τὰ ἀπὸ μωρῶν.* Lex stultorum, non est lex. Audi Cicer. de Leg. I. 15. *Jam vero illud stultissimum, velle omnia justa esse, quæ sita sunt in populorum institutis, aut legibus etiam (si quæ leges sint) tyrannorum.* (Sic lego, & distinguo.) *Si triginta illi Athenis leges imponere voluissent; aut si omnes Atheniensis delectarentur tyrannicis legibus; num idcirco hæ leges justæ haberentur?* — — *Est enim unum jus, quo devincta est hominum societas, & quod hic constituit unius quæque Lex est vincla vitia imperandi & prohibendi: quam qui ignorat, is est injustus, sive est illa scripta uspiam, sive nusquam.*" VPTON. — Cave quidquam mutes. *Νόμος οὐκ ἔστι τὰ ἐπὶ μωροῖς.* Quæ sunt in potestate stulti,

non

non sunt leges; i. e. Voluntas stulti non est lex vere nominata, non est lex sapienti. τὰ ἀεὶ μωρῶν forsan legendum adnotavit Salmasius; qua novatione quid promoturi essemus non video.

Vers. 34. πρὸς τούτους. Intellige, πρὸς τοὺς μωρούς, *adversus stultos*, qui leges nobis se ferre posse putant.

Ibid. μηδενὸς ἀξιοποιεῖσθαι πρὸς αὐτούς. Vide I. 29, 9. *n.* & II. 10, 8. *n.*

Ibid. ἐν οἷς ἂν ἡμᾶς ναίῃσαι δύναμαι. δύνωμαι, puto, scriptum oportebat; sed nil varii libri, quod quidem notaverim.

Vers. 35. περὶ τὴν κτῆσιν ἐξισωθῆναι. „Has voces addidi ex nostro codice." VPTON. — Ignorant eas nostri tres cum editis.

Ibid. μόνα τὰ ὑπομνήματα ὑπεξαιρεῖσθαι. „ὑπεξαιρεῖσθαι, scil. οἱ λόγοι αὐτοι. Male editio Bas. ὑπεξαιρεῖσθαι." VPTON. — Error propagatus erat in edit. Gen. Col. Cant. Lond. Veram scripturam tenet Ven. cum mastis omnibus.

Vers. 36. ἀβελτερία. ἀβαλτερία pbo. Et sic probati utuntur auctores. Vide Suidam in h. v. & H. Steph. in Thes.

Vers. 37. πῶς ἂν δὲ λιθοστρώτους οἰκήσητε. „Λιθόστρωτα erant pavimenta saxis discoloribus strata. Vide Plin. lib. XXXVI. c. 28. Johann. c. 19. vs. 15. ἐκάθισεν ἐπὶ τοῦ βήματος εἰς τόπον λεγόμενον Λιθόστρωτον. Consule Salmas. ad Solin. p. 1214." VPTON. — In οἰκήσητε (in fut. indic.) consentiunt edd. omnes. Notavit vero WOLFIVS: „οἰκήσῃς malim." — At turbare quidem nos non debet subitus transitus a sing. num. ad pluralem, quem satis familiarem Epicteto vidimus; nec futurum indicativi pro subjunctivo, cum πῶς, ἵνα, ὅπως & similibus; malim tamen οἰκήσῃς, in primo aoristo, præsertim ob adjectam ἄν particulam. Hæc scripseram, cum hoc ipsum, οἰκήσῃς, in pab. scriptum inveni, unde recepi. Perperam οἰκήσετε pc.

Ibid. πῶς παλάται σου καὶ σκάλαι. „*Quomodo servi & clientes.* Παλάται, *clientes*. Vide Plutarch. in vita Romuli. Hesychius: Παλάται, οἱ διὰ τὴν ἀναγκαίαν τροφὴν μισθῷ δουλεύοντες, λατρεῖς, μίσθιοι, ἀπὸ τοῦ πέλας· ἢ θρέμματα. Sic locus ille scribendus." VPTON. — Vide quæ ad Hesychium notarunt Interpretes. Hoc loco

πελάται

πελᾶται penultima circumflexa ſcripſerant editt. omnes. Acutum poſui cum noſtro pc. & ſic Vptonus in Notis. Corrupte πιλάτου pa. πιλάται pb.

Verſ. 38. Pro ἐκ τίνων μορίων, habet ἐκ ποίων μορίων pc.

Ibid. πῶς συνάγεται, ſcil. ὁ λόγος. „Vocat λόγον, I, 20, 5. σύστημα ἐκ ποιῶν φαντασιῶν. Vnde patet, λόγον, ſi Stoicos audiamus, ἐκ ποιῶν φαντασιῶν συνάγεσθαι.“ VPTON. — Conf. IV. 8, 12. Pro πῶς συνάγεται, habet πῶς συνίστηκε pc. verbo e ſuperioribus temere, ut videtur, repetito. τῷ συνεστηκέναι & τῷ συνάγεσθαι opponitur ea, quam mox dicit, διάρθρωσις. Vide ad I. 17, 1.

Ibid. ἡ διάρθρωσις. ἡ ἄρθρωσις pc.

Ibid. καὶ ποίας τινάς; Sic pae. cum edd. καὶ ποιότητας habet Vptoni codex. Verba iſta prorſus praeteriit pb.

Verſ. 39. Ἀλλὰ ταῦτ' ἐστὶ τὰ μέγιστα. Verba haec ſintne ejusdem, cujus ſunt ſuperiora & ſequentia, an alterius, haud ſatis adparet. Alteri, cum quo disputat philoſophus, tribuiſſe Vptonus videtur cum Wolfio, ſic vertens: *Atqui haec maxima ſunt.* tum rurſus a litera majuſcula incipiens, Καὶ τίς σε &c. *Quis vero ea te tractare prohibet?* quaſi his verbis ad iſta reſponderet rurſus philoſophus.

Verſ. 41. ἐκεῖνα ἔχεις εἰπεῖν οὐδείς. „οὐδὲ εἶπας.“ MEIBOMIVS. — Equidem cur ſolicitemus vulgatum, aut cur hoc malimus, nullam cauſſam video.

CAPVT VIII.

Verſ. 1. ἀπὸ τῶν κοινῶν. „Vide ſupra, IV. 4, 44. [& ibi not.] & infra, hoc cap. vſ. 15.“ VPTON.

Verſ. 2. Οὕτος ταχέως λούεται. „Vide Enchir. c. 45.“ VPTON. — Et ibi conſule quae monuit Heynius.

Verſ. 3. Πάντα οὖν καλῶς γίνεται. Tempore τῶς pro καλῶς habent ed. Gen. & Col. Οὐδαμῶς· ἀλλὰ σύ, οὐ, ἀλλὰ pc.

Ibid. μόχρις ἂν καταμάθῃς. „Sic noſter codex, alii μάθῃς.“ VPTON. — Sic & dare debebat noſter pc, in quo eſt καταμάθηις.

Verſ.

Verſ. 4. Δόγμα δ' ἐκ τῶν ἐντὸς. „Ex eodem noſtro codice δόγμα habes, pro δόγματα.“ VPTON. — In δόγμα conſentiunt noſtri tres. Mendoſe δόγμαα (ſic) expreſſum erat in ed. Ven. Id ſequentes editores in δόγματα mutarunt.

Ibid. Χρῆται γὰρ σκεπάρνῳ. γὰρ, quod ignorabant hic ſuperiores editiones, ſuo e codice recepit Vptonus, cui adſentitur noſter pb.

Ibid. Τρίβωνα γὰρ ἔχει καὶ κόμην. „Pallium & coma, inſignia erant Cynicorum. [Et omnino Philoſophorum.] De *Pallio* dixi ſupra. De *Coma* Lucianus in Cynico: *Quid tu tandem barbam quidem habes & comam, tunicam non habes? &c.* De Cynicis ſui temporis ſic Martialis IV. 52. [53.]

Hunc, quem ſæpe vides inter penetralia noſtræ
Pallados, & templi limina, Cosme novi,
cum baculo peraque ſenem: cui cana putrisque
ſtat coma, *& in pectus ſordida* barba *cadit:*
cerea quem nudi tegit uxor abolla *grabati,*
cui dat latratos obvia turba cibos:
eſſe putas Cynicum, *deceptus imagine falſa.*
Non eſt hic Cynicus, Cosme. Quid ergo? Canis.“

VPTON.

Verſ. 5. διὰ τοῦτο, ἂν ἀσχήμων. διὰ τοῦτ' ἄρα ἀσχήμ. pc.

Ibid. ἰδοὺ ὁ Φιλόσοφος ποιεῖ. *vide philoſophus quid facit; vide hoc quod facit philoſophus.* Recte ὁ ed. Ven. Baſ. & Gen. cum pab. Temere ὁ absque accentu expreſſit editor Colon. idque tenuere poſteriores, atque etiam VPTONVS, qui in Notis quoque ſic ſcripſit: „Ἰδοὺ ὁ Φιλόσοφος ποιεῖ. Angl. *See, the Philoſopher does it.*“ — Oportebat, *See what the Philoſopher does.* Sic vſ. 7. ἰδοὺ οἱ τέκτονες οἷα ποιοῦσι καιά. Habet tamen h. l. ἰδοὺ ὁ Φιλοσ. etiam noſter codex pc.

Verſ. 6. καλῶς ἂν ἔλεγον. Placuit ſic ſcribere cum pc. Cæteri vulgo καλῶς ἔλεγον ἄν.

Ibid. αἱ δ' ἀκαίνη μᾶλλον. αἱ δ' ἀκαλύγη editt. vett. cum pab. Vbi monuit WOLFIVS: „ἀκαίνη, ſcilicet ἀναγκάλια.“ — Sic & Salmaſius. — „Nec aliter codex noſter.“ VPTON. — Sic & pc. Et id recte, Wolfii monitu, receptum jam ante Vptonum eſt ab editore Cantab.

Verſ.

Vers. 7. ὅταν τις ἴδῃ τινά. Sic edidit Vpt. ex suo cod. cum quo facit noster pb. Cæteri ὅταν ἴδῃ τις, absque τινά.

Ibid. τί ὄφελος ταυτουσιῇ. Perperam ὅτι ὄφελος pc.

Vers. 8. οὐ λέγει. οὐ λέγει pb.

Ibid. ὅτι, Οὗτος οὐκ ἔστι μουσικός. Sic tacite correxit Vptonus, Ὅτι οὗτος οὐκ scribens, cum pbc. Olim οὗτος ὅτι οὐκ edd. cum pa.

Vers. 9. οὐχὶ τῆς προσηγορίας. οὐ τῆς προσηγ. pb.

Ibid. ἀπ' αὐτοῦ τοῦ γινομένου. Temere ἀπ' αὐτοῦ τοῦ φιλοσόφου λαβόντες pc. Moxque idem, ἀσχημοσύνῃ, pro ἀσχημοσυνεῖ.

Vers. 10. τὴν μὲν τοῦ τέκτονος πρόληψιν προσβεύομεν. „Schegkius, *quod nimirum curæ nobis esse patimur notitiam fabri.* Wolfii, *quod fabri notionem curamus.* Προσβεύομεν, *honore prosequimur*, Anglice sic reddidi: *Because we pay some regard and esteem to the Idea we form of a Workman and Musician, and of other Artists; but not so to the Idea we have of a Philosopher; which Idea being confused and perplex'd, we judge of it only from external appearances.* Vide H. Steph. [Tom. III. col. 542 bis.] ubi προσβεύειν non solum est *honore prosequi, sed asserere aliquid & constituere.* Vtitur Laërt. I. 18. " VPTONVS *in Notis, & in Indice.* — Laërt. l. c. διαλεκτικὸν Φιλοσοφίας μέρος, τὸ ἀμφοτέρων (nempe τοῦ Φυσικοῦ μέρους, καὶ τοῦ ἠθικοῦ) τοὺς λόγους προσβεῦον, *rationes tractans, curans.* Lucian. in Piscat. c. 23. T. I. p. 593. μέμνησο μὴ τὰ σαυτοῦ μόνον προσβεύειν ἐν τῇ κατηγορίᾳ, τὰ κοινὰ δὲ ὁρᾷν, *ne tuas solum res cures.* Plato in Crit. c. 6. τοὺς λόγους τοὺς αὐτοὺς προσβεύω καὶ τιμῶ, σύσπερ καὶ πρότερον.

Ibid. καὶ τῶν ἄλλων ὡσαύτως τεχνιτῶν. Placuit hæc compositio verborum, qua usus est codex pb. Alii vulgo καὶ ὡσαύτως τῶν ἄλλων τεχνιτῶν.

Vers. 12. Τίς οὖν ὕλη τοῦ φιλοσόφου; „Vide lib. III. cap. 3. in initio." VPTON.

Ibid. κόμη ῥυθεῖσα; Οὔ, ἀλλὰ μᾶλλον. „Sic recte noster codex; in aliis deest οὔ perperam." VPTON. — Ignorant h. l. negantem particulam codices nostri omnes: & poterat ea nullo incommodo abesse, (ut sæpe abesse vidimus) nisi paulo ante bis adjecta fuisset.

Ibid.

Ibid. τοῦ λόγου στοιχεῖα. Sic recte ed. Cant. & seqq. cum pabc. & Vptoni cod. Perperam τοιχεῖα ed. Ven. Bas. Gen. Col.

Vers. 13. τῷ ἐπιτηδεύματι ἀγαλεῖν. τὸ ἐπιτήδευμα ἀγαλεῖν pb. male; non, quod non sic dici possit, intelligendo dativo personae αὐτῷ; sed quod tunc sententia esset minus commoda huic loco. τὸ ἐπιτήδευμα ἀγαλεῖν αὐτῷ, est, *accusare eum instituti sui causa.* At hoc loco dicere voluit Epictetus, *accusare institutum ipsum;* id vero Graece est, τῷ ἐπιτηδεύματι ἀγαλεῖν.

Ibid. ὡς πρέποντος λέγειν τὸν ταῦτα ποιοῦντα Φιλόσοφον. „*Quasi viri esset, cui τὸ πρέπον curae est, dicere &c.* Noster codex πρεπόντως. Sic vero totum hunc locum reddas: *Quasi esset viri, cui quod rectum & decorum curae est, dicere istum, qui talia facit, Philosophum: & rursus dicere, Hocine Philosophicum est? Non autem dicis, cum aliquem moechari noveris, vel gulae indulgere videris, ecce fabrum! ecce musicum!*“ VPTON. — In πρέποντος (non πρεπόντως) recte consentiunt codices nostri cum editis. Est autem πρέποντος non in masculino intelligendum, ut nescio quo modo Vptonus accepisse videtur, sed a nominativo τὸ πρέπον. Et poterat ex Graeci sermonis usu etiam in nominativo poni, absolute (ut aiunt) stante, ὡς πρέπον, *quasi deceret, quasi aequum esset.* Verbis illis tamquam in parentheſi acceptis, cujus signa etiam adjicere commodum duxi, perspicue ac limpide fluere mihi visa erat oratio.

Vers. 14. Οὗτος ἐπὶ ποσὸν αἰσθάνῃ καὶ αὐτὸς τῆς ἐπαγγελίας τοῦ Φιλοσόφου Minus recte ἐπὶ πόσον (penacute) scribebant edd. & mssti, sicque etiam VPTONVS; qui & in versione eamdem scripturam his verbis exprimere conatus est: *Sic & ipse in quantum percipis professionem philosophi, labaseis, &c.* Melius vero idem in Notis: „Ἐπὶ ποσὸν, *aliquantulum, leviter.* Verte: *Sic & tu ipse aliquantulum percipis philosophi professionem; labascis autem & confunderis ex mera negligentia.*“ — In eam sententiam jam Wolfius interpretatus erat, *animadvertis aliquo modo.* Articulum τῆς ad ἐπαγγελίας omisit cod. pc.

Vers. 15. Ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ οἱ καλούμενοι Φιλόσοφοι Horat. lib. I. Epist. 19. vs. 12 sqq.

Quid?

Quid? si quis vultu torvo ferus, & pede nudo,
exiguæque togæ simulet textore Catonem;
virtutemne repræsentet moresque Catonis?" VPTON.

Vers. 17. Εὐφυέστης. „De ea vide supra, ad III, 15, 8." VPTON.

Ibid. ἦθος ἐμαυτῷ καλῶς. „Vide lib. I. c. 13." IDEM.

Ibid. κατεσκληκὸς εἶχον τὸ βλέμμα, τὸν περικτύπον. „Contra prorsus Catilina. Sallust. in Bell. Catil. *Color ejus exsanguis; foedi oculi; citus modo, modo tardus incessus: prorsus in facie vultuque vecordia inerat.* Horat. de Tigellio: lib. I. Sat. 3, 9.

Nil æquale homini fuit illi: sæpe velut qui
currebat fugiens hostem; persæpe velut qui
Junonis sacra ferret.

Audiamus Ciceronem de Offic. I. 36. *Cavendum est autem, ne aut tarditatibus utamur in gressu mollioribus, ut pomparum ferculis similes esse videamur; aut in festinationibus suscipiamus nimias celeritates: quæ cum fiunt, anhelitus movetur, vultus mutantur, ora torquentur: ex quibus magna significatio fit, non adesse constantiam.*" VPTON.

Vers. 18. ἐμοὶ φράσαι τὸ αἰσχρὸν ἢ οὐχί. Ferri utcumque hoc potest: sed ægre mihi temperavi quin ἐφράσαμέν τι αἰσχρὸν, vel invitis libris omnibus, scriberem, quod a Salmasio etiam video commendatum. Videndum tamen ne id ipsum latet sub monstrosa codicis pc. scriptura, quæ hujusmodi est, ἐμοὶ φράσαντά τι τὸ αἰσχρὸν.

Ibid. τὰ τῆς φιλοσοφίας ἀναπεπόμενον. Vulgo omnes edd. & mssti, τὸ φιλοσοφίας ἀναπεπόμενον, quod fieri nullo modo posse putavi. Genitivum τῆς ex conjectura adjeci; sed ne sic quidem persanum habeo: persanatum esse locum. Nusquam illam dicendi formulam, τὸ cum genitivo, Polybio & aliis scriptoribus frequentatam, (quorum ex usu τὸ τῆς φιλοσοφίας idem valet ac τὸ φιλοσοφία) in Epicteti Dissertationibus observavi me memini: &, ut dicam quod sentio, nomen aliquod substantivum requiro, τὸ τῆς φιλοσ. ὄνομα, αἴτιον, aut id genus aliud. At hic quidem non Epictetus loquitur; sed Euphratis citantur verba, cui illa forma potuit esse familiaris.

Vers. 20. τῆς ἀνίχομαι, τῆς ἀνίχομαι. „Vide supra ad IV. 4, 18.“ VPTON.

Ibid. τῆς τηρῶ τῆς ὀχέσεως. „Vide II. 14, 8. III. 2, 4.“ IDEM.

Ibid. τῆς φυσικῆς ἢ κτιδάνους. Sic bene hic habet ἢ particula, in qua quidem nil variant libri, intelligendum erit ut Latinorum repetitum *sive*; *relationes sive naturales, sive adscititias*, pro ἢ. Sed utique καὶ malim, qua copula in eadem re utitur duobus locis modo citatis.

Ibid. ἀναγκάστως καὶ ἀκουσιολόγους. Conf. III. 24, 79.

Ibid. ἐκείδεν με κρῖνον. Ante Vptonum κρῖνα, non male, edebatur, quod & habent pac. Ego κρῖνον scripsi cum pb. idque ipsum vel dedit, vel dare debuit Vptoni codex, in quo ille κρίνο scriptum ait, atque sic edendum curavit, parum felici consilio.

Vers. 21. τὸν Ἥφαιστον. „Vide Vulcani statuas in Montefalc. Antiq. Vol. I. lib. III. c. 1.“ VPTON. — Conf. supra vi. 16.

Ibid. ἀγνοεῖσθαι. Perperam ἀγνοεῖται pa.

Vers. 22. ἐρώτησο τρὸς αὐτὸν εἰ χρὴ σὺν φιλοσόφως ποιεῖσθαι. „Vide ad III. 23, 22.“ VPTON.

Vers. 23. μὴ τι οὖν ἀγανάκτει. μὴ τι φοῦν pb.

Ibid. ἐπὶ ἀπροθύμως. τῷ εἶναι φιλόσοφος. Hinc dubium praeceptum aliud Ench. cap. 23. πρῶτον οὖν, ἐν τούτῳ, τῷ εἶναι φιλόσοφος.

Ibid. χαίρων ἢ καὶ ὅτι μὴ δηχθεὶς, οὐκ ἐδάκνετο. *gaudens vero etiam quod non vulneretur, non mordebatur.* Vulgo sic scribebant editi, cum nostris codicibus, χαίρων δὲ, καὶ ὅτι μὴ δηχθεὶς οὐκ ἐδάκνετο. Quae verba tenens interpretatus, cum Wolfio sic vertit *gaudebat quoque, scilicet quod talis non videretur, non mordebatur.* Ad ista autem verba haec adnotavit: „Noster codex bonus. Plato in Gorgia: Ἥκιστα μᾶλλον ἀκρὶ γαλεώτου, οὐ τὶ ἀφανὴς αὐτὸν ἐποιεῖτο, ἀλλὰ τὸ εἶναι καὶ ἔδοξε. Sallustius, de Catone: *esse, quam videri bonus, malebat.* Sed & Latini simpliciter dicunt *mordere*, pro Graeci δάκνειν. Horatius lib. I. Epist. 16.

Mordear opprobriis falsis?

Hesych. Δάκνει· λυπεῖ. Et supra, Δάξας· ἐλύπησε. Scribe Δάκνει pro Δάξει. vel Δάκτει, *momordit*, pro Δάξας.“ — Ego codicis Vptoniani scripturam, δόκει, pro vulgato

vulgato ἐρωᾶν, haud cunctanter in contextum recipiendam putavi, eâ sententiâ quam in versione expressi.

Vers. 24. Τί ἔργον καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ; Sic olim edd. omnes cum mastis. Upton vero in contextu verba in hunc modum distinxerat: Τί ἔργον; Καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ; Sed retractavit in Notis, veteremque scripturam revocandam monuit.

Vers. 25. Πεῖ δὲν αὐτός; „Confer supra, II. 22, 19. & infra, IV. 10, 5." UPTON.

Ibid. Εἰ μέ τις, φησὶ, βλάψει ἀγνοεῖ. „Socrates, de Anyto & Melito, ἀγνοεῖν μὲν δύναιτο, βλάψαι δ' οὔ." UPTON. — Vide Enchir. c. ult.

Ibid. ἀγὼ οὐδὲν εἰμι. οὐδεὶς εἰμι volueret Salmas. Sed sicut εἶναί τι, & εἶναι τις, sic & οὐδεὶς εἰμι, & οὐδὲν εἰμι, utrumque recte dicitur. Sic III. 9, 14. habes οὐδὲν ἦν ὁ Ἐπίκτητος.

Vers. 26. Εἰς τοιοῦτον τὸ σκάμμα προκαλεῖται ὀλίγους. Hoc Εἰς τοιοῦτον τὸ recipiendum putavi ex nostro pb. Vulgo alii Εἰς τοιοῦτο σκᾶμμα. Vbi: „Σκάμμα, a σκάπτω. Fortassis ad saltationem alluditur, unde τὸ, ὑπὲρ τὰ δεκαμμένα πηδᾶν. Sed quid si σκάμμα? a σκάπτομαι." WOLFIUS. — Meibomius etiam σκάμμα probaverat. Sed — „Stamma, locus ubi non saltu tantum, sed & ubi disco, cursu, lucta, vel alio quolibet agone decertaretur: inde significat *stadium*, ipsumque *certamen*. Vnde dictum, εἰς τὸ σκάμμα προκαλεῖσθαι, *ad stamma provocari*. [*ad certamen provocare*.] Hesychius: Σκάμματα· ἀγῶνες, στάδια. Vide H. Steph. in Lexico, qui citat ex Chrysost. εἰς μείζονα σκάμματα καλεῖν, *ad majores agones & certamina vocare*." UPTON. — Latine *caveæ* dicitur σκάμμα. Conf. notata ad illa verba, ἐν τῷ ἀγῶνι παραφέρεσθαι, III. 15, 4.

Ibid. οὐκ ἂν μοι δοκῇ ἐκστῆναι. Sic ed. Vpt. cum Ven. & pabe. Temere οὐκ ἄν μοι δοκεῖ ed. Bas. & seqq.

Ibid. τί δοκεῖτε; κατεγέλων καὶ λέγων &c. „τί δοκεῖτε, *quid putatis?* recte: non τί δοκεῖ τε, ut in edit. Bas. & Gen. Sic supra, lib. II. c. 4. in fine, τί δοκεῖτε; ὄφρυν; &c." COMES SHAFTESBVR. „Καὶ οὐκ ἄν μοι δοκῇ ἐκστῆναι οὐδενί· τί δοκεῖτε; κατεγέλων καὶ λέγων, Ἐγὼ τοιοῦτός εἰμι; μὴ γένοιτο· ἀλλὰ ἂν τοιοῦτος. *Neque mihi videtur cuipiam in aliqua re cessisse: quid putatis? annunciando & dicendo, Ego talis sum? ab-*

sit: sed qui talis fuerit." VPTON. δοκεῖτε, non δοκεῖ τε, scribendum monuerat etiam Salmas.

Vers. 27. ὑμῶν κυκωμένων καὶ θορυβουμένων. Corrupte κινουμένων ed. Ven. cum misstis; quod temere in κυμαινομένων mutavit editor Bas. idque tenuere posteriores omnes. Sed: „Legendum videtur κυμαινομένων." WOLFIVS. — „Recte; & sic vetus interpres, [Schegkius,] *vobis fluctuantibus.*" COM. SHAFTESBVR. — Mihi probabilius visum erat κυκωμένων. Suidas: Κυκάω· ταράττω. Κυκήσω· ταράξω, θορυβήσω. Κυκώμενος· ταραττόμενος.

Vers. 29. εἰ μή τι, ὡς ὁ Ἀσκληπιὸς, αὐτὸς ὑποδείξαι δύναται. Perperam vulgo εἰ μή τις ὡς ὁ Ἀσκλ. edd. omnes cum pa. Recte εἰ μή τι ὡς ὁ Ἀσκλ. pll. Et sic videtur etiam scribere debuisse pc. in quo est εἰ μή τις ὁ Ἀσκλ. absque ὡς. Nempe illud scripturæ compendium, quo particula ὡς designatur, quod literæ ς simillem fere figuram habet, pro ipsa litera ς acceperat ille librarius, a quo hic error ortum cepit, & pro τι ὡς scripserat. In δύναται consentiunt omnes, quemadmodum in φέρεις, quod mox sequitur, & pariter in secunda positum est. Vnus pc. δύνατε in contextu habet, sed superne adscripta syllaba σαι. δύνηται scribendum censuerat Meibom. quod scilicet responderet pronomini τις, quod olim præcedebat: at ne sic quidem conjunctivo erat opus, sed δύνεται in indicativo oportuerat.

Ibid. πῶς θεραπεύσεις αὐτὸν ἑαυτοῦ ἄνευ πόνου. Sic scripti omnes editique. Sed θεραπευθήσῃς legi voluit WOLFIVS: nisi (ait) θεραπεύσῃς, scil. αὐτοῦ, magis placeat. „Editio Salmant. θεραπεύσῃς, sed magis placet θεραπευθήσῃ." VPTON. — Et hoc ipsum θεραπευθήσῃς unice commendaverat Salmasius. — At vide, ne ferri possit debeatque θεραπεύσῃς absolute positum, intelligendo sive ἑαυτούς, sive τὴν νόσον, aut τὸ πάθος; nam non solum θεραπεύειν τὸν νοσοῦντα dicunt Græci, sed & τὴν νόσον, ut ex Isocratis Orat. Aeginetica p. m. 669 sqq. docuit H. Stephanus. Denique, quemadmodum θεραπεύω cum infinitivo construi potest, hac notione, *operam do, studeo, curo;* (v. c. θεραπεύουσι κόμην φαίνεσθαι λιπαράν, quod e Plutarcho Stephanus citat;) sic nihil impedire videtur, quo minus absolute etiam dici potuerit, πῶς θεραπεύσῃς, *qua cura adhibita.*

Vers.

Vers. 30. τῷ σκήπτρῳ καὶ διαδήματος ἠξιωμένος. Vide III. 22, 57. " VPTON.

Vers. 31. πειράζητέ μου. Sic pc. cum edd. πρὸς ῥάσθητέ μου pab. Neutrum male; illud a πειράω, hoc a πειράζω.

Vers. 32. τὴν αὐτοῦ. Sic h. l. edd. omnes, cum pbc. αὐτοῦ pa.

Ibid. Οὔτ' ὠχρίασας ἔτι. Homer. Odyss. λ'. 528. Perperam ὠχρίασα edd. omnes ante Vpt. cum pab. οὔτε χλόασας pc.

Vers. 33. οὐ μόνον τοῦτο. οὐ μόνον ταῦτα pc.

Ibid. αἰδοῖ παντὶ χαυλιόδοντι κεκοσμημένον, ὡς οἱ ἄλλοι τοῖς ὄνυξι καὶ ταῖς ὁπλαῖς καὶ ταῖς κεφαλαῖς. Respicere videtur ad dictum Antisthenis; vide Ioppr. III. 22, 14. Laert. VI. 13. τεῖχος ἀσφαλέστατον φρονεῖν μήτε ὑφ' ἑαυτοῦ καταρρεῖν, μήτε προδίδοσθαι. Τεῖχη κατασκευαστέον ἐν ταῖς αὐτῶν ἀναλγήτοις λογισμοῖς. *Murum tutissimum prudentiam esse; neque enim decidere, neque prodi. Magnis struenda in pectoribus animis, quae tamen non possunt,* Horat. lib. I. Epist. I. 60.

— — — *Hic murus aeneus esto,*
nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

VPTON. — Perhene quodnam verbum κεκοσμημένον *aliud verecundia ornatus?* sed non ita convenire videtur cum εὐχοις, θάρρει, & θυμοῦσθαι; nisi ventus, *armatus, munitus, tectus,* quam in sententiam supra III. 22, 14. σοφοὶ καὶ ἐν τοῖς ὅπλοις προβέβλητας dixit, & ἀπὸ τοῦ ὁπλισθῆναι. Et usurpatur quidem verbum κοσμεῖσθαι de *armis quibus quis ornatus vel instructus est;* sed de *munimentis, quibus tectus* vel *tectus est,* vix dici posse videtur. Quare videndum, ne alio quodam verbo hic usus sit Arrianus. Sed nihil variant libri.

Vers. 34. Μὴ δ' αὐτὸ μόνον, ἀπηλλάχθαι πρὸς φίλων, φίλαν. Vide ad IV. 5, 5. Cæterum νῦν δ' αὐτὸ μόνον, ut supra καὶ οὐ μόνον τοῦτο. " VPTON.

Ibid. πρός τι τῶν βρωμάτων. Placuit hoc adscisscere ex codice nostro pc. Alii vulgo πρός τι ῥυπωμάτιον.

Ibid. σὺν ἐπὶ τῷ σκήπτρῳ, ἐπὶ τῷ διαδήματι. Intellige ὁρμῶσαι, aut aliquod simile verbum. Vide supra vs. 30. & III. 22, 57. " VPTON.

Ibid. καθαίρει τὴν αἴρεσιν. Commodius hic fuisse praeteritum perfectum putavi, quemadmodum & continuo sequitur ἀνείληφε in eodem tempore positum. Quare καθεῖλε scripsi cum pa. Caeteri vulgo καθῄρει. Neque vero turbare nos debet subitus a plurali numero, κατηξίωσεν, transitus ad singularem; de quo genere jam saepe monuimus. Vide ad I. 6, 43. ad II. 14, 8. &c.

Ibid. γεγυμνακέναι τὸν ἄνθρωπον. Vide supra ad III. 22, 50. VPTON.

Ibid. ἐν φαινόλῃ. *si quem in penula videris*, hunc ut delicatum & mollem objurgat, ut qui penula opus habeat quo frigus arceat vel imbres.

Vers. 35. Ἀνθρώπου. Deest hoc vocab. pb.

Ibid. χειλόκυπρον πρᾶγμα. Vide ad I. 2, 30.

Ibid. Ἴδωσ σοῦ τὴν ὁρμὴν, μὴ κακοστομάχου — — ἔσται. Ἴδε σοῦ pb. cf. cap. 9, 1. Idemque μὴ κακο, pro μὴ. Pro μὴ ἔσται vero, commodum foret μὴ ἴσως ἂν ᾖ. Sed & istud ferri potest, μὴ ἔσται. nonne est? in quam quidem sententiam cum interrogandi signo scribi debebat, μὴ ἔσται; Verum & absque interrogatione, ἴδωσ μὴ ἔσται. vide ne sit, vel annon sit.

Ibid. ἀγνοεῖσθαι μελέτημα πρῶτον τῷ σοφῷ. Constructio hujus sententiae mihi non placet. Videntur quaedam excidisse. Distinguendum post ἀγνοεῖσθαι. Tum incipit nova sententia, Μελέτημα πρῶτον τῷ σοφῷ. Meditatio primum qui sit. Vide Enchir. c. 46. VPTON. — Equidem in verbis qualia vulgo leguntur nihil incommodi video. Et nihil dissentiunt libri; nisi quod verbum ἀγνοεῖσθαι deest in pb. sed id quidem male, ut mihi videtur: tam illud hic consilium esse Epicteti, commendare, *operam dit juvenis philosophus, ut lateat qui sit; ut ignorent homines, esse eum philosophum*; prorsus ut de se Euphrates ait, vs. 27. ἐπὶ πολὺ ἀγνοούμενον ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων φιλοσοφεῖν.

Vers. 36. κατορθώσεις δὲ ἐπὶ τίνα χρόνον τὰ σπέρματα, κατέβησαν. Vulgo sic legebant distinguebantque, κατορθώσεις δέ, χρόνῳ τὰ σπέρματα, κατέβησαν, edd. & pab. Quod ferri non posse putavi; cum ob pravam distinctionem, tum quod χρόνῳ absolute positum (quamquam τοσούτῳ χρόνῳ sit *tandiu*, II. 22, 31 sq. III. 23, 26. IV. 6, 7.) nihil aliud significet nisi *post aliquod tempus*, *tandem*, *ad extremum*; (Conser. IV. 11, 27.) non per

per aliquod tempus, *aliquandiu*, quæ notio hic requirebatur. Itaque, quum ἐπί τινα χρόνον, id est, *in aliquod tempus*, *per aliquod tempus*, dederit ille noster codex pc. in quo quæ bonæ & probabiles insunt lectiones in locis cæteroquin corruptis, non ex periti alicujus librarii ingenio & emendatione, sed ex vetusti alicujus & probati exemplí fonte fluxerunt; adoptandum hoc fine dicevi. Sed vulgatæ lectionis (χρόνῳ) originem circumspiciens, suspicatus sum, fuisse olim scriptum reliquisse Arrianum, κατορυγῆναι δεῖ ἐπί τινα χρόνον τὸ σπέρμα, χώσαι γὰρ αὐτὸν δεῖ &c. id est, *oportet ut semen per aliquod tempus defodiatur, ut in terra occultetur*, &c. Ἔχμα enim χῶμος, *agger*, *solum*, *terra*, apud Xenoph. Cyrop. pæd. VII. 4. 6. Lucian. Nigrin. c. 16. T. I. p. 55. &c.

Ibid. ἐν κήποις Ἀδωνιακοῖς. *Hortis Adonidis*, ut vocantur, in vasis fictilibus circumferri solebant: ex lactucis & fœniculo constabant. Inde proverbium, de rebus meræ pompæ, nulli usui inservientibus: item, περὶ τῶν ἀώρων καὶ ἀκαιρίων. Vide Eustath. ad Homer. Odyss. λ'. [p. 459. ed. Bas.] Suid. & Hesych. in Ἀδώνιδος κῆποι. Erasmi Adag. *Adonidis horti*. VPTON. — Plures auctores nominarunt viri docti ad Hesych. l. c. Spectat vero huc præsertim quod Suidas ait, usos esse hoc proverbio Græcos ἐπὶ τῶν ἐπιπολαίων καὶ κούφων, *de rebus levibus*, & *quibus nihil solidi subest*; tum ἐπὶ τῶν ἀώρων, καὶ ἀκαιρευομένων, καὶ μὴ ἐξικνουμένων, *de rebus immaturis*, & *exigui temporis*, & *quæ non egerunt altas radices*. ἀδωνιακοῦ scribunt nostri codices pbc. ἀδωνιακοῦ pa. cum edd. Alia forma, ἀδωνιακὸς apud Stobæum occurrit, Eclog. Eth. cap. 1 extr. p. 158. ed. Canr. Μᾶλλον τὸ πολλὰ ἐν μικρῷ συγχεόμενον τοῖς ἀδωνιακοῖς (fortasse Ἀδωνιακοῖς scribi debebat) κήποις εἰκάζει, ἢ τὴν ἀρχὴν ἐξικνούμενον ἔχοντας, ἀσθενῆ παρὰ φύσιν. Alias Ἀδώνιδος κῆποι, & Ἀδώνιος κῆποι dicuntur.

Vers. 38. αὐτὰ αὐτὰ τάχος εἰς λαβὼν ἐμπλήσῃ. *Statim gelu unius noctis segetes arripit, convincitque non esse eas quas præ se esse ferunt.* Sed quid if ἐπιλαβὼν, vel ἐπιλαβών? nisi prior interpretatio magis placet. VPTON. — Utique in priore interpretatione adquiescendum.

Vers. 39. σοφὸς τις ἄνηρ, μωροῖς παρὰ μωροῖς. Suspicatus eram, σοφὸς παρὰ μωροῖς, *sapiens apud stultos*.

Sed nil mutatu opus: *fructus cum sis, apud fructos videris esse aliquis.*

Ibid. Θέλλων. Imperite θανεῖν pa.

Vers. 40. τί ἡμᾶς ἐκβάλλεις; *quid nos exuis? quid nos nudas?* — Perperam ἀναβάλλῃς; pa. Mox idem caret articulo τὸν ante ἀέρα, male.

Ibid. εἶτα γῆν λαβεῖν τὸ τρίτον, εἶτα τὸ ἑξῆς τοῦτο, &c. „Allusio ad tres locos, supra lib. III. c. 2.“ CORRES SHAPTERIANUS.

Ibid. ὁ καρπὸς ἐκβιάσεται τὴν φύσιν. „Videtur esse hypallage; pro ἡ φύσις ἐκβιάσεται τὸν καρπόν. Non fructus naturam, sed *natura fructum extrudet.* Nisi forte τὸν στάχυν pro τὴν φύσιν legendum sit.“ WOLFIUS. — „Τὸν στάχυν, recte, opinor.“ Vide supra, vs. 36.“ VPTON. — Nisi τὴν φύσιν idem valet ac καπὶ φύσιν, *fructus sua natura erumpet?* huc pertinet quod paulo ante dixit, ἄφες ἡμᾶς τὰ κατὰ φύσιν πανεδήμια.

Vers. 41. Τίς γὰρ ἐγκύμων γενόμενος &c. „Vide ad I. 22, 17.“ VPTON.

Ibid. καὶ ἀποθάνεται τε. Ignorant h. l. καὶ nostri codices pabc.

Ibid. τῆς αὐτοῦ παρασκευῆς. αὐτοῦ ed. Vpt. cum Lond. anon. & pb. Sic & mox *vs. seq.* iidem τὴν αὐτὴν φύσιν. pro vulgato αὐτοῦ.

Vers. 42. Ἀλλὰ καιρὸς &c. „Vide ad I. 2, 30.“ VPT.

Vers. 43. ἐγὼ δ' ἂν ἔσχον. „Sic noster codex; alii ἀνέσχον.“ VPTON. — Cum Vptoni codice facit noster pe. Cæteri, qui cum editis perperam ἀνέσχον habent, interrogandi punctum cum eisdem ponunt post παρασκευήν. Sunt autem ista verba intelligenda ex juvenis philosophiæ studiosi persona. Nempe sic hunc respondere jubet Epictetus ambitioso & vano magistro vel commilitoni, qui excitare juvenem studet, ut jam nunc, priusquam animum sapientibus præceptis bene imbutum firmatumque habeat, Philosophi personam habitumque, & Cynici præsertim Philosophi, publice & ex professo suscipiat ostentetque.

CAPUT IX.

Vers. 1. Ἰδοῦ τί αὐτὶ τούτων ἔχεις &c. Confer init. cap. 3. hujus libri, & IV. 10, 22 sqq. Adde Enchir. c. 25. Pro Ἰδοῦ, τὸ scribit pb. ut cap. 8, 35: non male.

mule. In impressis vero omnibus *Κοὐ* scribebatur; & sic in pa. cum gravi in ultima; qua forma effertur adverbium, *ecce!* ut vs. 11. At hoc loco imperativus est, *vide*; ex Grammaticorum praescripto accentu circumflexo notandus, quemadmodum hic scripsit pc. & omnes supra, cap. 8, 35.

Vers. 2. *ὅτι πλείων τούτου ἔχεις.* „τούτου habes ex nostro codice.“ VPTON. — Commode. Ignorant vero eam vocem nostri libri cum superioribus editionibus.

Vers. 3. *ἄλφος πυρέσσουσας.* Sic recte scripti omnes libri & edd. excepta edit. Bas. in qua perperam *πυρέσσουσες.*

Vers. 4. *ἐκεῖνος πολὺν ἀποκτείναντα*, scil. *τοῦ ἄλφους*, pro quo apud Xenoph. Cyrop. I. 3, 11. habes *ἀνθρώπων πολλούς.* Nota vero pronomen *ἐκεῖνος*, ut saepe aliàs, non ad remotius nomen relatum, sed ad proximum, *ἐστὶ*, vel *hic*, nempe homo sanus.

Ibid. ὁ δὲ πρὸς ὀλίγον ἥσθεις, εἶτα ναυτιᾷ. Corrupte *ὁ δὲ πρὸς ὀλίγον ἥσθετο* vel *ἥσθητο* edd. cum pa. Vbi: „Fortassis *ἥδετο*. Sed & illud ferri potest.“ WOLFIUS. — Ego vero, quo pacto ferri *ἥσθητο* possit, fateor me non perviderе: & minus etiam perspicio, Vptonus quid voluerit, cum anonymo Londinensi *ἥσθητο* edens. Neque melius est *ἥσθετο*, quod habent pab. Haud dubie propior vero Wolfius fuit, *ἥδετο* suspicans; quod ipsum & in versione expressit: *illa parumper delectatus, nauseat.* Mihi vero in eamdem sententiam omnino partim Grammatica ratio, partim Epicteti usus *ἥσθεὶς εἶτα ναυτιᾷ* desiderare visus est; quod & in contextum recipere non dubitavi.

Vers. 6. *Ἀριστείδην ἀναγινώσκεις καὶ Εὐηνόν.* „Aristides Milesius, condidit *Milesiaca*, res amatorias & lascivas. Plutarchus in Crasso p. 364. Ἀκέλασεν βιβλία τῶν Μιλησιακῶν. Lucian. Amor. p. 558. edit. fol. [c. 1. T. II. p. m. 397.] ἐπὶ ὀλίγου ἐκεῖν Ἀριστείδης ἐνόμιζον εἶναι τοὺς Μιλησιακοὺς λόγους ἐκφερωλεξάνους.“ Ovid. Trist. lib. II. [413.]

Junxit Aristides Milesia crimina secum;
pulsus Aristides nec tamen urbe fuit.

Aristides secum junxit Milesia crimina, id est, sibi habuit conjuncta: fecit malâ vitâ, malis moribus, ut Milesiorum crimina, quae ipsum recte dicerentur: nota ei

infamiæ insita est, non ob versus tantum spurcidicos, sed vitæ obscœnitatem. Hoc sensu intelligendum, *locum fecerit*. Atque hoc modo, quippe hærent, non modo Tanaquillus Faber, sed alii interpretes. *Ennius*, poëta elegiacus, Philisti historici præceptor; diversus ab isto, cujus Plato meminit in Socratis Apoleg. & Phædone. Citatur autem ab Artemidoro lib. I. c. 5. *ἐν τοῖς εἰς Ἔννιον Ἐρωτικοῖς.* ° VPTOM. — Ad nomen *Ἀριστείδην*, notatur in ora cod. pa. *τὸν Μιλήσιον λέγει*. Conjunctionem *καὶ* inter *Ἀριστ.* & *Ἐύηνὸν* non habet pc.

Ibid. *πλείστης ἀμφιθείσης.* *πλείστους* pc.

Vers. 7. *κἂν τὸν μυραλειφίου ἐκπίῃς.* Editi ac scripti libri omnes, quos novimus, *μυραφίου* habent; quod Wolfius, cæterum nihil admonens, *pastillos* vertit, ex illo nimirum Horatiano lib. II. Sat. 2, 29. *Pastillos Rufillus olet.* Eandem versionem tenens VPTONVS, hæc adnotavit: „Vocem non agnoscunt Lexicographi. Quid si *μυράδιον*, dimin. a *μύρον*, *unguentum*? Amat autem diminutivis uti Epictetus. Vel legi possit *μυρεψικοῦ*." — Rursus idem in Indice: „*Μυράφιον*, *unguentum*: forsan *μυρίδιον*." — Et ad rem quidem unguentariam pertinere eam vocem, de qua quærimus, cum ipsa per se loquitur, tum suspicari licebat ex vs. 12. cum hoc versu collato. Ego, cum certius nihil haberem, *μυραλειφίου* ex conjectura scripsi: quod vocabulum ipsum nusquam quidem in Lexicis adnotatum reperio, sed analogiæ consentaneum esse putavi. Habes nudum nomen *ἀλειφίου* apud Hesychium, quod exponitur *ὃ χρῶνται ἀλείφοντες*, sive sit diminutivum, aut nomen diversæ formæ, sed ejusdem significationis, cum *ἀλοιφὴ* aut *ἄλειφαρ*, quod non solum de quoque *oleo* vel *unguento* usurpatur, sed & singillatim de *oleo* vel *unguento confectico*, *ἐπὶ πολλαπλοῦ χρίσματος*, ut Eustathius notavit ad Odyss. Σ. 172. p. 664, 11. ed. Bas. sive sit *vas unguentarium*, quod per metonymiam pro *oleo* vel *unguento* dici potuit. Habes autem & verba vel nomina similimo modo composita, *μυραλειφεῖν*, & *μυραλείφειν* vel *μυραλειφᾶν*, *ἡ μυραλειφία*, & *ἡ μυρολοιφή*, apud Pollucem VI. 105. & VII. 177. Sententia est: *Vbi pretiosum aliquod oleum confectum* (quod adhuc tibi incognitum fuerit, vel quod frustra adhuc quæsiveris) *nactus eo, beatum te judicas.*

Vers. 8. *ἀναθυμιᾷ ταύτην τὴν ἀηδονὴν τὴν ταύτην* pc.

Ibid.

Ibid. ἀλλὰ τοῦ ἀνοχλήτου λόγου. ἀλλὰ τὸ ἀνοχλήτως λόγου pc. quod ferri utcunque posset, si cum interrogatione sic scriptum esset, ἀλλὰ τί; ἀνοχλήτως λόγου, &c.

Vers. 9. τοῖς ἄλλοις ἢ πέρμα, ἀκολούθως ὑφηγουμένοις „Confer II. 4, 2 sq. II. 10, 18. III. 7, 36.“ VPT.

Ibid. τὸν τοῦτο ἀκολούθως. Articulum τὸν, quem ignorabant vulgo, tacite adjecit Vptonus; recte vero, & suo suo e codice: eundem artic. habet noster pb.

Vers. 10. αὐτοῦ ζῆλος. αὐτοῦ ζηλῶν pb. minus recte.

Ibid. ὅτι μόνην αὐτὴν. Exspectabam μόνην ταύτην, sed & illud ferendum, in quod consentiunt libri.

Vers. 11. ὦ φίλαυτ' ἑαυτὸν αἰ σώζηπροσώπην. „Quid si, ἔνεγε, reduc te.“ VPTON. — Violenta ista foret mutatio. Suspicatus erat ὦ φίλαυτ', σῴζου τε, quemadmodum fere mox ait, ὦ ὄλεις αὐτὸν βαπτίσας. Sed alius quidquam mavis. Familiaris Graecis dictio, ἀφιερῶσθαι τινα αἰ ἐλευθερίαν, *adservet, vindicare aliquem in libertatem.* In eandem sententiam dicit ὦ φίλαυτ' ἑαυτὸν αἰ σώζηπροσώπην, ὦ, quasi dicat, *utique te libidini, & vindica honestati.*

Vers. 12. μορίζεσθαι. Corrupte olim μορίζασθαι edebatur. Ubi WOLFIVS monuit, μορίζεσθαι esse legendum; „ut habet (inquit) Veneta editio.“ — Tum VPTONVS: „Atque etiam editio Salmant.“ — Atqui in exemplo quidem Venetae editionis, quo utor, quod est ex Bibliotheca nostratis Universitatis, μορίζεσθαι scribitur; quod e suo exemplo ejusdem editionis repetiit editor Basileensis, & ab hoc accepere plerique alii editores; atque ita habet etiam noster codex pa. Veram scripturam μορίζεσθαι Londinensis anonymus demum recepit, & post hunc Vptonus: id ipsum vero dabant nostri cod. pbc.

Ibid. τούτου, τοῦ ἀνηκόντου. τούτου, quod ignorabant vulgo omnes, recepi ex pc. Vptonii codex non istam modo vocem ignorabat, sed & duo proxime sequentia, τοῦ ὑφήγου. „Non agnoscit haec verba noster codex: & salvo sensu deesse possunt.“ VPTON.

Vers. 13. αὐτὸν ἐπὶ καλλίστου. αὐτὸ ed. Vpt. & ita noster cod. pb.

Ibid. πρὸς ὃν μάλιστ' ἐστὶ σου πιθανώτερος. „Vide IV. 6, 7.“ VPTON.

Vers.

Vers. 14. τῶν γυμνάσων. τῶν γυμνασίων pbc.

Ibid. ὡς ὑπὸ βαύκετος παρασύρεται. „Vide Virg. Georg. lib. I. vs. 201 sqq.“ VPTON.

Vers. 15. τῶν παιδοτριβῶν. τῶν παιδοτριβων pc. non male; nam in sing. perinde ὁ παιδότριψ dicitur, & ὁ παιδοτρίβης. Sed in accus. sing. παιδοτρίβην habes supra, IV. 1, 117.

Ibid. Ἀναστὰς, φησὶ, τάλαν πάλαιε. „De Athletarum exhortatione ad Athletas, vide Pet. Fabr. Agonist. lib. II. c. 31. qui hunc Arriani locum laudat.“ VPTON.

Vers. 16. Θαλῆμις εἶ. „Seneca Epist. 80. *Quid tibi opus est ut sis bonus? Velle.* Vide M. Anton. lib. VIII. sect. 55.“ VPTON.

Ibid. καὶ βαδίσεται. „Sic noster codex, & [edit.] Basil. in margine. At [ed.] Venet. & Salmant. ἢ βαδίσεται.“ VPTON. καὶ βαδ. ante Vptonum jam in contextum receperant editor. Cant. & anon. Lond. Bene. In ἢ vero cum vett. edd. consentiunt nostri codd. pbc. quod commodum foret, si esset ἢ ἀπαλ. ἢ βαδ. Sed nec in καὶ ἀπαλ. variant iidem nostri libri.

Vers. 18. ἀλλὰ θεῶν τέ τις ἐξ ὑπάτου κρείων. „Habes ἔτι in nostro codice. Non aliter autem Horat. lib. I. Od. 27.

Quæ fuga, quis te *solvere Thessalis*
magus venenis? quis poterit *Deus?*“

VPTON. — Ignorabant ἔτι superiores edd. cum pa. Eodem loco, quo Vptoni codex, hanc particulam exhibet pb. Sed pc. οὐδὲ Θεῶν ἔτι σέ τις.

CAPVT X.

Vers. 1. Ἀπορία πᾶσι τοῖς ἀνθρώποις. Suspicabar πᾶσα, sed nil mutant libri.

Vers. 3. Ἐὰν αὐτὸς ἡ εὐφυΐα. Intellige τις, aliquis; ut I. 25, 8. I. 19, 24. & aliàs.

Vers. 4. Πάλην ἂν περὶ ὀρέξεως ἀγωνίᾳ. Corrupte vulgo omnes: Πάλην ἂν περὶ ὀρέξεως μὴ ἀγωνίᾳ. Ubi VPTONVS adnotavit: „Πάλην ἂν περὶ ὀρέξεως, ἀγωνίᾳ. [ἀγωνίᾳ haud dubie scribere voluit, quam eamdem emendationem jam occupaverat Meibomius.] *Rursus si de appetitione angatur.* Sic Wolfius in versione. Nihil adjuvant codices. Pendet autem oratio usque ad vs. 6.

τῶν

τῶν μὴ ἐπὶ σοί.“ — Neque noſtri codices hic juvabant quidquam. Sed ſententia plana, & emendatio in promtu. Aut ἀγωνιᾷ ſcribendum, quemadmodum feci, deleta μὴ particula; aut ἐν περὶ ὀρέξεως ἡ ἀγωνία ſc. αὐτῷ, ſi ſit ei anxietas, ſi ſit ei ſolicitudo adpetitionis cauſſa.

Verſ. 5. ὅπου αὐτός ἐστιν. „Quid ſi ἂν αὐτὸς κύριός ἐστι. de ſuis factis eſt ſolicitus, quæ in ipſius poteſtate ſita ſunt.“ WOLFIVS. — „Nihil mutandum. Sic II. 22, 19. ὅπου γὰρ ἂν τὸ ἐγὼ, καὶ τὸ ἐμὸν &c. Et IV. 7, 31. εἰ ἐγὼ εἶμι ὁ νεκρός, &c. & alibi.“ COMES SHAFTESBVRIENSIS.

Verſ. 6. μηδενὸς ὀρέγου τῶν ἀλλοτρίων ἔτι, μηδὲν ἔχε λίνε τῶν μὴ ἐπὶ σοί. Vulgo omnes edd. & mſſti, ignorantes particulam ἔτι, poſito poſt ἀλλοτρίων commate, ſic pergunt, ἐπὶ μηδὲν ἔχε λίνε &c. Corrupte haud dubie. Perſpecte vero HEYNIVS ad Enchir. c. 2, 2. delere juſſit importunam præpoſitionem; cui lubens ſum obſecutus. Sed quoniam pertinaciter eo loco mendoſam vocem tuentur libri omnes, ſimilem aliquam olim ibi ſcriptam ſuiſſe ſuſpicatus eram, e qua illa fuerit detorta. Itaque quum ſæpe permutari inter ſe a librariis voces ἐπὶ & ἔτι ſoleant; (ut II. 17, 26. IV. 10, 6. conf. Lexic. noſtrum Polyb. in ἔτι) idem hoc loco factum eſſe mihi perſuaſi, & ἔτι pro ἐπὶ ſcripſi, eamque particulam cum præcedentibus verbis conjunxi; μηδενὸς ὀρέγου τῶν ἀλλοτρίων ἔτι, *nihil amplius, nihil dehinc rerum alienarum adpete.* In eamdem fere cogitationem incidiſſe olim MEIBOMIVM video, qui ad verba, ἐπὶ μηδὲν, adnotavit: „ἔτι vel εἶτα legendum videtur.“ — De particula ἔτι vero ad præcedentia verba referenda nihil ille monuit.

Ibid. καὶ ἀπορυχεῖν. „Inſerui καὶ, noſtri codicis auctoritate.“ VPTON. — Eamdem particulam, quam ignorabant hîc editi, agnoſcunt noſtri codices tres.

Verſ. 7. τοῦ τόπου ἔχει, πῶς γένηται; &c. Olim & poſt τόπου ἔχει, & poſt τόδε ἢ τόδε interrogandi ſigna poſuere ed. Ven. Baſ. Gen. Ibi MEIBOMIVS adnotavit: (Nam Meibomii ea Adnotatio eſt, quam Salmaſio tribuit Vptonus.) „Diſtinguo ita, πολὺ ἐνθάδε ἀπορία; τοῦ τόπου ἔχει; nimirum πῶς γένηται, καὶ πῶς ἀποβῇ, καὶ ἀπαντήσῃ τόδε ἢ τόδε, ut ponantur hæc poſtrema materialiter.“ — In qua adnotatione particula μὴ ante ἀπαντήσῃ invito Meibomio, puto, omiſſa eſt. Vtique vero iſta verba πῶς γένηται; & quæ ſequuntur, materialiter, ut

ut aiunt, ponuntur; & referuntur ad id quod supra vs. 3. dictum est. Commodius vero editor Colonienſis, & post hunc Cant. Lond. apon. & Upton. praeeunte Wolfio in verſione, post τοῦ τόπου ἔχει nudo commate poſito, interrogandi ſignum poſt γίνηται & poſt ἀπιθῆ tenuerunt; minus recte vero interrogandi ſignum etiam poſt τόδε καὶ τόδε tenuerunt, ubi ego delevi. Caeterum hic malueram, τοῦ τόπου ἔχει τὸ, Πῶς γίνηται; Sed articulum nullus ex noſtris libris agnoſcit.

Vers. 8. Ἔφατον οὖν σε — — — κατὰ φύσιν; Interrogative hanc ſcripſi; quae vulgo omnes poſitive, ut aiunt, expreſſerunt, interrogationem non niſi poſt καλῶς δύναται indicantes. Poſt φύσιν vero intercidiſſe videtur reſponſio, Ναί.

Vers. 4. οὐ κύτὸ ἀγαθὸς καλῶς. „Nam vita eſt quaſi cum ludas teſſeris. Vide ſupra, ad II. 5, 2. Plutarch. de Tranq. ex Euripide:

Τοῖς πράγμασι γὰρ οὐχὶ ξυμβῆναι χρεών —
Μέλει γὰρ αὐτοῖς οὐδέν. ἀλλ' ὁ συγχέων,
τὰ πράγματ' ὀρθῶς ἂν τιθῇ, πράσσει καλῶς.

Idem ad Apoll. p. 112. E. Παίνυ καλῶς ὁ Πλάτων ἔοικε παραινεῖν ἐν ταῖς τοιαύταις συμφοραῖς ἡσυχίαν ἄγειν, καὶ ὥσπερ ἐν πτώσει κύβων πρὸς τὰ παρόντα τίθεσθαι τὰ ἑαυτοῦ πράγματα, ἵνα ὁ λόγος ἐρεῖ (lege ὁ λόγος αἰρῇ, ubi ratio exigerit) βέλτιστ' ἔχειν." VPTON. — αἰρῇ, non αἰρῇ apud Plutarchum leges.

Vers. 10. Ἢ τίς ἂν ἦν ὁ Ἡρακλῆς. „Vide I. 6, 32." VPTON. — De vi particulae ἤ in hujusmodi connexione vide not. ad I. 6, 11. Sic rurſus infra, vſ. 21. hujus capitis.

Ibid. τί σοι μέλει. Rurſus perperam, & invitis noſtris libris, μέλλει habent editi vett.

Vers. 11. Ἂν οὖν οὕτως ἀποθάνω; Sic recte ed. Ven. & Baſ. cum pac. Perperam ἂν οὕτως ἀποθάνῃς; pb. absque οὖν. Tum vitioſe ἀποθανῶ, pro ἀποθάνω, ed. Vpt. & ſuperiores inde ab ed. Genev.

Ibid. ἀκαιρότερος. Perperam ἀκαιρώτερος pa. in contextu; ſed vera lectio in marg.

Vers. 13. ἐξεργαζόμενος τὴν ὕλην. Eſt. ἐξεταζόμενος pc. male.

Ibid. ἀπάθειαν ἐκτησάμην, ταῖς ὀρέξεσι τὰ ἴδια ἀπονεῖμαι ἐθέλουσι. ἐκτησάμην recepi ex pc. Alii vulgo ἐκτησάμην, quod

quod quo pacto ferri potuerit, non video. Requirebatur nominativus participii, referendus ad ἄλλο εὑρεθῆναι, ficut ἀνοῦν, ἀπωνοῦν, ἐξαργαζόμενος, παρακεκόμενος. Mox vero infinitivus, ἀποδιδόναι, ſi vera eſt ſcriptura, pendebit puto ab hoc ipſo participio. ἀκουῶν, ut intelligatur ἀκουῶν ἀπεδόμην, καὶ ἀκουῶν ἀποδιδόναι τοῖς σχέσεσι τὰ ἴδια. Sed videndum, ne ἀποδιδοὺς ſcripſerit Arrianus. Notum eſt, in vocum terminationibus praeſertim perſaepe a vero aberraſſe librarios.

Ibid. καὶ τοῦ τρόπου τόπου παρακεκόμενος, ſcil. ἄλλο εὑρεθῆναι. De re vide lib. III. c. 2.

Verſ. 15. ἢ ἄλλοις γενέσθαι. καὶ ἄλλως pt.

Ibid. μή τι τὰς σχέσεις παραβῆναι; Intellige ἐμέ. ἦμεν. Exſpectabam vero παρέβην; ſed nil variant libri. Vide, an legi poſſit: μήτι τὰς σχέσεις παρέβην; Ναὶ· ὅτι με σὺ ἐγέννησας, &c. *An relationes violavi? Immo vero, quod tu me genueris, gratias tibi habeo.* Vbi poſt παρέβην; ex frequentiſſimo Epicteti uſu intelligendum foret, οὔ· tum vero Ναί ad ſequentia referendum. Sed fortaſſe aliud quid h. l. turbatum aut omiſſum eſt. Conf. Adnot. ſeq.

Verſ. 16. Ὅτι με σὺ ἐγέννησας, χάριν ἔχω ὧν ἔδωκας· ἐφ' ὅσον ἐχρησάμην τοῖς σοῖς, ἀρκεῖ μοι. In verbis nihil quidquam mutant libri; in diſtinctione orationis nonnihil variant. Poſt ἐγέννησας interrogandi ſignum ponunt editiones veteres cum tribus noſtris mastis; & verba illa ὅτι με σὺ ἐγέν. nudo interjecto commate vel nulla intercedente diſtinctione cum ſuperioribus connectunt; quaſi dixiſſet, *an relationes* (id eſt, *officia erga alios*) *violavi, quia tu me genuiſti?* Bono vero conſilio editor Cantabrigienſis, praeeunte Wolfio in verſione, interrogandi ſigno poſt παραβῆναι poſito, verba ὅτι με σὺ ἐγέννησας ad ſequentia traxit; quam rationem cum editore Lond. & Vptono nos quoque tenuimus. At ne ſic quidem prorſus expeditus locus videtur. Satis quidem commode limpideque fluit oratio in Wolfii verſione: *Num affectiones violavi? Quia me genuiſti, gratiam tibi habeo: iis rebus, quas dediſti mihi, uſus ſum quoad voluiſti. Hoc mihi ſatis eſt.* Sed alia eſt Graecorum verborum ratio. Verba ὧν ἔδωκας cum ſequentibus non cohaerent. Per ſe ſtant iſta: ἐφ' ὅσον (ſcil. καιρὸν) ἐχρησάμην τοῖς σοῖς, ἀρκεῖ μοι ſcil. οὗτος ὁ καιρός. id eſt, *Satis mihi eſt illud tempus, (contentus ſum hoc temporis ſpatio)*

spatio) in quod (vel *per quod, quo) usus sum tuis; quo licuit mihi uti his rebus, quae* (verum si quaero) *tuae sunt.* Illa, ὧν ἔδωκας, nihil habent quo referantur, nisi ea' quae proxime praecedunt, χάριν ἔχω, quibuscum in omnibus etiam, tum editis, quam scriptis libris, junguntur. Ita exstitit ea, quam in versione expressimus, sententia: *Quoniam tu me genuisti, gratiam tibi habeo eorum quae mihi dedisti.* Quae sententia, & omnino quae oratio, (Ὅτι μὲ ἐγέννησας, χάριν ἔχω ὧν ἔδωκας) sicut ferri utcumque potest, sic mihi, ut jam significavi, scabri aliquid & impediti utique habere videtur. Itaque, ut dicam tandem quod sentio, suspicor prorsus, in hunc modum scripsisse Arrianum: Ὅτι με σὺ ἐγέννησας, χάριν ἔχω. χάριν ἔχω ὧν ἔδωκαν. *Quod tu me genueris, habeo gratias. Gratis habeo eorum, quae mihi dedisti.* Istius generis omissionum, librariorum culpa admissarum, quibus turbatur oratio, obscuraturque sententia, in his praesertim Epicteti Dissertationibus jam nimis frequentia exempla observavimus. Vide Adnot. ad I. 18, 8.

Ibid. καὶ κατάταξον εἰς ἣν ἂν θέλῃς χώραν. VPTONVS sic edens, εἰς ἣν ἂν θέλεις, monuit in Notis: „Habes particulam ἂν ex nostro codice; nisi malis ἂν θέλῃς." — Nempe ἂν ignorabant superiores editiones: at recepta hac particula, necessario etiam θέλῃς in conjunctivo erat scribendum. Et sic recte dedit noster pb. ἣν ἂν θέλῃς, sed in eodem codice perperam omissa est praepositio εἰς, quae praecedit.

Vers. 17. Οὐκ ἀρκεῖ οὕτως ἔχοντα ἐξελθεῖν. οὕτως ἔχων pc. non male, si praecederet ἀρκῇ in secunda pers. pass. pro ἀρκεῖ.

Vers. 18. οὐ μικρὰ δέξασθαι. Vptonus cum Wolfio, *neque parva accipere.* Ego pro ὑποδέξασθαι accepi, *neque parva suscipere, in se recipere, tolerare.*

Vers. 19. προῖκα οὐδὲν γίνεται. „Vide IV. 2, 2." VPTON.

Vers. 20. πρὸς ταῖς ἀλλοτρίαις θύραις κατασκαπτόμενοι. *ad alienas fores computrescendum, marcescendum;* quia scilicet omnes aëris intemperiem pati coguntur, qui magnatum fores obsident. Eodem verbo supra usus est, II. 23, 41. — „Angl. *To grow quite weary and tired with waiting and attendance." VPTON.*

Vers. 21. Κιρκήσια δοῦναι. „*Circenses ludos exhibere.* De Circo, de pompa, ludisque Circensibus, vide Dionys. Halic.

Halic. lib. VIII. Ludos ædiderunt primo Reges, dein Consules: inprimis vero, Ædilibus creatis, horum id munus fuit." VPTON.

Ibid. καὶ σπυρίδι δεῖπνου. *In sportulis epulum dare.* Perperam δεῖπνον vulgo debant omnes edd. scriptique; quod in δεῖπνα, ut par erat, mutavi. — „De *Sportulis* Romanis, quæ pro salutationis officio dari solebant, passim Juvenalis & Martialis. Athenæus in Deipnos. lib. VIII. c. 17. p. 365. *Οἱ μὲν οὖν ἀρχαῖοι καὶ τὰ νῦν καλούμενα ἀπὸ σπυρίδος δεῖπνα. ἐμφανίζει δὲ Φερεκράτης περὶ τούτων ἐν Ἐκκλησιαζούσαις ἢ Θαλάσσῃ, οὕτως,*

Συσπανισάμενος δεῖπνον ἐν τῇ σπυρίδι,
ἀφιόμεθ' εἰς πρὸς Ὀφίλην.

(lege Ὀφίλαν.) *Τοῦτο δὲ σαφῶς δηλοῖ τὸ ἀπὸ σπυρίδος δεῖπνον, ὅταν τις αὐτὸς αὑτῷ παρασκευάσῃ δεῖπνον, καὶ συνθεὶς εἰς σπυρίδα, παρά τινι δειπνήσων ᾖῃ. Veteribus quoque nota fuerunt e sportulis coenæ; quas Pherecrates, in Mari seu Oblitatoso, his verbis significat:*

Coenam cum in sportula præparasset,
ad Ofellam (vide Bentl. ad Hor. lib. II. Sat. 2. vs. 2.) *ibat.*

Hinc liquet, e sporta cœnam *vectari*, *cum coena parata sibi quispiam*, *& in sporta recondita*, *ad alium proficiscitur*, *cum eo cœnaturus.* Hesychius: *Ἀπὸ σπυρίδος δεῖπνεῖν ἢ δειπνίζειν, τὸ εἰς δεῖπνον ἀφιέμενον καὶ μέρη ἐν σπυρίδι λαβεῖν ἢ δοῦναι.* Vbi Palmerius: „Pro *ἀφιέμενον καὶ μέρη*, lege *ἢ μέρη*. Tangit enim hoc loco *sportulas Romanorum*, quas qui accipiebant eduliis plenas, argentum non accipiebant: alterutrum enim dabatur; vel recta scilicet, vel centum quadrantes." VPTON. — Vide Casaub. ad Athenæum l. c. & Juvenalis interpretes ad Sat. I. 95. &c.

Vers. 22. *ὑπὲρ ἀναβολῆς οὖν — — οὐδὲν ἀναλλάσσει θέλειν, οὐδὲν τοιοῦτον.* „Horat. Epist. lib. I. 1, 42 sqq.

— — — Videsne, quæ maximè cupidis
esse mala, exiguum censum, turpemque repulsam,
quanto devites animi capitisque labore.
Impiger extremos curris mercator ad Indos,
per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes.
Ne cures ea, quæ stulte miraris & optas,
discere & audire & meliori credere non vis?"

VPTON.

Vers. 22. ἢν τι ἀπόλλυται. ἢν τι ἀπόλλυται pc. quæ ἀπόλλυται haud dubie debuerat, quæ fuisse videtur Arriani scriptura.

Ibid. ἡ ἀναλγησία κακόν. Hæc verba in ista contextione quamnam vim habeant, non satis video. Temi cum Vptono Wolfii versionem, *si quid male collocatum fuerit.* κακόν saltem non ea notione, qua Stoici aliàs solent, hic fuerit accipiendum.

Ibid. ἢ ἄλλος τύχῃ ὢν ἴδιον τὸ τυχεῖν. Corrupte olim ἢ ἄλλως τύχῃ edd. cum nostris mss. excepto pc. in quo est ἢ ἄλλως τύχης. Sed ἄλλος τύχῃ corrigere perspecte jussit Wolfius, cui paruit editor Cantabr. & sequentes. Et sic scriptum in suo codice fuisse testatur Vptonus. Sic etiam Meibomius correxerat.

Ibid. μήτως ἐκχεῖται. Perperam αὐτὸς μὴ ἐκχεῖται edd. omnes ante Vpt. cum pc. Negationem delere jusserant Wolf. & Meibom. & delevit Vptonus, sui etiam codicis auctoritate fretus. In nostro pb. statim quidem scriptum fuerat μὴ, sed mox deletum. In po. est αὐτὸς ἐκχεῖται, absque μή.

Ibid. ἐπὶ τῷ κινουμένῳ. ἐπὶ τῶν κινουμένων pc. minus recte.

Vers. 24. τὰ αὐτὰ τίνος λαμβάνεις. Conf. IV. 3. init. & cap. 9. init.

Ibid. ἕτερον ἑτέρου τὸ κοινόν. *Altera res cum altera nihil commune habet. Non coeunt res contrariæ.* „Vide supra, IV. 6, 30." VPTON.

Vers. 25. περισπώμενος ἐπ' ἀμφότερα. „Vide IV. 2, 5." VPTON.

Ibid. εἰ τοῦτο θέλεις. εἰ δὲ τοῦτο θέλεις pc. Cæteri ignorant h. l. conjunctionem, quæ nullo incommodo abesse potest.

Vers. 26. ἐκχεῖται. Reposui hoc ex vett. editt. quibus adsentiuntur scripti libri omnes. Id præter necessitatem in ἐκχυθήσεται mutavit anonymus Londinensis, quod tenuit Vptonus.

Vers. 27. λιμὴν τὸ ἀποθανεῖν. „Cicero Tusc. Disp. lib. I. in fine. *Portum potius paratum nobis & perfugium putemus.* Idem de Senectute, cap. 19. *Quo propius ad mortem accedam, quasi terram videre videar, aliquandoque in portum ex longa navigatione esse venturus.*

Longi-

Longinus, cap. 9. Ἀλλ' ἵμως μὲν ἀνεκφωνοῦσι ἀκόλουθα τοῖς λεγομένοις. VETTON.

Ibid. ἐὰν δὲ τὸ βλοσυρὸν ἐὰν δὲ ἀγριον.

Ibid. ὅταν θέλῃς, ἐξῆλθες. *Quum volueris, exiveris.* Quasi dicat, *simul atque volueris, jam exieris, jam evolaveris.*

Ibid. οὐ κακῶς. Vide ad I. 35, 38. & ad I. 9, 20. VETTON.

Vers. 28. εἰσὶ ἕκαστον ἄνοικα παραβολαῖς. Omnes vulgo εἰσὶν ἕκαστα edd. & mssti, haud dubie corrupte constituunt, etiam παραβάλλω cum accusativo personæ & dativo rei, ut IV. 5, 30. IV. 12, 2. &c. Polyb. I. 52, 2. Itaque Portilio εἰσὶν ἕκαστοι scribi voluit — Malim ἕκαστα, scil. ἔπη, ut [paucis antecedentibus] τάδε, scil. ἔπεα. VETTON. — Ἕκαστον, ἕκαστα haud conducter recipiendum putavi: quam aliis fallendo confidevisset librarii litera σ & in inter se perpetuo permutabeq, quod de errore supra dixi ad II. 22, 9 sqq.) tum hic insuper decepit imperitum sive dormitantem librarium, in cujus exemplo nostri derivati sunt codices, vicinum vocabulum ἄνοικα in ἄνοικα exiens & in accusativo positum. Pro παραβολαῖς, perperam παραλαβεῖν habet ms. in contextu, nihil veri scriptura superne inter lineas indicatur.

Vers. 29. βέγχω βαλεῖν. Ante Vttonum βέγκειν βαλεῖν dabant edd. ut subinde illas: Vttonus deficio casu ne, an consilio, χ pro κ posuerit; sed consulto tentat hanc fortasse, quam & aliis præstuli, I. 22, 15. II. 20, 10. &c. & in quam hic consentiunt tres nostri codices. De verbo βαλεῖν absolute sic posito, conf. ad II. 20, 10.

Ibid. τὰ γὰρ ἐμὰ. Ignorant vulgo conjunctionem γὰρ edd. & mssti, excepto nostro pc. e quo eam recipiendam putavi: quamquam per se non magnopere desiderabatur.

Ibid. τὰ ἀλλότρια, ὑφεῖσι αὐτὰ ὃς ἂν θέλῃ, ὃς ἂν δίδωται παρὰ τοῦ ἔχοντος ἐξουσίαν. „Fortassis ὃ ἂν δίδωται, & ἐξουσία. Vel ὃς ἂν δίδωται παρὰ τοῦ ἔχοντος ἐξουσίαν. ut sit Græca constructio, δίδωμι καὶ δίδομαι ἐξουσίαν. MORFIVS. — „Τὰ ἀλλότρια, ὃς ἂν δίδωται παρὰ τοῦ ἔχοντος ἐξουσίαν, ὑφεῖται αὐτὰ ὃς ἂν θέλῃ. Ita mox infra, τὰ δ' ἄλλα, ὡς ἂν θέλῃ ὁ ἐκείνων κύριος. Anglicana mea interpretatio sic se habet: *But as to things foreign and out of our power, let them go*

in the manner as they were given by Him, who has the management of them; let Him look to them, who has the conducting of them. Who am I, to will they should be So and So?" VPTON. — Pro *δόξειν*, quod habent editiones Ven. Cant. Lond. & Vpt. cum pac. est *δόξαν* in editt. Bas. Gen. & Col. & in nostro cod. pb. Caeterum nihil quidquam variant libri; neque ego quidquam in Graecis vel desiderandum vel solicitandum puto. Quamvis vero in illis nonnihil praeter necessitatem subinde Wolfius tentarit, quae Vptonus intacta reliquit, multo tamen propius ad verum accedere ejusdem Wolfii versio videtur, quam Vptoni Anglicana interpretatio. Sic Wolfius, cujus verba idem Vptonus in latina versione contextui subjecta tenuit: *Sin mea in tuto sunt; alienus vero viderit is qui abstulerit, prout ab eo concessum fuerit, cujus est auctoritas.* Quam eandem fere sententiam ego in nostra versione paulo clarioribus verbis exprimere studui; in istorum verborum maxime interpretatione, *ὃς ἂν φέρῃ*, ab Anglico interprete differens, quae hic ad Deum retulit, *whoever*, quae *illa gubernat*, ego cum Wolfio ad *hominem, qui eas res abstulerit*, id est, *obtinuerit*, nullius *confectus fuerit*; quam in partem III. 9, 22. dicit, *μὴ τελλῶν ἀνθρώπων, τινὶ νίκης*. Ad verba *ἄλλον αὐτὰ, de eis viderit*, intelligo, *ἵνα αὐτοῖς χρήσηται, ὡς ἂν δόξαν ἔχῃ*. *ut illis ita utatur, ea lege, ea conditione, qua ei a Deo, in cujus sunt potestate, data fuerint.*

Vers. 30. *μὴ γὰρ ἐγὼ τὸν μὴ γάρ τις ἐγὼ* pc. quod minus placet.

Vers. 31. *ἀκριβῶσαι καὶ ἐκτίμησιν ἔνδια καὶ ἔνδια. &c.* „Homer. Iliad. Ω'. vi. 5 sqq.

— — — — *Αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς*
νλαὸν, φίλον ἑτάρου μεμνημένος, οὐδέ μιν ὕπνος
ἔρχε πανδαμάτωρ, ἀλλ' ἐνὶ δεξιὰ καὶ ἐνὶ λαιὰ
πλαγχθέων ποθέων ἀδροτῆτά τε καὶ μένος ἠῦ." VPTON.

Ibid. Ἀντίοχον. Imperite Ἀντιόχου pc.

Ibid. *πάντα γὰρ οἱ ἔλεγε πρὸ ὀφθαλμῶν &c.* „Vide quae Thetis dicit Achilli apud Homer. Iliad. A'. 415. & Il. Σ'. 95." VPTON.

Vers. 32. *ἀλλ' ἄμυν, ὅτι ἐκπάγλως ἐνιβάλλεταί μοι, καὶ αὐξάνει μοῦ τὸν υἱόν.* „Filium suum Neoptolemum innuit. Vide Homer. Iliad. T'. 306 sqq." VPTON.

Ibid.

Ibid. ἄδηλα ἐστι. „Schegkius *incerta opinatus est*. Wolf. *incerta pro certis habuisti*, tanquam aliquid excidisset, τὰ ἄδηλα ἄδηλα ἐστι. Inquit. Ἀλλ' ὅμως. Respondet Epictetus, ἄδηλα ἐστι, ubi ἐστι est *mihi videntur*. Magis placet itaque hac in parte Schegkii interpretatio." IDEM.

Ibid. ἐγκαλεῖ. ἐκαλεῖ ἐκαλεῖ pro quo fortasse vera scriptura. Vide I. 6, 35. & ibi not. II. 26, 7. III. 22, 53. IV. 3, 13.

Vers. 33. Ἀλλ' ἀκίνδυνόν ἐστι φυγεῖν πάντα. „Vide Iliad. IV. 335 sq." VPTON.

Ibid. Ἀλλὰ καὶ ἀκίνδυνον. Perperam ἀκινδύνως. Vide ut supra. De re vide Iliad. lib. IX. vs. 209.

Vers. 35. Οὐ μὲν γὰρ τί ἐστι. „Homer. Iliad. T. 321." VPTON.

Ibid. ἀβλαβῆ. Perperam ἀβλαβῶς.

Vers. 36. μὴ ἐκπλαγῇς &c. Intelliges μὴ δυνατὸν ἐκπλαγῆς ταῦτα &c.

Ibid. κιναιδούμενον. Recte sic scripsit Vptonus cum pub. Superiores editiones κιναιδευόμενον cum pc.

Ibid. οὐδὲν κωλύσουσι. οὐδὲ κωλύσουσι pc.

CAPVT. XI.

TIT. Περὶ Καθαριότητος. Sic bene dant codices nostri pabc. cum editionibus omnibus, quas ante Vptonum prodierunt. Περὶ Καθαρότητος hic scripsit Vptonus, quemadmodum ab omnibus editum erat in Capitum indice, qui huic libro prefixus est, ubi eadem modo pak. habebant. Sed & ibi Καθαριότητος nostri scripsit pabc. Differunt nonnihil καθαριότης & καθαρότης, itemque καθαρὸς & καθάριος, ut alterum *mundum* significet; alterum *mundities studium*; alterum *statum* aliquem vel *qualitatem præsentem*; alterum *habitum constantem*. Conf. ad vs. 3.

Vers. 1. τὸ κοσμικόν. „Vide I. 23, 1. II. 10, 14. II. 20, 6." VPTON.

Ibid. ἵστι τό γε καθάριον κάλλος παρίσχεται. Edidi omnes, consentientibus mutis, ἵστι τό γε vel ἵστι τοῦτό habent, corrupte utique. Perfecte vero WOLSIVS dedit: „Lege ἔστι τό γε." — Quod nil cunctatus adoptavi.

Ibid. καὶ ἀκάθαρτος. Perperam καὶ τοῦτο ed. Ven. & Bas. Recte τοῦτον corrigere jussit Wolf. idque secuti jam editores Gron. & sequiores; idque ipsum habent Vptoni codex & noster pabc.

Vers. 2. Ὄνος εἶ. Putabam γοῦν, certe quidem, sane; vel γὰρ, nam, enim. Sed eodem modo accipi etiam potest. Sic libro xxiii. 4, 2. & passim alibi.

Ibid. ὅτι δὲ ἀνθρωπος. „Seneca, Epist. 92. *Natura bonis mundum fecit elegans animal.*" VPTON.

Vers. 3. εἰλικρὶς. „Sic noster codex & Ms. Par. Vulgo εἰλικρινὴς. Sed εἰλικρὶς recte consentiunt pabc.

Ibid. καὶ τοῦ καθαροῦ καὶ τοῦ ἀκαθάρτου κριτὴς ἀνθρωπικὸς. „Lego τοῦ καθαροῦ καὶ τοῦ ἀκηράτου: patet ex superioribus, Ἐπεὶ τοῦ ἐναντίου φύσις καθαρὸς καὶ ἀκήρατος." VPTON. — Nil opus est, ut hæc superioribus ad verbum respondeant. Quid quod ἀκήρατος esse homo non potest, qui per suam naturam habet certum quoddam ἀκήρατον, ut sit vii. 9. conf. hoc vi. 4. Mihi satis placuit vulgata scriptura, in qua nil variant libri. τοῦ καθαροῦ ἀνθρωπικὸς intelligo *munditiem amant, munditiei student in rebus omnibus; τοῦ καθαροῦ, munditiem amant in se ipsis, ipsi se puros tuendique præstare & conservare student.* Vide vi. 4. & confer notata ad Titulum hujus capitis.

Vers. 5. Ἡ κρίσις οὖν καὶ ἐνέργεια καθαρσίου. Articulum ἡ ignorant editi omnes scriptique libri. Adscripsit vero suæ correctioni, monuit, „Deest articulus." — Intervidit ob similitudinem literæ sequentis, ΗΙΙΡΩΤΗΙ Bene vero in L. καθαρσίου habent omnes; nec delidera verum nunc dictum vocabulum καθαρσίους.

Ibid. πῶς ἐν ψυχῇ γινομένη. Placuit adoptare hoc ex pb. Alii vulgo γενομένη.

Ibid. ψυχῆς δ' ὡς σώματος μὲν ἀκαθαρσίαν οὐχ ὑπολ. ὁρᾷς· ἐν δὲ ψυχῇ δὲ &c. Vptonus cum Wolfio: *Animi autem sordes, tanquam corporis non deprehendes. Quatenus vero mutat, &c.* Fateor equidem, nec Latina hæc verba, nec ista Græca, sanam mentem percipere: videndumque, sintne sana & integra Græca. Nil variant libri, nisi quod ὁρᾷς pro ὁρᾷ habebat Vptoni codex. Sententia haud ita obscura, si modo recte percipiatur. Corporis

pervicaciam vertit. *Ipse se* [illegible] *hominum vanitate* [illegible] *fanctius* [illegible] *fallis utriusque.*

Ibid. πρὸς τὰ ἔργα τὰ αὐτῆς. Vulgo omnes πρὸς τὰ ἔργα αὐτὸς, cum pde. Vitus anonyma Londinensis tua auctoritate πρὸς τὰ ἔργα αὐτῆς edidit. πρὸς τὰ ἔργα τὰ αὐτῆς vel τὰ αὐτῆς (hæc enim litis clare separet, vel lucrimæ [illegible] spiritum, an asperum) dedit codex pd. Et videtur [illegible] cum emphasi repositus articulus, sicut mox rursus vs. 8. ἐν τοῖς ἔργοις τοῖς αὐτῆς.

Vers. 8. ἐν τοῖς ἔργοις τοῖς αὐτῆς. Sic editiones veteres; atque ita dare debebat pc. in quo corrupte ἐν τοῖς ἔργοις τοῖς αὐτοῖς. τοῖς αὐτῆς ed. Vpt. cum anon. Lond. Sic vero nunc etiam pa. At ἐν τοῖς ἔργοις αὐτῆς ph. non repetito articulo.

Vers. 9. ἐν τούτῳ κόμαις ἐκτήσαν ἡ ψυχή μου. Vide I. 6. 30. ΥΡΤΟΝ.

Ibid. ἐν ὧν ἀναστροφῇ τῆς ψυχῆς. Intellige τῆς ψυχῆς e superioribus. Habet autem αὐτῆς ed. Ven. consentientibus mss. tribus, idque tacite restituit Vrsinus postquam a superioribus editionibus, inde a Basileensi III. ἐν αὐτῇ fuisset mutatum. Nempe ad ψυχῆς quod proxime præcedit, referendum hoc pronomen putarunt.

Vers. 10. πλοῦσθαι. Perperam & invitis nostris omnibus πλοῦσθαι dabant ed. Aldina & Bas.

Vers. 11. Ἀμήχανον ἦν. Caret ἦν pb. Et post quæ vs. 10. dixerat, ἀμήχανον ἦν potuerat ut verbum ubivis quodammodo deest vs. 12. in libris omnibus.

Vers. 12. ξύστρα, στίγμα. Ξύστρα, *Strigilis*, instrumentum quo se in balneis distringebant. Pers. Sat. V. 126. *Nitori* ejus erat frequens in lotione veterum. Vide Cicer. lib. VIII. Epist. 10. ad Famil. [illegible]

Ibid. ἡ ἄλλη κάσα. Deest ἡ pb. male. Mox idem perperam καθάραι (sic) scripsit, pro καθῆραι, in quo consentiunt cæteri.

Vers. 13. Οὐ ἀλλ' ὁ μὲν χαλκὸς ἐμώσει τὸ διάβημον. Temere Vrsinvs in contextu posuit Οὐ; interrogandi signum posuerat, Οὐ; ἀλλ' ὁ μὲν, & *Nonne?* interpretatus erat. Eam vero rationem retractans in Notis, Sic scribe, ait, Οὐ· ἀλλὰ, usitata formula, qua objectio cum ironia quadam proponitur. *Vel ultimum ut videatur ejusmodi: sed faber quidem &c.* Nec vero aliter scribunt edd. superiores cum codd. omnibus. Et

persaepe illum videmus formulam, quae commode sic verteretur: *At tu non ita: verum* etc. Deinde vero ὦ ante Vptonum adebatur, consentientibus nostris codd. pc. ὁ μὲν γελοῖος, οὐχ γελοῖος, ἄξιόν τι ἀνθρώπου. Vbi ad ista verba, οὐ γελοῖος, haec notavit WOLFIVS: „Non video quem usum haec verba habeant." — Quem illa nec in versione expressit. SHAFTESBVRIENSIS vero hoc Scholion adjecit: „Ὡς γελοῖος: eo magis οὐ ἄνθρωπος. An si faber hoc facit quatenus faber; ergo non, quatenus homo?" — Tum VPTONVS, postquam in Graeco contextu verba ista omisisset: „Desunt quidem, inquit, haec verba οὐ γελοῖος in nostro codice, quem sequor; sed adeo ingeniose explicantur a viro nobili, ut jam admittenda censeam." — Ego vero, saepe aliis acute a Shaftesburio quaesita & inventa miratus, in ista quidem interpretatione nihil magnopere ingeniosi me vidisse fateor. Quare postquam semel illa verba ab Vptono, auctoritate veteris codicis, extrusa erant, quae e margine fortasse olim irrepsissent, eo libentior exulare eadem passus sum, quoniam nec noster codex ea agnoscit. Vbi fraudi tudine quadam usus est scriptor, librarii nonnumquam nota ad marginem adscripta oculos & animum lectoris ad illum comparationem attentos reddere voluerunt.

Ibid. ἀλλ' οὐ δὲ γελοῖος. Olim ἀλλ' οὐ δὲ addebat cum pc. Vbi WOLFIVS notavit: „δὲ lego." — Sic & Meibomius. VPTONVS vero: „Sic noster codex, & edit. Salmant." — Et δὲ recte jam in contextum receperat editor Cantab. Idque ipsum dat noster etiam cod. pb.

Vers. 14. εἶτα ἐπὶ μὴ ἀνάξιον τινὸς ἀπατηθήσεται. „Ita reposui nostri codicis auctoritate." VPTON. Ignorant ἐπὶ h. l. caeteri omnes, excepto nostro pc. qui ἐπὶ μὴ ἀνάξιον habet, sed perperam caret εἶτα. οἱ ἀπατηθέντες idem valet ac οἱ ἀνόητοι, vs. 32.

Vers. 15. Τοιοῦτόν τι καὶ ἐνταῦθα τοιοῦτ. Non video quaenam hic vis sit illius καὶ particulae, *tale quid etiam hic facis.* Putabam γὰρ, *tale quid enim hic facis*, scil. ἀνάξιόν τινος ἀπατηθήσεται, *indignum est qui tecum fiat.*

Ibid. καὶ οὐκ ἀνθρώπου. γραπτὸν ἄξιον τοῦ τοῦ ἄξιον. Olim post ἀνθρώπου non punctum, sed nudum comma ponebant edit. Ven. Bas. Gen. Col. Bi MEIBOMIVS

(non,

(nos, ut Vptonus refert, Salmasius) monuit: „Deest ἐν, ut sit οὐκ αἰσχύνῃ ὅτι σαυτὸν &c." — Commodius vero Wolfius in versione verba illa, καὶ οὐκ αἰσχύνῃ, a sequentibus interposito puncto separavit: *Tale quid etiam hic fecisti, nec tamen animadvertis.* Cujus rationem secuti editores Cantab. & mon. Lond. in Graece etiam exemplo punctum post αἰσχύνῃ posuerunt. Illud punctum Vptonus rursus cum commate mutavit, hac subjecta versione: *nec tamen animadvertis, ipsum dignum se censere qui factum.* At in Notis vltissim, postquam Heinsii Adnotationem, quam supra posui, retulit, suo nomine haec subjungit: „Vel forsan distinguendum cum Wolfio: σαυτόν τι καὶ τοιοῦτο ποιεῖς, καὶ οὐκ αἰσχύνῃ. σαυτὸν ἄξιον ἡγῇ τοῦ ἄρχειν. *Tale quid hic etiam fecisti, nec tamen animadvertis. Ipsum te dignum esse qui factum.*" — Codices nostri pro post αἰσχύνῃ comma habent, ut veteres editi: ego confidenter punctum posui. Poterat etiam interrogandi signum poni cum pb. Fuit cum οὐκ αἰσχύνῃ, pro οὐκ αἰσχύνῃ, scribendum suspicarer *nec te pudet?* sed ferendum vulgatum putavi, in quo nil variant libri. Post ἄρχειν interrogandi signum posuere editores omnes: mihi satis fuit punctum, & quidem punctum minus (quod vocatur) vel superius, quo usi sunt codices nostri.

Ibid. μή τι καὶ τοὺς παρακαθίζοντας; Ex orationis connexione intelligi debet, ἄξιους ἡγῇ τοῦ ἄρχειν. Expectasses, τοῦ δοφρᾶνεν vel τοῦ ἀνολαύειν τῆς σῆς ἀσεβείας, aut aliquid simile. Sed fortasse etiam id, quod vulgatum est, tali quodam modo intelligi poterit. Pro μή τι καὶ h. l. μὴ καὶ absque τι est in ed. Genev. errore operarum, propagato in Col. Cant. Lond.

Vers. 16. ἐκκλησίας. Sic pbc. cum edd. ἐκκλησίαις. pa.

Ibid. ἦν ἄξιος. Perperam ἦν cum subscripto jota ed. Vpt. errore ex ed. Colon. per Cant. & Lond. propagato.

Vers. 17. παρεσόμεθα αὐτὸν ἀπομένοντες; Ante Vpt. editiones omnes, παρεσόμεθα (perperam παρεσόμεθα sola edit. Bas.) αὐτὸν καὶ ἀπομένοντες, & pro interrogandi signo nudum comma erat in ed. Ven. & Bas. Ibi κατανεύει: (cujus Scholion rursus perperam ad Salmasium auctorem retulit Vptonus:) „Legendum videtur οὐ παρεσόμεθα, vel pertenuia interrogationis nota post ἀπομένοντες, & καὶ vel abundat vel elegantiae gratia ponitur." —

Recta particulam istam ejecit VPTONVS, auctoritate sui codicis, cum quo faciunt nostri pbc. Interrogandi signum, quod inde a Genevensi editione adponebatur, exprefit etiam codex pb.

Ibid. εἶον σου τὸ σῶμα μὴ ἔστιν ἐγκεφαλίζεται. Licebat εἶον σαι suspicari pro σου. Sed in σου consentiunt omnes: quae si vera est scriptura, naturalis ordo verborum hic erit intelligendus, εἶον ἐγκεφαλίζεται (nempe σε ἐγκεφαλίζεται) τὸ σῶμα σου, οἷος ἔστιν, & interpretanda haec verba ex illius constructionis ratione, ἐγὼ ἐγκεφαλίζομαι τοῦτο, *ego hoc mihi insolitum habeo*, id est, *hoc mihi tradituin est.*

Vers. 18. κεκοτρωμένον. „Sic noster codex, a κοπρόω. At editio Ven. κεκοπριωμένον. Basil. κεκοπριωμένον.“ — Scripturam editionis Bas. tenuere reliqui ante Vpt. editores. Cum Vptoni verbo codice recte consentiunt pabc. Conf. vs. 29. & 34.

Ibid. ἡ δ' ἐξ ἀνεπαισθησίας. Conjunctionem δὲ ignorabant vulgo omnes. Notaverat autem WOLFIVS: „Lego ἡ δὲ ἐξ ἀνεπ.“ — Cujus unius auctoritati nunc equidem non eram obsecuturus, quia pulcre intellexeram, percommode potuisse haec ἀσυνδέτως poni. Sed quoniam eamdem conjunctionem dedit noster codex pe. in quo vix quidquam ex ingenio adjectum invenias, non aspernandam putavi.

Vers. 19. Ἀλλὰ Σωκράτης ὀλιγάκις ἐλαύνετο. „Plane respicit ad locum, qui est in Platonis Sympolio, in initio. Ἔφη γὰρ Σωκράτη ἐντυχεῖν λελουμένον τε καὶ τὰς βλαύτας ὑποδεδεμένον, ἃ ὀλιγάκις ἐποίει.“ VPTON.

Ibid. Ἀλλὰ ἔστιλβεν αὐτοῦ τὸ σῶμα. Ante Vptonum corrupte omnes Ἀλλὰ ἔστι μὲν αὐτοῦ dabant. Vbi: „Nescio quid haec verba sibi velint, *Sed est quidem ejus corpus.* Quid est? Quid si legas? ἀλλ' οὐδεὶς ἔστιν αὐτοῦ τὸ σῶμα. *Nemo ejus corpus odierat.*“ WOLFIVS. — „Ἀλλ' ἦσθι μὲν αὐτοῦ τὸ σῶμα ἀλλ' οὕτως ἦν. Sed haec aliter.“ SALMASIVS. — „Locus esset sane immedicabilis, nisi conjecturis subveniret noster optimus codex: ἀλλὰ ἔστιλβε, pro ἀλλὰ ἔστι μὲν, habet. Reponite itaque: Ἀλλὰ Σωκράτης ὀλιγάκις ἐλαύνετο. Nam ἀλλὰ ἔστιλβεν αὐτοῦ τὸ σῶμα. Vrget adversarius: *At Socrates raro lavabat.* Cui Epictetus: *Sane; sed nituit ejus corpus.* Sic supra de Diogene, I. 24, 8. τὸ σωμάτιον στίλβον.

βλέπ. VPTON. — In corruptum ἀνὴρ μὲν cum editis consentiunt pc. Recte vero alia βλέπ. pb. ut Vpt. ni codex. Quo recepto, perfanatum puto locum, nec particulam μὲν equidem deliderari.

Ibid. ὧστ' ἦσαν αὐτοῦ οἱ ἀρχιπάται καὶ οἱ ξυγγενέται τοι. Quorum in numero Alcibiades. Vide Platonis Sympos. quæque ibi narrat ipse Alcibiades, ebrius, & in dicendo liberior. VPTON. — Articulum οἱ ante ξυγγενέται, quem ignorant alii, repetere placuit cum pc.

Ibid. ξυμφραξάτους. Perperam ξυμφραξάτους pc. Vide ad cap. 10. 36.

Ibid. καὶ τοι καὶ τὸ ἀγνῶτας ἔχειν αἰσχ. &c. καὶ τι pro καὶ τοι habet pb. minus recte. Repetitum καὶ post καὶ τοι, quod ignorant alii, opportune dedit pc. ex quo adscivi. In ἰσχὺν nil vidi quod suspectum habere rem, aut cur cum Meibomio αἰσχύνην mallem. Ante istam autem dictionem, καὶ τοι ἔλεγε, pro majori puncto, quod erat in editis, minus punctum posui cum nostris codicibus. Quod vero sequitur κἂν θερμῷ μὴ θέλῃς, ψυχρῷ, si vera hæc scriptura, ita abrupte dicitur, ut verear, ne ante hæc & superiora verba intercideriit nonnihil. Sic cætera bene habent, suspicor θέλῃ, post θέλῃς, scriptum oportuisse, ut ad Socratem referatur. Si θέλῃς vera scriptura est, suspicari licet, loco motæ esse ista verba, quæ haud incommode starent post ista, quæ vs. 32. legimus, οὐ λόγῳ τοῦτο ἀλλ' ἔργῳ θέλας;

Cens. 20. Τοὺς ψυχιδέας ἐκ. Aristoph. in Nub. Act. 1. [vs. 102. sqq.]

Αἴθηρ πατρὸς γ' ἐμοῦ τοὺς ἀλαζόνας
ἔφυσε ψυχρούς, τοὺς ἀνυποδήτους λέγω
ὧν ὁ μακαρίτης Σωκράτης καὶ Χαιρεφῶν.

VPTON.

Ibid. τοὺς ἀνυποδήτους λέγω. Deest verbum λέγω pb.

Ibid. Λέγει γὰρ καὶ ἀεροβατεῖν αὐτὸν, καὶ ἐκ τῆς παλαίστρας κλέπτειν τὰ ἱμάτια. Aristoph. [Nub.] Act. I. Sc. III. [vs. 225.]

Ἀεροβατῶ καὶ περιφρονῶ τὸν ἥλιον.

Et Act. I. Sc. II. [vs. 191.]

Ἐκ τῆς παλαίστρας ἁρπάσαντα τἀλφίτα.

VPTON.

Vers.

Vers. 21. πάσχω οἱ γεγραφότες περὶ Σωκράτους. „De Socrate Xenoph. Memorab. l. I. Ἀλλὰ μὴν καὶ τοῦ σώματος αὐτός τε οὐκ ἠμέλει, τοῦτο τὸν ἀμελοῦντας οὐκ ἐπῄνει. Laërt. in Vita Socratis, sect. 22. Ἐπιμελὴς δὲ καὶ σωφροσύνης, καὶ ἦν φίλεργος. Vide hac de re colloquium Socratis cum Epigene, apud Xenoph. Ἀπομ. lib. III. c. 12. ubi in fine ait: Αἰσχρὸν δὲ καὶ τὸ ἐπὶ τὴν ἀμέλειαν γηράσαι περὶ ἑαυτὸν (l. αὐτὸν) πάνυ δὲ καλοῦ καὶ κρατίστου τοῦ σώματι γένοιτο, ταῦτα δὲ οὐκ ἔστιν ἰδεῖν ἀμελοῦντα· οὐ γὰρ ἐθέλει αὐτόματα γίγνεσθαι. *Turpe vero est negligentiâ senescere, priusquam ipse videat, quo pacto evaserit pulcherrimus & robustissimus corpore: hæc autem videre non potest, qui nullam adhibeat curam: neque enim hæc sponte fieri solent.*“ VPTON.

Ibid. περὶ Διογένους ταυτὰ γράφουσι τὰ αὐτὰ ph. De re — „Vide III. 22, 88. & quæ ibi ex Laërtio citantur.“ VPTON.

Vers. 22. ἐκπεσόντων αὐτόν. Sic edd. omnes ante Vpt. cum pac. αὐτοῦ ed. Vpt. Vtrumque spiritum notavit codex noster pb. in ambiguo hærens.

Vers. 23. ὅτι οὐδενὸς δέομαι. Deest h. l. ὅτι ph.

Ibid. Πόντος. πῶς ἔπλευς δὲ καὶ ἔπραξε. „Vide ad III. 22, 47.“ VPTON.

Ibid. καὶ φυγὰς. „A patria Sinopensi pulsus erat Diogenes; (vide Laërt. lib. VI. sect. 20 sq. & Julian. Orat. VI.) cum accusaretur nummos adulterasse.“ VPTON.

Ibid. ἀνόητος, πάσχων &c. Imperite ἀνάπηρος πάσχων pc.

Ibid. ἀλλὰ καὶ τὸ σωμάτιον ἐρῶ. Editi omnes consentientibus scriptis libris, quotquot novimus, τὸ ἱμάτιον dabant. Vbi: „Sententia σωμάτιον postulat.“ WOLF. — „Optime Wolfius; nisi τὸ ἱμάτιον metaphorice usurpatur pro σωμάτιον. Vide ad I. 25, vs. 15. & vs. 30.“ VPTON. — At nunc sane metaphoræ ejusmodi minime erat locus: & absurdum librariorum sphalma, de pallio Diogenis hîc nescio quid somniantium, nullo modo ferendum putavi. Ejusdem Diogenis, ut jam paulo ante vidimus, τὸ σωμάτιον στίλβον laudaverat I. 24, 8. Confer III. 22, 8. & hunc sup. vs. 19.

Vers. 24. τὶ ἂν ποιήσαι τραγικὸν Φιλοσοφῶ, ὅστις ποτ' ἐστὶν τοῦτος; Pro ὅστις, ὅτις scribere jussit SALMAS. — „Wolfius in versione, *Quæ tales efficiet? ὅτις τοιού-*

τους

τους τους] Recte fortaſſe." VPTON. — Sane, quid hic agat illa particula ἄντα, non magis ego adſequor, quam ſuperiores interpretes. Nec vero quidquam juvant codices. Suſpicabar προσελθεῖν φιλοσόφῳ, ἐς γα τριῶν τινας τρεῖς; Sed certi nihil habeo. Supra, pro κελεύει dat καλεῖ pc.

Verſ. 25. τὸν νέον τὸν πρότερον κινούμενον &c. „Polemonem innuere videtur. Vide ad III. 1, 14. & infra, [vſ. 30.]" VPTON. — In animo utique habuit Polemonem; ſed nunc non magis eum dicit, quam quemcunque alium.

Ibid. τὴν κόμην καταξυνῆντα, *qui ſordidum alit capillum.* Inſolita verbi forma καταξυνῆντας, in qua tamen nihil (quod quidem obſervaverim) variant codices. καταξυνάω & ξυνάω ignorant Lexica. Vide ne καταξυνιοῦντα ſcriptum debuerit, a καταξυνίω, vel καταξυνόω. Alioquin καταξυχόντα oportebat.

Ibid. ὅπου δ' αὐτὸ εἶναι φαυλάζεται. Ante Vptonum ὅπου δ' αὐτὸν legebatur cum pac. Monuerat vero WOLFIVS: „αὐτὸ lego, quia refertur πρὸς τὸ καλόν." — Et VPTON: „Αὐτὸ noſter codex." — Sic vero & noſter pb.

Verſ. 27. τὸ συμφέρον δὲ φίλοις τηλοῦ ἐστι. „Vide I. 1, 11.

Verſ. 30. Πολέμωνος ἤκουσε οἱ Ξενοκράτους λόγοι. „Vide ad III. 1, 14." VPTON. — οἱ λόγοι Ξεναρ. pb. minus commode.

Verſ. 31. σύλληφα. Temere σύλληψα ed. Gen. & Col.

Ibid. μή τι ἄνους κολίσται ἐν βορβόρῳ. μή τις ἄνους pa. minus recte. Deinde poſtquam per operarum errorem λίσται, pro κολίσται, expreſſum fuerat in Vet. illud Baſileenſis imperite in λύσται mutavit, quod tenuere ante Vptonum omnes. λύσται corrigendum cenſuerat Salmaſ. κολίσται denique Vptonus ſuo e codice reſtituit, cui adſentiuntur pabc. Eademque ſcriptura ad oram editionis Salmant. erat adnotata.

Ibid. τῆς ἀνθρωπίνης συναναστροφῆς. Cum συναστροφῆς eſſet editum conſentientibus pab. perſpecte WOLFIVS monuerat: „Sententia poſtulat συναναστροφῆς." — Id ipſum commode obtulit noſter cod. pr. unde recepi. conf. I. 9, 5. II. 16, 24. Longe aliud eſt συστροφή, de cujus vi vocabuli vide Lexicon Polyb.

Ibid.

Ibid. ἀνακλαύσεται. ἀνακλαυσθήσεται pc.

Vers. 32. οὐ λούσῃ τοῦ τότε; ὡς θέλεις; „Schegkius, *Non pro libitu lavabis aliquando?* — *Vel hoc vel illo modo, pro libitu:* quia dixit supra, κἂν θερμῷ μὴ θέλῃς, ψυχρῷ." COMES SHAFTESBVRIENSIS. — Vide quæ supra notavi ad vs. 19. extr.

Ibid. ἵνα σοι χαίρωσιν οἱ συνόντες. „Respicit ad salutandi ritum de quo supra." VPTON. — Non modo ad salutantes hoc pertinet, sed omnino ad quoscumque cum quibus una fuerit ille juvenis. conf. vs. 14 sq.

Ibid. ὅτου πτύσαι οὐ νενόμιστον. „Nefas olim in templis excreare aut emungere. Vide ad II. 8, 14. Eamdem præstare solebant reverentiam histriones in theatro. Sueton. de Nerone: *Ita legi obediebat, ut nunquam excreare ausus.*" VPTON.

Vers. 33. Καλλωπίζεσθαί τις ἀξιοῖ; „Vide lib. III. c. 1." VPTON. — τὶς ἀξιοῖ; *vultne aliquis*, pro *egone volo*; vide ad II. 18, 15.

Ibid. ἐκεῖνο ὃ πεφύκαμεν. Potest intelligi, ὃ πεφύκαμεν καλλωπίζεσθαι, *ad quod ornandum nati sumus.* Potest vero etiam absolute accipi, *id quod sumus nos ipsi*; scil. animum, sive ut statim ipse ait, τὸν λόγον, τὰ δόγματα, τὰς ὑπογραφάς. cf. III. 1, 24 sq. IV. 12, 16. IV. 10, 5. II. 22, 19.

Vers. 34. κἀκρύπτειν. κἀκρύπτειν Sola editio Vpt. operatum ecrore.

Ibid. πόθεν ἔχω. Caret ἔχω pc.

Vers. 35. ἀνθρώπεσθαι. ἐρᾶσθαι pb.

Ibid. νῦν αὐτοῦ. Sic veteres edd. consentientibus mss. omnibus. Sua auctoritate αὐτοῦ posuit editor anon. Londinensis, quod tenuit Vptonus.

Ibid. λέγῃ τὰς σχολάς. „Verte, *scholas haberet*; id est, philosophicas disputationes. Cicero Tusc. Disp. I. 4. *In quam exercitationem ita nos studiose operam dedimus, ut jam etiam* Scholas *Græcorum more* habere *auderemus.* Et mox: *Itaque dierum quinque* Scholas, *ut Græci appellant, in totidem libros contuli.* Et lib. IV. 34. *Separatim certæ* Scholæ *sunt de exitio, — — hanc Græci* in singulas Scholas *& in singulos libros dispertiunt.* Et de Finib. lib. II. in initio: *Ne vie, tanquam philosophum, putetis* Scholam *vobis aliquam* explicaturum." VPTON.

Vers.

Vers. 36. τῶν ἀκροατῶν] ἀπὸ τοῦ ἀκροατικοῦ γένους. „*Omnis exorbitatio*, vel *depravatio*, *corruptio*;“ (malim tamen *exorbitatio*, quod in Lexicis non invenio;) *recessit ab humanitate*; vel potius, *prodiit ab humano aliquo* ἀπὸ τοῦ ἀκροατικοῦ, vel ἀκροατοῦ, ut supra, III. 13. 5. CORAES ΣΗΛΤΙΚΗΝΚΡΙΤΙΚΟΣ. — Haud incommode *omnis deflexio* vertas.

Ibid. ἀγνὸς ἐστι τοῦ μὴ ἔθ. Recte τοῦ dedit noster pc. unde adscivi. Alii vulgo τῷ μή, minus commode. Gesn. ad II. 17, 40.

CAPVT XII.

Vers. 1. Ὅταν ἀφῇς σὺ πρὸς ὀλίγον τὴν προσοχήν. Ante Vpt. ἀφῇς σοι legebatur cum pab. Vbi: „Fortassis Ὅταν ἀφῇς κἂν πρὸς ὀλίγον,“ WOLF. — „At cum nostro codice & edit. Salmant. reposui ὅταν ἀφῇς σὺ. Confer autem lib. II. c. 18. in initio.“ VPTON. — In σὺ consentit noster cod. pc. Poteras σοῦ suspicari cum Meibomio; sed significanter σὺ ait, *tu, tu ipse, tua culpa*. ἀφιέναι hic & tursus vs. 6. eadem notione usurpatur, qua frequentius alias ἀνιέναι, quod vs. 19. habet. Cæterum ad rem confer Enchir. c. 50, 2.

Vers. 2. πρῶτον μὲν γὰρ τὸ πάντων καλλιστεύοντον. „Inserui πάντων, ductus autoritate nostri codicis.“ VPTON. — Eandem vocem, qua carent cæteri, offerebat noster codex pc, insuperque voculam γὰρ, quam ignorant reliqui omnes, ego vero non aspernandam duxi.

Ibid. καὶ δ' εἰς ἄλλον καὶ ἄλλον χρόνον &c. Vexata locus ac sane difficilis. Vulgo sic editur: καὶ δὲ εἰς ἄλλο καὶ ἄλλα χρόνου εἰώθασι ὑπερτίθεμενοι τὸ εὐροεῖν. Eodem modo scribitur in nostro cod. pc. Quæ verba latine sic vertit Vptonus cum Wolfio, *& subinde in aliud atque aliud tempus differetur prosperitas*, &c. Ibi vero hæc notarunt Interpretes: „Aut aliquid deest, aut pro εἰώθεν ὑπερτίθεσθαι positum videtur: nisi ὑπερτιθέμενοι pro τὸν ὑπερτιθέντα ponatur, & εἰώθει absolute capiatur, *in morem abit*.“ WOLFIVS. — „Casaubonus in Comment. ad Persium p. 395. [Sat. V. 66.] pro εἰώθει legit ἀπωθεῖν, ingeniose. εἴτε ἔθος τοῦ ἀναβάλλεσθαι τὴν προσοχήν, καὶ δ' εἰς ἄλλον καὶ ἄλλον χρόνον ἀπωθεῖν ὑπερτιθέμενον τὸ εὐροεῖν. *Deinde consuetudo differendæ attentionis, & subinde promissandæ in aliud atque aliud tempus, procrastinando prosperum vitæ fluxum.*

fluxum. Noſtri autem codex, haud negligendus, pro ὑπερτιθέμενος habet ὑπερτιθέμενος. Quid igitur ſi hoc modo? πῶς δεῖ ἀναβάλλεσθαι τὴν προσοχήν, καὶ δ' εἰς ἄλλον καὶ ἄλλον χρόνον ὑπερτιθέμενος τὸ εὐροεῖν. *deinde confundendo differendo attentionem. Sublinde vero in aliud atque aliud tempus procraſtinare conſuevit proſperum vitae fluxum.*" VPTON. — In ὑπερτιθέμενος cum Vptoni codice conſentiunt noſtri pab. Quam ſcripturam probans Vptonus in Notis, quo pacto ſimul tueri verbum εἰώθει potuerit, aut quaenam omnino ſententia inſit interpretationi illi, quam in eadem Adnotatione propoſuit hic interpres, fateor me minime perſpicere. Sane, ſi verum eſt εἰώθει, (quod tamen per ſe frigidum h. l. videtur,) oportebat vel ὑπερτίθεσθαι in infinitivo, vel aliud deſiderabatur verbum in infinitivo poſitum, &, uti nunc eſt oratio, defecta fuerit ac mutila. Ego ſumens ὑπερτιθέμενος, quod tres codices in nominativo dabant, εἰώθει ex ἐξωθῇ corruptum ſuſpicatus ſum: *ſemper in aliud atque aliud tempus rejiciendo propellis a te vitam beatam* &c. Eandem vim habet verbum ἐξωθέω cum ἀπωθέω, de quo jam Caſaubonus huc reponendo perſpecte cogitaverat; propius autem illud ad veſtigia, quae ſuperſunt, veteris ſcripturae accedit. Simillima ratione eodem verbo uſus eſt Polybius, lib. XL. 5, 8. ἡ τύχη ἐξωθουμένη ὑπὸ τῆς ἀνοίας τῶν προεστώτων, *fortuna propulſata favore ſuorum.* Poteras apud Noſtrum h. l. etiam ἐξωθεῖ in activo cogitare; ſed praeſtat ἐξωθῇ in paſſ. vel medio, *propellis a te;* & error magis in promtu erat: nihil in his libris frequentius ipſa permutatione vocalium ει & η. Eam conjecturam unice in contextum recipere noli auſus, temperare tamen mihi non potui, quo minus vulgatae olim ſcripturae, uncinis incluſam, ad lectos ponerem. De verbis ἀναβάλλεσθαι & ὑπερτίθεσθαι conſer dicta ad II. 11, 5. De *Procraſtinatione* juvabit memoria repetere Perſianum illud, Sat. V. 66 ſqq. & Martial. V. 59. Caſauboni emendationem hujus loci probaverat adoptaveratque Gatak. ad Anton. VIII. 28.

Ibid. τὸ κατὰ φύσιν ἔχειν καὶ διαφέρειν. „Quid ſi legamus, καὶ τὸ κατὰ φύσιν ἔχον διαφέρειν, ut ſit ἔχειν, ἐστὶ τοῦ ἔχειν, & copula καὶ transponatur." MEIBOMIVS. — Nil mutandum; nec ſollicitandum vulgatum: vide III. 10, 20. IV. 4, 43. IV. 5, 5. IV. 6, 11.

Vers.

Vers. 3. ἡ ὑπέρθεσις. Intell. τῆς προσοχῆς, quo dein refertur pronomen αὐτῆς, in ἀπόστασιν αὐτῆς.

Vers. 5. Olim omissis verbis nonnullis, sic edebatur: Ὁ τέκτων μὴ προσέχων κυβερνῇ ἀσφαλέστερον. Vbi WOLFIVS: „Omissa quædam verba videntur: Ὁ τέκτων μὴ προσέχων οἰκοφορεῖ κάλλιον; ὁ κυβερνήτης ἀσφαλέστερον κυβερνᾷ." — „Melius restituit noster optimus codex, omissa erant verba τεκταίνει ἀκριβέστερον; ὁ κυβερνήτης μὴ προσέχων." VPTON. — Eodem, quo olim editi, defectu laborant nostri codd. pab. Et in ora pb. notatur, λείπει. In pc. vero, pro ὁ τέκτων, est ὁ κυβερνήτης, & deest tota illa phrasis, ὁ τέκτων — ἀκριβέστερον.

Ibid. ἐπιτελεῖται. Perperam ἐπιτελεῖ καὶ pc.

Ibid. κρεῖσσον. κρεῖττον pb.

Vers. 6. τὸ αἰδήμον. Sic pb. Alii h. l. αἰδήμων scribebant. Conf. ad l. 25, 4.

Ibid. τῶν τὸ ἐπελθὸν κοινῇ. „Vide l. 5, 10." VPTON.

Ibid. ἐπακολουθῇς. „ἐπακολουθᾷς, vel ἐπακολουθήσας." WOLF. — „Omittitur copula καὶ, quod frequens." VPTON. — Turbaverat Wolfium, quod perperam in ed. Ven. & Bas. sic scriptum erat, ἐπακολουθῇς vel ἐπακολουθεῖς, cum gravi accentu, vel acuto, pro circumflexo.

Vers. 7. Πρῶτον μὲν. „Vide longius infra, vs. 15. ἐπὶ τούτοις δὲ, quæ respondent his vocibus, Πρῶτον μὲν." VPTON.

Ibid. κύριος οὐδεὶς, ἐν ταύτῃ δὲ μόνῃ &c. Patum commode Vptonus, Wolfii versionem secutus, posito post οὐδεὶς puncto, novam debinc phrasin incepit, Ἐν ταύτῃ δὲ μόνῃ. In quo tamen jam præeuntem habuit anonymum editorem Londinensem. Rectius superiores vel punctum minus, vel nudum comma post οὐδεὶς posuerunt, quod restitui.

Ibid. τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ καλόν. Deest posteriore loco articulus τό in pc.

Vers. 8. καλῶ με παραβαλεῖν. Perperam παραβαλλεῖν (sic) pa. με deest pbc.

Vers. 10. ἐμόν ἐστιν ἔργον. ἐμὸν ἔργον ἐστίν; pc.

Ibid. Ἀλλὰ δοκεῖ τις εἶναι. „Sed videtur esse aliquis, id est, alicujus nominis, Act. Apost. c. 5. de Theuda,

λέγων εἶναι τινὰ ἑαυτόν. Sic *aliquis* apud Latinos, pro μέγας τις, οὐ τῶν τυχόντων. Cicero: *Meque, ut facis, velis esse* aliquem." VPTON. — Satis in vulgus notus ille usus. Conf. II. 24, 19.

Ibid. "Ὄψεται αὐτὸς, καὶ οἷς δοκεῖ. Olim, cum αὐτῷ vulgo legeretur, monuerat WOLFIVS: „Lego αὐτός." — Eodem modo Meibom. Idque VPTONVS demum recepit, monens: „Ὄψεται αὐτὸς, sic noster codex: *viderit ipse.* Vide Indicem in voce ὄπτομαι." — Consentit noster pc. Cæteri male αὐτῷ cum vett. editt.

Vers. 11. τίνι μὲ δεῖ. Perperam τίνι μὴ δεῖ pa.

Ibid. τὸν ὑποτετάχθαι. Repetit verba μὲ δεῖ pb. τὸν μὲ δεῖ ὑποτετάχθαι, non male.

Ibid. τῷ Θεῷ καὶ τοῖς μετ' ἐκεῖνον. „Qui sunt illi, [τί μετὰ τὸν Θεὸν] vide supra, IV. 4, 39. I. 14, 12." VPTON. — Οἱ μετ' ἐκεῖνον, (scil. τεταγμένοι. cf. Simplic. ad Enchir. c. 39. p. 156. edit. Lugd. Bat.) *qui post Illum & sub Illo rebus humanis præsunt; qui proximum ab Illo locum tenent.* Perperam μετ' ἐκείνων pa.

Vers. 12. δοὺς κανόνας. ἐνδοὺς κανόνας pc.

Ibid. οὐκ ἀνατρέφομαι. οὐκ ἐπιστρέφομαι pc. minus commode.

Vers. 14. πᾶσα ἐπιστήμη καταφρονητικὴ ἐστι τῆς ὕβρεως. „Confer II. 13, 15 & 20. Vide M. Anton. VI. 35." VPTON.

Ibid. αἱ ἐπιστῆμαι — — αἱ τέχναι. Catet utrobique εἰ pb.

Vers. 15. ἴχνεσι δεῖ πρόσεισι. „Restitui δεῖ, nostri codicis auctoritatem secutus." VPTON. — Deest in aliis; & poterat abesse. Sed commode habet id verbum noster etiam codex pb.

Ibid. τετάσθαι. Recte sic scripsit Vpt. cum anonymo Lond. & cum nostris codd. Olim τετᾶσθαι ediderant.

Ibid. μηδὲν τῶν ἄλλων. „Sic noster codex: alii μηδὲ τῶν ἄλλων." VPTON. — Perperam μηδὲ superiores edidit. In μηδὲν consentiunt pabq.

Ibid. ὡς διέταξεν ὁ δυνάμενος. Vertit Vptonus cum Wolfio, *quemadmodum ei, qui potest, constituit.* Est vero ὁ δυνάμενος, absolute sic positum, idem quod, ὁ ἐκείνων κύριος, IV. 10, 30. aut ὁ ἔχων ἐξουσίαν, ibid. VI. 29. Simili ratione, pro μέγα δυνάμενον, quod est in Enchir.

Enchir. c. 19, 2. Paraphraſtes nude δυνάμενον habet, niſi ibi μέγα libratiorum culpa omiſſum.

Verſ. 16. Ἐπὶ τούτοις δὲ. „Vide ſupra, vſ. 7. Πρῶτον μὲν δή. quibus longo intervallo reſpondent hæ voces, Ἐπὶ τούτοις δὲ.“ VPTON.

Ibid. τίνες ἐσμὲν. „Perſius: [III. 67.] *Quid ſimus, & quorſum victuri genimur.*“ IDEM.

Ibid. τί ἡμῖν ὄνομα. „Vide lib. II. c. 10. Horat. lib. I. Epiſt. 16.

Cum pateris ſapiens emendatusque vocari,
reſpondesne tuo, dic ſodes, nomine?“ —
IDEM.

Verſ. 17. τῆς καιρὸς παιδιᾶς. Ante Vpt. παιδείας edebatur. Vbi: „Fortaſſe παιδιᾶς.“ WOLFIVS. — „παιδιᾶς Wolf. recte. Sic ſupra, IV. 12, 4. & in Enchir. c. 33, 15.“ COMES SHAFTESBVR. — „Optime noſter codex, παιδιᾶς.“ VPTON. Recte utique; noſtri vero codices mendoſum παιδείας tenent: & id Wolfius ſecutus eſt, *quod tempus doctrinæ.*

Ibid. τί ἔσται ἀπὸ τοῦ πράγματος. „Scribe, retracto accentu, ἄπο. Namque ἀπὸ πράγματος, vel potius ἄπρ, Latinis eſt ad verbum, inquit H. Stephanus, *abs re.* Ἄπο πράγματος, *hors de propos.* Τί ἔσται ἄπο τοῦ πράγματος, *quid abs re fuerit.*“ VPTON. — ἀπὸ, non ἄπο, ſcribunt libri noſtri omnes. Wolfius (cujus verſionem Vptonus etiam ſub Græco contextu tenuit) latine ſic reddidit: *Quid negotium conſecuturum ſit?* i. e. *quid ex eo, quod agimus, conſecuturum ſit.* Quam interpretationem non minus admittebant Græca verba; ſed aptior utique huic loco illa videtur expoſitio, quam in Notis Vptonus propoſuit, ut ἀπὸ τοῦ πράγματος eadem fere notione accipiamus atque ἀπὸ τοῦ καιροῦ.

Ibid. μήτι καταφρονήσωσιν ἡμῶν οἱ συνόντες, μή τι ἡμεῖς αὐτῶν. Si vera iſta ſcriptura eſt, in quam quidem conſentiunt libri, ſententia erit, *ne nos contemnant ii qui nobiſcum ſunt, ne nos illos.* At potior mihi videtur Wolfii interpretatio, *num contemturi nos ſint convictores, num nos illos.* Sed hanc ſententiam in Græco verbum in Indicativo poſitum deſiderat, μή τι καταφρονήσουσιν, atque ſic ſcriptum oportuiſſe mihi videtur. Sic & præcedit indicativus, τί ἔσται, & ſequitur, πῶς χρή.

Ibid. πότε σωθῆναι, intellige χρή, quod paulo poſt expreſſum adeſt.

Ibid. ἐπί τίνι συμπεριενεχθῆναί ποτε. „Vide III. 14, 7. I. 29, 64." VPTON. — ἐπὶ τίνι ποτὲ συμπεριενεχθ. pc.

Ibid. τηρῆσαι τὸ αὐτοῦ. In αὐτοῦ conſentiunt libri omnes, editi ſcriptique. VPTONVS vero in Notis ſic ſcribit: „τηρῆσαι τὸ αὐτοῦ, *tueri quod noſtrum eſt, quod proprium eſt.*" — At idem valebat τὸ αὑτοῦ, ut ſæpe vidimus.

Verſ. 20. ἀπ' ἄὔριον προσέξω. Sic, divisis vocibus, omnibus editor inde ab edit. Genev. Vbi: „Dele ἀπ', vel lege ἀπ' αὔριον." SALMASIVS. — „Editio Vpeta & Salmant. [atque etiam Baſ.] ἀπαύριον, conjunctim. Niſi malis ἀπαύριον, vel ἀπαύριον, uti mox." VPTON. — Etiam codices noſtri cum vett. edd. ἀπαύριον una voce ſcribunt; ſed probavi equidem diviſam ſcripturam, ἀπ' αὔριον προσέξω, *a craſtino die animum adverſum; ſcilicet, a craſtino die incipiam, & ſic deinde pergam.*

Verſ. 21. Ἀλλ' εἰ αὔριον καλῶς ἔχει, πόσῳ κρεῖττον σήμερον; Olim ſic edebant: ἀλλ' εἰς αὔριον καλῶς ἔχει· πόσῳ &c. Et Vptonus majorem etiam poſt ἔχει diſtinctionem poſuit, ἀλλ' εἰς αὔριον καλῶς ἔχει. Πόσῳ κρεῖττον σήμερον. Quæ cum Wolfio ita vertit: *At cras bene erit. Quanto præſtantius eſt hodie.* Haud multum quidem intereſt; ſed commodior haud dubie ea ſcriptura quam ſecutus ſum, præeunte noſtro pb. εἰ αὔριον καλῶς ἔχει, ſcil. προσέχειν, πόσῳ κρεῖττον σήμερον; *ſi cras bonum eſt adverſere animum, quanto melius hodie?* Quo tenore continuo pergit, εἰ αὔριον συμφέρει, ubi in εἰ conſentiunt omnes. Superiori loco, Ἀλλ' εἰς αὔριον habet pa. cum edd. Sed pc. ἀλλ' αὔριον, absque εἰ vel εἰς.

Ibid. εἰ αὔριον συμφέρει. εἰ δ' αὔριον συμφέρει pc.

Ibid. ἵνα καὶ αὔριον δυνηθῇς. Supple καλῶς ἔχειν. M. Anton. VIII. 22. Δικαίως ταῦτα πάσχεις· μᾶλλον δὲ θέλεις ἀγαθὸς αὔριον γενέσθαι, ἢ σήμερον εἶναι. *Merito iſta pateris; nam mavis cras fieri bonus, quam eſſe hodie.* Vbi nihil muta. δὲ pro γὰρ, quod uſitatiſſimum." VPTON. — Ad δυνηθῇς non καλῶς ἔχειν ſupplendum, ut Vptonus ait, ſed προσέχειν, ex illis verbis, quæ ſunt initio ſuperioris verſus, ἀπ' αὔριον προσέξω.

CAPVT

CAPVT XIII.

TIT. Πρὸς τοὺς αἰνόλως &c. Perperam Περὶ τοὺς ed. Vpt. & superiores inde ab edit. Genev. Et sic in Capitum Indice habent edd. omnes; sed recte h. l. Πρὸς ed. Ven. & Baf. quemadmodum utrobique dant codices nostri pabc.

Ibid. τὰ αὐτῶν. Sic Ven. & Baf. cum h. l. tum in Capitum Indice, cum pao. τὰ αὐτῶν posteriores editt. utrobique cum pb.

Vers. 1. πῶς ποτε, *quadammodo, nescio quo modo.* πώς ποτε scribunt ed. Ven. & Baf. non male. Sed πῶς ποτε ed. Genev. & sequentes; & sic pabc.

Vers. 2. ὅτι ἄμεινον εἶναι δοκεῖ. „Habes ὅτι ex nostro codice.“ VPTON. — Eamdem particulam, quam temere prætermiserant editi, tres nostri libri pabc. agnoscunt.

Ibid. αὐτὸν μὲν ἀπηχεῖσθαι, αὐτοὺς pro αὐτὸν voluit Salmas. puto quoniam sequitur τῶν ἡμετέρων in plur. Sed nil mutant libri; neque turbare nos debet illa variatio numeri, familiaris Nostro.

Ibid. παρέξειν αὐτοῖς φαντασίαν. *Speciem illis nos præbituros.* Præcedebat singularis ἐκείνῳ, a quo (ut sæpe aliàs) subito ad pluralem αὐτοῖς transit, quemadmodum & mox εἰώθασι λέγειν in plurali dicit. Nisi forte αὐτοῖς pro ἑαυτοῖς ponitur, quod & ipsum sæpissime factum observavimus; ut sit *speciem nobis conciliaturos.*

Vers. 3. ποῦ γίγνεται τοῦτο; „Fortassis πῶς, ut infra vs. 14.“ COMES SHAFTESBVRIENSIS. — Immo & ibi & hic perbene ποῦ habet. Et ibi quidem (vs. 14.) idem valet ac πῶς, quod habes vs. 13. Sic I. 29, 11. II. 7, 3. &c. Hoc vero loco etiam suo nomine commode ponitur: ποῦ γίνεται τοῦτο; *Ubi hoc fit?* nempe; sane non inter æquos homines.

Vers. 4. Προσέτι δὲ. „Malim πρόσεστι.“ WOLFIVS. — Et ego sic malim, & pæne persuasum habeo, sic legendum. Quod si προσέτι teneas, suspensa erit oratio, & opus saltem videtur inserta διὰ particula, Προσέτι δὲ καὶ διὰ τὸ εἶσθαι, aut Προσέτι δὲ καὶ τῷ εἶσθαι, quod idem valeat ac διὰ τὸ εἶσθαι.

Ibid. τῷ ἦθει. Temere τὸ ἦθος ed. Gen. & Cal.

Ibid. τὸ αὐτεξ, τὸ αὐτῷ ed. Vpt. cum Lond. & pb.

Ibid. ἀνάρχεται γὰρ ἡμῶν. ἀνάρχεται aliàs ista sectione frequentatur; sed & hoc probum. conf. ad IV. 8, 2.

Vers. 5. Οὗτοι καὶ ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἐν Ῥώμῃ οἱ σιτομετροῦ λαμβάνοντες. „Milites isti vocabantur *Frumentarii*. Vide Ael. Spartian. in vita Adriani, & Annot. If. Casaub. (qui hujus loci meminit) & Salmasii." COMES SHAFTESBURIENSIS. — „Milites isti Frumentarii spargebantur per domos, privatorum habitu, ut res novas explorarent, & Cæsari nunciarent. Ael. Spartian. in Hadrian. *Erat curiosus non solum domus suæ, sed etiam amicorum, ita ut per* Frumentarios *occulta omnia explararet, nec adverterent amici, sciri ab Imperatore suam vitam, priusquam ipse hoc Imperator ostenderet.* Ammian. Marcell. lib. XIV. c. 1. *Excogitatum est super his, ut homines quidam ignoti, vilitate ipsa parum cavendi, ad colligendas rumores per Antiochiæ latera cuncta destinarentur, relaturi quæ audirent. Hi peragrantes & dissonulanter honoratorum circulis adsistenda, pervadendoque divitum domus agentium habitu, quicquid usquam poterant vel audire, latenter intromissi per postes in regiam, nuntiabant: id observantes conspirationis concordi, ut fingerent quædam, & cognita duplicarent in pejus.* Hinc explicandum illud Christi [Johannis Baptistæ] ad milites monitum, qui delationibus inîquitum temporis dediti esse videbantur: Luc. III. 14. μηδὲ συκοφαντήσητε, *ne accusetis falso per calumniam, ne deferatis ipse promiti.*" VPTON.

Ibid. παρεπιδήμια. Bene sic edd. cum pa. παρεπιδήμους pb. παρεπίδημος pc.

Ibid. καὶ ἀφελόμενος. Abundare videtur καὶ conjunctio; nisi potius est ἀναλουθία sermonis facile ferenda, nec ab usu optimorum etiam scriptorum abhorrens; nominativus participii absolute positus: καὶ ἀφελόμενος — —, εἶτα σὺ, pro καὶ ἀφελομένου αὐτοῦ, εἶτα σὺ &c.

Ibid. ἀνάρχεται. Corrupte ἀνάρχεται pc.

Vers. 6. τῇ ἀντιτυχούσῃ. „Pro ἀντιτυχούσῃ lego ἀντιτυχούσῃ. Quamquam hæ voces nonnunquam promiscue usurpantur, & ἀντιτυχὼν de quolibet dicatur, in quem primum incidimus. Utatur itaque lector suo judicio." VPTON

VPTON. *in Notis.* — Nihil mutant veteres libri: quare nihil novandum putavi, quamquam verbum ἐντυγχάνειν diversa aliàs notione frequentant Stoici & noster praesertim Epictetus.

Vers. 7. ἄν γε ὁ τοιοῦτος. „Fortasse τυχὸς, aut σωτηλὸς, aut est ἀλλαττικὸν, ut subintelligatur οἷός σωτῆν, vel οἷον αὐτὸν εἶναί με ἐκεῖνος ὑπολαμβάνει." WOLFIVS. — „Nihil muto, distinguo autem: τοιοῦτόν τι καὶ ἐν τῷ καθόλου πάσχομεν· αὐτὸς, ὡς ἐμοὶ ἔκεῖνος εὐθαλῶς πεπίστευκε τὰ ἑαυτοῦ, οὕτως κἀγὼ τῷ ἐντυχόντι· ἀλλ' ἐγὼ μὲν ἐκούσας σιωπῶ, (ἂν γε ὦ τοιοῦτος) ὁ δ' ἐξαλδὶν ἐκφέρει πρὸς πάντας. *Tale quiddam nobis in universum accidit: verbi gratia, ut mihi ille tuto sua credidit, sic & ego cuivis obvio: at ego quae audivi taceo, (si talis sum qui tacere possim) ille vero egressus vulgat apud omnes.*" VPTON. — Ego, ἂν γε ὁ τοιοῦτος intelligo cum Wolfio & Vptono, οἷος σιωπᾶν, *qui tacere possit.* Caeterum & illum usum particulae αὐτὸς, quem hîc Vptonus statuit, *verbi causſa* vertens, ignorare me fateor; & omnino connexionem orationis in interpretatione ea, quam in Nota proposuit idem Interpres, non perspicio. Multo rectius distincta ab eodem Vptono Graeca verba in contextu videntur; ubi cum anonymo editore Londinensi post ἐντυγχάνῃ, pro nudo puncto quod superiores editores cum mssis ibi ponebant, *interrogandi signum* posuit, praeeunte Wolfio in versione. Eamdem rationem & ego tenendam putavi; atque in ejusdem Wolfii versione, quam Vptonus etiam sub contextu retinuerat, adquievi.

Ibid. καὶ φόρω, καὶ φόρομαι. „Vide II. 12, 13." VPTON. — Vertit Vptonus cum Wolfio: *macula*, & *maculer*. Commodius putavi, *pertuo*, & *premor*.

Vers. 8. τὰ αὐτοῦ ἔργα. αὐτοῦ ed. Vpt. cum anon. Lond. & pb.

Ibid. τοῦτον μὲν κρατῶ. „*Hoc mordicus teneo, & firmiter statuo.*" VPTON. Wolfius: *in hoc quidem mihi tempero.* Vterque interpres majorem vim atque emphasin in illo verbo quaesisse videtur, quam quae hoc quidem loco inest. Latine recte diceres, *hoc quidem teneo*, vel, *hoc quidem ero consecutus.*

Ibid. πέπονθα ἃ πέπονθα. „Haec verba, ἃ πέπονθα, vulgo desunt, sed noster optimus codex agnoscit." VPTON. — Eadem agnoscunt nostri tres pabe.

Vers. 10. Μὴ γάρ σε παραπέλσειν. Sic recte scripti libri & editiones omnes, excepta Basileensi, in qua παραπέλσει expressum operarum errore.

Vers. 12. στεγνὸν. In ph. superne inter lineas scribitur στεγανόν.

Ibid. τὸν σαυτοῦ οἶκον. Articulum, qui perperam deerat in superioribus editionibus, recte adjecit Vptonus. Eundem agnoscunt libri nostri tres.

Vers. 13. μόνας βλαβερὰς. μόνον βλαβερὰς pa. non male. Sed in μόνας consentiunt pbc.

Vers. 14. ὡς ἡ Μήδεια. „Vide I. 28, 7. II. 17, 19." VPTON.

Ibid. Ποῦ τοῦτο ἴσον ἐστὶν; „Fortassis πῶς, ut supra (vs. 3.) ποῦ pro πῶς." COM. SHAFTESBVR. — Vide ad vs. 3.

Vers. 15. αὐτὸς ἐλθὼν πρὸς σὲ, παρακαλῶ &c. Sic pc. Cæteri, ut vulgo edebatur, αὐτὸς ἐλθὼν σε παρακαλῶ, absque πρὸς, ne id quidem male.

Vers. 16. σύμβουλον εἶναι. σύμβουλον καλὸν pa. sed καλὸν punctis inferne notatum, & in ora εἶναι.

Ibid. καὶ αὐτῷ τούτῳ. καὶ τοσούτῳ pc. quod non spernam.

Ibid. κουφισθῆναι. „Sic noster codex. Editio Salmant. * κουφισθῆναι, & in marg. * κουφιῶναι. Alii codices κουφισθῆναι." VPTON. — Nempe perperam κουφιωθῆναι editt. vett. cum pa. Sed κουφιῶναι ante Vpt. jam ex conject. correxerat anonymus Londinensis: sic vero cum Vptoni codice habent nostri pbc. De corrigenda menda monuerat etiam Meibom.

Vers. 17. ἐγὼ σοὶ πιστεύω· σὺ ἐμοὶ οὐ πιστεύεις; Interrogative hæc scripsi, ut monuit Vptonus in Notis. Alii vulgo nudum punctum ponebant. Parum interest.

Vers. 18. παραπαθήσας. Sic recte editur inde ab ed. Cantabr. consentientibus nostris libris pabc. Perperam superiores editiones παραπαθήσους. conf. vs. 5.

Ibid. ἐγνωρισμένους. Recepi hoc ex Vptoni codice & nostro pc. Alii vulgo ἐγνωσμένους.

Vers. 20. τὰ αὐτεῦ. τὰ αὑτοῦ ed. Vpt. cum Lond. anon. & ph.

Ibid.

Ibid. τὰ δ' ἄλλα οὐ τοιοῦτον. „Fortaſſis τοῦτο δ' ἔστιν οὐ τοιοῦτον." VPTON. — Mihi ſatis placet vulgata ſcriptura; eſt enim uſitata philoſophis ea formula. Sic habes τὰ δ' αὖ ἀληθές· ſcil. ἐστί. apud Ariſtot. in Magn. Moral. lib. I. c. 9. p. 154. A. edit. Du Val., ubi quidem optimus codex Pariſ. τοῦτο pro τὸ habet. Sed ibid. lib. II. c. 10. p. 186. E. in hoc ipſum τὸ δέ ἐστιν οὐ τοιοῦτον. conſentiunt libri. Pariter, τὸ δ' οὐ δυνατόν. ibid. lib. II. c. 11. p. 189. A.

Verſ. 21. τὴν ἑαυτοῦ προαίρεσιν. Sic ſcripſi cum pc. τὴν αὐτοῦ προαιρ. editt. vett. cum pa. τὴν αὑτοῦ προαιρ. ed. Vpt. cum Lond. & pb.

Verſ. 22. οὐκ ἔστιν αὐτῷ χρῆσθαι τύπτοντι ἢ προχοῦ πρὸς τὸ ἐξετεῖν. „*Pix* & *rota*, cruciatuum genera. Lucret. lib. III. 1030.

Verbera, carnifices, robur, Pix, *lamina, tædæ.*

Plautus in Captiv. *Atra pix agitet te apud carnificem, tuoque capiti illuceat.* Τροχός, *Rota*; aliud apud veteres ſupplicii genus. &c." VPTON. — Vide Not. ad II. 6, 18.

Ibid. ἃ εἶδεν. Sic Vptonus ſuo e codice correxit, cum ἃ εἶδεν expreſſum eſſet in edd. omnibus. In οἶδεν vero conſentiunt noſtri codd. pabc.

Ibid. ἄλλα recte Vpt. cum Lond. anon. & pabc. Perperam ἀλλὰ ſcriptum erat in ſuperioribus editt.

Ibid. Καισαριανοῦ. „De *Cæſarianis* vide ſupra ad I. 19, 19." VPTON.

Verſ. 23. μεμνῆσθαι οὗν δεῖ. „Vocem ultimam δεῖ non agnoſcunt libri editi: ſupra autem vulgo ἃ εἶδεν, non ἃ οἶδεν, uti edendum curavi. Sed has emendationes noſter optimus codex ſuppeditavit." VPTON. — Verbum δεῖ cum Vptoni codice agnoſcit h. l. etiam noſter pb.

Finis Notarum & Emendationum ad Epicteti Diſſertationes ab Arriano digeſtas.

CORRIGENDA ET ADDENDA

IN TOMO II. P. II.

Pag. 467. l. 5 fin. *cujus* ſcribe *ocyus*
p. 470. l. 21. ἀλλαβόμην *ſcr.* ἀλλαβόμαι
p. 474. l. 25. *ſed* & *ſcr. ſedet*
p. 476. penult. Poteſt *ſcr.* „Potuit
p. 477. l. 6. οὐχ *ſcr.* οὐκ
— — antepen. μηδ' *ſcr.* μηδ
p. 479. l. 7 fin. &, *eruditi* *ſcr.* &, pro *eruditi*
p. 480. l. 18. Reſte *vivos dele* Reſte
p. 481. l. 12. & mp. *ſcr.* & mente
p. 483 med. poſt *operum* *dele.* *adde:* συναγωγὴν πάσας ἀναλθῶν dicit Il. 17, 40. Apud Suidam in Ἀριστοφάνης, quid ſit ἀ συμφέροντα ἀφόρητα, neſcire ſe cauſus eſt Kuſterus. Eſt autem, *quas tractavimus*, *quas legimus*, *fabulæ.*
p. 484. l. 9 fin. coperit, *ſcr.* coperit eſſe,
p. 486. l. 15. *poſt* frigidior; *adde:* niſi intercidiſſe aliquid ſtatuas, quod ego quidem hic factum ſuſpicor.
p. 487. l. 12 fin. pro te *deus ſcr.* tu deus
— —. ult. creandi *ſcr.* errandi
p. 488 med. *conditionem* ſcr. *conditionem*,
p. 491. l. 7. agnoſcunt ea mœti *ſcr.* agnoſcunt mœti
— — l. 13 fin. illud, *ſcr.* illud:
— — l. 12 fin. *poſſum:* ſcr. *poſſum.*
p. 495. l. 7. hic eſt, *ſcr.* hic error eſt.
p. 497. l. 6. *poſt* cod. Vpc. *adde:* & noſtri tres.
p. 499 ult. *ſcribe:* librarii aut editores.
p. 501. l. 10. *pro* a quo *ſcr.* ab quo
p. 505. l. 18. *poſt* habet pc. *adde:* Pro ἴδιον, εἶδεν malueram in paſſivo; ſed nil hic variant libri. Inque in hoc loco præſidium invenerit ſcripturæ illæ, in Enchir. (cap. 30. extr. poſſitne edi), olim vulgatæ, ἄλλῳ: ubi nomen ſpernere non debui, meliorem lectionem e probatioribus libris oblatam. Ac ſane in hac ipſa etiam diſputatione vſ. 26. αὖ ἄλλῳ in paſſivo habes, conſentientibus libris.
p. 506. l. 18. *pro* ἄλλων *ſcr.* ἀλλῶν
— — l. 24. vero h. l. non *ſcr.* vero nunc non
— — l. 22 fin. *ſic ſcribe:* In τοῦτο quidem conſentiunt pabc. Recte vero τούτῳ recepit Vpcqn. Vertit autem, *ad ſeſe revertetur*; cum debuiſſet, *ad priſtinum ſtatum revertetur*: quam in ſententiam, paulo ante, εἰς τὸ ἐξορμῆσαι dixit Epictetus; & paulo poſt, οὐχὶ ἀναλύσει ἐκεῖνα τῇ ἀρχῇ τοῦ συμβῆναι.

Pag. 507. l. 3. scribe: *primum*; ἐπὶ τὴν πρώτην ἀρχὴν, *primæ initio*. conf. Bosii Ellipses Græc. in voce. Ἀρχή.
p. 511. l. 1. *ἐκπέμπεσθαι*, *scr. ἐκπέμπεσθαι*)
p. 512. l. 10. tales *scr.* tali
p. 513. l. 7 fin. Sic III. *scr.* „Sic III.
p. 514. l. 20. *in Notis scr. in Indice*,
p. 518. l. 2. potuerunt; *scr.* potuerunt,
— — l. 20. *αὐτ' scr. αὖτ'*
— — l. 21. omnem eventum *scr.* omne eventum
p. 521. antep. Chysippum *scr.* Chrysippum
p. 534. l. 6 fin. *οὐ scr. οὔ*
p. 536 med. quod *κατὰ scr. τοιοῦ*,
— — l. 7 fin. *post δεῖ πιστεύειν. adde*: Nihil plane ita scripsit Arrianus: *συγχωρεῖσθαι, ὅτε οὐ δεῖ συγχωρεῖσθαι· πιστεύσαντα ἡμῖν, ὅτε οὐ δεῖ πιστεύειν οὐδενί.*
p. 537. l. 5 fin. In *ου scr. ὃν οὐ*
p. 538. ult. *post* habent. *adde*: *ἐκείνους* adparet hic dici *τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους*. conf. vs. 7, 8 & 11.
p. 539. *post med.* pro *Verſ. ὑμᾶς scr. Ibid. ἡμᾶς*
p. 540. l. 14. *κοινοῦ τινος scr. κοινοῦ τινος*
p. 544. l. 4. cod. pabc. *scr.* codd. pabc.
p. 546. l. 7. illud *τίνος scr.* illud *τινὸς*
— — l. 17. inserierit eam *delē* eam
p. 548. l. 11. *ſic ſcribe*: ponet ex sententia: *ἀγαθὸν ἢ κακὸν, αἰσχρὸν ἢ καλόν;* — Ego nostram &c.
p. 552. l. 2 sq. *Dele ista*: Hujus loci — — *ſuſ* præstabor.
— — l. 10—18. *Dele ista omnia*: Quod si ita est — — — *ἐφεκτὸν.*
p. 554. l. 5. Scriba illius *scr.* Scriba ejusdem
p. 555. penult. COL. *scr.* COM.
p. 556 med. ante *Verſ.* 22. *hæc adjice*: *Ibid. ἀλλὰ καθόλου*; Interrogandi signum Vpsonus adjecit, quo carere poteramus cum aliis edd. & msstis, particulam μὴ negative accipiendo, non interrogative.
p. 559. l. 9 fin. *ſic ſcribe*: *βούλει* (*βούλῃ* volui) *ἴδῃς*
— — penult. *post τοῦ παιδίου, adde*: (quæ verborum series magis, quam vulgata placet.)
p. 560. penult. *pro φιλεῖτε scr. φιλεῖτο*
p. 562. l. 1. *Ποῦ ποτε scr. Ποῦ ποτε*
— — l. 7. Vpt. *ποτοῦν ea scr.* Vpt. pro *ποτοῦν ea*
p. 563. l. 15 sq. *Ibid. ἐκεῖνο εἶναι &c. Loco ipsorum, hæc pone*: *Ibid. εἰ ἐν προαιρέσει, ἐκεῖ εἶναι· εἰ ἐν τοῖς ἔξωθεν, ἐκεῖ.* Pro *ἐκεῖ* ubique *ἐκεῖνο* erat in edd. & mss. quod quo pacto defendi posset, (posteriori præsertim loco) non vidi. Vertit quidem Wolfius: *si in consilio, illud esse: si in rebus externis, illud esse quod ponderis plus habeat.* Mihi vero verissima visa est Vproni conjectura, utrobique *ἐκεῖ* scribere suadentis, quod & in versione ille expressit.
p. 566. l. 10. Nisi satis fuerit *dic. Hoc ipsum loco, ipse pone*: Immo vero, illud *τοῦτο ἀληθεύειν* ad verbum *φαίνεται* referendum, *οὗτοι οἱ ἄνθρωποι* sunt illi de quibus dicere cœpit vs. 24. Mox vero post *φαίνεται τὸ ἀγαθὸν* desideravero per infinitivum *εἶναι*, sed eum libri omnes ignorant.
p. 567. l. 6 fin. *post* tenere libri. *adde*: Sequentia si conferes, suspicari licet, *operuisse hic αὐτὸς ἐστιν ἐκεῖνος φίλος*, cum vs. sq.

vſ. ſq. poſt αὐτὸς ἑαυτῷ comma ponendum, ſubintellecto ibi ex hoc loco nomine φίλον. conf. Not. ad vſ. 36.

Pag. 576. l. 10. *poſt* noſter pb. *adde:* Quod ſi quis vero tenendam καὶ, intenſiva notione (ut ſæpe aliàs) acceptam, contenderit, non repugnabo.

— — l. 17. *poſt* non neceſſe. *adde:* τινὸς cum accentu in ultima ſcripſere omnes.

p. 578. l. 18. *pro* cum acuto *ſcr.* cum acuto

p. 580. l. 26. doctos." *ſcr.* doctos.

p. 582. l. 2. ἀλλήλους *ſcr.* ἀλλήλους pabc.

p. 584. l. 5. *poſt* pbc. *adde:* licet & altera lectio defendi poſſit.

p. 585. l. 5. *poſt* VPTON. *adde:* Noſtri quidem mſſi cum edd. ignorant hoc verbum.

p. 586. l. 8 fin. poſt *habentia.* adde: Niſi potius (quod ex totius diſputationis connexione fit probabile) οὐκ οὐδενὸς ἄξια ſcripſit, id eſt, non, *quæ nullius ſint pretii*; non, *quæ nihil æſtimabile habeant.*

p. 587. l. 21 ſq. *pro* non incommode quidem &c. *ſic ſcribe:* nec ſatis commode; & inviris &c.

p. 588. l. 19. *poſt* monuit Wolfius. *adde:* Ceterum parum intereſt, ſive ab auditore hoc dictum intelligas, ſive ab Epicteto nomine auditoris.

p. 590 med. *pro* præcedens mox *ſcr.* præcedens vox

p. 594. l. 23. *pro* notamus *ſcr.* notavimus

p. 595. l. 8. editiones *ſcr.* editores

p. 598. l. 9 fin. an ſic *ſcr.* ne ſic

p. 599. *poſt* lin. 6. *hæc inſere:* Verſ. 2. ἕκαστα τούτων ἐν τῷ αὐτῷ γένει. *ſingula horum in eodem genere.* An ἐν τῷ αὐτῶν γένει? *in ſuo genere.* Sic ſane interpretes in verſione poſuerunt, quod & nos tenuimus. Sic vſ. 6. τῷ γένει idem valet ac τῷ γένει αὐτῶν vel ἐν τῷ γένει αὐτῶν, nempe τῶν κυνῶν καὶ ἵππων.

— — l. 22. *pro* πράττειν *ſcr.* πράττει

p. 600. l. 4. ἢ *ſcr.* ἤ

p. 602. l. 24 fin. Dion. *ſcr.* Dion

p. 603. l. 3 fin. ὡς φάσιν *ſcr.* ὡς φησιν

p. 608. penult. reſpicit *ſcr.* reſpuit

p. 609. l. 4 fin. *poſt* VPTON. *adde:* ἐπεὶ οἱ προεπ. habent mſſi noſtri cum vett. edd.

p. 616. l. 7 fin. ἢ ὡς *ſcr.* ἤ ὡς

p. 617. l. 14 fin. fore ratione *ſcr.* qua fere ratione.

p. 624. l. 4. *adde:* De re conf. Enchir. c. 16.

— — l. 25. *ſcr. res illius* (ſcilicet externæ) *habeant.*"

— — l. 6 fin. *pro* delineatum *ſcr.* delineatam

p. 625. l. 13 fin. *veluti cereæ* ſc. *veluti cereæ,*

p. 627. l. 8. *poſt* pb. *adde:* quod commodius videtur.

p. 628. l. 24. Dialecticis *ſcr.* Dialectis

p. 630. l. 23. locum & *ſor.* locum lego &

— — l. 7 fin. expreſſit *ſcr.* expreſſerunt

p. 632. l. 17. pab. *ſcr.* pab. abſque ἀληθῆ.

p. 634. l. 5 fin. βάλης *ſcr.* βάλῃς

p. 636. l. 10. *poſt* τρία ἔστι. *adde:* Putaverat is nempe, ſuperiora verba Epicurei fuiſſe, non Epicteti.

p. 637. l. 8. *poſt* pabc. *adde:* Sed ne nunc quidem forſaſſe ſatis emendata aut integra fuerit oratio; videbimusque ne ſic oportuerit,

tuerit, *εἰ γὰρ ἐπὶ τοῖς ψυχικοῖς, ἐν τοῖς ψυχικοῖς τάχιστα ἡ οὐσία τοῦ ἁγαθοῦ*, conf. vi. 9.

Pag. 637. l. 17. *pro τὸ προηγούμενον.] scr. τὸ ἐπιζήτημα.]*
p. 638. l. 2. videatur *scr.* videntur.
p. 640. l. 25. *πόλιν. scr. πῶλιν*;
p. 642. l. 6 fin. *αυ. scr. αὖ*
p. 643. l. 22. congruit quod *scr.* congruit id quod
p. 644. l. 15 fin. *παραλαμβανειν scr. παραπαιτεῖν*
— — l. 11 fin. *Keep* scr. *keep*
p. 645. l. 5. sic *et scr.* sed *et*
— — l. 24. *Symphori* scr. *Symphori*
— — l. 27. nescio. VPTON.
p. 647. ult. *post* VPTON. — *adde:* Verba ista cum præcedentibus junxit in versione, tum in græco exemplo editor Lond. & Vptonus. Possis vero eadem non minus commode ad sequentia trahere, hoc modo: *ὅτι σοι τὴν ἀνδρίαν ἡνώκεσαν; ὅταν σοι μὴ ποιῇ, ἄνθρωπε*, &c. Quæ fere ratio in mssis obtinet & in vett. edd.
p. 648. l. 24. *pro* quod *scr.* quid
p. 650. l. 2. antecedenci, *scr.* antecedentis
p. 653. l. 12 fin. vasa & *scr.* vasa, &
p. 656. l. 27. *post* libri omnes. *adde:* cf. III. 16, 10.
p. 658. l. 15. *pro* pro *φιλόσοφος scr* pro quo *φιλόσοφος*
— — l. 10 fin. *Φιλόλογον scr. Φιλολόγου*
p. 659. l. 16. *post ἀγαθόν. adde:* Quin potius *ἔχον.* cohs. vi. 16.
p. 663. l. 15. *poëtæ.* scr. *poëta.* VPTON.
p. 664. l. 9. *ὄνεκ. scr. ὄνεκα.*
p. 666. l. antepen. *γὰρ ἐπὶ scr γὰρ περὶ*
p. 668. l. 11 fin. *post* IDEM. *adde:* Conf. Enchir. c. 34.
p. 669. l. 10 fin. *pro* Vum *scr.* Tum
p. 672. l. 15 fin. *occurrum scr.* occurram
p. 673. l. 5 fin. *post* præceduat. *adde:* Pro *πᾶσα σύνοδος*, miror ni *πᾶς σύνοδος* debuerint librarii. cf. II. 14, 8. III. 21, 5. IV. 1, 97.
p. 675 med. Vide III. 24. *scr.* „Vide III. 24,
— — l. 11 fin. *φυλάσσωσί τε. scr. φυλάσσουσί τε*
— — l. 8 fin. *thó* scr. *thó*
— — l. 5 fin. *ursceu* scr. *unsceu*
p. 676. l. 17. erat interpr. *scr.* erant interpr.
p. 680. l. 2. *τοῦτοις scr. τούτοις*
p. 682. l. 4. Legendum *scr.* „Legendum
p. 683. l. 1. cum *ἀναγκοφαγεῖν scr.* cum *ἀναγκοφαγεῖν*
p. 686. l. 7. *post* quidem. *adde:* Sane scripti libri omnes cum vett. edd. vocem *ἁπλῶς* ad præcedentia verba referunt, & dein *ἐστὶν ἁπλῶς* habent.
p. 690. l. 17. temere, ut libri — — — temere. *Pro ipsis omnibus, nil aliud ponendum, nisi* temere, ut videtur.
p. 692. l. 14. *post* putavi. *adde:* conf. Ind. in *Ψυχάς.*
p. 693. l. 14 fin. *pro* quo & *scr.* ubi &
— — l. 10 fin. præiverat, *scr.* præiverat.
p. 699. l. 16 fin. *ἢ αὐτὸν scr. ἢ αὐτός*
— — l. 13 fin. *ἀποσβέσεν. scr. ἀποβίσεν.*
p. 701. l. 5. *post* analogia. *adde:* (Confer tamen supra II. 18, 4.)
p. 707. l. 11. *pro ἀλλὰ θέλει scr. ἀλλὰ θέλε*

CORRIGENDA

Pag. 708. l. 13. *pro* damnatus." VPTON. *scr.* damnatus: *Te injuste esse condemnaturus. Miser, malles juste?*" VPTON.

p. 712 l. 8. Polyb l. 1. *scr.* Polyb. l. 1, 1.

p. 715. l. 25. *post* oratio. *adde:* Forsan ἐν δάξῃ ἔργῳ aut δάξῃ οὐ ἔργῳ.

p. 717. l. 15 fin. *sic scribe:* Caret δῦ· pe. male. Sententia hæc est: *At tu id non curas: id unum curas, ut frequentes undique te admirentur philosopherum libros interpretantem.*

— — ult. editions. *scr.* editionum.

p. 720. l. 5. ὁ μοιχικὸς, ὀμοὺ, *scr.* ὁ μοιχικὸς ὀμοῦ,

— — l. 19 sqq. *sic scribe:* editiones omnes sic distinxisse, αἱ φωναὶ αὗται, τὰ γινόμενα. τί διαφέρει &c. & dein quæ sunt interjecta, pravum superiorum — — — puto.

p. 722. l. 12. *pro* Sacerdotum *scr.* sacerdotem

p. 723. l. 18. *post* putavi. *adde:* Commodior tamen fortasse illa fuerit: Ἰδοὺ ἐπὶνος τοῦτο πολλάκις· κἀγὼ ἴσχω.

p. 724. l. 14 fin. *cædere locis* ser. *cædere loris*

— — l. 21 fin. *pro* quam ἀτίμως. *scr.* quam ἄτιμα. (nam sic, non ἀτίμως, voluerat puto Vptonus.)

p. 726. l. 8. *post* ratio. *adde:* De re conf. infra vs. 39. ubi vocabulum ἐπαίρας labes.

— — l. 5 fin. ἐστανὸς τινα. *scr.* ἐστανῶσι τινά.

p. 729. l. 7. *you' bide.* scr. *you 'bide.*

p. 730. l. 4. *post* legitur. *adde:* Vide tamen Varietatem lect. in Cebetis Tab. cap. 40. nostræ ed. p. 394.

p. 737. l. 4 fin. *post* 7 sq. *adde:* Post ἀπογράφεσθαι interrogandi signum habent edd. & mssti nostri, quod tollendum putavi.

p. 738. l. 16 fin. *post* foret, *adde: (Cynico quid rei est cum Cæsare?)*

p. 740. l. 25. *sic scribe:* ad τὸν μέγαν βασιλέα referri aut ex pervulgato sermonis usu in neutro genere positum intelligi debebit, pro συγγενές τι vel πρᾶγμα συγγενές.

p. 742. l. 7 fin. III. 15 sq. *scr.* III. 15 sq.)

p. 743. l. 10. *post* VPTON. *adde:* — Verba ista, quæ cum edd. & mssctis ad superiora retulimus, commodius fortasse ad sequentia relata intelligentur, ut sententiæ sit, *Cynicum, veluti militem in acie stantem, non debere aliarum rerum cura distrahi.*

p. 751. antepen. *pro* οὐκ *scr.* οὐκ

— — penult. recipit *scr.* recepit

p. 756. l. 6 fin. monuerat Salmas. *scr.* monuerat etiam Salmas.

p. 757. l. 16. κατὰ τί. *scr.* κατὰ τί.

p. 758. l. 2. συνέσει. *scr.* συνέσεως.

— — l. 3. cum ms. *scr.* cum mss.

p. 763. l. 15. poterat vero *scr.* poterās vero

p. 764. l. 22. Fortasse *scr.* „Fortasse

p. 769. l. 12 fin. In ἀσωμαχοῦντες *scr.* In ἀσωμαχοῦντος

p. 770. l. 6 fin. τῇ ἀπαθείᾳ *scr.* τῇ ἀπαθείᾳ

p. 771. l. 22. εὐτυχείαν *scr.* εὐστυχείας

p. 773. l. 25. *post* libri nostri. *adde:* Vide Ind. in βουλευτής.

p. 775. l. 25. *pro* προθέσεων *scr.* προθέσεσιν

p. 776. l. 14 fin. *post* ἀφίξεως. *adde:* πρὸς συντέλειαν idem valet ac ὡς πρὸς συντέλειαν, nisi particula ὡς librariorum incuriâ interciderit.

p. 778. l. 23. pro *objeceris* scr. abjeceris

Pag. 779.

Pag. 779. l. 5 fin. post *calcasse.*" adde: VPTOM.
p. 782. l. 15. l. 26, 35. *scr.* III. 26, 35.
p. 783. l. 10. *pro* ἐφόσον αὐτὴ *scr.* ἐφ' ὅσον αὐτὴ
p. 784. l. 21. nec vere *scr.* nec vero
p. 786. l. 8. post *ab hoc.* adde: Pari modo apud ipsum Nostrum habes, ἀ ἄλλος εἰμὶ τοῦ παροῦ. IV. 7, 31.
p. 789. ult. *pro* ἀπήτησαν *scr.* ἀπήτησον
p. 790. l. 2. *post* VPTON. adde: — Nobis Tom. III. p. 121 sq.
— — l. 11. *pro* ἦτται) *scr.* ἧτται)
p. 795. l. 3 fin. desciverans *scr.* desciverunt
p. 798. l. 14. οὐ *scr.* οὐκ
p. 799. l. 4. τὸ δὲ *scr.* τὸ δή
p. 803. l. 5. omnes; antep. *scr.* omnes antep.
p. 804. l. 11. *post* VPTON. *adde:* Conf. ad III. 24, 76.
p. 809 med. *pro* cautiunculis *scr.* cautiunculis
— — l. 7 fin. Ante ista: *Ibid.* πολλ' ἂν &c. hanc inserre Adnotationem: *Ibid.* ὁ Γέτας. *Geta;* notum servi nomen. Et, fuisse id ipsum nomen servo Thrasonidis apud Menandrum, intelligitur ex Fragm. 1. in edit. Clerici, p. 126.
p. 810. l. 17 fin. *pro* Noster codex, *scr.* Noster codex auctior,
p. 814. l. 12 fin. accipiat. *scr.* accipiatur.
p. 819. l. 17 fin. post *venditus.* adde: conf. vs. 59. & vs. 8.
— — l. 5 fin. *pro* ὑφοῦντα *scr.* ὑφαῖνοντα
p. 820. l. 14. *vim habent* scr. *vim habeant*
p. 821. l. 25. ἐπὶ τοι uti *scr.* ἐπί τοι uti
p. 822. l. 8. ἔχειν *scr.* ἔχει
— — l. 5. οὕτως *scr.* οὗτος
p. 823. l. 15 fin. parum *scr.* parum recte
— — l. 6 fin. αὐτῷ. *scr.* αὐτό.
p. 825. l. 3. *post* συλύσει pc. *adde: Ibid.* μή τι τὴν συγκατάθεσιν. Confer omnino Fragm. Epist. 180. T. III. p. 122. ubi *probationem vocem* interpretatur A. Gellius, quæ in nobis posita est & voluntaria. *Probationem* intelligo, quam *adprobationem* aliis dicere consuevimus.
p. 827. l. 10. *post* regiones, *adde:* [*nationes* puto voluit]
p. 831. l. 11. *pro* οὐ θέλεις. *scr.* οὐ θέλεις;
p. 836. l. 9 fin. μή τι &c. *A linea sic scribe: Ibid.* μή τι προσήκοντά σοι &c.
p. 843. l. 1. pro *in the vase* scr. *in the case*
p. 845. l. 13. *abready* scr. *already*
p. 847. l. 12. *attinere.* scr. *attinere.*"
— — l. 6 fin. *amicum.* scr. *amicum,*
p. 848. l. 9. *post* circumventus. *adde:* Et scripturæ θέλεσ præsidium invenit in vers. 133.
— — l. 11. *pro* verba Τὶς *scr.* verba τὶς

Huc usque plagulas Tomi secundi, typis excusas, recognoscere nobis, priusquam in publicum liber emitteretur, licuit.



THE NEW YORK PUBLIC LIBRARY
REFERENCE DEPARTMENT

This book is under no circumstances to be taken from the Building